Digitized by Google

HARVARD COLLEGE LIBRARY

FROM THE LIBRARY

OF

ARTHUR DARBY NOCK



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Migne, Jacques Paul.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, APORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSUM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XCII.

CHRONICON PASCHALE. GEORGIUS PISIDA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

BX
60
.M37
t. 92 cop. 1

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impressi' en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur d recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volume du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les impri meries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverse publications furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques on cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dan des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il e de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves d toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuve et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sou le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'u bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On l en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en coll tionnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même op ration en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des faut signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparati ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, p conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l preuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cl imprimeries de Paris réunies ! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleu elle ne coûte que le dixième ! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue p tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière el celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l' compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en gr comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'ét point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, l haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presq toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiqu* dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'U versité de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juil n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. En le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas t présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien ! nous leur promettons une prime de 25 centi par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la néces d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entièr universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous pre est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De c manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant ? Il certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépe surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceu la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le se à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rap de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréo immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfec car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fin ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de R le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclaration rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer qu ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y touche crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congréga à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des ave soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reprodu correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VII, ANNUS 630.

ΠΑΣΧΑΛΙΟΝ

SEU

CHRONICON PASCHALE,

A MUNDO CONDITO AD HERACLII IMP. ANNUM XX.

OPUS HACTENUS FASTORUM SICULORUM NOMINE LAUDATUM, DEINDE CHRONICÆ TEMPORUM EPITOMES, AC DENIQUE CHRONICI ALEXANDRINI LEMMATE VULGATUM;

POST CAROLI DU FRESNII-DU CANGII CURAS
AD EXEMPLAR VATICANUM
RECENSUIT LUDOVICUS DINDORFIUS.

(Bonnæ MDCCCXXXII, 8°).

ACCEDUNT

GEORGII PISIDÆ

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS,

VENIT 12 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUT*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VII. ANNUS 630.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCII CONTINENTUR.

CHRONICON PASCHALE.

Caroli Du Fresnii-Du Cangii Epistola nuncupatoria ad Ludovicum Magnum. *col.* 9
Ejusdem Præfatio generalis. 13
Analysis chronologica ad Chronicon Paschale. 59
Ludovici Dindorfii Præfatio in novam recensionem textus Græci juxta exemplar Vaticanum. 67
CHRONICON PASCHALE. 70
Selecta quædam ad illustrationem Chronici Paschalis. 1030

GEORGIUS PISIDA, DIACONUS CONSTANTINOPOLITANUS.

Jos. Mariæ Quercii Præfatio in omnia Pisidæ scripta. 1162
Imm. Bekkeri Præfatio in Pisidæ scripta historica novissimæ Collectionis Byzantinæ recensioni inserta. 1195
OPERA PISIDÆ :
De Heraclii Expeditione Persica 1198
Bellum Avaricum. 1263
Heraclias. 1298
Hymnus Acathistus. 1335
In sanctam Resurrectionem. 1373
Hexaemeron. 1426
De vanitate vitæ. 1582
Contra Severum Antiochenum. 1622
Vita S. Anastasii martyris. 1679
Senariorum fragmenta. 1731
Indices. 1756

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google

PRÆCELLENTISSIMO AC CHRISTIANISSIMO REGI

LUDOVICO,

REGUM MAXIMO TRIUMPHATORI, PIO, FELICI, AUGUSTO, PATRI PATRIÆ,

FIDEI ASSERTORI ET VINDICI, LITTERARUM PARENTI AC PATRONO

« *Antiquis temporibus mos fuit bonarum artium studia mandare litteris, atque in libros redacta offerre principibus, quia neque aliquid inchoatur, nisi post Deum faverit imperator.* » *Sacram Majestatem Tuam iisdem mihi nunc affari verbis liceat, Rex Christianissime, quibus olim Valentinianum Augustum Flavius Vegetius Renatus, cum suos ei offerret* De re militari *commentarios. Tametsi enim quod in hoc opere pertractatur argumentum, nihil habet quod potentissimum regem proprie spectet, nihil quod elegantia scriptionis ac materiæ dignitate Vegetiano longe non cedat, haud alienum tamen ab officio meo esse duxi, si post dicatas aliquot nostras Majestati Tuæ qualescunque lucubrationes, hanc quoque postremam velut priorum leve corollarium tibi artium parenti nuncuparem. Neque mea me ac munusculi mei tenuitas deterruit id cogitantem quod Varius ille Geminus rhetor de imperatore summo dictitabat,* « *ut qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant, ita qui non audent, ignorare humanitatem.* » *At hoc loco mihi, Princeps invictissime, in Sacræ Majestatis Tuæ præconia laudesve excurrere, vel eximias illas regiasque prorsus animi virtutes, quibus te Deus Optimus Maximus ad Gallorum tuorum felicitatem beavit, commemorare consilium non est, nedum tot bello ac pace præclare a te gesta, quæ et habentur in ore omnium, et qualis quantusque sis abunde exteris ipsis dissitisque nationibus declarant.* « *Multum namque tuis onusta virtutibus currit fama cum pondere, et veris opinionibus jam assueta, de te tantum didicit non mentiri,* » *id quod de Theodeberto rege e decessoribus tuis, sed te longe inferiore, jactavit olim Arelatensis antistes Aurelianus* (a). *Quid quod laudum titulos omnes, quibus vel reges Francici post illustria facta exornati olim, vel Regiæ Majestatis Tuæ jam ab aliis quamplurimis intra extra delibatæ virtutes, quarum vel sola recordatione orbis quam late patet attonitus obstupescit, unus huic præfixus epistolæ titulus complecti videtur. Nam ecqua potest* PRÆCELLENTISSIMI *principis appellatione excogitari illustrior, qua præ cæteris insigniti Francorum reges, tum a summis pontificibus, tum a præsulibus Gallicanis in publicis numerosi cleri comitiis sæpe fuere* (b)? *An non in te vox illa cadit aptissime, qui non tam regni quod obtines amplitudine ac dignitate, quam rerum gestarum laude ac fama cæteris orbis principibus multo* PRÆCELLIS? *Jam studium illud singulare quod in revellendis reliquiis hæreticæ pravitatis, quæ sceleratis factionibus Galliam tuam, (ubi inter cætera mundi regna clarere religio Christiana noscitur* (c)) *pridem pene concusserat, tum in avitæ religionis integritate tuenda nullo non die adhibes, haud paulo verius, quam nobilissimos antecessores tuos, te* ECCLESIÆ ac CHRISTIANÆ FIDEI DEFENSOREM, VINDICEM *et* ADSERTOREM, TE PIUM, TE CHRISTIANISSIMUM *prædicant. Circumfertur illud sane de duobus imperatoribus Christianæ rei defensoribus clarissimis assertoribusque celebratum, Paganorum fana Constantius Magnus clausit, Theodosius evertit* (d). *Tu post receptas ab invictissimo parente quas rebelles sectarii contra jus fasque omne invaserunt civitates, non modo templa quæ per vim nobis abstulerant, et eas quas violatis legibus sanctissimis exstruxerant basilicas ipsis eripuisti, verum etiam justo perduellionis atque impiæ sectæ odio incitatus æquari solo et ubique dirui quæ excitaverant fana jussisti. Quid ita? ratus scilicet nec expiari posse, et sacros in usus conferri, quæ essent ab his impia superstitione et inexpiabili perduellione inquinata, futurumque demum ut post detersam hujusce labis recordationem ipsam, floreat vigeatque illustris per te in Gallia Christiana pietas, neque ullis postmodum maculis obscuretur. Quis deinde non satis unum id esse perspiciat, si* LUDOVICUM MAGNUM *quis appellet, ut* REGUM MAXIMUS, TRIUMPHATOR, FELIX, AUGUSTUS, *confestim agnoscatur?*

(a) Tom. I Hist. Franc., p. 857.

(b) Gregor. M., Joan. VIII, etc. Conventus ad Andelaum., synod. Germinjac., etc.

(c) Joan. XXII. tom. VII. Epist. secret., p. 126.

(d) Theodorit. l. V, c. 21; Chron. Paschal. in Theod.

Digitized by Google

nisi forte minus honorifice sentire ac loqui de his principibus, quos intuentur ipsi coram ac suspiciunt, Gallis absque piaculo licet, quam externis ac peregrinis, qui de his aliquid fama duntaxat et auditione acceperunt ; quibus proinde hæc ipsa præconia non adulatio, quam in subditis ac domesticis pronum est suspicari, sed quæ ubique vel apud hostes dominatur, vis una veritatis extorsit. Nam cur in scriptoribus Anglicis haud certe postremus (a) REGEM FRANCORUM TERRESTRIUM REGEM REGUM *esse prodidit ? aut cur Franciam* REGNUM REGNORUM *idem appellavit ? Cur Gregorius pontifex, tum reipsa, tum appellatione Magnus, eum ad Childebertum scriberet* (b), « quanto cæteros homines regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni Francici culmen *dixit* excellere? » *Cur ipsa deinde Græcia, unde hoc opus in Gallias tuas advectum, quod nunc apparet in tuo nomine ; cur ipsa, inquam, non cujusvis, aut e promiscua plebe, aut e grege scriptorum, sed ipsius Annæ Comnenæ ore regem Franciæ. quanto autem illis temporibus te minorem ?* REGEM *tamen esse* REGUM, MAJOREMQUE OMNIBUS QUI SUB CŒLO SUNT, *in* Alexiade (c) *prædicavit. Quid aliud quam perspecta Franciæ majestatis dignitas auctoritasque impulit, ut cum ea esset Alexii Comneni Augusti filia, imperatorioque sanguine, ac Cæsarea etiam appellatione nobilis, palmam nihilominus regiæ prærogativæ nostris principibus ultro deferret ? Cur Alexii postea nepos, et idem imperator Constantinopolitanus Manuel Comnenus, cum ad Alexandrum summum pontificem litteras daret* (d), *Ludovicum Francorum regem* PROTONOBILISSIMI *cognomento donavit, nisi regii generis nobilitate et vetustate, perinde atque imperii amplitudine cæteris orbis principibus longe præstare eum idem agnosceret? Quod si prioribus illis hi tituli jure merito ascripti fuere, quanto potiore tibi uni universi competunt, qui sparsas in singulis virtutes ac dotes, quas vetera annalium monumenta commemorant, collectas in te uno repræsentas? Quod igitur* REGUM MAXIMUS *audis ubique ac diceris, licet ægre ferat innata Majestati Tuæ moderatio, non est tamen impetratura a nobis quin sic sentiamus; non poterit hanc afferre vim animis judiciisque nostris : cum vix quisque nostrum ab ipso regis regum titulo abstineat et temperet; qui quanto tamen in te verius quam in priscos Parthorum et Persarum reges ipse conveniat, hunc si cuipiam cæteris adjungere animus fuerit, cum regibus cæteris non semel sed sæpius, quibus stare eos oporteret ac juvaret, leges perscripseris, unus belli nempe ac pacis in hoc orbe arbiter. Quamvis autem ea sit animi tui magnitudo, nihil ut moliaris famæ laudisque captandæ apud omnes studio : sed suis te illecebris virtus ipsa traxerit ad verum decus, patere saltem non tam ob regni, cui peculiari Numinis erga nos beneficio præes, dignitatem, productosque tandem illustribus tuis ac gloriosis tropæis eo usque fere illius fines, quo vetus Gallia protendebatur, quam ob eximias illas ac vere regias animi dotes quibus insigniter adornaris ; patere, inquam, non jam* TE MAGNUM, *qua te appellatione, quod olim Arcadio contigit Theodosii Magni filio* (e), *in ipso fere ætatis flore appellari gavisi summopere sumus : sed* REGUM MAXIMUM, *a tuis præcipue Gallis, quibus es probe perspectus ac cognitus, atque adeo in amore ac deliciis salutari. Patere post tot nobiles ab hoste reportatas victorias, post tot expugnatas urbes, ac tot receptas provincias* TRIUMPHATOREM (f) *te inscribi. Patere nos* EXPERTÆ FELICITATI *tuæ* (g), *quæ consiliorum atque industriæ sic est adjutrix, hanc ut illa nunquam superarit, nec sit in te aliud præter honestarum rerum prosperitatem, adgratulari. Patere* AUGUSTI *tibi a nobis nomen imponi, quod a Francorum regibus pridem manavit, eorumque fuit peculiare ac proprium, et quod æque atque antecessoribus tuis Philippo II et Carolo VIII, tibi jure optimo deberi, testantur tam multæ res ante hunc diem, a te pie, fortiter ac præclare gestæ. Sed inter tot magnificos illos titulos erit et huic non omnium certe postremo locus, ut te* PATREM PATRIÆ, *quæ fuit Ludovici XII apud majores nostros nomenclatio, ob singularem tuam humanitatem in subditos, ac in calamitosos benignitatem te prædicemus. Denique ut Franciscum regem maxime anterior ætas cognominavit* LITTERARUM PARENTEM *ac* PATRONUM, *pro tua eximia erga viros litteratos effusione, pro tuo erga disciplinas omnes atque ingenuas artes, quas profitemur, amore, patere*

(a) Matth. Paris. ad ann. 1251, 1257.
(b) Lib. v, epist. 6.
(c) Anna Comnen. l. x Alexiad.
(d) Apud Baron. an. 1180.
(e) Synesius or. De regno.
(f) Fest. Rufus de Pompeio.
(g) Eutrop. de Constantino.

Digitized by Google

dici ac celebrari. Votis cætero nostris Numen annuat, Rex Christianissime, annos si tuos de nostris, de hostium spoliis si triumphos, serenissimumque Delphinum, ac nobilissimos pueros, nepotes tuos, servet incolumes, si his perpetua decernat imperia tum nostris ut posteris, et seris longo post intervallo nepotibus, infinitis sæculorum continuationibus ipsi imperent; tum ut per eos omni malorum acerbitate depulsa gens Francica quietæ felicitatis munera consequatur (*a*).

S. R. M. devotissimus

CAROLUS DU FRESNE.

(*a*) Jul. Firmic. l. I, Matth. c. IV.

PRÆFATIO,

UBI

DE AUCTORE CHRONICI PASCHALIS,

CÆTERISQUE PASCHALIUM APUD GRÆCOS CONDITORIBUS.

* [I*.] I. *Præfationum usus.* « Singuli Patrum librum aliquem exposituri, sicut ratio exigit, de auctore et materia ejus, intentione, causa et titulo, et si quæ alia sunt quæ auditoribus et lectoribus faciliorem intelligentiam sequentis operis præparent, in tractatibus suis præmittere consueverunt. Et hæc quidem habita ratione loci et temporis, et eorum ad quos sermo dirigitur, ut ad formam evangelicæ institutionis, familiæ Domini mensuram cibi salutaris opportune dispensent. Nam, ut ait Palladius, magna pars prudentiæ est consulta ratione personam illius qui scribit permetiri. » Hisce ex Joanne Sarisberiensi (*a*), præmissis de Præfationibus, quas λαλιὰς ἐπιγραφὰς vocat Epiphanius (*b*), quasque, ut idem ai, libris suis præmittere solebant παλαιοὶ συγγραφεῖς, quibus διὰ αἰνίγματος ὑπόφασιν ἐδείκνυον πάσης ὑποκειμένης πραγματείας, neminem esse arbitror, qui priusquam ad hujusce Πασχαλίου, seu paschalis Chronici, quod typis regiis prodit, lectionem quivis accedat, non fateatur ultro pretium esse operæ, ut non modo quæ sors illius fuerit, tum quid in hac editione præstitum sit agnoscatur; sed etiam ut auctoris nomen, vel saltem quæ patria, sit de utroque tamen, quod hactenus inexploratum manet, quidpiam resciri possit, quod operis argumentum, quodve libro lemma apponi debuerit, sedulo inquiratur: quæ quidem in hac Præfatione pro virili examinanda suscepimus.

II. *Fasti Siculi, prout paschale Chronicon primo appellatum, ex Sicilia Romam delati.* — Atque ut ab illius, ut ita dicam, fortuna ordiamur, varia illa fuit. Tum primum quippe in republica litteraria, et apud viros eruditos innotuit, cum ex Sicilia, ubi ab Hieronymo Surita [II] inventum ferunt, illius et Antonii Augustini opera Romam est perlatum. Qui enim ea tempestate Fastis consularibus concinnandis et adornandis operam suam collocabant, Carolus Sigonius et Onuphrius Panvinius, Fastos consulares in eodem Paschali exaratos sibi describi curarunt, quibus se in illis componendis non minime adjutos haud semel ii profitentur. *Nos*, inquit Sigonius in Commentario ad Fastos et Triumphos Romanorum, *Dionysium secuti sumus, quem Fasti quidam consulares Græce scripti, atque ex Sicilia, ut audio, advecti, et alii etiam Latini, quos citat Cuspinianus, sequuntur, in quibus consules deinceps collocantur, cognominibus eorum tantum allatis, hoc modo, Βρούτου καὶ Κολλατίνου.* Et Panvinius in Præfatione Commentariorum ad Fastos: *Novissimus omnium ex antiquis qui Fastos consulares, quod sciam, scripserit, est alius sine nomine auctor, qui in universali Chronico a se conscripto consulum quoque nomina adjecit ab exactis regibus ad primum* (imo vicesimum) *Heraclii imperatoris annum. Is liber vetustissimis litteris exaratus inventus est in Sicilia in antiqua bibliotheca a Hieronymo Surita, operaque Antonii Augustini Rotæ auditoris factum est, ut ejus libri pars nobis transmitteretur, quæ consules continebat, cujus auxilio multum sublevatus sum in his Fastis concinnandis.* Idem lib. II, in Præfat.: *Nam Orosio, Cassiodoro, et Fastis illis Græcis nuper Romam ex Sicilia viri eruditissimi Antonii Augustini opera adductis, et quidem depravatissimis, tantum usus sum in ordinandis consulibus.* Denique in Præfat. ad lib. III: *Nam usque ad Heraclii tem-*

(*a*) Epist. 172. * Paginæ editionis Regiæ. (*b*) In epist. ad Acacium et Paul. presb.

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VII. ANNUS 630.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XCII CONTINENTUR.

CHRONICON PASCHALE.

Caroli Du Fresnii-Du Cangii Epistola nuncupatoria ad Ludovicum Magnum. *col.* 9
Ejusdem Præfatio generalis. 13
Analysis chronologica ad Chronicon Paschale. 59
Ludovici Dindorfii Præfatio in novam recensionem textus Græci juxta exemplar Vaticanum. 67
CHRONICON PASCHALE. 70
Selecta quædam ad illustrationem Chronici Paschalis. 1030

GEORGIUS PISIDA, DIACONUS CONSTANTINOPOLITANUS.

Jos. Mariæ Quercii Præfatio in omnia Pisidæ scripta. 1162
Imm. Bekkeri Præfatio in Pisidæ scripta historica novissimæ Collectionis Byzantinæ recensioni inserta. 1195
OPERA PISIDÆ :
De Heraclii Expeditione Persica 1198
Bellum Avaricum. 1263
Heraclias. 1298
Hymnus Acathistus. 1335
In sanctam Resurrectionem. 1373
Hexaemeron. 1426
De vanitate vitæ. 1582
Contra Severum Antiochenum. 1622
Vita S. Anastasii martyris. 1679
Senariorum fragmenta. 1731
Indices. 1756

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google

cum varietas ista narrationis inde oriatur, quod modo hunc, modo illum sequatur auctorem.

V, *An istud Chronicon recte Alexandrinum dictum fuerit.* — Non defuere interea ex eruditioribus qui affixum a Radero a se in publicum emisso Chronico velut minus idoneum, ne dicam ineptum prorsus lemma suggillarunt, quod idem Chronicon, cujus auctor hactenus incertus habitus fuerat, Alexandrinum is appellaverit, nullo alio ductus fundamento, quam quod Petri Alexandrini nomen initio codicis Augustani legisset: quasi, licet Petrus iste Alexandrinus Chronici auctor exstitisset, quod procul est a vero, uti mox ostendemus, Alexandrinum ideo illud vocare debuerit. Nam ut ita diceretur, necesse foret, ut vel res Alexandrinas duntaxat complecteretur, quemadmodum opus Callinici sophistæ, qui sub Gallieno vixit (*a*), et x libris res Alexandrinas persecutus est, quodque laudatur ab Hieronymo (*b*): vel Alexandrinorum præsulum historiam, ut Chronicon Eutychii, et illud quod Orientale vocant, typis regiis editum: vel saltem tempora secundum Alexandrinorum æram ac epochas in eo exigerentur, quomodo Jacobus Cujacius (*c*) Chronicon illud Alexandrinum ex bibliotheca Puteana appellat, quod in eo non ex coss. duntaxat Romanis, sed etiam ex suo Augustali annos putent Alexandrini. Quod quidem Puteanum Chronicon idem ipsum est quod edidit Scaliger post Eusebii Chronicon, hoc titulo: *Excerpta ex priore libro Chronologico Eusebii et Africano et aliis, Latine conversa ab homine barbaro, inepto, Hellenismi et Latinitatis imperitissimo.*

VI. *Id nominis Chronico, quod Georgii episcopi Ambianensis nomen præfert, magis convenit.* — Id enimvero Chronicon, quod *Farraginis Alexandrinæ* lemmate non semel laudat Jacobus Gottofredus (*d*), et unde sua hausit Scaliger, servatur hodie in Bibliotheca Regia, in codice membraneo, litteris, uti vocant, uncialibus descripto, proindeque potioris omnino antiquitatis, in cujus limine recentiori paulo charactere, sed qui Caroli Calvi ætatem redolet, hæcce descripta leguntur: *Chronicon Georgii Ambianensis episcopi, vel sicut alii dicunt, Victoris Turonensis episcopi.* Desinit autem istud Chronicon in tempora Anastasii Dicori, quo demum imperante videtur fuisse confectum: cum præsertim in imperatorum serie, quam auctor descripsit, et in qua imperii annos unicuique appingit, in Zenonem et Anastasium desinat, omissis eorum imperii annis. Porro Georgium episcopum Ambianensem, qui a Carolo Magno Romam legatus missus est circa annum DCCLXXIII, ut [V.] testatur Anastasius (*e*) nemo fortean erit, qui ex hacce apposita codici inscriptione auctorem velit asserere: tum quod ea ætate ejusmodi in Latina lingua barbaries in Gallia minime obtineret; tum etiam quod etsi Georgii episcopi Ambianensis nomen præferat, fieri possit ut ejusmodi similes forte aliquot lucubrationes emiserit, ex quibus harum conditor haberi potuerit, tametsi an is quædam scripserit incertum prorsus maneat. Neque potiori jure Victori episcopo Turonensi, qui nullus fuit, debet ascribi, licet perperam forte scriptum fuerit *Turonensi*, pro *Tunnunensi*, ita ut amanuensis quædam ex Chronico Victoris Tunnunensis in Africa desumpta esse innuere voluerit, quod in Justinum Junio-rem desinit, quod suadere videtur Chronicon ineditum Melliti in cod. Colberteo CCXL, ubi is *Toronensis Ecclesiæ episcopus* dicitur, cum de illius Chronico agit. Hæc enim prorsus evanida, nulloque fulta fundamento quoad Chronici istius barbarolatini scriptorem, qui quantum conjicere licet Ægyptius fuerit, qui nec Græcam, vel certe nec Latinam linguam probe calluerit, tametsi in illo multa exstent, quæ ad Ægyptiorum, quorum æram semper sequitur (*f*), regna pertinent, et digna sint quæ legantur etiam invitis solœcismis, propter ea sola quæ in eo exstant utilia et bonæ frugis: quæ est sententia ejusdem Scaligeri (*g*). Verum hæc obiter et per transennam dicta sint de hocce Chronico, quod cum Cujacio in Notis nostris Alexandrinum deinceps appellamus.

VII. *Petrus Alexandrinus non fuit auctor Chronici paschalis.* — Atque ut in orbitam redeat oratio, licet Petrus quispiam Alexandrinus episcopus paschalis Chronici, quod recudimus, auctor exstitisse potuerit, non ideo tamen, uti supra attigimus, Alexandrinum illud appellari debuerit, sed Chronicon Petri Alexandrini. Deinde Petrus iste Alexandrinus episcopus, cujus nomen legitur initio Syntagmatis de Paschate, quod codici Vaticano præfigitur, prout certe exaratum editumque est, Chronici auctor esse non potuit, cum martyr dicatur, Petrusque iste martyrium obierit imperante Diocletiano, ut præ cæteris testatur Epiphanius (*h*), et ex eo forte scriptor paschalis Chronici (*i*), proindeque in Heraclii tempora, in quæ protrahitur, illud deducere non potuerit. Verum quin idem Petrus auctor non sit habendus, suadent non solum, imo probant omnino quæ in Syntagmate de Paschate proferuntur a Chronici scriptore ex illius libro de Judæorum et Christianorum paschali festivitate, ubi eadem laudantur formula, qua Hippolyti Portus episcopi, Apollinarii Hierapolitani episcopi, Clementis Alexandrini, et Athanasii scripta, qui pari ratione Chronici auctores dici potuerint. Illud autem Petri Alexandrini opusculum exstare vel exstitisse in bibliotheca Scorialensi cum alio hoc titulo, Περὶ τοῦ Πάσχα, καὶ τῶν τούτου ζητημάτων, docemur ex illius indice codicum Græcorum inedito: sed et haberi in bibliothe a collegii So-

(*a*) Suid.
(*b*) *Comment. in Daniel.*
(*c*) Paratit. ad tit. cod. *De offic. præf. August.*
(*d*) In Not. ad Cod. Theod.
(*e*) In Adriano I.
(*f*) Herwart. in *Chronol.* cap. 164.
(*g*) Ad Græca Eusebii p. 111, 2 edit.
(*h*) In hær. Meletian.
(*i*) P. 276.

Digitized by Google

nisi forte minus honorifice sentire ac loqui de his principibus, quos intuentur ipsi coram ac suspiciunt, Gallis absque piaculo licet, quam externis ac peregrinis, qui de his aliquid fama duntaxat et auditione acceperunt ; quibus proinde hæc ipsa præconia non adulatio, quam in subditis ac domesticis pronum est suspicari, sed quæ ubique vel apud hostes dominatur, vis una veritatis extorsit. Nam cur in scriptoribus Anglicis haud certe postremus (a) REGEM FRANCORUM TERRESTRIUM REGEM REGUM *esse prodidit ? aut cur Franciam* REGNUM REGNORUM *idem appellavit ? Cur Gregorius pontifex, tum reipsa, tum appellatione Magnus, eum ad Childebertum scriberet* (b), « quanto cæteros homines regia dignitas antecedit, tanto cæterarum gentium regna regni Francici culmen *dixit* excellere? » *Cur ipsa deinde Græcia, unde hoc opus in Gallias tuas advectum, quod nunc apparet in tuo nomine ; cur ipsa, inquam, non cujusvis, aut e promiscua plebe, aut e grege scriptorum, sed ipsius Annæ Comnenæ ore regem Franciæ. quanto autem illis temporibus te minorem ?* REGEM *tamen esse* REGUM, MAJOREMQUE OMNIBUS QUI SUB CŒLO SUNT, *in* Alexiade (c) *prædicavit. Quid aliud quam perspecta Franciæ majestatis dignitas auctoritasque impulit, ut cum ea esset Alexii Comneni Augusti filia, imperatorioque sanguine, ac Cæsarea etiam appellatione nobilis, palmam nihilominus regiæ prærogativæ nostris principibus ultro deferret ? Cur Alexii postea nepos, et idem imperator Constantinopolitanus Manuel Comnenus, cum ad Alexandrum summum pontificem litteras daret* (d), *Ludovicum Francorum regem* PROTONOBILISSIMI *cognomento donavit, nisi regii generis nobilitate et vetustate, perinde atque imperii amplitudine cæteris orbis principibus longe præstare eum idem agnosceret ? Quod si prioribus illis hi tituli jure merito ascripti fuere, quanto potiore tibi uni universi competunt, qui sparsas in singulis virtutes ac dotes, quas vetera annalium monumenta commemorant, collectas in te uno repræsentas ? Quod igitur* REGUM MAXIMUS *audis ubique ac diceris, licet ægre ferat innata Majestati Tuæ moderatio, non est tamen impetratura a nobis quin sic sentiamus ; non poterit hanc afferre vim animis judiciisque nostris : cum vix quisque nostrum ab ipso regis regum titulo abstineat et temperet ; qui quanto tamen in te verius quam in priscos Parthorum et Persarum reges ipse convenit, hunc si cuipiam cæteris adjungere animus fuerit, cum regibus cæteris non semel sed sæpius, quibus stare eos oporteret ac juvaret, leges perscripseris, unus belli nempe ac pacis in hoc orbe arbiter. Quamvis autem ea sit animi tui magnitudo, nihil ut moliaris famæ laudisque captandæ apud omnes studio ; sed suis te illecebris virtus ipsa traxerit ad verum decus, patere saltem non tam ob regni, cui peculiari Numinis erga nos beneficio præes, dignitatem, productosque tandem illustribus tuis ac gloriosis tropæis eo usque fere illius fines, quo vetus Gallia protendebatur, quam ob eximias illas ac vere regias animi dotes quibus insigniter adornaris ; patere, inquam, non jam* TE MAGNUM, *qua te appellatione, quod olim Arcadio contigit Theodosii Magni filio* (e), *in ipso fere ætatis flore appellari gavisi summopere sumus : sed* REGUM MAXIMUM, *a tuis præcipue Gallis, quibus es probe perspectus ac cognitus, atque adeo in amore ac deliciis salutari. Patere post tot nobiles ab hoste reportatas victorias, post tot expugnatas urbes, ac tot receptas provincias* TRIUMPHATOREM (f) *te inscribi. Patere nos* EXPERTÆ FELICITATI *tuæ* (g), *quæ consiliorum atque industriæ sic est adjutrix, hanc ut illa nunquam superarit, nec sit in te aliud præter honestarum rerum prosperitatem, adgratulari. Patere* AUGUSTI *tibi a nobis nomen imponi, quod a Francorum regibus pridem manavit, eorumque fuit peculiare ac proprium, et quod æque atque antecessoribus tuis Philippo II et Carolo VIII, tibi jure optimo deberi, testantur tam multæ res ante hunc diem, a te pie, fortiter ac præclare gestæ. Sed inter tot magnificos illos titulos erit et huic non omnium certe postremo locus, ut te* PATREM PATRIÆ, *quæ fuit Ludovici XII apud majores nostros nomenclatio, ob singularem tuam humanitatem in subditos, ac in calamitosos benignitatem te prædicemus. Denique ut Franciscum regem maxime anterior ætas cognominavit* LITTERARUM PARENTEM *ac* PATRONUM, *pro tua eximia erga viros litteratos effusione, pro tuo erga disciplinas omnes atque ingenuas artes, quas profitemur, amore, patere*

(a) Matth. Paris. ad ann. 1251, 1257.
(b) Lib. v, epist. 6.
(c) Anna Comnen. l. x Alexiad.
(d) Apud Baron. an. 1180.
(e) Synesius or. De regno.
(f) Fest. Rufus de Pompeio.
(g) Eutrop. de Constantino.

Digitized by Google

crum [XI]cui demum canonem sedecennalis cycli præfixit ; id enim indicare videtur vox προθεὶς. Aliud autem fuere Hippolyti ratio Paschæ temporumque canones, uti appellantur ab Hieronymo, aliud canon ἐκκαιδεκαετηρίδος ab illo inventæ : quod et docet ipsius Hippolyti canon quem edidit Scaliger, et ex eo alii, in quo inter illius opera recenseturʼΑπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα κατὰ ἐν τῷ πίνακι. Ubi Scaliger reponendum putat καὶ τὰ, vel καθὰ, quod postremum maluerim. Nam etsi, ut et Bucherius, alterum præferat, quia, inquiunt, ἀπόδειξις et πίναξ, longe diversa sunt, ita hæc verba capienda censuerim, ut ἀπόδειξις temporum Paschatis juxta regulam in tabula descriptam exarata, et secundum Eusebium, eidem operi præfixa fuerit : nisi admittatur codicis Medicei lectio, προσθεὶς, cujus meminit Valesius, ut addita fuerit, quod idem fere valet, tametsi subditam potius videatur omnino indicare ejusdem canonis lemma, quod hisce verbis conceptum legitur : Ἔτους α' βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΙΔ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις, σαββάτῳ ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου· ἔσται τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν καθὼς ὑποτέταχται ἐν τῷ πίνακι· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς παρῳχηκόσιν, καθὼς σεσημείωται. Id est, *Anno* I *imperii Alexandri imperatoris facta est* XIV *Paschæ Idibus Aprilis, Sabbato, cum mensis embolimæus fuisset. Sequentibus annis continget sicut in tabula subjectum est, in præteritis autem evenit, sicut indicatum est.* Ex quibus conficit Scaliger promittere Hippolytum hocce lemmate, non solum in futurum, sed etiam in perpetuum canonis constantiam. Sed longe alia, nisi ipse fallar, sonant hæcce verba. Operi ipsi quippe in canonis seu regulæ paschalis cycli specimen subdito hocce laterculo, eamdem in posterum observandam regulam ait, quæ in præteritis annis fuerat observata. Unde colligere liceret in universo totius operis decursu non modo res præteritas ex temporum ratione descripsisse, sed subinde etiam paschalium festivitatum tempora ad suosmet expendisse canones : quod prorsus velle videtur Eusebius, scribens operi de Paschate per tempora, seu ordine chronologico digesto, adjunctum fuisse paschalem canonem. Licet enim ejus canonem habeamus, inquit V. C. Henr. Dodwellus (*a*), periit tamen liber quem scripsit de canone.

XV. *De Paschali Hippolyti Portuensis.* — Sed an opus istud Hippolyti idem sit quod de Paschate inscripsit, quod vult Valesius, dubium facit, quod Eusebius et Hieronymus post recensitum illud de Paschate opus, in quo rationem temporum ad Alexandri imperatoris ætatem perduxerit, aliud rursum de Paschate recenseant ; quod quidem in præfixo huicce quod recudimus paschali syntagmate, et ab aliis subinde scriptoribus laudatur. Quinetiam hæc verba quæ laterculo adduntur, *De demonstratione temporum Paschæ prout in tabula*, ita accipi possunt, ut tabula ipsa demonstrationem temporum Paschæ complexa fuerit, proindeque ipsa demonstratio et tabula unum idemque exstiterint, ac tabula adjuncta fuerit Chronico, cujus paulo ante meminit laterculus, hisce verbis : Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας, καὶ πρὸς Πλάτωνα. Ita tamen ut incertum sit, an πρὸς Ἕλληνας, referri debeat ad Chronicon quod Hippolytus conscripserit, ævi sui morem secutus, quo sancti Patres gentilium objecta eo scriptionis genere confutarent, qui religionis Christianæ antiquitatem, quam ipsi ethnici jactabant, [XII] ut est apud Paulum Orosium (*b*), ut fictam traducere solebant, sumpto a mundi exordio ad sua usque tempora antiquitates sacras asserebant, dum interim totam gentium chronologiam, vel μυθικὴν, vel incertam, ac ferme nuperam esse ostenderent : Christiani vero suam a Judæis, atque ab ipso Mose, ac proinde a mundi conditu repeterent. Quo forte spectavit pariter Senator, cum dixit (*c*) : *Habent etiam post tractatores, diversos relatores temporum studia Christiana, qui ecclesiastica gravitate compositi, per vicissitudines rerum, mutabilitatesque regnorum, lacteo quidem, sed cautissimo nitore decurrunt. Qui cum res ecclesiasticas referant, et vicissitudines accedentes per tempora diversa describant, necesse est ut sensus legentium rebus cœlestibus semper erudiant, quando nihil ad fortuitos casus, nihil ad deorum potestates infirmas, ut gentiles fecerunt, sed arbitrio Creatoris applicare veraciter universa contendant.* Cæterum laudantur a Labbeo (*d*) ex Bibliotheca Monchaliana Tabulæ paschales Hippolyti Portuensis episcopi Græce et Latine cum Vita ejusdem Hippolyti ex libro sancti Hieronymi Græce, et commentario italico recenti manu in easdem tabulas. Sed an hæ tabulæ eædem sint cum edita, cujus meminimus, haud omnino planum. Exstant ejusdem Hippolyti opera alia, tum in bibliotheca regia mss. (*e*), tum edita pridem a Canisio, Combefisio, et aliis : quædam laudat præterea Syncellus (*f*). Sed de Hippolyto et ejus scriptis consulendus præter Eusebium idem Combefisius ad illius librum *De* XII *apostolis* et lib. *De antichristo*.

XVI. *Qua methodo illud conscriptum.* — Hac enimvero, quam hic attigimus scribendi ratione usi (*g*) Cassianus auctor Exegeticon, Tatianus, ut etiam de illo testatur auctor Chronici paschalis, Clemens Alexandrinus, Hippolytus, Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, Eusebius, Prosper Aquitanus, Georgius Syncellus, et aliquot alii, qui Christianam religionem non esse nuperam ἐξ ἀρχαιότητος τῶν προφητικῶν γραμμάτων demonstrarunt, Mosemque præcedere Trojanum bellum DCCCCXXVIII annis probarunt, quod in primis fecit Theophilus lib. III ad Autolycum, qui, ut id certius demonstraretur, ab ipso mundi exordio repetendam temporum seriem existimabat : Ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν

(*a*) Pag. 52.
(*b*) Lib. VII, cap. 26.
(*c*) *De divin. lect.*, c. 22.
(*d*) Pag. 189.
(*e*) Codd. 1328. 1892.
(*f*) Pag. 218, 259, 553. Canis. tom. V *Ant. lect.*
(*g*) Epiphan. hær. 51, n. 35, Scalig. ad Græca Euseb. p. 192. et ad hær. p. 5. *Chronic. paschale*, p. 281, ubi de Tatiano.

Digitized by Google

pora Fasti Græci Antonii Augustini et Hieronymi Suritæ opera ex Sicilia in Urbem advecti pertinent. Hos igitur Fastos nudos primi Græce et Latine vulgarunt Sigonius et Panvinius, quos deinde Sylburgius t. III *Historiæ Augustæ* a se editæ, postmodum vero Andreas Schottus Stephani Vinandi Pighii volumini II posthumo inseruere, et, ut alii passim, Fastos Siculos appellavere, quod, sicut diximus, tum primum in Sicilia codex iste repertus sit.

III. *An ex eo codice exscriptum sit Casaubonianum exemplar.*—Istius Chronici exemplar aliud habetur in bibliotheca Augustana, manu Andreæ Darmarii antiquarii descriptum, proinde littera recentiori, ut testatur Raderus, et a Sylburgio XXXVI aureis solaribus emptum, et Hœschelio donatum, ab eodem Hœschelio reipublicæ deinde Augustanæ oblatum, ex quo Isaacus Casaubonus pleraque excerpsit, quæ non semel in notis ad Capitolinum, Fastorum Græcorum, interdum Siculorum, quomodo primus illos vocavit Onuphrius Panvinius, titulo laudat. Istius porro Andreæ Darmarii, quem Græcum mercatorem indigitat, meminit idem Casaubonus (*a*), a quo se emisse testatur librum Julii Africani de bellico apparatu, et Fragmentum Petri Alexandrini de Paschate; unde non modo illius ætas percipitur, sed et dubietas oritur, an is ex Romano exemplari Chronicon exscripserit, siquidem ex Græcia mercator in Gallias venerit: nisi forte fuerit ex illis antiquariis Vaticanæ bibliothecæ, fere semper natione Græcis, qui ex illius codice hæcce qualiacunque sibi transcripserit. Utut sit, ea excerpta cum Josepho Scaligero communicasset [III.] Casaubonus, is cum Eusebii Chronico a se adornato, una cum aliis similibus chronicis, *propter cognationem materiæ*, ut ipse ait, illa edenda curavit, *Chronicæ temporum Epitomes* inscriptione. Verum in exscribendo Augustano exemplari multa prætermisit ipse Casaubonus, qui a Græculo quodam (Darmario videlicet) acceptum, ut scribit Scaliger, manu sua descripserat; (antequam ab Hœschelio emeretur) quia fortean cum exscriptionis integræ difficultate deterreretur, quæ obvia aut supervacanea existimabat, omittenda censuerit. Sed et in annum XX Mauricii imp. duntaxat Chronicon illud Casaubonianum desinit, reliquis pariter omissis usque ad Heraclii annum XVIII in quem desinit ipse codex Vaticanus. *Cur autem Scaliger vel Casaubonus sequentes paginas omiserit, divinare non possum.* inquit Raderus, *nisi quod de sacris imaginibus ibi multa mentio, quam, opinor, Iconomachi refugere:* quod ego vix putem, sed quia scriptor in exscriptione defatigatus hic hæsit, nec tanti ea censuit, ut suscepto labori ulterius incumberet. Qualiscunque autem ista sit editio, in Raderiana emendanda non parum adjumenti fuit, præsertim cum hæc postrema pluribus mendis scateat, et ut nec probe omnino descripta sit a Radero, ita nec a typographo typis sat accuratis expressa. Chronicon porro illud a se editum Casaubonianum Scaliger in Notis ad Eusebium semper appellat: ubi rursum Raderus, *Magna et gravis causa*, inquit, *ut si ego vocem Raderianum, quod mea manu descripserim, transtulerim, ediderim, observationes addiderim, neque tamen erit Raderianum, multo minus Casaubonianum.* Ego vero cur Radero id stomachum moveat, haud omnino assequor, cum proclive nimium sit, quod ab aliquo beneficium acceperis, illius edito nomine palam profiteri.

IV. *Chronicon Raderianum.*—Ut denique paschalis istius Chronici fatum absolvam, postrema tandem illius prodiit editio Monachii *Bavariæ* metropoli, anno CIↃIↃCXV, hoc titulo: *Chronicon Alexandrinum, idemque astronomicum et ecclesiasticum, vulgo Siculum, seu Fasti Siculi ab Sigonio, Panvinio, aliisque passim laudatum, partimque Græce editum, nunc integrum Græce cum Latina interpretatione vulgatum, opera et studio Matthæi Raderi de societate Jesu.* Quæ quidem ejusdem Chronici editio eruditorum fere omnium calculis est excepta: tum quod prior manca esset ac decurtata, illa vero suis, ut videbatur, numeris absoluta. Adde quod cum Græca lingua apud plerosque, usus, seu ut verbo utar Petronii, saporis haud sit publici, Latina Raderi versio cujusvis lectioni librum promiscue exponeret. Chronici compendium augebat præterea quod tot rerum quæ a celebrioribus chronologis aut historicis indicta, aut iis ignota fuerant, patefaceret; tum quod ejusdem opera scriptorum aliorum locos emendare vel illustrare viris doctis liceret. *Qui quidem Fasti Siculi*, inquit Scaliger (*b*), *tametsi habeant multa quæ reprehendas, tamen ope illorum multa menda de ratione temporum tolluntur, et longe plura supplentur.* Et Jacobus Grandamicus (*c*): *Auctor ille quamvis multa optima habeat, in multis tamen peccat, et in iis duntaxat sequendus est in quibus vel bonis characteribus utitur, vel probatis auctoribus* [IV.] *adhæret.* Unde Casaubono (*d*) Χρονοῤῥάφος dicitur. Petavius (*e*) vero *Chronicon istud Alexandrinum, quod ex variis auctoribus centonis instar concinnatum* fuisse ait. *egregium nec satis laudatum* appellat. Nam etsi idem Scaliger (*f*) *scriptorem idiotam* interdum vocet, interdum *multa in ea farragine esse, quæ ridere an mirari debeat se nescire*, et alibi, *multa esse inepta* dicat; fatendum tamen longe esse plura quæ sua laude digna haberi debeant, cum eo præponendi sint libri, quo prosunt, vel nova aut ignota proferunt ac docent. Multæ enim sunt eruditæ, licet fortassis longe petitæ, sæpe e re natæ vel observationes vel digressiones, quibus hic liber tanquam segmentis purpureæ veri luminis est ornatus: etsi iterationes aliquot ab incuria quandoque occurrant. verbi gratia cum seriem pontificum Hebræorum bis inserit,

(*a*) In not. ad Sueton. in Jul., n. 51, et in *Exercit. ad Annal. eccl.*, p. 465.
(*b*) L. v *De emendat. temp.*, p. 494.
(*c*) In *Chronolog. Christ.*, lib. III, cap. 3 extr.
(*d*) In not. ad Lamprid. in Commodo.
(*e*) In not. ad Niceph. CP. p. 4, 88, 1 ed.
(*f*) *De emend. temp.*, 220, 255.

Digitized by Google

cum varietas ista narrationis inde oriatur, quod modo hunc, modo illum sequatur auctorem.

V. *An istud Chronicon recte Alexandrinum dictum fuerit.* — Non defuere interea ex eruditioribus qui affixum a Radero a se in publicum emisso Chronico velut minus idoneum, ne dicam ineptum prorsus lemma suggillarunt, quod idem Chronicon, cujus auctor hactenus incertus habitus fuerat, Alexandrinum is appellaverit, nullo alio ductus fundamento, quam quod Petri Alexandrini nomen initio codicis Augustani legisset: quasi, licet Petrus iste Alexandrinus Chronici auctor exstitisset, quod procul est a vero, uti mox ostendemus, Alexandrinum ideo illud vocare debuerit. Nam ut ita diceretur, necesse foret, ut vel res Alexandrinas duntaxat complecteretur, quemadmodum opus Callinici sophistæ, qui sub Gallieno vixit (*a*), et x libris res Alexandrinas persecutus est, quodque laudatur ab Hieronymo (*b*): vel Alexandrinorum præsulum historiam, ut Chronicon Eutychii, et illud quod Orientale vocant, typis regiis editum: vel saltem tempora secundum Alexandrinorum æram ac epochas in eo exigerentur, quomodo Jacobus Cujacius (*c*) Chronicon illud Alexandrinum ex bibliotheca Puteana appellat, quod in eo non ex coss. duntaxat Romanis, sed etiam ex suo Augustali annos putent Alexandrini. Quod quidem Puteanum Chronicon idem ipsum est quod edidit Scaliger post Eusebii Chronicon, hoc titulo: *Excerpta ex priore libro Chronologico Eusebii et Africano et aliis, Latine conversa ab homine barbaro, inepto, Hellenismi et Latinitatis imperitissimo.*

VI. *Id nominis Chronico, quod Georgii episcopi Ambianensis nomen præfert, magis convenit.* — Id enimvero Chronicon, quod *Farraginis Alexandrinæ* lemmate non semel laudat Jacobus Gottofredus (*d*), et unde sua hausit Scaliger, servatur hodie in Bibliotheca Regia, in codice membraneo, litteris, uti vocant, uncialibus descripto, proindeque potioris omnino antiquitatis, in cujus limine recentiori paulo charactere, sed qui Caroli Calvi ætatem redolet, hæcce descripta leguntur: *Chronicon Georgii Ambianensis episcopi, vel sicut alii dicunt, Victoris Turonensis episcopi.* Desinit autem istud Chronicon in tempora Anastasii Dicori, quo demum imperante videtur fuisse confectum: cum præsertim in imperatorum serie, quam auctor descripsit, et in qua imperii annos unicuique appingit, in Zenonem et Anastasium desinat, omissis eorum imperii annis. Porro Georgium episcopum Ambianensem, qui a Carolo Magno Romam legatus missus est circa annum DCCLXXIII. ut [V.] testatur Anastasius (*e*) nemo fortean erit, qui ex hacce apposita codici inscriptione auctorem velit asserere: tum quod ea ætate ejusmodi in Latina lingua barbaries in Gallia minime obtineret; tum etiam quod etsi Georgii episcopi Ambianensis nomen præferat, fieri possit ut ejusmodi similes forte aliquot lucubrationes emiserit, ex quibus harum conditor haberi potuerit, tametsi an is quædam scripserit incertum prorsus maneat. Neque potiori jure Victori episcopo Turonensi, qui nullus fuit, debet ascribi, licet perperam forte scriptum fuerit *Turonensi*, pro *Tunnunensi*, ita ut amanuensis quædam ex Chronico Victoris Tunnunensis in Africa desumpta esse innuere voluerit, quod in Justinum Junio-rem desinit, quod suadere videtur Chronicon ineditum Melliti in cod. Colbertino CCXL, ubi is *Toronensis Ecclesiæ episcopus* dicitur, cum de illius Chronico agit. Hæc enim prorsus evanida, nulloque fulta fundamento quoad Chronici istius barbarolatini scriptorem, qui quantum conjicere licet Ægyptius fuerit, qui nec Græcam, vel certe nec Latinam linguam probe calluerit, tametsi in illo multa exstent, quæ ad Ægyptiorum, quorum æram semper sequitur (*f*), regna pertinent, et digna sint quæ legantur etiam invitis solœcismis, propter ea sola quæ in eo exstant utilia et bonæ frugis: quæ est sententia ejusdem Scaligeri (*g*). Verum hæc obiter et per transenuam dicta sint de hocce Chronico, quod cum Cujacio in Notis nostris Alexandrinum deinceps appellamus.

VII. *Petrus Alexandrinus non fuit auctor Chronici paschalis.* — Atque ut in orbitam redeat oratio, licet Petrus quispiam Alexandrinus episcopus paschalis Chronici, quod recudimus, auctor exstitisse potuerit, non ideo tamen, uti supra attigimus, Alexandrinum illud appellari debuerit, sed Chronicon Petri Alexandrini. Deinde Petrus iste Alexandrinus episcopus, cujus nomen legitur initio Syntagmatis de Paschate, quod codici Vaticano præfigitur, prout certe exaratum editumque est, Chronici auctor esse non potuit, cum martyr dicatur, Petrusque iste martyrium obierit imperante Diocletiano, ut præ cæteris testatur Epiphanius (*h*), et ex eo forte scriptor paschalis Chronici (*i*), proindeque in Heraclii tempora, in quæ protrahitur, illud deducere non potuerit. Verum quin idem Petrus auctor non sit habendus, suadent non solum, imo probant omnino quæ in Syntagmate de Paschate proferuntur a Chronici scriptore ex illius libro de Judæorum et Christianorum paschali festivitate, ubi eadem laudantur formula, qua Hippolyti Portus episcopi, Apollinarii Hierapolitani episcopi, Clementis Alexandrini, et Athanasii scripta, qui pari ratione Chronici auctores dici potuerint. Illud autem Petri Alexandrini opusculum exstare vel exstitisse in bibliotheca Scorialensi cum alio hoc titulo, Περὶ τοῦ Πάσχα, καὶ τῶν τούτου ζητημάτων, docemur ex illius indice codicum Græcorum inedito: sed et haberi in bibliotheca collegii So-

(*a*) Suid.
(*b*) *Comment. in Daniel.*
(*c*) Paratit. ad tit. cod. *De offic. præf. August.*
(*d*) In Not. ad Cod. Theod.
(*e*) In Adriano 1.
(*f*) Herwart. in *Chronol.* cap. 164.
(*g*) Ad Græca Eusebii p. 111, 2 edit.
(*h*) In hær. Meletiana.
(*i*) P. 276.

Digitized by Google

cietatis Jesu Cæsaraugustani in Hispania monet Petavius (*a*), a quo semel ac iterum audiatur. Deinde Alexandrinæ annorum epochæ vel æræ, quæ et Ægyptiaca fuit, nulla est in eo mentio, sed longe potius Antiochenæ, uti censet Henricus Valesius (*b*): *Quod quidem Chronicon*, inquit ille, *nescio cur Raderus Alexandrinum vocaverit : ego certe Antiochenum vocare mallem. Etenim auctor illius Chronici diligentissimus* [VI.] *est in rebus Antiochensium commemorandis, et annis et mensibus eorum perpetuo utitur* (*c*), *ut olim notavi in Epistola ad Jacobum Usserium.* Et alio loco (*d*) : *Chronicon Alexandrinum, quod quidem libentius Antiochenum vocaverim.* Verum licet auctor Chronici æra Antiochena sæpe utatur, alia tamen fuit Antiochenorum a mundo condito annos putandi ratio, ac diversa ab ea qua is utitur, ut in hac Præfatione (*e*) observamus.

VIII. *Neque alius quispiam forte Alexandrinus Chronici paschalis auctor.* — Neque etiam potiori jure Alexandrinum Chronicon appellari debuerit, quod ab Alexandrino quodam scriptore exaratum inde forte existimari debeat, quod cum totum versetur in disquirendis paschalis festivitatis et examinandis difficultatibus, Ægyptii maxime *hujusce supputationis peculiarem habuisse notitiam* dicantur, ut loquitur S. Leo papa, seu ut Proterius in epistola ad eumdem pontificem (*f*), quod *Ægyptiorum Ecclesia mater hujusce laboris* exstiterit. Idque vel inde patet, quod in concilio Nicæno cum decretum fuisset, ut eodem omnes tempore Ecclesiæ Pascha celebrarent, datum id Alexandrinis negotium fuerit, qui siderum peræque et ordinandorum temporum scientiæ erant majoris quam cæteri, et ut illorum præsules legitimum celebrandi Paschatis diem quotannis invenirent, ac cæteris Ecclesiis indicarent, quod longe ante Christi nativitatem factitatum testatur Joannes Philoponus (*g*). Adde quod auctor idem paschalis Chronici regum Persarum usque ad Alexandrum M. ac deinde Ægyptiorum regum ex Ptolemæis usque ad Cleopatram catalogum describit, et annos regni cujusque accurate recenset ac præfigit, sed et singularia quædam de Alexandria subinde intermiscet, v. g. ubi de Pharo loquitur, et cum a Diocletiano præbitum esse panem castrensem Alexandrinis anno imperii XVIII, observat; ac interdum menses Ægyptiorum admittit. Verum pari ratione Romano cuipiam, vel Græco, vel etiam Judæo idem alius forte ascripserit, quod anni per coss., per olympiadas Alexandrinis incognitas, (licet suas alias olympiadas habuisse Ægyptios testetur Georgius Syncellus [*h*] ac per indictiones in eo digesti legantur; menses vel Macedonum more, vel Latinorum, per Kalendas, Idus et Nonas efferantur; annorum initium a Kalendis Januarii, vel Septembris ducatur, contra quam apud Alexandrinos, apud quos anni initium sumitur a mense Thot, cujus primus dies respondet XXIX diei mensis Augusti. Quibus adducti rationibus non defuere qui hosce Annales Constantinopoli fuisse conscriptos existimarent, ubi prædicta omnia erant in usu vulgari, magna parte ex veteri Roma traducta simul cum imperii sede, non item in reliqua Græcia a Latinis nominibus magis abstinente, illudque maxime, inquit Henschenius (*i*), ex postremis Chronici annis liquet, in quibus tam prolixe describuntur acta Boni Magistri in templo Studitarum Constantinopoli sepulti anno Heraclii XVII, ut non tantum ibidem scripsisse auctorem (vel potius continuatorem, de quo infra agemus), sed et ex Studitis unum fuisse appareat verisimillimum.

IX. *Quando illius auctor vixerit, disquiritur.*— Verum cum Chronicon istud, seu Paschalion, ex variis scriptoribus centonis instar concinnatum sit, juxta Petavium, et [VII.] ut ait Scaliger, *ex bonis aliquando pannis consutum, ex quibus et non tenuis fructus sit qui ex his colligi possit,* idque ipsum observet exacti vir judicii Henricus Valesius, multaque hactenus inedita in eo inserta auctorum segmenta, quorum persæpe nomina reticet, multa ex Africano (cujus assecla dicitur a Goaro [*j*], Epiphanio, Eusebio, Marcellino comite, Dalatio, Joanne Malela Antiocheno, aliisque verbo tenus descripta sint, non plane assequor quomodo inde, non nomen duntaxat dico, sed scriptoris patriam aut genus quispiam valeat subodorari. Nam quod quædam ex Alexandrinis vel Antiochenis, et aliis ejusmodi rebus, ut videtur, singularibus subinde loquatur auctor, mirum videri non debet, cum opus suum præsertim contexuerit ex variis civitatum vel provinciarum Paschalibus, ut semel ac iterum profitetur, in quibus ea solebant inserere potissimum quæ patriam spectarent, ita ut Paschale Constantinopolitanum res Constantinopolitanas, Alexandrinum Alexandrinas, Antiochenum Antiochenas una cum singularum epochis contineret, ex quibus quædam prout sibi videbatur selegit scriptor. Hinc tam varii ac diversi chronologici characterismi ac computi occurrunt in hoc Chronico, tum in annis a mundo condito, tum in eorum variis sumptis initiis, quæ quidem interdum ab æquinoctio verno et Martii XXI deducere se profitetur, et interdum orditur a Septembri, quæ res, inquit Petavius (*k*), et Chronicum ipsum conturbat, et lectoris confundit ingenium. Neque aliunde Fasti consulares exscripti sunt, cum in Paschalibus ii describi solerent, ut infra observamus. Sic porro Latinos Paschalia sua confecisse palam est, ex tabulis quas cereis Pascha-

(*a*) T. II *De doctr. temp.*, p. 893.
(*b*) In Not. ad. Hist. Theodoreti, lib. II, c. 10.
(*c*) Pag. 16, 177, 187, 192, 208, 230, 252, 262, 265, 270, 272, 279, 289, 290, 292, 294, 296, 316, 321, 328, 351 *b*., 354 *b*., 377, 382.
(*d*) In Not. ad Euseb., p. 434, 2 edit.
(*e*) Sect. 25.
(*f*) Epist. 64.
(*g*) *Lib. de Pasc.*, p. 290.
(*h*) P. 197.
(*i*) In Exegesi prælim. ad tomum III Martii, cap. 2, n. 13.
(*j*) In Præf. ad Synccl.
(*k*) Lib. IX *De doctr. temp.*, cap. 3.

Digitized by Google

libus appendere solent singulæ vel civitates vel diœceses (*a*), in quibus singularia ista, quæ illas spectant, annotari solent. Enimvero et si rem ut a se visam interdum enarret idem scriptor, vel ei gestæ interfuisse aliquatenus colligi videatur posse ex ejus scriptis, veluti cum Melchisedecis et Jeremiæ elogia perstringit, nemo ignorat ejusmodi chronicorum confectores, dum sua ex alienis resarciunt, scriptorum verba integra, nullo habito delectu, inserere, cum quæ ab illis visa sunt, vel eorum peracta ætate recensent, quasi a se visa, vel sua tempestate gesta enarrant. Atque id potissimum observare est ex Chronicis Georgii Syncelli, Georgii Hamartoli, Symeonis Logothetæ, et aliis; tametsi fatendum sit, quæ quo ipsimet vixere tempore contigere, non ab aliis scriptoribus solere mutuari, sed ea ex suo penu promere, ita ut siquidem Paschalii scriptor, vel certe continuator sub Heraclio vixerit, in cujus annum XX Chronicon perducitur, quæ sua ætate, aut proxime contigere, vel quæ viderit, aut sciverit, enarrasse vero proximum sit. Verum an idem scriptor sub Heraclio vixerit, addubitat Goarus in *Præfatione ad Georgii Syncelli Chronologiam*, cujus verba hic apponam: *Chronicon Alexandrinum haud lectum Georgio Syncello, nec Photio memoratum, ætatis penes me non est indubiæ. Quod enim ad Heraclii tempestatem historiam profiteatur deducere, auctoris pariter et librarii testimonium esse potest, qui opus nondum forte absolutum nactus in Heraclii annos*, [VIII.] *ejus finem incidere, non auctorem vixisse testaturi, prout non absimili loquendi more, quo annis quingentis posteriorem Georgium Syncellum* ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Διοκλητιανοῦ, *ad Diocletiani principis imperium chronographiam continuasse librarius noster scriptum in titulo reliquit; quamvis circa dubium nec sententiam ex tribunali pronuntiare, nec litem movere placet.* Hactenus vir doctissimus, mihique dum viveret amicitia junctus, qui auctorem Paschalii Syncello et Photio posteriorem videtur inde colligere, vel certe conjicere, quod de illo prorsus siluerint. Cui quidem firmandæ conjecturæ illud addere poterat, eumdem Photium trium auctorum, quorum alter est Metrodorus, duo alii sunt anonymi, scripta de Paschate recensuisse, auctoris vero Chronici nostri non meminisse. Sed hæc rem haud omnino probant, cum nec omnia vidisse vel legisse Photium quæ sua tempestate superarant volumina pro certo haberi debeat.

X. *Illius auctores duo: alter sub Constantio, alter sub Heraclio vixit.* — Quoad igitur ætatem auctoris Chronici, cum non unus exstiterit a quo elucubratum fuerit, constat saltem illum, a quo ad Heraclium perductum est, non esse totius operis scriptorem, sed alterius, quod in annum Constantii XVII, qui est Christi CCCLIV, desierit, continuatorem et interpolatorem. Id docemur præsertim ex doctissimi Holstenii observationibus, quas codici suo Chronici Alexandrini edito subinde affixerat, hisce ad prædictum annum Constantii, post hæc verba, *εἰδὼν Αὐγούστου*, ascriptis: *Hic desiit auctor CHRONICI PASCHALIS, cætera sunt continuatoris.* Id certe subodoratus fuerat vir admodum sagax Franciscus Pithœus, qui de hoc Chronico verba faciens (*b*), aiebat illud videri scriptum ultimo Magni Constantini anno, Feliciano et Tatiano coss. Inde ergo colligitur primum auctorem Paschalii vixisse circa tempora Constantii, quibus adhuc vigebant de paschalis festivitatis die controversiæ: quæ cum recruduissent sub Heraclio, ut infra observamus, occasionem alteri præbuerint paschale istud Chronicon pridem conscriptum, Scriptoris insistendo computisticæ rationi, ad sua usque tempora perducendi, atque adeo priorem hanc editionem subinde interpolandi, dum sua vel aliena intermiscet. Prius istud Chronicon vidit Holstenius, et quantum conjicere licet ex codice ms. quem, ut ex V. C. Emerico Bigotio didicimus, abbas de Farina Siculus regi catholico ab Oratorio Constantinopoli comparaverat, ipsique communicaverat (*c*). Illud deinde cum editione Raderiana idem Holstenius contulit; variis ad margines ascriptis lectionibus, suis etiam interdum admistis emendationibus et conjecturis: ubi quæ subinde erant inserta ab interpolatore, deerantque in eodem ms. exemplari diligenter adnotavit. Quinetiam in reliqua deinceps Chronici parte emendationes ex ingenio adjecit. Quæ quidem omnia in Notas nostras retulimus, eique, ut par est, ascripsimus, tum ne alium dicamur suppilasse, tum quod viri undequaque doctissimi in re litteraria adepta pridem existimatio et auctoritas lectorem in illius sententiam haud ægre forte adduxerit. Quin porro continuator Chronici sub Heraclio vixerit, negari fere non potest, tum quod libri titulus in codice Vaticano ac in codd. bibliothecæ Regis Catholici, illud in annum XV Heraclii, vel certe in illius tempora desinere innuat, tum [X] quod quæ de eodem Augusto, ejusque gestis narrantur, ac denique exscriptæ prolixiores epistolæ ad Persarum regem vel toparchas, atque adeo descriptorum in actis publicis ejus imperii et filii Constantini annorum accurata notatio, et quod ipsum Heraclium ὁμῶν βασιλέα vocet, id suadeant omnino. Atqui tamen non inde sequitur Georgium Pisidem, quod eodem Heraclio imperante vixerit, Chronici auctorem haberi debere, quod Joannes Georgius Herwartus (*d*) videtur existimasse, nulla alia conjectura quam ex verbis Suidæ male intellectis.

XI. *An Constantinopolitanum appellari possit.* — Utut est, cur Alexandrinum Chronicon potius dicatur, nulla urgens reddi potest ratio, inquit nuperus scriptor (*e*), idemque doctissimus, cum nihil minus quam Alexandrinum sit, nihilque commune habeat cum Alexandrinorum rationibus: adeo ut mirum sit, cur Raderus hocce lemma Chronico indiderit a

(*a*) Vide Gloss. med. Lat. in *Cereus paschalis*.
(*b*) Pithœana mss.
(*c*) Vide Apparatum Labbei ad *Hist. Byzant.*, p. 8.
(*d*) In *Chronol.*, cap. 154, 205, 214, 255, 256.
(*e*) Steph. le Moine in *Var. sacr.*

Digitized by Google

se edito, Musis invitis, ac reclamantibus quotquot sunt eruditis, tametsi haud aliter hactenus laudatum sit, ex quo Raderiana ista editio prodiit, quo notiori nomini ac recepto usui serviretur. Hinc Jacobus Gotthofredus in Notis ad Philostorgium, *Chronicon quod hodie dicitur Alexandrinum* semper laudat : et scite quidem, cum ante Raderianam editionem aliis exstaret et laudaretur titulis, iisdemque minus etiam idoneis, licet alias potiori sui parte decurtatum. Non defuere interea qui Constantinopolitanum illud appellari posse censuerunt, atque in iis Joannes Leunclavius (*a*), quo loco edictum Justiniani imperatoris fidei confessionem continens primus edidit, præmissis iisdem verbis, quæ habet hocce Chronicon paschale ad annum XXV Justiniani, ex veteribus Annalibus, *quos quidam*, uti subdit, *Constantinopolitanos appellant*, descriptis, adeo ut par sit existimare hocce vidisse Chronicon, et ex eo idipsum exscripisse edictum, tametsi ex alio quam Augustanæ bibliothecæ codice : quod vel inde percipitur, quod in eo quo usus est Raderus, in edicto isto Justinianeo (*b*) magnus hiatus reperiatur in loco qui in codice Vaticano, et apud Leunclavium integer describitur, ex quibus defectum editionis Raderianæ in hac Regia supplevimus, adjuncta veteris interpretis versione Latina. Sed et in locis aliis ejusdem edicti diversæ interdum lectiones occurrunt, adeo ut jure dubitare liceat an exemplar Augustanum ex Vaticano descriptum fuerit. In eadem porro sententia, quoad titulum Chronici, versatur vir eruditissimus Daniel Papebrochius (*c*).

XII. *Chronicon paschale appellari debere probatur.* — Verum quisquis istius Chronici auctor fuerit, scripsit ille non tam Chronicon quam computum paschalem, ut ipsemet in Præfatione (*d*) seu Syntagmate de Paschate, cujus meminimus, profitetur, vel Πασχάλιον, uti Græci ecclesiastici vocant, hoc est canonem de celebrando paschate, cujus primos conditores Alexandrinos agnoscunt veteres omnes scriptores Græci. Id porro nominis inditum, quod non modo utriusque Paschatis, Judaici scilicet, seu legalis, et typici vel Christiani, sed et præcipuarum festivitatum, quas δεσποτικὰς, seu Christi vocant Græci, Latini vero *mobiles*, quod a Paschatis die pendeant, indicem exhibeant, diesque notent quibus singulæ peraguntur : de [X] quibus quidem Paschaliis, seu Paschalibus, egere Scaliger (*e*), et Petavius (*f*) : sed et nos quædam de iis attigimus in Glossario mediæ Græcitatis. Istiusmodi computos paschales, seu κύκλους ἑορταστικοὺς, *Paschalia*, *Paschales cyclos*, *circulos*, *cursus*, *recursus*, passim vocant Victorius, Giennadius, Senator, Ado Viennensis, Beda, Paulus Warnefridus, et alii : recentiores vero ex Græcis scriptoribus, in quibus sunt S. Maximus (*g*), et Nicephorus Gregoras (*h*), Πασχάλια.

XIII. *Paschalium scribendorum ratio ac methodus duplex.* — Duplex autem fuit Paschalium conscribendorum ratio : altera enim simplex est, altera fusiori commentario illustratur. Prior in paschalis festi diei investigandæ methodo, tabulis etiam interdum in idem argumentum confectis, tota versatur, cujusmodi est Hippolyti Portuensis episcopi canon paschalis XVI annorum, qui proxime ad Urbem inventus, ac Romam delatus, et in bibliotheca Vaticana repositus, a viris doctis subinde illustratus est, Scaligero scilicet in libris *De emendatione temporum*, et in Notis ad Eusebii Chronicon, ex quibus in Gruterianas inscriptiones est relatus, deinde ab Ægidio Bucherio ad canonem paschalem Victorii, ac nuper denique a viro doctissimo t. II *Variorum sacrorum* : de quo quidem Hippolyti canone sic scribit Eusebius lib. VI *Hist. Eccl.* cap. 22 : Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει, id est interprete Henr. Valesio : *Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum de Pascha composuit : in quo temporum seriem describens, et canonem quemdam paschalem per* XVI *annorum circuitum exhibens, anno* I *imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit.* Et ex Eusebio Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis (*i*) : *Hippolytus, cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis rescire non potui), rationem Paschæ, temporumque canones scripsit, usque ad* I *annum Alexandri imperatoris, et* XVI *annorum circulum quem Græci* ἐκκαιδεκαετηρίδα *vocant, reperit, et Eusebio qui super eodem Pascha canonem decem et novem annorum circulum, id est* ἐννεακαιδεκαετηρίδα *composuit, occasionem dedit.*

XIV. *Paschalium fusiorum duæ species.* — Paschalium vero, quæ fusiori illustrantur Commentario, binæ rursum sunt species. Alia quippe ordine chronologico, seu juxta temporum seriem digeruntur : alia in methodi formam conscribuntur, qua non modo Paschales, aliæque festivitates, sed et cætera quæ in ecclesiasticis computis recentioribus disquiri solent, investigantur. Atque ut a fusioribus ordiamur, primus Hippolytus, cujus mox meminimus, ea scribendi ratione usus dicitur : qua digestis a mundo condito ad sua usque tempora elapsis annis, sedecennalis cycli a se reperti in inveniendo Paschate methodum firmaret, descriptis subinde, ut vero est simile, paschalibus festis, legalibus forte et Christianis. Quod quidem opus ad Alexandri Severi imperatoris tempora perduxit, ut ex Eusebii allato loco docemur, in quo temporum descriptionem exposuit a mundi conditu ad eumdem Alexan-

(*a*) In *Jure Gr. Rom.* pag. 321.
(*b*) Pag. 820. edit. Rader.
(*c*) In Proleg. ad Vit. S. Georgii, n. 27, et in Propylæo ad Maium p. 88.
(*d*) In Præfat. et in *Chron.* pp. 75, 76, 117, 210, 211, 215, 216, 220, 221, 225, 229.
(*e*) Lib. v. *De emend. temp.*
(*f*) L. VIII *Auctarii*, cap. 12.
(*g*) Part. I, c. 16.
(*h*) Isaac Argyr., p. 585.
(*i*) Cap. 61.

Digitized by Google

crum [XI]cui demum canonem sedecennalis cycli præfixit ; id enim indicare videtur vox προθείς. Aliud autem fuere Hippolyti ratio Paschæ temporumque canones, uti appellantur ab Hieronymo, aliud canon ἐκκαιδεκαετηρίδος ab illo inventæ : quod et docet ipsius Hippolyti canon quem edidit Scaliger, et ex eo alii, in quo inter illius opera recensetur Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα κατὰ ἐν τῷ πίνακι. Ubi Scaliger reponendum putat καὶ τὰ, vel καθὰ, quod postremum maluerim. Nam etsi, ut et Bucherius, alterum præferat, quia, inquiunt, ἀπόδειξις et πίναξ, longe diversa sunt, ita hæc verba capienda censuerim, ut ἀπόδειξις temporum Paschatis juxta regulam in tabula descriptam exarata, et secundum Eusebium, eidem operi præfixa fuerit : nisi admittatur codicis Medicei lectio, προσθεὶς, cujus meminit Valesius, ut addita fuerit, quod idem fere valet, tametsi subditam potius videatur omnino indicare ejusdem canonis lemma, quod hisce verbis conceptum legitur : Ἔτους α' βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΙΔ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις, σαββάτῳ ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου· ἔσται τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν καθὼς ὑποτέταχται ἐν τῷ πίνακι· ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς παροχηκόσιν, καθὼς σεσημείωται. Id est, *Anno* I *imperii Alexandri imperatoris facta est* XIV *Paschæ Idibus Aprilis, Sabbato, cum mensis embolimæus fuisset. Sequentibus annis continget sicut in tabula subjectum est, in præteritis autem evenit, sicut indicatum est.* Ex quibus conficit Scaliger promittere Hippolytum hocce lemmate, non solum in futurum, sed etiam in perpetuum canonis constantiam. Sed longe alia, nisi ipse fallar, sonant hæcce verba. Operi ipsi quippe in canonis seu regulæ paschalis cycli specimen subdito hocce laterculo, eamdem in posterum observandam regulam ait, quæ in præteritis annis fuerat observata. Unde colligere liceret in universo totius operis decursu non modo res præteritas ex temporum ratione descripsisse, sed subinde etiam paschalium festivitatum tempora ad suosmet expendisse canones : quod prorsus vellevidetur Eusebius, scribens operi de Paschate per tempora, seu ordine chronologico digesto, adjunctum fuisse paschalem canonem. Licet enim ejus canonem habeamus, inquit V. C. Henr. Dodwellus (*a*), periit tamen liber quem scripsit de canone.

XV. *De Paschali Hippolyti Portuensis.* — Sed an opus istud Hippolyti idem sit quod de Paschate inscripsit, quod vult Valesius, dubium facit, quod Eusebius et Hieronymus post recensitum illud de Paschate opus, in quo rationem temporum ad Alexandri imperatoris ætatem perduxerit, aliud rursum de Paschate recenseant ; quod quidem in præfixo huicce quod recudimus paschali syntagmate, et ab aliis subinde scriptoribus laudatur. Quinetiam hæc verba quæ laterculo adduntur, *De demonstratione temporum Paschæ prout in tabula*, ita accipi possunt, ut tabula ipsa demonstrationem temporum Paschæ complexa fuerit, proindeque ipsa demonstratio et tabula unum idemque exstiterint, ac tabula adjuncta fuerit Chronico, cujus paulo ante meminit laterculus, hisce verbis : Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας, καὶ πρὸς Πλάτωνα. Ita tamen ut incertum sit, an πρὸς Ἕλληνας, referri debeat ad Chronicon quod Hippolytus conscripserit, ævi sui morem secutus, quo sancti Patres gentilium objecta eo scriptionis genere confutarent, qui religionis Christianæ antiquitatem, quam ipsi ethnici jactabant, [XII] ut est apud Paulum Orosium (*b*), ut fictam traducere solebant, sumpto a mundi exordio ad sua usque tempora antiquitates sacras asserebant, dum interim totam gentium chronologiam, vel μυθικὴν, vel incertam, ac ferme nuperam esse ostenderent : Christiani vero suam a Judæis, atque ab ipso Mose, ac proinde a mundi conditu repeterent. Quo forte spectavit pariter Senator, cum dixit (*c*) : *Habent etiam post tractatores, diversos relatores temporum studia Christiana, qui ecclesiastica gravitate compositi, per vicissitudines rerum, mutabilitatesque regnorum, lacteo quidem, sed cautissimo nitore decurrunt. Qui cum res ecclesiasticas referant, et vicissitudines accedentes per tempora diversa describant, necesse est ut sensus legentium rebus cœlestibus semper erudiant, quando nihil ad fortuitos casus, nihil ad deorum potestates infirmas, ut gentiles fecerunt, sed arbitrio Creatoris applicare veraciter universa contendant.* Cæterum laudantur a Labbeo (*d*) ex Bibliotheca Monachiana Tabulæ paschales Hippolyti Portuensis episcopi Græce et Latine cum Vita ejusdem Hippolyti ex libro sancti Hieronymi Græce, et commentario italico recenti manu in easdem tabulas. Sed an hæ tabulæ eædem sint cum edita, cujus meminimus, haud omnino planum. Exstant ejusdem Hippolyti opera alia, tum in bibliotheca regia mss. (*e*), tum edita pridem a Canisio, Combefisio, et aliis : quædam laudat præterea Syncellus (*f*). Sed de Hippolyto et ejus scriptis consulendus præter Eusebium idem Combefisius ad illius librum *De* XII *apostolis* et lib. *De antichristo*.

XVI. *Qua methodo illud conscriptum.* — Hac enimvero, quam hic attigimus scribendi ratione usi (*g*) Cassianus auctor Exegeticon, Tatianus, ut etiam de illo testatur auctor Chronici paschalis, Clemens Alexandrinus, Hippolytus, Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, Eusebius, Prosper Aquitanus, Georgius Syncellus, et aliquot alii, qui Christianam religionem non esse nuperam ἐξ ἀρχαιότητος τῶν προφητικῶν γραμμάτων demonstrarunt, Mosemque præcedere Trojanum bellum DCCCCXXVIII annis probarunt, quod in primis fecit Theophilus lib. III ad Autolycum, qui, ut id rectius demonstraretur, ab ipso mundi exordio repetendam temporum seriem existimabat : Ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν

(*a*) Pag. 52.
(*b*) Lib. VII, cap. 26.
(*c*) *De divin. lect.*, c. 22.
(*d*) Pag. 189.
(*e*) Codd. 1328. 1892.
(*f*) Pag. 218, 250, 353. Canis. tom. V *Ant. lect.*
(*g*) Epiphan. hær. 51, n. 30, Scalig. ad Græca Euseb. p. 402, et ad Hier. p. 5. *Chronic. paschale*, p. 231, ubi de Tatiano.

Digitized by Google

[illegible] τῶν [illegible] χρόνων, Θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος, οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ [illegible] καὶ τῶν ἁπάντων, κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν, ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν νυνὶ ποιησόμενοι, [illegible] ἐκεῖθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἣν ἀνέγραψε Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ [illegible]. Et eodem lib. Οὐ γὰρ πρόκειται ἡμῖν ὕλη πολυλογίας, ἀλλὰ εἰς τὸ φανερῶσαι [illegible] ἀπὸ καταβολῆς κόσμου [illegible], καὶ ἐλέγξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ φλυαρίαν τῶν [illegible] μυριάδας, ὡς Πλάτων ἔφη, etc. Eamdem certe methodum ac [illegible] rationem secutum auctorem Paschalis Chronici, quod publicamus, vel hinc apparet, quod non modo Christianæ religionis primordia ac historiam ab ipsa mundi creatione repetit, resque Judaicas diligenter persequatur, sed etiam vana gentilium circa sua [illegible] et evertit commenta, dum solide probat quos adorabant deos homines fuisse mortales, in ... [illegible] quibus ipsi vixere sæculis, proindeque religionem Judaicam, a [illegible] Christiana [illegible], longe ante Saturnum ac Jovem exstitisse. Quo [XIII] spectant [illegible], seu alterius scriptoris in libro *De vanitate idolorum : Deos non esse quos co- [illegible] hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos post- [illegible] etiam in morte cœperunt : inde illis instituta templa, inde ad defunctorum vultus [illegible] detinendos expressa simulacra : nam et immolabant hostias, et dies festos [illegible] honore celebrabant. Inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerant assumpta so- [illegible].* Cum [illegible] duæ ex scientia temporum artes ... [illegible], inquit Petavius, altera quæ [illegible] appellatur, et circa canones ac regulas ordinandorum ad civilem usum temporum versatur ; altera quam chronologiam dicimus, certis notis et indiciis præteritarum rerum memoriam suis temporibus assignet, utrumque complexus est auctor Paschalis, [illegible] seriem temporum, quibus subinde res gestas ascribit, sedulo prosequitur, et canones [illegible] Paschales subinde interserit.

XVII. *Utrum viderit scriptor Chronici Paschalis.* — Incertum porro an Hippolyti Chronicon idem scriptor unquam viderit, vel legerit, ab eoque quædam hauserit, vel sane [illegible] tractandi methodum exceperit, dum Paschalis festivitatis investigandæ rationem rerum gestarum chronologicæ descriptioni intermiscet, licet Hippolytum ab eo visum ex [illegible] colligere fortasse liceat, idque suadere aliquatenus videatur ipsius Chronici titulus, cujus duo exemplaria in Scorialensi Regis Catholici bibliotheca exstitisse docemur ex catalogo Græcorum codicum manuscriptorum necdum, ut fallor, edito, quorum prior hanc inscriptionem præfert : Μαρκελλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι βίβλος ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς [illegible] Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου. Alius vero : Ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ Πέτρου Ἀλεξανδρείας Μάρτυρος, Καλλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι βίβλου μέχρι Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ubi in primo pro [illegible] legendum in dubie ὑπατείας, tametsi cetera minus sana sint ac corrupta. Unde vero Marcellini vel Hippolyti nomina huic Chronico, quove fundamento, præfigantur, velim doceri, sive is sit Marcellinus comes, ex cujus Chronico quædam forte in posterioribus sæculis exscripserit, sive Hippolytus iste sit is de quo agimus, sive ille qui Thebanus vulgo inscribitur, cujus Chronicon Latine partim editum a Canisio, et excerpta Græca aliquot habentur in bibliotheca Regis Christianissimi. Sed cum Hippolytus iste Thebanus vixerit sæculo XI, Chronici vero scriptor in Heraclii, sub quo vixit, tempora desinat, vix est ut credam hunc in hocce lemmate posse intelligi. Atque hic quidem de Hippolyti Chronico fusius forte quam par erat egimus, tum ut qua ratione ejus modi Paschalia primitus conscripserint veteres Christiani, planum fieret, tum etiam ut an supra memoratorum codicum Scorialensis Bibliothecæ tituli suadere possint, ex Hippolyti Chronico, scriptorem istius quod modo publicamus quædam excerpsisse, tametsi ad ejusdem Hippolyti Hecædecaeteridem, de qua pluribus egere Scaliger et Petavius (b), Paschales recursus minime exegisse constet, sed ad Octodecennalem, Vigintioctennidem, et DXXXII annorum cyclos, uti in syntagmate de Paschate proditur.

XIV. XVIII. *[illegible] Hippolytus auctor sit Chronici editi a Canisio et Labbeo.* — Cæterum Hippolyti Chronico, de quo agimus, germanum prope est, nisi ipsum met exstiterit, Chronicon illud quod edidit Henricus Canisius, tom. II *Antiq. lect.* et Philippus Labbeus tom. I *Novæ bibliothecæ* ex MS. cod. collegii Paris. Soc. Jesu, hocce titulo : *De divisionibus et generationibus gentium.* Quod quidem Chronicon ad Alexandri Severi annum XIII, eumque imperii postremum, quo imperante se vixisse non semel Auctor innuit, perducitur. Is vero in præfatione descripturum se ait *[illegible] gentium divisionem, et parentum dinumeratam generationem, inhabitationis quoque tempora, et bellorum [illegible], et Judicum tempora, qui et ex quibus tribubus nati sunt, qualesque captivitates populi, et quibus judicibus contigerint, quique sacerdotes, quibus temporibus fuerunt, et quæ divisio, et quæ perditio facta sit, quonam modo generatio seminis Israel de Patribus in Christo completa sit, et quot quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatione sæculi usque in hunc diem.* Præfationi index subjicitur, cujus VI caput hisce verbis concipitur : *De [illegible] Paschæ, et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.* Quæ quidem ... [illegible] quæ habentur in ea sectione, ubi de Paschate [illegible] agitur. Tum additur : *A generatione autem Christi post XXX annos [illegible] passus est. [illegible] Pascha celebratur. Ipse enumerat [illegible] Pascha. A Passione autem Domini usque in XIII annum imperii Alexandri Cæsaris anni CCVI servatum est Pascha, quod in [illegible] generationem Domini nostri Jesu Christi servatur a nobis. Fiunt igitur [illegible] ab Adam usque in hunc [illegible] anni* V.

(a) Epiphan. in Ancor. n. 107, 108. [illegible] Petav. [illegible]
(b) Scalig. [illegible] pag. 172. [illegible]

Digitized by Google

MDCCXXXVIII. Quæ quidem hic a nobis allata si quis cum iis quæ de Hippolyti Chronico attigimus adamussim conferre velit, illud ipsum esse ejusdem Chronicon haud difficulter forte concedet, cui laterculum is præmiserit, vel subdiderit in paschalis festi, de quo in illa quam diximus sectione egit, inveniendi canonem seu regulam : ad quam præteritos et sequentes annos expendere lectorem voluerit. Nec obstat quod ad postremum Alexandri imperatoris annum hocce Chronicon Canisianum, seu Labbeanum deducatur, Hippolytus vero eo imperante martyrium subiisse dicatur a quibusdam (*a*), cum certe id prorsus incertum sit, nulloque probo auctore martyrii tempus asseratur, quod sub Decio contigisse Gregorius Turonensis (*b*) et alii volunt, sed Alexandro duntaxat imperante vixisse tradant Eusebius, Hieronymus, et alii (*c*) : Anonymus vero in Chronico ms. ex cod. reg. 191, MLIV. Nicephorus Constantinopolit. in Chronologia, et Catalogus imperatorum Constantinopolitanorum editus a Leunclavio lib. II juris Græcoromani Severo imperante floruisse, perperam, ni fallor, scribunt : Ἐπὶ τούτου καὶ Ἱππόλυτος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἤκμαζε. Tametsi nil obstat quin Severi etiam ætate tum primum nosci cœperit : nisi Severum cum Alexandro Severo confuderint. Conjecturam præterea nostram de Hippolyto ejusdem opusculi scriptore firmare posse id videtur, quod quædam ex eo in Rauerianum Chronicon sint immissa, ut subinde in Notis indicamus : adeo ut haud injuria Hippolyti, [XV] ut et Marcellini, quisquis ille exstiterit, nomina prælulerit Codex Scorialensis. Neque enim Baruoetium absque fundamento aliquo, ea codicis titulo affixisse probabile est.

XIX. *Id vero proximum videtur ex rationibus allatis.* — Præter jam allatas conjecturas, quæ Canisianum seu Labbeanum istud Chronicon Hippolyto videantur asserere, haud minimi etiam momenti forte censeri debeat illa quæ circa annorum, tum a mundi conditione, tum a Christi incarnatione et natali, qua Hippolytus usus dicitur, putandorum rationem versatur, cum uterque scriptor in annis mundi conditi consentiant. Ut id porro exploretur, inquirendum primo qua methodo usus sit Hippolytus in consignandis annis, tum mundi, tum Christi : quod utcunque haurire licet ex Cyrillo Scythopolitano, qui Justiniano imperante vixit, tum in vita S Euthymii, tum in vita S. Sabæ, iis locis quibus sanctorum istorum anachoretarum obitum commemorat. Atque ut a S. Euthymio initium ducatur, ipsissima Cyrilli verba placet adducere, prout habentur in Codice Colberto : nam quæ edita est Euthymii vita a Cotelerio, ex Interpolatore Metaphraste desumpta est, tametsi eosdem annorum characterismos præferat. Ea autem sunt :

Ἡ δὲ τελείωσις αὐτοῦ γέγονε κατὰ τὴν εἰκάδα τῆς Ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς ἐνδεκάτης ἰνδίκτου, ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου, ἀφ' οὗπερ χρόνος ἦρξατο, τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ μετρεῖσθαι ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ ἐννακοσιοστοῦ πεντακισχιλιοστοῦ· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ Παρθένου ἐνανθρωπήσεως ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ τετρακοσιοστοῦ, κατὰ τοὺς συγγραφέντας χρόνους ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων Ἱππολύτου τοῦ παλαιοῦ, καὶ γνωρίμου τῶν Ἀποστόλων, καὶ Ἐπιφανίου τοῦ Κυπριώτου, καὶ Ἥρωνος τοῦ Φιλοσόφου καὶ ὁμολογητοῦ.

Ex quibus colligimus obiisse S. Euthymium XX Januarii, indictione XI, anno mundi V, MDCCCCLXV, Christi incarnationis CDLXV, ac, ut infra ait, Leonis Magni anno XVI. Rursum idem Cyrillus in Vita S. Sabæ (*d*), scribit eumdem sanctum Anachoretam mortuum 5 Decembris, indict. X, anno a mundi conditu VI, MXXIV, Christi Incarnationis vel Nativitatis DXXIV, Justiniani anno VI, P. C. Orestis II, ubi eadem formula de Hippolyti, Epiphanii et Heronis annorum characterismis loquitur.

XX. *De Herone Chronologo.* — Quis autem fuerit hic Heron confessor et philosophus (ut et hoc obiter moneam) qui tempora consignarit, ignorari video a doctioribus. Quis enim asserere audeat eum esse qui Origenis discipulus et sectator, et ab eo fidei rudimentis institutus, ejusque philosophiam amplexus, una cum Heraclide, dum adhuc esset neophytus, martyr capite plexus est, ut scribit Eusebius (*e*), et ex eo Nicephorus Callisti (*f*)? Qua vero flagrante persecutione martyrium ille obierit, non tradit Eusebius : licet vero simile sit id accidisse sub Deciana, in qua, ut attigimus, Hippolytum interiisse plerique volunt, ac utrumque vigentibus ea tempestate de paschalis festivitatis celebrandæ tempore controversiis, de quibus idem agit Eusebius (*g*), commentarios ædisse, in quibus Christi Natalitiorum annum ac diem uterque observarit. Enimvero, cum neophytum adhuc, martyrium explesse dicatur, nescio an is Marcus Aurelius Heron fuerit, qui Alexandro Severo adhuc imperante, tum erat Νεωκόρος templi Serapidis in Porto, ut est in antiqua inscriptione basis marmoreæ, deinde factus neophytus, martyrium subierit : quæ quidem [XVI] inscriptio hac verborum serie descripta legitur apud Jacobum Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (*h*) :

ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΜΑΜΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΣΕΒ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΠΟΡΤΩ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΕΠΙ ΑΑΡΓΙΝΙΩ ΒΕΙΓΑΛΙΩΝΙ ΑΡΧΙΥΠΗΡΕΤΗ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΗ ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΩ ΦΙΒΩ ΚΑΙ ΣΑΛΩΝΙΩ ΘΕΙΔΟΤΩ ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΑΙΣ ΧΑΡΙΤΗ ΙΕΡΟΔΟΥΛΕΙΑ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΠΙ ΑΓΑΘΩ.

(*a*) Ughellus.
(*b*) Lib. I *Hist.*, c. 28.
(*c*) Vide *Illa* Dodwell. *Diss. Cypr.* 11, n. 19, 50.
(*d*) Cap. 77.
(*e*) L. VI, c. 1.
(*f*) L. V, c. 6.
(*g*) Lib. V, c. 25, 25.
(*h*) Sect. 10, n. 22.

Digitized by Google

In latere baseos,

ΕΠ ΑΓΑΘΩ ΕΠΙ ΓΡΑΝΙΟΥΡΩ.

Sed de hac circa Heronem Cyrillianum conjectura nihil temere definio, cum alii exstiterint hoc nomine, atque in iis Heron patriarcha Antiochenus, quem alii Ἔρωτα vocant, et Heron natione Thebanus, dignitate episcopus, Juliano imperante, cujus Philostorgius et hujusce Chronici scriptor meminerunt. Interim ex hac allata inscriptione colligere saltem fortasse liceat vero esse simillimum, Portum, cujus in ea fit mentio, illam esse urbem, cujus Hippolytus episcopus fuerit, tametsi qua in provincia exstiterit maneat incertum, ipseque Hieronymus, quod exserte testatur, nescierit, cui tam diu Romæ versato, Portus Romæ, cujus urbis episcopum fuisse Hippolytum plerique volunt, minime ignotus esse debuit. Adeo ut hæc Græca inscriptio, cultusque Serapidis Ægyptum, ubi notum Alexandriæ illius fanum a Theodosio M. eversum, omnino videatur spectare, unde in provinciam Gallicanam, ubi illa servatur, allata fuerit. Sed cum apud Geographos cæterosque scriptores, nulla occurrat civitas Portus nomine in Ægypto, ubi vigebat Græcus sermo, secus vero in Africa, ubi Latinus obtinebat, in qua ad tres recenset anonymus Ravennas lib. III, cap. 8, 11, et lib. V, cap. 4, Portum scilicet divinum, Sigensem et Magnum, atque adeo Hippolytus Portus duntaxat et cum nullo adjuncto episcopus dicatur, sane vero est proximius Portum in ea inscriptione intelligi Romanum. Nec obstat quod Serapidis templum in Porto, seu Portu exstitisse dicatur, cum in eo tractu cultum Serapidem, atque adeo in Ostiensi civitate, Portuensi proxima, ac solo fere Tyberi divulsa, prout a Procopio (*a*) utraque civitas describitur, testetur Minutius Felix sub initium operis : Romæ vero, et in aliis Latinis provinciis, eumdem cultum fuisse Serapidem testentur Græcæ pariter inscriptiones apud Gruterum. Neque etiam opponi debet quod inscriptio Græca sit, cum in Latinis provinciis haud paucæ repertæ sint. Sed quod Hippolytum Portus Romani fuisse Episcopum omnino videatur suadere, id potissimum fuerit, quod is Romanus dicatur in Catalogo imperatorum Leunclaviano supra laudato, et quod anno MDLI, in agro Verano non procul ab æde S. Laurentii ad Urbem reperta sit antiqua e marmore statua solio insidens, in cujus quidem solii binis laterculis cycli paschales annorum XVI, Græcis litteris erant descripti : ex quibus, tum ex librorum lemmate, quod horum dexter continebat, Hippolyti, cujus nomen non erat expressum, facile deprehensum est [XVII] statuam esse, quam ex Portu Romano, non vero ex Ægypto huc esse allatam admodum est probabile. Quinetiam alius haud videtur ab Hippolyto presbytero, qui una cum Nepotiano (alii Pontiano legunt), exsul deportatus est in insulam nocivam Sardiniam, Severo et Quintiano coss. seu anno Christi CCXXXV, Alexandri imp. XI, ut est in Catalogo pontificum Romanorum a Cuspiniano et a nobis edito, in Pontiano papa. Adeo ut hac tempestate episcopatum Portuensem nondum fuisset consecutus : cur vero metropolitanum Arabum eum indigitet Herwartius (*b*), non plane percipio.

XXI. *Quam annorum rationem secutus sit Cyrillus Scythopolitanus, et quotæ fuerint Græcorum æræ a mundi ortu.* — Sed ut redeam unde sum digressus, ex allatis ex Cyrillo patet omnino hunc Panodori Ægyptii monachi, qui Arcadio imperante, et sub Theophilo episcopo Alexandrino vixit, ut testatur Georgius Syncellus, quique Christi natalem in annum mundi V. MCCCCXCIII, retulit, annos putandi rationem secutum. Quod ut planum fiat, observandum in primis triplicem apud Græcos æram obtinuisse annorum a mundo condito : primam quæ ab initio rerum ad natalem Christi putat annos V. MCCCCXCIII, alteram, anno V, MDI, de qua concilium Nicænum II, act. 6 (*c*) et Syncellus (*d*), tertiam, quæ etiamnum apud Græcos hodiernos in usu est V. MDIX. Aliam enim omittimus, quæ Antiochenorum propria fuit, et Christi natalem anno mundi conditi sexmillesimo assignat, ut ex Hesychii loco, quem huicce Chronico subjecimus docemur. Sed et alia fuit, quæ natalem Christi anno mundi V. MDVI, assignat, de qua tractatulum subdidimus pariter huic Chronico. Prioris æræ Græcanicæ inventor, ut supra diximus, existimatur Panodorus, quam in locis allatis sequitur Cyrillus. Illa porro (nam de hac prima hic potissimum est sermo) cum Dionysiana æra vulgari consentit, quæ nativitatem Christi ad consulatum Lentuli et Pisonis refert, hoc est uno anno minus quam in recepta hodie sententia, licet hanc dissonantiam concilient accuratiores chronologi. In eo tamen dissentiat utraque æra, quod Panodorus Christi annum illiget anno mundi V. MCCCCXCIII, (cujus sententiæ causam affert Syncellus (*e*), Dionysius vero V. MDI, atque ita alter ab altero annis VII remotus sit, licet uterque indictionem communem, tum feriam, vel lunarem ætatem certis diebus attributam obtineat. Etenim annum Christianæ æræ primum uterque computus V. MCCCCXCIII, numerat ; necnon annum ejusdem æræ nonum uterque recenset V. MDI, quippe de anno currente mundi ad incarnationis annum assequendum, priores annos V, MD, detrahunt ; posteriores V. MCCCCXCI, ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Unde conficit Petavius (*f*) trium ærarum duas incarnationem Christi diversis annis affigere, ac prioris, quæ V. MDI, numerat, ultimum convenire Christi anno nono : alterius vero, quæ V. MCCCCXCIII, putat, anno primo, adeo ut non duos annales computos, sed unum eumdemque esse. Etenim annum Christianæ vel Dionysianæ æræ primum uterque computus V. MCCCCXCIII numerat, necnon annum

(*a*) Lib. I *Gothic.*, cap. 25.
(*b*) Cap. 177.
(*c*) P. 165, ed. Labbei.
(*d*) P. 35, 218, 315, 316, 325.
(*e*) P. 324.
(*f*) Lib. VIII *Auct.*, t. I, p. 295.

Digitized by Google

ejusdem æræ nonum uterque recenset v. MDI. Quippe de anno currente mundi ad incarnationis annum assequendum priores annos v. MD, detrahunt, [XVIII.] posteriores v. MCCCCXCII, ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Itaque in annis mundi consentiunt ambo computi, in annis incarnationis dissentiunt. Non debent igitur mundi æræ vel computi censeri duo, sed unus duntaxat, cujus ad diversos annos Christi ἐνανθρώπησις illigatur. Quare duæ tantum, ut supra dictum est, præcipuæ sunt æræ Græcorum : una cujus in annum v. MCCCCXCIII, primus annus æræ Dionysianæ vel communis congruit, et altera quæ eumdem annum numerat ab orbe condito v. MDIX. Ita ratiocinatur Petavius harum rerum diligens explorator, cujus tamen hac in re sententia aliis non omnino arridet (*a*). Ut ut se res habet, hæc Cyrillianis characterismis sunt aptanda. Ex anno mundi v. MDCCCCLXV, quo sanctus Euthymius obiit, XX Januarii, indictione XI, detractis v. MCCCCXCIII annis, annus vulgaris incarnationis erit CCCCLXXII, in quem cadit annus XVI Leonis Magni. Rursum, si anno v. MCCCCXCIII addas CCCCLXXII, fiet annus mundi v. MDCCCCLXV Christi CCCCLVII; cui si addantur VIII, erit annus CCCCLXXII vulgaris, quo currebat indictio XI. Deinde anno v. MDCCCCLXV adde VIII, fiet annus v. MDCCCCLXXIII; ex his si demantur CCCCLXII, restabit v. MDI. Pari modo ex anno VI. MXXIV quo S. Sabas decessit, v Decembris ablatis v. MCDXCII, erit annus incarnationis DXXXI. Rursum anno v. MCCCCXCIII, si addantur DXXXI, erit annus mundi VI. MXXIV, a Cyrillo notatus ; si VIII, erit annus Dionysianus vulgaris DXXXIX, quo mense Decembri currebat indictio X; deinde ablatis DXXXIX de VI. MXXXI, restabit annus DI.

XXII. *Qua mundi conditi æra usus sit Hippolytus.* — Atque hæc præmittenda fuere ut quibus annorum characterismis usus fuerit Hippolytus planum fieret, et an ex iis auctor existimari possit Chronici Canisiani seu Labbeani, de quo in præsens agimus, expendere liceat. Quod sane haud procul a vero abesse facile concedet qui illius computos accuratius in examen adduxerit. Anno quippe XIII Alexandri Severi imperii Chronicon istud conscriptum fuisse non uno loco indicatur. Imperium porro iniit Alexander anno Christi vulgari CCXXII, idque potissimum colligitur, ut pridem observatum a Scaligero (*b*), Petavio, Bucherio (*c*), et aliis, ex canone paschali Hyppolyti, cujus supra meminimus, in quo ejusdem Augusti anno I, qui ab X die Martii deducitur, XIV paschalis evenisse notatur Idibus Juliis, Sabbato, cum mensis embolimæus proxime præcessisset, qui erat tertius ejus sedecennalis cycli annus bissextilis: quæ omnia non potuere contingere, nisi anno Dionysiano CCXXII. Proinde cum Alexander annos XIII et dies IX regnasse dicatur in eodem Chronico, ut et apud Lampridium, consequens est exstinctum fuisse XIX Martii, anno Christi vulgari CCXXV : quod quidem ab variis annorum ab auctore Chronici allatis epochis quadret omnino, deinceps disquirendum.

XXIII. *An in iis concinat cum Chronico paschali.* — Is porro annum XIII Alexandri in annum mundi conditi A. MDCCXXXVIII conjicit, Christi Natalis DXXXVI, hisce verbis: *Ab Adam autem usque in transmigrationem Babyloniæ sub Jechonia, generationes* LI, *anni* IIII. MDCCCXLII, *menses* VIII. *Et* [XIX.] *post transmigrationem Babyloniæ usque ad generationem Christi generationes* XIIII, *anni* DCLX, *et a generatione Christi usque ad Passionem anni* XXX, *et a passione usque in hunc annum, qui est* XIII *imperii Alexandri annus, anni* CCVI. *Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque ad* XIII *Alexandri imperatoris annum, anni* V. MDCCXXXVIII. Quo quidem loco advertere interim liceat auctorem Chronici Labbeani in anno Passionis Christi veterum Patrum (*d*) opinionem secutum, cujus meminit Clemens Alexandrinus (*e*), Christum uno tantum anno prædicasse, eoque passum fuisse, quomodo denique scriptor Chronici paschalis non uno loco eumdem annum putat, verbi gratia pag. 203, et anno Chr. CCCLXXXI, CDXXXI, CDLII, tametsi locis aliis annos XXXIII Christo fere semper assignet : unde evidens est, quod non semel monuimus, hoc Chronicon ex variis scriptorum excerptis, nullo fere delectu, vel prævio examine, esse consarcinatum, sed et esse vero simile quæ in eo secundum istum annorum Christi calculum inserta leguntur, excerpta fuisse ex Africano, siquidem, ut testatur Hieronymus (*f*), hanc ille sententiam est sectatus. Deinde paulo infra ait supradictus scriptor post recensitos Persarum reges : *Post quos tempora jam manifeste apud Græcos ex constructione olympiadum sunt clara : nam usque ad Alexandrum Macedonem fuerunt olympiades* CXIV, *quæ faciunt annos* CDLVI, *ab Iphito, qui constituit olympiades. Ab Alexandro usque ad Christum, olympiades* LXXX, *quod sunt anni* CCCXX. *A Christo autem usque ad annum* XIII *imperii Alexandri, olympiades* LVIIII, *quod sunt anni* CCXXXVI, *Sunt ergo omnes olympiades usque ad annum* XIII *Alexandri Cæsaris : olympiades* CCLIII. *quod sunt anni* MXII. Quandoquidem igitur per olympiades annos putandi ratio Chronici scriptori certior videtur, præsertim cum inter eruditos de earum constet initio, easque ab Iphito instauratas tradant scriptores anno ante æram Christianam DCCLXXVII, periodi Julianæ III. MDCCCCXXXVIII, ab iis petendum in primis videtur exordium. Censorinus in libro de Die natali (*g*) scribere

(*a*) Goar. ad Syncell. p. 83.
(*b*) Scal. l. v, p. 491.
(*c*) Bucher. in *Belg. Rom* , l. VI, c. 8.
(*d*) Tertullian., Steph. Gobarus apud. Phot.
(*e*) Lib. I *Strom.*, p. 348.
(*f*) S. Hieron. *in* IX *Daniel.*
(*g*) Cap. 18, 21.

Digitized by Google

se ait Ulpio et Pontiano coss. eumque annum esse secundum olympiadis CCLIV, ab olympiade vero prima millesimum et quartum decimum, ex diebus scilicet æstivis quibus Olympicus agon celebrabatur, a Roma autem condita DCCCCXCI, et quidem ex Palilibus, unde Urbis anni numerantur. Atqui hic consulatus incidit in annum Christi vulgarem CCXXXVIII, qui, inquit Censorinus, erat annus secundus CCLIV olympiadis, et a I Olympiade, MXIV. Qui quidem calculus quadrat cum calculo auctoris Chronici, de quo agimus, qui Liennio ante exstitisse ait annum MXII omnium Olympiadum, et annum CCXXXI olympiadum LIX, a Christo usque ad annum XIII imperii Alexandri : proinde Maximo et Africano coss. fuit annus IV olympiadis MXII ab Iphito, et quartus olympiadis LIX a Christo, qui est annus Christi vulgaris CCXXXVI. Is porro annus IV olympiadis CCLIII incidit in annum periodi Julianæ III. MDCCCXLIX, qui est Christi vulgaris CCXXXVI. Olympiades [XX] quippe institutæ sunt, uti diximus, anno ejusdem Periodi III. MDCCCCXXXVIII, a quo ad hunc descriptum annum totidem anni intersunt. Rursum ab eodem anno Juliano IV. MDCCCCXLIX, si auferantur CCXXXVI, remanebit annus Julianus IV. MDCCXIII, qui incidit in consulatum XIII Octavii Cæsaris, quo Christi nativitatem contigisse auctor est etiam Epiphanius, proinde anno uno ante æram Dionysianam, a quo putatus annus CCXXXVI in Chronico, in annum vulgarem CCXXXV cadet. Ex quibus colligitur consulatum Maximi et Africani incidisse in hunc annum, eumque annum Iphiteum fuisse IV, Olympiadis CCLIII, prout recte observat Scaliger ad Chronicon nostrum paschale : quo anni MXII omnium Olympiadum absolvuntur : a quibus si auferantur anni CCXXXVI, restabit annus DCCXXXVII, quo olympiades ab Iphito institutæ sunt, anno Periodi Julianæ III. MDCCCCXXXVIII. Enimvero quod auctor Chronici annum XIII Alexandri in annum mundi V. MDCCXXXVIII conjicit, non quadrat omnino cum anno mundi juxta Græcos V. MD, a quo is annum incarnationis videtur ordiri, cum ablatis CCXXXVI quot annos a Nativitate et incarnatione putat, supersint anni V. MDII, hæc examinabunt horumce calculorum periliores.

XXIV. *Qua æra auctor Chronici et Epiphanius utantur.* — Quod vero auctor Chronici, quemadmodum Epiphanius, annum Christi in annum mundi juxta Græcos V.MD. consignet, quem alii in annum sequentem, non obstat quin invicem consentiant : cum ii annum incarnationis Christi, quæ XXV mensis Martii, et nativitatis, quæ demum XXV Decembris accidit, intelligant : alii annum I, a Natali, initio a XXV Decembris præcedentis sumpto, putare incipiant, quod et fecisse Dionysium observat Petavius, ita ut nulla inter eos occurrat dissonantia, qui utrique anno, Christi annum affigunt, ut Annianus apud Georgium Syncellum (*a*), qui τὴν θείαν σάρκωσιν τῷ ,εϕ' πληρουμένῳ, καὶ ἀρξαμένῳ τῷ ,εϕα' ascribit. Cum igitur Chronici istius tot annorum characterismi cum ea annos mundi conditi, et Christi incarnationis vel Nativitatis putandi ratione ab Hippolyto observata prorsus concinant, ipseque Hippolytus et auctor Chronici vixerint ipso Alexandri Severi ævo, imo anno illius imperii XIII se scribere profiteatur, nemo, opinor, inficias ierit, vero esse omnino proximum illud ipsum esse Chronicon, quod Hippolytum scripsisse testantur Eusebius et Hieronymus, quod vir aliquis doctus in Latinam linguam postea transtulerit : cum id præterea suadere videatur ipsa scribendi ratio, qua usum Hippolytum idem Eusebius satis insinuat, atque adeo, quod cum Georgius Syncellus (*b*) scribat Hippolytum in libro *De Susanna et Daniele*, Joacimo, qui et Joachas appellatus est, regi Judæ, filio Joacimi regis, ac Josiæ nepoti tres regni annos tribuere, contra quam Eusebius, auctor Paschalis et alii passim, qui tres regni duntaxat menses eidem assignant, id ipsum tradatur in hoc Chronico, hisce verbis : *Post Joachim, regnat filius ejus Joachim annis tribus, et hunc ducit ad eum compeditum Nabuchodonosor rex Babylonis et alios cum eo.*

XXV. *De Chronico paschali Hippolyti.* — Chronici istius codex membraneus ms. servatur, ut attigimus, in [XXI] bibliotheca collegii Societatis Jesu Parisiensi, præcipuæ antiquitatis, cum circa Caroli Magni, vel certe Caroli Calvi tempora exaratus sit, in quo describuntur præterea Chronicon Eusebii ex versione sancti Hieronymi, deinde Idatii Chronicon editum ex eodem codice a Sirmondo : cui subjiciuntur Fasti consulares a Bruti et Collatini consulatu, ad Anthemii Augusti secundum consulatum, ab eodem Sirmondo partim, integri vero a Philippo Labbeo publicati. Hos subinde excipit idem Chronicon quod Hippolyto asserere audemus, hoc titulo : *Liber generationis ab Adam usque ad ordinem* (sic) *quæ continetur in hoc libro.* Titulo subjicitur index operis : Indici Præfatio ad nescio quem diaconum. Codex desinit in seriem regum Persarum, eamque mutilam, cum postremum codicis folium media sui in longum parte laceratum sit, tametsi antiquarium ulterius haud processisse appareat. At cum editio Labbeana longe plura contineat, præter hunc codicem, quem indubie vidit, et mecum communicavit vir humanitate perinde ac eruditione commendandus Joannes Harduinus, et editionem Canisii, alio, qui quæ subdidit, complexus fuerit, usum Labbeum verisimile est : præsertim cum editio Canisii in seriem regum Macedonum duntaxat desinat, et in scriptura cum Labbeana haud semper consentiat, ut ex le-

(*a*) P. 55, 512. (*b*) Pag. 218.

Digitized by Google

ctionum diversitate, quam apponendam duximus, cuivis apparebit. Codicem etiam ms. cum editione Labbeana rursum contulimus, ex quo infinitos propemodum locos emendavimus, ipsis verbis, prout jacent, etiam cum nævis suis descriptis, ut iterata editione, huicce quod recudimus paschali Chronico propter cognationem materiæ, propter scilicet paschales observationes, adjungeretur. Cæterum non eadem omnino serie, quam index præfert, sectiones vel capita ubique describuntur. Sed et deest postremum caput, quod *nomina episcoporum Romæ, et quis, quot annis præfuit*, continebat : non, uti censet vir doctissimus (*a*), quod ideo omissum fuerit a librario, quia ab Eusebiano Chronico, cui adhærebat, magnopere discreparet ; quod sane vix quispiam sibi persuadeat, sed potius quod revera sub finem mutilum fuerit exemplar, quod monet editor. Certe optandum foret, ut hæc Romanorum pontificum superesset series, cum in dubio sit an ante hunc scriptorem alius antiquior horum catalogum ac tempora descripserit. Sed damnum hoc resarciisse Georgium Syncellum putat Henricus Dodwellus (*b*), ut qui inter alios quos secutus est in universa Chronologia sua auctores, Hippolytum (quem tamen semel ac iterum duntaxat laudat, uti observavimus) recenset ; eo nimirum, inquit V. C. traditionis, ut videtur, ordine, ut Hippolytum exscripserit Annianus, Annianum Maximus confessor, omnes ipse Syncellus : quos quidem quia ipsi invicem sentiebant, nuspiam manifesto refellit. Indeque colligit, si quem repererit apud Hippolytum pontificum Romanorum catalogum, illum procul dubio secutum fuisse Syncellum : nec proinde alium ab Hippolyto quærendum esse Syncelliani Catalogi auctorem, cum minus præterea vero consonum videatur temere et pro arbitratu fuisse a Syncello confictum, quem longe ab Eusebiano esse diversum constat. Superest tamen, ut is alibi subdit (*c*), capitis lemma lemmati Bucheriano [XXII.] adeo simile, ut vix dubitandi locus relinquatur, quin inde sua mutuatus fuerit iste Bucherianus, cujus lemma ita concipitur : *Ex quo tempore per successionem dispositum, quis episcopus, et quot annis præfuit, vel quo imperante.* At vero cur vir eruditissimus Chronicon istud Canisianum, seu Labbeanum, ipsimet Hippolyto non potius ascripserit, quam ejusdem auctorem vestigia pressisse ipsius Hippolyti videri senserit, nulla alia in præsens mihi oboritur ratio, quam quod Hippolytum martyrio vitam finiisse Alexandro imperante juxta quorumdam sententiam existimaverit, scriptor vero Chronici eidem Augusto superstes exstiterit, ut qui ejus mortem referat.

XXVI. *Paschalia ab ipso mundi exordio cœpta.* — Enimvero ejusmodi computisticæ artis apud Græcos et Latinos artifices, ut tandem eo redeamus, unde sumus digressi, certas temporum epochas, de quibus citra ullam controversiam constans esset auctorum, vel omnium, vel plurium certe, potiorumque consensus, statuerunt, quæ essent veluti κριτήρια, et lydii lapides, quorum beneficio, non temporum modo, sed et festorum paschalium, Judaicorum nempe et Christianorum, rationem explorarent. Quod quidem ut adamussim et cum accuratione peragerent, necesse erat, ut ab ipso mundi conditu repeterent. Ita Victorius (*d*) : *Videre mihi videor*, inquit, *istiusmodi disciplinæ secretum luculentissime posse enarrare, si ab ipsis mundi primordiis dierum institutio ac lunæ, vel temporum, ac deinceps hujus solemnitatis initium requiratur : atque per digestum ordinem sæculorum quæstionis abstrusæ exploretur integritas.* Et infra : *Cum itaque nihil resedisset ambigui, diebus, lunis, ac bissextis, inde a constitutione humana, in nostram ad usque progeniem, mirabili decursione concordibus, necessarium fuit, propter quod maxime meæ huic inquisitioni secundum tuæ venerationis mandatum, mea desudabat intentio, ut instituta paschalia perscrutarer, vel illius temporis, quo præceptione divina a filiis Israel immolatus in Ægypto, vel præcipue illius quo pro redemptione nostra atque salute, ille verus agnus, cujus figura præcesserat, « Pascha nostrum immolatus est Christus. »* Idem denique scriptor : *Quapropter omnibus fixo limite consonans, necessarium erat propter paschalis observantiæ rationem, dies et lunas a mundi ipsius describi principio, quo possit rerum cursus evidenter agnosci.* Ideo porro Victorius lunæ rationes et temporum seriem a mundi exordio ex Eusebii Chronico, et ex iis quæ adjecta sunt ab Hieronymo, et a Prospere usque ad consulatum Valentiniani A. VIII et Anthemii, et ex Prosperi alterius a mundi exordio ad VI Valentis consulatum et Valentiniani II, repetiturum se quidem profitetur. Sed quia immensum opus majoriserat otii, ejus breviarium interim se explicare ait. *Quod tamen*, ut mox subdit, *ex ipsius plenitudinis observatione descendat*, ex tempore passionis Dominicæ, cum Fastis consularibus, annis periodi DXXXII bissextis, feriis annuis in Kalendis Januariis, ætate lunæ in iisdem Kalendis, diebus paschalibus, ætate lunæ paschalis, et indictionibus. Ejusmodi igitur Paschalia non nuda omnino primitus fuere confecta : sed in iis præcipuæ temporum notæ ex rebus singulis annis [XXIII] gestis apponebantur, quo firmaretur cyclus et diem Paschatis investigandi methodus, cum in iis quo die solemnitas illa fuisset celebrata subinde adnotaretur, quod præ cæteris testari videntur verba Leonis papæ ex epistola ad Augustos (*e*), ubi de Paschate : *Unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris Annalibus*, XV *Ka-*

(*a*) Joan. Pearsonius, episcop. Cestr., in *Dissert. de success. primor. episcop. Romæ*, cap. 10, n. 1.
(*b*) In *Dissert. de primæva pontific. Rom. succes.*, cap. 14, § 19 et 20.
(*c*) Cap. 5, § 5.
(*d*) Ex cod. ms.
(*e*) Epist. 57.

Digitized by Google

lendarum Maiarum die apte a Patribus nostris constitutus legitur et celebratus. In Annales proinde referebant ad annos singulos quo die celebratum, vel celebrandum esset Pascha, ea scilicet fere methodo, qua auctor Paschalis centum annorum a Bucherio editus, in quo series consulum cum diebus Paschatis describitur.

XXVII. *Anniani, Panodori, Maximi et Bedæ Paschalia.* — Quo igitur paschalium ejusmodi confectores seu, uti vocantur a Victorio, *Disputatores præcipuæ festivitatis*, firmo securoque pede in inveniendis paschalis festi lunis ac diebus progrederentur, necesse erat ut ab ipso mundi exordio initium ducerent : ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐτῶν, ut ait sanctus Maximus in computo ecclesiastico (*a*), et ut Christi Natalis annum sedulo inquirerent, proindeque annorum seriem ab ipso Adamo ad sua tempora deducerent, ac continuarent : quod quidem fieri aliter non potuit, nisi descriptis singulorum primorum Patrum ætatibus, consulum deinde, ac regum et imperatorum annis, aliisque chronologicis observationibus. Ita præ cæteris Annianum et Panodorum eruditos monachos sua confecisse Paschalia auctor est Georgius Syncellus (*b*) : ac Annianum quidem brevi, sed accurata methodo temporum rationem, ac festivitatum Dominicarum μετά τινων ἐπιστασιῶν, complexum esse, seu, ut alibi ait (*c*), συντάξασθαι κύκλον ια' Πασχουάλια φλβ' ἐτῶν, ἅμα σχολίοις ἀκριβέσι. Ubi videtur legendum Πασχαλίους κύκλους ια'. Panodorum vero aliam, fusiorem nempe iniisse scribendi rationem tradit idem Photius, atque adeo πολυμερῆ τε καὶ πολυειδῆ, πολλά τε χρήσιμα ἔχουσαν, cum non solum continuam temporum seriem, sed et duorum magnorum luminarium, solis et lunæ, motus in eo observarit. Atque hoc scriptionis genere usi non modo veteres computistæ, seu cyclorum confectores, sed etiam paulo recentiores, atque in iis sanctus Maximus, qui apud Græcos, ut Beda apud Latinos, ejusce artis princeps habetur. Horum alter edito ecclesiastico computo, subjecit χρόνων ἀριθμησιν καὶ ὁμάδα ab Adamo : deinde δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνο, ἐπληρώθη, in qua posteriori parte præcipuæ temporum Epochæ ad Justiniani tempora deducuntur, cum an prior sit sancti Maximi, qui imperante Heraclio vixit, dubitare liceat, cum ad Constantinum et Romanum imperatores protrahatur, nisi quæ post Heraclium habentur, alterius dicantur esse scriptoris. Alter vero, nempe Beda, similem plane observavit methodum in libris *De ratione temporum*, et *De natura rerum*, in quibus dum ecclesiastici computi methodum explanat, cursum temporum quem in VI ætates distribuit, subinde interserit, vel operi subjicit.

XXVIII. *An sanctus Maximus Chronici Paschalis auctor existimari possit.* — Sed an idem sanctus Maximus Chronici nostri paschalis auctor haberi debeat, quod in suspicionem venit Radero, ut qui imperante Heraclio vixerit, multaque scripserit, atque adeo computum [XXIV] etiam ecclesiasticum, si id attentius expendatur, minus vero consonum videbitur. Ut enim sanctus Maximus Græcis ipsis pro cultissimo scriptore semper habitus est, ita Paschalis auctor ut idiota traducitur a Scaligero : nec injuria, cum plurima atque adeo fere omnia stylo admodum vulgari et χυδαίῳ exaraverit. Huc accedit, quod cum triplex sit apud Græcos æra a mundi conditu, ad natalem Christi, et exinde secutis temporibus, ut præ cæteris docet Petavius loco post Chronicon allato, aliam sanctus Maximus, aliam auctor Paschalis ineunt. Quippe sanctus Maximus computum suum ecclesiasticum anno XXXI Heraclii (quo is exstinctus est XI Martii, ind. XIV) se conscripsisse non uno loco testatur (*d*), qui, inquit, annus est a mundo condito VI. MCXXXIII. Atqui ducto initio a natali Christi, quem in annum mundi V, MDI conjicit, idem annus XXXI Heraclii in annum Christi Dionysianum, juxta illius calculum DCXXXIII, inciderit : quibus si VIII anni, quot proinde natalem Christi antevertit, juxta Panodorum, ut etin Chronologia ejusdem computo subdita, addantur, fiet annus DCXLI Dionysianus, quo Heraclius obiit. At secundum Paschalis scriptorem, cui annus Christi natalis interdum est V. MDVII, interdum V. MDIX, annus XXXI Heraclii imperii, sumpto initio a V Octobris, quo die cæso Phoca tyranno, indict. XIV, imperium iniit, erit DCXLI : nam annus primus Heraclii in annum mundi conditi VI, MCXIX, seu potius VI. MCXVIII, quo indictio XIV mense Septembri initium duxit, confert, qui fuit annus Christi Dionysianus DCX, cui si addantur XXXI imperii ejusdem Augusti anni, fiet annus Christi vulgaris DCLI, quo ille exstinctus est. Jamvero quod sanctus Maximus, perinde ac auctor paschalis Chronici, cyclum DXXXII annorum admittat ; receptum ea tempestate apud Græcos satis inde evincitur, quod etiam advertit Bucherius. Deinde si sanctus Maximus auctor esset paschalis Chronici, ejusce operis a se editi meminisset indubie in computo ecclesiastico, quem anno demum Heraclii XXXI confectum testatur. Sed ea ipsamet tempestate, id est imperante Heraclio, Joannes Philoponus disputationem de Paschate instituit, qui eadem ratione auctor Chronici dici potuerit, qua scilicet, decima tertia lunæ pridie legalis Paschatis mysticam Domini cœnam, neque Christum tunc cum discipulis agnum comedisse probat : cum essent nonnulli, qui simul, inquit ille, tum utrumque contigisse contenderent, ita ut nimirum Christus primum quidem legale Pascha adimpleverit (*Quoniam, ait, non veni solvere legem, sed adimplere* [*c*]), huic autem verum statim et mysticum subjunxerit, cujus illud erat typus. Quod quidem argumentum longe ante Philoponum aggressi fuerant Hi, polytus Portuensis, eo in opere cui titulum præfixit, Ὅτι ὁ Κύριος ἐν ᾧ ἐπαθε, τὸν τυπικὸν

(*a*) Part. I, cap. 17. 32.
(*b*) Pag. 33.
(*c*) Pag. 315.
(*d*) Part. I, c. 17, 32.
(*e*) Matth. V, 17.

Digitized by Google

οὐκ ἔφαγεν, Apollinaris Hierapolitanus episcopus, Clemens Alexandrinus, ut et Petrus Alexandrinus episcopus, a quo ii laudantur, uti testatur Petavius (*a*) ut patet ex auctore Chronici in Præfatione : quæ quidem opuscula exstare vel exstitisse in bibliotheca Regis Catholici ex illius indice docemur.

[XXV.] XXIX. *Heraclio imperante variæ ortæ de Paschate controversiæ.* — Sane saltem inde colligere liceat Heraclio imperante varias exortas de festivitatibus paschalibus, quas hisce temporibus minus congruas fuisse advertit etiam vir doctissimus Henr. Dodwellus (*b*), controversias, quæ ansam occasionemque præbuerint auctori paschalis Chronici, sancto Maximo, Joanni Philopono, et aliis forte nobis hactenus incognitis, de quæstionibus de Paschate subinde ea ætate agitatis, conscribendi commentarios. Nam licet pro rato ac fixo illius celebrandi dies haberetur (*c*), accidebat interdum ut in eo error vel dubietas interveniret, ut anno XXVI Theodosii Junioris, anno V Marciani, XIX Justiniani, et XX Copronymi evenisse narrat Theophanes : cujusmodi similes circa Pascha errores non semel accidisse in Gallia auctor est Gregorius Turonensis (*d*), imo anno Heraclii XVI apud Scotos, Beda et Marianus Scotus (*e*). Quinetiam ipsemet Heraclius computum ecclesiasticum uti vocant, conscripsit, imperii XIII, indict. XI, Christi anno vulgari DCXXIII, ut ipsemet testatur, tribus distinctum capitibus vel sectionibus, ac nuper editum a supra laudato H. Dodwello. Harum sectionum prima est de ratione inveniendi cujusque mensis et septimanæ diem et feriam, et Bissextum. Altera continet demonstrationem, cur oporteat quærentes quotam mensis Alexandrini diem, a tribus ante Septembrem diebus incipere. Tertia denique methodum complectitur, qua Pascha secundum ecclesiasticam traditionem sit investigandum. Qui quidem computus excerptus dicitur e commentario ejusdem Augusti in *Ἡρωχείροις* canones Ptolemæi.

XXX. *Paschalia a Photio laudata.* — Nec scio an huicce Heraclii tempestati ascribendi præterea sint duorum anonymorum libri de Paschate, quorum meminit Photius (*f*) ; qui quidem eamdem quam Philoponus et auctor Chronici paschalis tuiti dicuntur sententiam, Christum scilicet decimatertia lunæ, seu sacra feria quinta, Pascha nomicum non celebrasse, cum neque agnum, neque azyma comederit, neque aliud quidpiam eorum fecerit, quæ legale observantes Pascha more rituque majorum observare solebant : proindeque privatam tantum, mysticam illam tamen, cœnam comedisse, atque ex ea discipulis panem et calicem porrexisse, quæ fuit nonnullorum ex SS. Patribus sententia : tametsi, inquit Photius (*g*), Joan. Chrysostomus et Ecclesia legitimum Pascha perfecisse doceant, antequam mysticam instituerit cœnam. Prior anonymus disputationem potissimum instituit contra Judæos, unaque sentientes hæreticos, et Quartadecimanos, qui primo Hebræorum mense sanctum Paschatis festum non celebrabant. Alter idem ferme quod Paschalis nostri scriptor argumentum prosequitur : nam de bissexto et mense intercalari, solisque ac lunæ epactis, et decemnovennalibus cyclis, et de ratione ac methodo hæcce investigandi, singula excutiendo, dilucide tradit. De mensibus perinde et neomenia, et hebdomade, ejusque diebus, et quinam circulares anni appellantur, quique embolimæi seu interjecti anni, disquirit. De curriculo præterea solis octodecennalis cycli agit, et decemnovennalis lunæ, et decimaquarta ejusdem. Rursum de mensibus lunaribus et solaribus, et neomenia mensis cum lunaris, tum solaris, qui lunari sit par, deque mense æquabili lunæ, et mense exacto : de annorum denique mundi supputatione [XXVI] multa congerit, in quo quidem libro, quem auctor Theodoro cuidam inscripsit, simplici dictione styloque apertissimo exarato, Metrodorum sæpe reprehendit, ut testatur idem Photius.

XXXI. *De Paschali Metrodori.* — Scripserat autem Metrodorus decemnovennalium cyclorum viginti octo in seipsum recurrentium computum, ducto a Diocletiano exordio ; in quo quingentorum triginta trium annorum dies festos colligit, idque, quantum videtur, secundum accuratam illam, quam vocant, quartæ decimæ lunæ computationem. Ex istis igitur Photianis colligere saltem liceat, ea qua scriptores isti de Paschate commentarios ediderunt tempestate, varias de hacce festivitate ortas agitatasque fuisse quæstiones et controversias, quæ harum scriptioni occasionem præbuerint, tum de cœna Domini XIII lunæ, tum etiam de utroque Paschate, typico et Christiano, quas ii varia methodo pertractarint, atque in his postremus ille anonymus, qui idem argumentum quod auctor paschalis Chronici quod edimus, simili perinde ratione est persecutus, temporum a mundo condito computatione, rebusque proinde aliis chronologicis non omissis. Quinetiam ætate Metrodori, cujus meminit Photius, cyclum Victorianum DXXXII annorum apud Orientales utcunque obtinuisse inde pariter advertere est : quem alias secutum auctorem paschalis Chronici supra monuimus. Hoc porro Metrodori nomine aliquot alii occurrunt, quibus forte id operis ascribi possit, ac in primis Metrodorus, Marcionis sectæ presbyter, cujus meminit Eusebius (*h*) : Metrodorus Persa philosophus, qui ob pietatis existimationem a Constantino Magno, quo demum imperante agitatæ præsertim illæ de Paschate controversiæ, intra palatii sacraria admissus legitur. Sed an illius ejusmodi institutum exstiterit, dubitare liceat

(*a*) Lib. XII *De doctr. temp.* cap. 13.
(*b*) In auct. ad *Dissert. Cyprian.*, p. 82.
(*c*) Vide Scaligeri Canon. p. 183.
(*d*) Lib. V *Hist.*, c. 17.
(*e*) Lib. X, c. 23.
(*f*) Cod. 115. 116.
(*g*) Vide Præf. auctoris, et Casauboni *Exercitat. in Baron.*, p. 464. Cedren. p. 175, et Glycam, p. 215.
(*h*) Lib. IV *Hist.* c. 1., Hieron. in *Chron.*, Cedren., p. 295, lib. V.

Digitized by Google

se edito, Musis invitis, ac reclamantibus quotquot sunt eruditis, tametsi haud aliter hactenus laudatum sit, ex quo Raderiana ista editio prodiit, quo notiori nomini ac recepto usui serviretur. Hinc Jacobus Gothofredus in Notis ad Philostorgium, *Chronicon quod hodie dicitur Alexandrinum* semper laudat : et scite quidem, cum ante Raderianam editionem aliis exstaret et laudaretur titulis, iisdemque minus etiam idoneis, licet alias potiori sui parte decurtatum. Non defuere interea qui Constantinopolitanum illud appellari posse censuerunt, atque in iis Joannes Leunclavius (*a*), quo loco edictum Justiniani imperatoris fidei confessionem continens primas edidit, præmissis iisdem verbis, quæ habet hocce Chronicon paschale ad annum XXV Justiniani, ex veteribus Annalibus, *quos quidam*, uti subdit, *Constantinopolitanos appellant*, descriptis, adeo ut par sit existimare hocce vidisse Chronicon, et ex eo idipsum exscripisse edictum, tametsi ex alio quam Augustanæ bibliothecæ codice : quod vel inde percipitur, quod in eo quo usus est Raderus, in edicto isto Justinianeo (*b*) magnus hiatus reperiatur in loco qui in codice Vaticano, et apud Leunclavium integer describitur, ex quibus defectum editionis Raderianæ in hac Regia supplevimus, adjuncta veteris interpretis versione Latina. Sed et in locis aliis ejusdem edicti diversæ interdum lectiones occurrunt, adeo ut jure dubitare liceat an exemplar Augustanum ex Vaticano descriptum fuerit. In eadem porro sententia, quoad titulum Chronici, versatur vir eruditissimus Daniel Papebrochius (*c*).

XII. *Chronicon paschale appellari debere probatur.* — Verum quisquis istius Chronici auctor fuerit, scripsit ille non tam Chronicon quam computum paschalem, ut ipsemet in Præfatione (*d*) seu Syntagmate de Paschate, cujus meminimus, profitetur, vel Πασχάλιον, uti Græci ecclesiastici vocant, hoc est canonem de celebrando paschate, cujus primos conditores Alexandrinos agnoscunt veteres omnes scriptores Græci. Id porro nominis inditum, quod non modo ut cujusque Paschatis, Judaici scilicet, seu legalis, et typici vel Christiani, sed et præcipuarum festivitatum, quas δεσποτικὰς, seu Christi vocant Græci, Latini vero *mobiles*, quod a Paschatis die pendeant, indicem exhibeant, diesque notent quibus singulæ peraguntur : de [X] quibus quidem Paschaliis, seu Paschalibus, egere Scaliger (*e*), et Petavius (*f*) : sed et nos quædam de iis attigimus in Glossario mediæ Græcitatis. Istiusmodi computos paschales, seu κύκλους ἑορταστικοὺς, *Paschalia*, *Paschales cyclos*, *circulos*, *cursus*, *recursus*, passim vocant Victorius, Gennadius, Senator, Ado Viennensis, Beda, Paulus Warnefridus, et alii : recentiores vero ex Græcis scriptoribus, in quibus sunt S. Maximus (*g*), et Nicephorus Gregoras (*h*), Πασχάλια.

XIII. *Paschalium scribendorum ratio ac methodus duplex.* — Duplex autem fuit Paschalium conscribendorum ratio : altera enim simplex est, altera fusiori commentario illustratur. Prior in paschalis festi diei investigandæ methodo, tabulis etiam interdum in idem argumentum confectis, tota versatur, cujusmodi est Hippolyti Portuensis episcopi canon paschalis XVI annorum, qui proxime ad Urbem inventus, ac Romam delatus, et in bibliotheca Vaticana repositus, a viris doctis subinde illustratus est, Scaligero scilicet in libris *De emendatione temporum*, et in Notis ad Eusebii Chronicon, ex quibus in Gruterianas inscriptiones est relatus, deinde ab Ægidio Bucherio ad canonem paschalem Victorii, ac nuper denique a viro doctissimo t. II *Variorum sacrorum* : de quo quidem Hippolyti canone sic scribit Eusebius lib. VI *Hist. Eccl.* cap. 22 : Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα, ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει, id est interprete Henr. Valesio : *Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum de Pascha composuit : in quo temporum seriem describens, et canonem quemdam paschalem per* XVI *annorum circuitum exhibens, anno* I *imperatoris Alexandri computationem temporum circumscribit.* Et ex Eusebio Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis (*i*) : *Hippolytus, cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis rescire non potui), rationem Paschæ, temporumque canones scripsit, usque ad* I *annum Alexandri imperatoris, et* XVI *annorum circulum quem Græci* ἐκκαιδεκαετηρίδα *vocant, reperit, et Eusebio qui super eodem Pascha canonem decem et novem annorum circulum, id est* ἐννεακαιδεκαετηρίδα *composuit, occasionem dedit.*

XIV. *Paschalium fusiorum duæ species.* — Paschalium vero, quæ fusiori illustrantur Commentario, binæ rursum sunt species. Alia quippe ordine chronologico, seu juxta temporum seriem digeruntur : alia in methodi formam conscribuntur, qua non modo paschales, aliæque festivitates, sed et cætera quæ in ecclesiasticis computis recentioribus disquiri solent, investigantur. Atque ut a fusioribus ordiamur, primus Hippolytus, cujus mox meminimus, ea scribendi ratione usus dicitur : qua digestis a mundo condito ad sua usque tempora elapsis annis, sedecennalis cycli a se reperti in inveniendo Paschate methodum firmaret, descriptis subinde, ut vero est simile, paschalibus festis, legalibus forte et Christianis. Quod quidem opus ad Alexandri Severi imperatoris tempora perduxit, ut ex Eusebii allato loco docemur, in quo temporum descriptionem exposuit a mundi conditu ad eumdem Alexan-

(*a*) In *Jure Gr. Rom.* pag. 321.
(*b*) Pag. 820. edit. Rader.
(*c*) In Proleg. ad Vit. S. Georgii, n. 27, et in Propylæo ad Maium p. 88.
(*d*) In Præfat. et in *Chron.* p. 75, 76, 117, 210, 211, 215, 216, 220, 221, 225, 229.
(*e*) Lib. v. *De emend. temp.*
(*f*) L. VIII *Auctarii*, cap. 12.
(*g*) Part. I, c. 16.
(*h*) Isaac Argyr., p. 585.
(*i*) Cap. 61.

Digitized by Google

crum [XI]cui demum canonem sedecennalis cycli præfixit ; id enim indicare videtur vox προθείς. Aliud autem fuere Hippolyti ratio Paschæ temporumque canones, uti appellantur ab Hieronymo, aliud canon ἐκκαιδεκαετηρίδος ab illo inventæ : quod et docet ipsius Hippolyti canon quem edidit Scaliger, et ex eo alii, in quo inter illius opera recensetur Ἀπόδειξις χρόνων τοῦ Πάσχα κατὰ ἐν τῷ πίνακι. Ubi Scaliger reponendum putat καὶ τὰ, vel καθὰ, quod postremum maluerim. Nam etsi, ut et Bucherius, alterum præferat, quia, inquiunt, ἀπόδειξις et πίναξ, longe diversa sunt, ita hæc verba capienda censuerim, ut ἀπόδειξις temporum Paschatis juxta regulam in tabula descriptam exarata, et secundum Eusebium, eidem operi præfixa fuerit : nisi admittatur codicis Medicei lectio, προσθεὶς, cujus meminit Valesius, ut addita fuerit, quod idem fere valet, tametsi subditam potius videatur omnino indicare ejusdem canonis lemma, quod hisce verbis conceptum legitur : Ἔτους α' βασιλείας Ἀλεξάνδρου Αὐτοκράτορος ἐγένετο ἡ ΙΔ τοῦ Πάσχα εἰδοῖς Ἀπριλλίαις, σαββάτῳ ἐμβολίμου μηνὸς γενομένου· ἔσται τοῖς ἑξῆς ἔτεσιν καθὼς ὑποτέταχται ἐν τῷ πίνακι· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς παρῳχηκόσιν, καθὼς σεσημείωται. Id est, *Anno* I *imperii Alexandri imperatoris facta est* XIV *Paschæ Idibus Aprilis, Sabbato, cum mensis embolimæus fuisset. Sequentibus annis continget sicut in tabula subjectum est, in præteritis autem evenit, sicut indicatum est.* Ex quibus conficit Scaliger promittere Hippolytum hocce lemmate, non solum in futurum, sed etiam in perpetuum canonis constantiam. Sed longe alia, nisi ipse fallar, sonant hæcce verba. Operi ipsi quippe in canonis seu regulæ paschalis cycli specimen subdito hocce laterculo, eamdem in posterum observandam regulam ait, quæ in præteritis annis fuerat observata. Unde colligere liceret in universo totius operis decursu non modo res præteritas ex temporum ratione descripsisse, sed subinde etiam paschalium festivitatum tempora ad suosmet expendisse canones : quod prorsus velle videtur Eusebius, scribens operi de Paschate per tempora, seu ordine chronologico digesto, adjunctum fuisse paschalem canonem. Licet enim ejus canonem habeamus, inquit V. C. Henr. Dodwellus (*a*), periit tamen liber quem scripsit de canone.

XV. *De Paschali Hippolyti Portuensis.* — Sed an opus istud Hippolyti idem sit quod de Paschate inscripsit, quod vult Valesius, dubium facit, quod Eusebius et Hieronymus post recensitum illud de Paschate opus, in quo rationem temporum ad Alexandri imperatoris ætatem perduxerit, aliud rursum de Paschate recenseant ; quod quidem in præfixo huicce quod recudimus paschali syntagmate, et ab aliis subinde scriptoribus laudatur. Quinetiam hæc verba quæ laterculo adduntur, *De demonstratione temporum Paschæ prout in tabula*, ita accipi possunt, ut tabula ipsa demonstrationem temporum Paschæ complexa fuerit, proindeque ipsa demonstratio et tabula unum idemque exstiterint, ac tabula adjuncta fuerit Chronico, cujus paulo ante meminit laterculus, hisce verbis : Χρονικῶν πρὸς Ἕλληνας, καὶ πρὸς Πλάτωνα. Ita tamen ut incertum sit, an πρὸς Ἕλληνας, referri debeat ad Chronicon quod Hippolytus conscripserit, ævi sui morem secutus, quo sancti Patres gentilium objecta ea scriptionis genere confutarent, qui religionis Christianæ antiquitatem, quam ipsi ethnici jactabant, [XII] ut est apud Paulum Orosium (*b*), ut fictam traducere solebant, sumpto a mundi exordio ad sua usque tempora antiquitates sacras asserebant, dum interim totam gentium chronologiam, vel μυθικὴν, vel incertam, ac ferme nuperam esse ostenderent : Christiani vero suam a Judæis, atque ab ipso Mose, ac proinde a mundi conditu repeterent. Quo forte spectavit pariter Senator, cum dixit (*c*) : *Habent etiam post tractatores, diversos relatores temporum studia Christiana, qui ecclesiastica gravitate compositi, per vicissitudines rerum, mutabilitatesque regnorum, lacteo quidem, sed cautissimo nitore decurrunt. Qui cum res ecclesiasticas referant, et vicissitudines accedentes per tempora diversa describant, necesse est ut sensus legentium rebus cœlestibus semper erudiant, quando nihil ad fortuitos casus, nihil ad deorum potestates infirmas, ut gentiles fecerunt, sed arbitrio Creatoris applicare veraciter universa contendant.* Cæterum laudantur a Labbeo (*d*) ex Bibliotheca Monchaliana Tabulæ paschales Hippolyti Portuensis episcopi Græce et Latine cum Vita ejusdem Hippolyti ex libro sancti Hieronymi Græce, et commentario italico recenti manu in easdem tabulas. Sed an hæ tabulæ eædem sint cum edita, cujus meminimus, haud omnino planum. Exstant ejusdem Hippolyti opera alia, tum in bibliotheca regia mss. (*e*), tum edita pridem a Canisio, Combefisio, et aliis : quædam laudat præterea Syncellus (*f*). Sed de Hippolyto et ejus scriptis consulendus præter Eusebium idem Combefisius ad illius librum *De* XII *apostolis* et lib. *De antichristo*.

XVI. *Qua methodo illud conscriptum.* — Hac enimvero, quam hic attigimus scribendi ratione usi (*g*) Cassianus auctor Exegeticon, Tatianus, ut etiam de illo testatur auctor Chronici paschalis, Clemens Alexandrinus, Hippolytus, Theophilus Antiochenus, Julius Africanus, Eusebius, Prosper Aquitanus, Georgius Syncellus, et aliquot alii, qui Christianam religionem non esse nuperam ἐξ ἀρχαιότητος τῶν προφητικῶν γραμμάτων demonstrarunt, Mosemque præcedere Trojanum bellum DCCCCXXVIII annis probarunt, quod in primis fecit Theophilus lib. III ad Autolycum, qui, ut id certius demonstraretur, ab ipso mundi exordio repetendam temporum seriem existimabat : Ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν

(*a*) Pag. 52.
(*b*) Lib. VII, cap. 26.
(*c*) *De divin. lect.*, c. 22.
(*d*) Pag. 189.
(*e*) Codd. 1328. 1892.
(*f*) Pag. 218. 250. 558. Canis. tom. V *Ant. lect.*
(*g*) Epiphan. hær. 51, n. 55, Scalig. ad Græca Euseb. p. 402. et ad Hier. p. 5. *Chronic. paschale*, p. 251, ubi de Tatiano.

Digitized by Google

ἀπόδειξιν τῶν καιρῶν καὶ χρόνων, Θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος, οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ, εἰς τὸ καὶ τῶν ἁπάντων κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν ἡμῖν τὴν ἀριθμὸν νυνὶ ποιησόμεθα, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν ἀνέκαθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως ἣν ἀνέγραψε Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ Θεοῦ διὰ Πνεύματος ἁγίου. Et eodem lib. Οὐ γὰρ πρόκειται ἡμῖν ὕλη πολυλογίας, ἀλλὰ εἰς τὸ φανερῶσαι τὴν τῶν χρόνων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ποσότητα, καὶ ἐλέγξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ φλυαρίαν τῶν συγγραφέων, ὅτι οὔκ εἰσιν οὔτε δισμύριαι μυριάδες, ὡς Πλάτων ἔφη, etc. Eamdem certe methodum ac scribendi rationem secutum auctorem paschalis Chronici, quod publicamus, vel hinc apparet, quod non modo Christianæ religionis primordia ac historiam ab ipsa mundi creatione repetat, resque Judaicas diligenter persequatur, sed etiam vana gentilium circa sua numina traducat et evertat commenta (*a*), dum solide probat quos adorabant deos homines fuisse mortales, indicatis quibus ipsi vixere sæculis, proindeque religionem Judaicam, a qua Christiana promanavit, longe ante Saturnum ac Jovem exstitisse. Quo [XIII] spectant ista Cypriani, seu alterius scriptoris in libro *De vanitate idolorum : Deos non esse quos colit vulgus, hinc notum est. Reges olim fuerunt, qui ob regalem memoriam coli apud suos postmodum etiam in morte cœperunt : inde illis instituta templa, inde ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa simulacra : nam et immolabant hostias, et dies festos dando honore celebrabant. Inde posteris facta sunt sacra, quæ primis fuerant assumpta solatia.* Cum igitur duæ ex scientia temporum artes efflorescant, inquit Petavius, altera quæ computistica vulgo appellatur, et circa canones ac regulas ordinandorum ad civilem usum temporum versatur; altera quam chronologiam dicimus, certis notis et judiciis præteritarum rerum memoriam suis temporibus assignet, utrumque complexus est auctor Paschalis, dum seriem temporum, quibus subinde res gestas ascribit, sedulo prosequitur, et canones ἑορταστικοὺς paschalesque subinde interserit.

XVII. *Illudne viderit scriptor Chronici Paschalis.* — Incertum porro an Hippolyti Chronicon idem scriptor unquam viderit, vel legerit, ab eoque quæ jam hauserit, vel sane res hasce tractandi methodum exceperit, dum Paschalis festivitatis investigandæ rationem rerum gestarum chronologicæ descriptioni intermiscet, licet Hippolytum ab eo visum ex prædictis colligere fortasse liceat, idque suadere aliquatenus videatur ipsius Chronici titulus, cujus duo exemplaria in Scorialensi Regis Catholici bibliotheca exstitisse docemur ex catalogo Græcorum codicum manuscriptorum necdum, ni fallor, edito, quorum prior hanc inscriptionem præfert : Μαρκελλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι ἀδήλου ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου. Alius vero : Ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ Πέτρου Ἀλεξανδρείας Μάρτυρος, Κελλίνου καὶ Ἱππολύτου, ἤτοι ἀδήλου μέχρι Ἡρακλείου τοῦ νέου, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Ubi in primo pro βασιλείας legendum indubie ὑπατείας, tametsi cætera minus sana sint ac cohæreant. Unde vero Marcellini vel Hippolyti nomina huic Chronico, quove fundamento, præfigantur, vellem doceri, sive is sit Marcellinus comes, ex cujus Chronico quæ jam forte in posterioribus sæculis exscripserit, sive Hippolytus iste sit is de quo agimus, sive ille qui Thebanus vulgo indigitatur, cujus Chronicon Latine partim editum a Canisio, et excerpta Græca aliquot habeantur in bibliotheca Regis Christianissimi. Sed cum Hippolytus iste Thebanus vixerit sæculo XI, Chronici vero scriptor in Heraclii, sub quo vixit, tempora desinat, vix est ut credam hunc in hocce lemmate posse intelligi. Atque hic quidem de Hippolyti Chronico fusius forte quam par erat egimus, tum ut qua ratione ejusmodi Paschalia primitus conscripserint veteres Christiani, planum fieret, tum etiam ut an supra memoratorum codicum Scorialensis Bibliothecæ tituli suadere possint, ex Hippolyti Chronico, scriptorem istius quod modo publicamus quædam excerpsisse, tametsi ad ejusdem Hippolyti Heccædecaeteridem, de qua pluribus egere Scaliger et Petavius (*b*), Paschales recursus minime exegisse constet, sed ad Octodecennalem, Vigintioctennalem, et DXXXII annorum cyclos, uti in syntagmate de Paschate profitetur.

[XIV] XVIII. *An Hippolytus auctor sit Chronici editi a Canisio et Labbeo.* — Cæterum Hippolyti Chronico, de quo agimus, geminum prope est, nisi ipsummet exstiterit, Chronicon illud quod edidit Henricus Canisius, tom. II *Antiq. lect.* et Philippus Labbeus tom. I *Novæ bibliothecæ* ex MS. cod. collegii Paris. Soc. Jesu, hocce titulo : *De divisionibus et generationibus gentium.* Quod quidem Chronicon ad Alexandri Severi annum XIII, eumque imperii postremum, quo imperante se vixisse non semel Auctor innuit, perducitur. Is vero in præfatione descripturum se ait (*c*) *gentium divisionem, et parentum dinumeratam generationem, inhabitationis quoque tempora, et bellorum commissiones, et Judicum tempora, qui et ex quibus regibus nati sunt, qualesque captivitates populi, et quibus judicibus contigerint, quique sacerdotes, quibus temporibus fuerant, et quæ divisio, et quæ perditio facta sit, quonam modo generatio seminis Israel de Patribus in Christo completa sit, et quot quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatura sæculi usque in hunc diem.* Præfationi index subjicitur, cujus VI caput hisce verbis conceptum legitur : *Declaratio Paschæ, et quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.* Quæ quidem ad ea referuntur quæ habentur in ea sectione, ubi de Paschate subinde a Judæis exacto agitur. Tum additur : *A generatione autem Christi post* XXX *annos cum passus est Dominus, Pascha celebratur. Ipse enim erat justum Pascha. A Passione autem Domini usque in* XIII *annum imperii Alexandri Cæsaris anni* CCVI *servatum est Pascha, quod in commemorationem Domini nostri Jesu Christi servatur a nobis. Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni* V.

(*a*) Epiphan. in *Ancor.*, n. 107, 108. Petav. l. IV, c. 60.
(*b*) Scalig. l. II *De emend. temp.*, pag. 152. (*c*) Ex cod. ms.

Digitized by Google

MDCCXXXVIII. Quæ quidem hic a nobis allata si quis cum iis quæ de Hippolyti Chronico attigimus adamussim conferre velit, illud ipsum esse ejusdem Chronicon haud difficulter forte concedet, cui laterculum is præmiserit, vel subdiderit in paschalis festi, de quo in illa quam diximus sectione egit, inveniendi canonem seu regulam : ad quam præteritos et sequentes annos expendere lectorem voluerit. Nec obstat quod ad postremum Alexandri imperatoris annum hocce Chronicon Canisianum, seu Labbeanum deducatur, Hippolytus vero eo imperante martyrium subiisse dicatur a quibusdam (*a*), cum certe id prorsus incertum sit, nulloque probo auctore martyrii tempus asseratur, quod sub Decio contigisse Gregorius Turonensis (*b*) et alii volunt, sed Alexandro duntaxat imperante vixisse tradant Eusebius, Hieronymus, et alii (*c*) : Anonymus vero in Chronico ms. ex cod. reg. DI, MLIV. Nicephorus Constantinopolit. in Chronologia, et Catalogus imperatorum Constantinopolitanorum editus a Leunclavio lib. II juris Græcoromani Severo imperante floruisse, perperam, ni fallor, scribunt : Ἐπὶ τούτου καὶ Ἱππόλυτος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἤκμαζε. Tametsi nil obstat quin Severi etiam ætate tum primum nosci cœperit : nisi Severum cum Alexandro Severo confuderint. Conjecturam præterea nostram de Hippolyto ejusdem opusculi scriptore firmare posse id videtur, quod quædam ex eo in Raderianum Chronicon sint immissa, ut subinde in Notis indicamus : adeo ut haud injuria Hippolyti, [XV] ut et Marcellini, quisquis ille exstiterit, nomina prætulerit Codex Scorialensis. Neque enim Baruoetium absque fundamento aliquo, ea codicis titulo affixisse probabile est.

XIX. *Id vero proximum videtur ex rationibus allatis.* — Præter jam allatas conjecturas, quæ Canisianum seu Labbeanum istud Chronicon Hippolyto videantur asserere, haud minimi etiam momenti forte censeri debeat illa quæ circa annorum, tum a mundi conditione, tum a Christi incarnatione et natali, qua Hippolytus usus dicitur, putandorum rationem versatur, cum uterque scriptor in annis mundi conditi consentiant. Ut id porro exploretur, inquirendum primo qua methodo usus sit Hippolytus in consignandis annis, tum mundi, tum Christi : quod utcunque haurire licet ex Cyrillo Scythopolitano, qui Justiniano imperante vixit, tum in vita S Euthymii, tum in vita S. Sabæ, iis locis quibus sanctorum istorum anachoretarum obitum commemorat. Atque ut a S. Euthymio initium ducatur, ipsissima Cyrilli verba placet adducere, prout habentur in Codice Colberto : nam quæ edita est Euthymii vita a Cotelerio, ex Interpolatore Metaphraste desumpta est, tametsi eosdem annorum characterismos præferat. Ea autem sunt :

Ἡ δὲ τελείωσις αὐτοῦ γέγονε κατὰ τὴν εἰκάδα τῆς Ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς ἐνδεκάτης ἰνδίκτου, ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου, ἀφ' οὗπερ χρόνος ἤρξατο, τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ μετρεῖσθαι ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ ἐννακοσιοστοῦ πεντακισχιλιοστοῦ· ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐκ Παρθένου ἐνανθρωπήσεως ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ τετρακοσιοστοῦ, κατὰ τοὺς συγγραφέντας χρόνους ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων Ἱππολύτου τοῦ παλαιοῦ, καὶ γνωρίμου τῶν Ἀποστόλων, καὶ Ἐπιφανίου τοῦ Κυπριώτου, καὶ Ἥρωνος τοῦ Φιλοσόφου καὶ ὁμολογητοῦ.

Ex quibus colligimus obiisse S. Euthymium XX Januarii, indictione XI, anno mundi V, MDCCCCLXV, Christi incarnationis CDLXV, ac, ut infra ait, Leonis Magni anno XVI. Rursum idem Cyrillus in Vita S. Sabæ (*d*), scribit eumdem sanctum Anachoretam mortuum V Decembris, indict. X, anno a mundi conditu VI, MXXIV, Christi Incarnationis vel Nativitatis DXXIV, Justiniani anno VI, P. C. Orestis II, ubi eadem formula de Hippolyti, Epiphanii et Heronis annorum characterismis loquitur.

XX. *De Herone Chronologo.* — Quis autem fuerit hic Heron confessor et philosophus (ut et hoc obiter moneam) qui tempora consignarit, ignorari video a doctioribus. Quis enim asserere audeat eum esse qui Origenis discipulus et sectator, et ab eo fidei rudimentis institutus, ejusque philosophiam amplexus, una cum Heraclide, dum adhuc esset neophytus, martyr capite plexus est, ut scribit Eusebius (*e*), et ex eo Nicephorus Callisti (*f*)? Qua vero flagrante persecutione martyrium ille obierit, non tradit Eusebius : licet vero simile sit id accidisse sub Deciana, in qua, ut attigimus, Hippolytum interiisse plerique volunt, ac utrumque vigentibus ea tempestate de paschalis festivitatis celebrandæ tempore controversiis, de quibus idem agit Eusebius (*g*), commentarios edisse, in quibus Christi Natalitiorum annum ac diem uterque observarit. Enimvero, cum neophytum adhuc, martyrium expleese dicatur, nescio an is Marcus Aurelius Heron fuerit, qui Alexandro Severo adhuc imperante, tum erat Νεωκόρος templi Serapidis in Porto, ut est in antiqua inscriptione basis marmoreæ, deinde factus neophytus, martyrium subierit : quæ quidem [XVI] inscriptio hac verborum serie descripta legitur apud Jacobum Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis (*h*) :

ΜΑΡΚΟΥ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΣΕΟΥΗΡΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΥΤΥΧΟΥΣ ΕΥΣΕΒΟΥΣ ΚΑΙ ΙΟΥΛΙΑΣ ΜΑΜΑΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΣΕΒ ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΟΙΣ ΘΕΟΙΣ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΗΡΩΝ ΝΕΩΚΟΡΟΣ ΤΟΥ ΕΝ ΠΟΡΤΩ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ ΕΠΙ ΑΛΡΓΙΝΙΩ ΒΕΙΓΑΛΙΩΝΙ ΑΡΧΙΥΠΗΡΕΤΗ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΗ ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΩ ΦΗΒΩ ΚΑΙ ΣΑΛΩΝΙΩ ΘΕΙΔΟΤΩ ΙΕΡΟΦΩΝΟΙΣ ΚΑΙ ΚΑΜΕΙΝΕΥΤΑΙΣ ΧΑΡΙΤΗ ΙΕΡΟΔΟΥΛΕΙΑ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΠΙ ΑΓΑΘΩ.

(*a*) Ughellus.
(*b*) Lib. I *Hist.*, c. 28.
(*c*) Vide *Hist.* Dodwell. *Diss. Cypr.* 11, n. 19, 30.
(*d*) Cap. 77.
(*e*) L. VI, c. 4.
(*f*) L. V, c. 6.
(*g*) Lib. V, c. 23, 25.
(*h*) Sect. 10, n. 22.

Digitized by Google

In latere baseos,

ΕΠ ΑΓΑΘΩ ΕΠΙ ΓΡΑΝΙΟΥΡΟ.

Sed de hac circa Heronem Cyrillianum conjectura nihil temere definio, cum alii exstiterint hoc nomine, atque in iis Heron patriarcha Antiochenus, quem alii Ἔρωτα vocant, et Heron natione Thebanus, dignitate episcopus, Juliano imperante, cujus Philostorgius et hujusce Chronici scriptor meminerunt. Interim ex hac allata inscriptione colligere saltem fortasse liceat vero esse simillimum, Portum, cujus in ea fit mentio, illam esse urbem, cujus Hippolytus episcopus fuerit, tametsi qua in provincia exstiterit maneat incertum, ipseque Hieronymus, quod exserte testatur, nescierit, cui tam diu Romæ versato,. Portus Romæ, cujus urbis episcopum fuisse Hippolytum plerique volunt, minime ignotus esse debuit. Adeo ut hæc Græca inscriptio, cultusque Serapidis Ægyptum, ubi notum Alexandriæ illius fanum a Theodosio M. eversum, omnino videatur spectare, unde in provinciam Gallicanam, ubi illa servatur, allata fuerit. Sed cum apud Geographos cæterosque scriptores, nulla occurrat civitas Portus nomine in Ægypto, ubi vigebat Græcus sermo, secus vero in Africa, ubi Latinus obtinebat, in qua ad tres recenset anonymus Ravennas lib. III, cap. 8, 11, et lib. V, cap. 4, Portum scilicet divinum, Sigensem et Magnum, atque adeo Hippolytus Portus duntaxat et cum nullo adjuncto episcopus dicatur, sane vero est proximius Portum in ea inscriptione intelligi Romanum. Nec obstat quod Serapidis templum in Porto, seu Portu exstitisse dicatur, cum in eo tractu cultum Serapidem, atque adeo in Ostiensi civitate, Portuensi proxima, ac solo fere Tyberi divulsa, prout a Procopio (*a*) utraque civitas describitur, testetur Minutius Felix sub initium operis : Romæ vero, et in aliis Latinis provinciis, eumdem cultum fuisse Serapidem testentur Græcæ pariter inscriptiones apud Gruterum. Neque etiam opponi debet quod inscriptio Græca sit, cum in Latinis provinciis haud paucæ repertæ sint. Sed quod Hippolytum Portus Romani fuisse Episcopum omnino videatur suadere, id potissimum fuerit, quod is Romanus dicatur in Catalogo imperatorum Leunclaviano supra laudato, et quod anno MDLI, in agro Verano non procul ab æde S. Laurentii ad Urbem reperta sit antiqua e marmore statua solio insidens, in cujus quidem solii binis laterculis cycli paschales annorum XVI, Græcis litteris erant descripti : ex quibus, tum ex librorum lemmate, quod horum dexter continebat, Hippolyti, cujus nomen non erat expressum, facile deprehensum est [XVII] statuam esse, quam ex Portu Romano, non vero ex Ægypto huc esse allatam admodum est probabile. Quinetiam alius haud videtur ab Hippolyto presbytero, qui una cum Nepotiano (alii Pontiano legunt), exsul deportatus est in insulam nocivam Sardiniam, Severo et Quintiano coss. seu anno Christi CCXXXV, Alexandri imp. XI, ut est in Catalogo pontificum Romanorum a Cuspiniano et a nobis edito, in Pontiano papa. Adeo ut hac tempestate episcopatum Portuensem nondum fuisset consecutus : cur vero metropolitanum Arabum eum indigitet Herwartius (*b*), non plane percipio.

XXI. *Quam annorum rationem secutus sit Cyrillus Scythopolitanus, et quotæ fuerint Græcorum æræ a mundi ortu.* — Sed ut redeam unde sum digressus, ex allatis ex Cyrillo patet omnino hunc Panodori Ægyptii monachi, qui Arcadio imperante, et sub Theophilo episcopo Alexandrino vixit, ut testatur Georgius Syncellus, quique Christi natalem in annum mundi V. MCCCCXCIII, retulit, annos putandi rationem secutum. Quod ut planum fiat, observandum in primis triplicem apud Græcos æram obtinuisse annorum a mundo condito : primam quæ ab initio rerum ad natalem Christi putat annos V. MCCCCXCIII, alteram, anno V, MDI, de qua concilium Nicænum II, act. 6 (*c*) et Syncellus (*d*), tertiam, quæ etiamnum apud Græcos hodiernos in usu est V. MDIX. Aliam enim omittimus, quæ Antiochenorum propria fuit, et Christi natalem anno mundi conditi sexmillesimo assignat, ut ex Hesychii loco, quem huicce Chronico subjecimus docemur. Sed et alia fuit, quæ natalem Christi anno mundi V. MDVI, assignat, de qua tractatulum subdidimus pariter huic Chronico. Prioris æræ Græcanicæ inventor, ut supra diximus, existimatur Panodorus, quam in locis allatis sequitur Cyrillus. Illa porro (nam de hac prima hic potissimum est sermo) cum Dionysiana æra vulgari consentit, quæ nativitatem Christi ad consulatum Lentuli et Pisonis refert, hoc est uno anno minus quam in recepta hodie sententia, licet hanc dissonantiam concilient accuratiores chronologi. In eo tamen dissentiat utraque æra, quod Panodorus Christi annum illiget anno mundi V. MCCCCXCIII, (cujus sententiæ causam affert Syncellus (*e*), Dionysius vero V. MDI, atque ita alter ab altero annis VII remotus sit, licet uterque indictionem communem, tum feriam, vel lunarem ætatem certis diebus attributam obtineat. Etenim annum Christianæ æræ primum uterque computus V. MCCCCXCIII, numerat ; necnon annum ejusdem æræ nonum uterque recenset V. MDI, quippe de anno currente mundi ad incarnationis annum assequendum, priores annos V, MD, detrahunt ; posteriores V. MCCCCXCII, ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Unde conficit Petavius (*f*) trium ærarum duas incarnationem Christi diversis annis affigere, ac prioris, quæ V. MDI, numerat, ultimum convenire Christi anno nono : alterius vero, quæ V. MCCCCXCIII, putat, anno primo, adeo ut non duos annales computos, sed unum eumdemque esse. Etenim annum Christianæ vel Dionysianæ æræ primum uterque computus V. MCCCCXCIII numerat, necnon annum

(*a*) Lib. I *Gothic.*, cap. 25.
(*b*) Cap. 177
(*c*) P. 765, ed. Labbæi.
(*d*) P. 35, 218, 515, 516, 525.
(*e*) P. 52 c.
(*f*) Lib. VIII *Auct.*, t. I, p. 295.

Digitized by Google

ejusdem æræ nonum uterque recenset v. MDI. Quippe de anno currente mundi ad incarnationis annum assequendum priores annos v. MD, detrahunt, [XVIII.] posteriores v. MCCCCXCII, ex quo major hujus quam illius calculus efficitur. Itaque in annis mundi consentiunt ambo computi, in annis incarnationis dissentiunt. Non debent igitur mundi æræ vel computi censeri duo, sed unus duntaxat, cujus ad diversos annos Christi ἐνανθρώπησις illigatur. Quare duæ tantum, ut supra dictum est, præcipuæ sunt æræ Græcorum : una cujus in annum v. MCCCCXCIII, primus annus æræ Dionysianæ vel communis congruit, et altera quæ eumdem annum numerat ab orbe condito v. MDIX. Ita ratiocinatur Petavius harum rerum diligens explorator, cujus tamen hac in re sententia aliis non omnino arridet (*a*). Ut ut se res habet, hæc Cyrillianis characterismis sunt aptanda. Ex anno mundi v. MDCCCCLXV, quo sanctus Euthymius obiit, XX Januarii, indictione XI, detractis v. MCCCCXCIII annis, annus vulgaris incarnationis erit CCCCLXXII, in quem cadit annus XVI Leonis Magni. Rursum, si anno v. MCCCCXCIII addas CCCCLXXII, fiet annus mundi v. MDCCCCLXV Christi CCCCLVII; cui si addantur VIII, erit annus CCCCLXXII vulgaris, quo currebat indictio XI. Deinde anno v. MDCCCCLXV adde VIII, fiet annus v. MDCCCCLXXIII; ex his si demantur CCCCLXII, restabit v. MDI. Pari modo ex anno VI. MXXIV quo S. Sabas decessit, v Decembris ablatis v. MCDXCIII, erit annus incarnationis DXXXI. Rursum anno v. MCCCCXCIII, si addantur DXXXI, erit annus mundi VI. MXXIV, a Cyrillo notatus ; si VIII, erit annus Dionysianus vulgaris DXXXIX, quo mense Decembri currebat indictio X; deinde ablatis DXXXIX de VI. MXXXI, restabit annus DI.

XXII. *Qua mundi conditi æra usus sit Hippolytus.* — Atque hæc præmittenda fuere ut quibus annorum characterismis usus fuerit Hippolytus planum fieret, et an ex iis auctor existimari possit Chronici Canisiani seu Labbeani, de quo in præsens agimus, expendere liceat. Quod sane haud procul a vero abesse facile concedet qui illius computos accuratius in examen adduxerit. Anno quippe XIII Alexandri Severi imperii Chronicon istud conscriptum fuisse non uno loco indicatur. Imperium porro iniit Alexander anno Christi vulgari CCXXII, idque potissimum colligitur, ut pridem observatum a Scaligero (*b*), Petavio, Bucherio (*c*), et aliis, ex canone paschali Hyppolyti, cujus supra meminimus, in quo ejusdem Augusti anno I, qui ab X die Martii deducitur, XIV paschalis evenisse notatur Idibus Juliis, Sabbato, cum mensis embolimæus proxime præcessisset, qui erat tertius ejus sedecennalis cycli annus bissextilis: quæ omnia non potuere contingere, nisi anno Dionysiano CCXXII. Proinde cum Alexander annos XIII et dies IX regnasse dicatur in eodem Chronico, ut et apud Lampridium, consequens est exstinctum fuisse XIX Martii, anno Christi vulgari CCXXV : quod quidem an variis annorum ab auctore Chronici allatis epochis quadret omnino, deinceps disquirendum.

XXIII. *An in iis concinat cum Chronico paschali.* — Is porro annum XIII Alexandri in annum mundi conditi A. MDCCXXXVIII conjicit, Christi Natalis DXXXVI, hisce verbis.: *Ab Adam autem usque in transmigrationem Babyloniæ sub Jechonia, generationes* LI, *anni* IIII. MDCCCXLII, *menses* VIII. *Et* [XIX.] *post transmigrationem Babyloniæ usque ad generationem Christi generationes* XIIII, *anni* DCLX, *et a generatione Christi usque ad Passionem anni* XXX, *et a passione usque in hanc annum, qui est* XIII *imperii Alexandri annus, anni* CCVI. *Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque ad* XIII *Alexandri imperatoris annum, anni* V. MDCCXXXVIII. Quo quidem loco advertere interim liceat auctorem Chronici Labbeani in anno Passionis Christi veterum Patrum (*d*) opinionem secutum, cujus meminit Clemens Alexandrinus (*e*), Christum uno tantum anno prædicasse, eoque passum fuisse, quomodo denique scriptor Chronici paschalis non uno loco eumdem annum putat, verbi gratia pag. 203, et anno Chr. CCCLXXXI, CDXXXI, CDLII, tametsi locis aliis annos XXXIII Christo fere semper assignet : unde evidens est, quod non semel monuimus, hoc Chronicon ex variis scriptorum excerptis, nullo fere delectu, vel prævio examine, esse consarcinatum, sed et esse vero simile quæ in eo secundum istum annorum Christi calculum inserta leguntur, excerpta fuisse ex Africano, siquidem, ut testatur Hieronymus (*f*), hanc ille sententiam est sectatus. Deinde paulo infra ait supradictus scriptor post recensitos Persarum reges : *Post quos tempora jam manifeste apud Græcos ex constructione olympiadum sunt clara : nam usque ad Alexandrum Macedonem fuerunt olympiades* CXIV, *quæ faciunt annos* CDLVI, *ab Iphito, qui constituit olympiades. Ab Alexandro usque ad Christum, olympiades* LXXX, *quod sunt anni* CCCXX. *A Christo autem usque ad annum* XIII *imperii Alexandri, olympiades* LVIIII, *quod sunt anni* CCXXXVI, *Sunt ergo omnes olympiades usque ad annum* XIII *Alexandri Cæsaris : olympiades* CCLIII. *quod sunt anni* MXII. Quandoquidem igitur per olympiades annos putandi ratio Chronici scriptori certior videtur, præsertim cum inter eruditos de earum constet initio, easque ab Iphito instauratas tradant scriptores anno ante æram Christianam DCCLXXVII, periodi Julianæ III. MDCCCCXXXVIII, ab iis petendum in primis videtur exordium. Censorinus in libro de Die natali (*g*) scribere

(*a*) Goar. ad Syncell. p. 83.
(*b*) Scal. l. v, p. 491.
(*c*) Bucher. in *Belg. Rom* , l. VI, c. 8.
(*d*) Tertullian., Steph. Gobarus apud. Phot.
(*e*) Lib. I *Strom.*, p. 348.
(*f*) S. Hieron. *in* IX *Daniel.*
(*g*) Cap. 18, 21.

Digitized by Google

se ait Ulpio et Pontiano coss. eumque annum esse secundum olympiadis CCLIV, ab olympiade vero prima millesimum et quartum decimum, ex diebus scilicet æstivis quibus Olympicus agon celebrabatur, a Roma autem condita DCCCCXCI, et quidem ex Palilibus, unde Urbis anni numerantur. Atqui hic consulatus incidit in annum Christi vulgarem CCXXXVIII, qui, inquit Censorinus, erat annus secundus CCLIV olympiadis, et a I Olympiade, MXIV. Qui quidem calculus quadrat cum calculo auctoris Chronici, de quo agimus, qui Liennio ante exstitisse ait annum MXII omnium Olympiadum, et annum CCXXXI olympiadum LIX, a Christo usque ad annum XIII imperii Alexandri : proinde Maximo et Africano coss. fuit annus IV olympiadis MXII ab Iphito, et quartus olympiadis LIX a Christo, qui est annus Christi vulgaris CCXXXVI. Is porro annus IV olympiadis CCLIII incidit in annum periodi Julianæ III. MDCCCXLIX, qui est Christi vulgaris CCXXXVI. Olympiades [XX] quippe institutæ sunt, uti diximus, anno ejusdem Periodi III. MDCCCCXXXVIII, a quo ad hunc descriptum annum totidem anni intersunt. Rursum ab eodem anno Juliano IV. MDCCCCXLIX, si auferantur CCXXXVI, remanebit annus Julianus IV. MDCCXIII, qui incidit in consulatum XIII Octavii Cæsaris, quo Christi nativitatem contigisse auctor est etiam Epiphanius, proinde anno unc ante æram Dionysianam, a quo putatus annus CCXXXVI in Chronico, in annum vulgarem CCXXXV cadet. Ex quibus colligitur consulatum Maximi et Africani incidisse in hunc annum, eumque annum Iphiteum fuisse IV, Olympiadis CCLIII, prout recte observat Scaliger ad Chronicon nostrum paschale : quo anni MXII omnium Olympiadum absolvuntur : a quibus si auferantur anni CCXXXVI, restabit annus DCCXXXVII, quo olympiades ab Iphito institutæ sunt, anno Periodi Julianæ III. MDCCCCXXXVIII. Enimvero quod auctor Chronici annum XIII Alexandri in annum mundi V. MDCCXXVIII conjicit, non quadrat omnino cum anno mundi juxta Græcos V. MD, a quo is annum incarnationis videtur ordiri, cum ablatis CCXXXVI quot annos a Nativitate et incarnatione putat, supersint anni V. MDII, hæc examinabunt horumce calculorum peritiores.

XXIV. *Qua æra auctor Chronici et Epiphanius utantur.* — Quod vero auctor Chronici, quemadmodum Epiphanius, annum Christi in annum mundi juxta Græcos V. MD. consignet, quem alii in annum sequentem, non obstat quin invicem consentiant : cum ii annum incarnationis Christi, quæ XXV mensis Martii, et nativitatis, quæ demum XXV Decembris accidit, intelligant : alii annum I, a Natali, initio a XXV Decembris præcedentis sumpto, putare incipiant, quod et fecisse Dionysium observat Petavius, ita ut nulla inter eos occurrat dissonantia, qui utrique anno, Christi annum affigunt, ut Annianus apud Georgium Syncellum (*a*), qui τὴν θείαν σάρκωσιν τῷ ,εφ' πληρουμένῳ, καὶ ἀρξαμένῳ τῷ ,εφα' ascribit. Cum igitur Chronici istius tot annorum characterismi cum ea annos mundi conditi, et Christi incarnationis vel Nativitatis putandi ratione ab Hippolyto observata prorsus concinant, ipseque Hippolytus et auctor Chronici vixerint ipso Alexandri Severi ævo, imo anno illius imperii XIII se scribere profiteatur, nemo, opinor, inficias ierit, vero esse omnino proximum illud ipsum esse Chronicon, quod Hippolytum scripsisse testantur Eusebius et Hieronymus, quod vir aliquis doctus in Latinam linguam postea transtulerit : cum id præterea suadere videatur ipsa scribendi ratio, qua usum Hippolytum idem Eusebius satis insinuat, atque adeo, quod cum Georgius Syncellus (*b*) scribat Hippolytum in libro *De Susanna et Daniele*, Joacimo, qui et Joachas appellatus est, regi Judæ, filio Joacimi regis, ac Josiæ nepoti tres regni annos tribuere, contra quam Eusebius, auctor Paschalis et alii passim, qui tres regni duntaxat menses eidem assignant, id ipsum tradatur in hoc Chronico, hisce verbis : *Post Joachim, regnat filius ejus Joachim annis tribus, et hunc ducit ad eum compeditum Nabuchodonosor rex Babylonis et alios cum eo.*

XXV. *De Chronico paschali Hippolyti.* — Chronici istius codex membraneus ms. servatur, ut attigimus, in [XXI] bibliotheca collegii Societatis Jesu Parisiensi, præcipuæ antiquitatis, cum circa Caroli Magni, vel certe Caroli Calvi tempora exaratus sit, in quo describuntur præterea Chronicon Eusebii ex versione sancti Hieronymi, deinde Idatii Chronicon editum ex eodem codice a Sirmondo : cui subjiciuntur Fasti consulares a Bruti et Collatini consulatu, ad Anthemii Augusti secundum consulatum, ab eodem Sirmondo partim, integri vero a Philippo Labbeo publicati. Hos subinde excipit idem Chronicon quod Hippolyto asserere audemus, hoc titulo : *Liber generationis ab Adam usque ad ordinem* (sic) *quæ continetur in hoc libro.* Titulo subjicitur index operis : Indici Præfatio ad nescio quem diaconum. Codex desinit in seriem regum Persarum, eamque mutilam, cum postremum codicis folium media sui in longum parte laceratum sit, tametsi antiquarium ulterius haud processisse appareat. At cum editio Labbeana longe plura contineat, præter hunc codicem, quem indubie vidit, et mecum communicavit vir humanitate perinde ac eruditione commendandus Joannes Harduinus, et editionem Canisii, alio, qui quæ subdidit, complexus fuerit, usum Labbeum verisimile est : præsertim cum editio Canisii in seriem regum Macedonum duntaxat desinat, et in scriptura cum Labbeana haud semper consentiat, ut ex le-

(*a*) P. 35, 512. (*b*) Pag. 218.

Digitized by Google

tionum diversitate, quam apponendam duximus, cuivis apparebit. Codicem etiam ms. cum editione Labbeana rursum contulimus, ex quo infinitos propemodum locos emendavimus, ipsis verbis, prout jacent, etiam cum nævis suis descriptis, ut iterata editione, huicce quod recudimus paschali Chronico propter cognationem materiæ, propter scilicet paschales observationes, adjungeretur. Cæterum non eadem omnino serie, quam index præfert, sectiones vel capita ubique describuntur. Sed et deest postremum caput, quod *nomina episcoporum Romæ, et quis, quot annis præfuit*, continebat : non, uti censet vir doctissimus (*a*), quod ideo omissum fuerit a librario, quia ab Eusebiano Chronico, cui adhærebat, magnopere discreparet ; quod sane vix quispiam sibi persuadeat, sed potius quod revera sub finem mutilum fuerit exemplar, quod monet editor. Certe optandum foret, ut hæc Romanorum pontificum superesset series, cum in dubio sit an ante hunc scriptorem alius antiquior horum catalogum ac tempora descripserit. Sed damnum hoc resarciisse Georgium Syncellum putat Henricus Dodwellus (*b*), ut qui inter alios quos secutus est in universa Chronologia sua auctores, Hippolytum (quem tamen semel ac iterum duntaxat laudat, uti observavimus) recenset ; eo nimirum, inquit V. C. traditionis, ut videtur, ordine, ut Hippolytum exscripserit Annianus, Annianum Maximus confessor, omnes ipse Syncellus : quos quidem quia ipsi invicem sentiebant, nuspiam manifesto refellit. Indeque colligit, si quem repererit apud Hippolytum pontificum Romanorum catalogum, illum procul dubio secutum fuisse Syncellum : nec proinde alium ab Hippolyto quærendum esse Syncelliani Catalogi auctorem, cum minus præterea vero consonum videatur temere et pro arbitratu fuisse a Syncello confictum, quem longe ab Eusebiano esse diversum constat. Superest tamen, ut is alibi subdit (*c*), capitis lemma lemmati Bucheriano [XXII.] adeo simile, ut vix dubitandi locus relinquatur, quin inde sua mutuatus fuerit iste Bucherianus, cujus lemma ita concipitur : *Ex quo tempore per successionem dispositum, quis episcopus, et quot annis præfuit, vel quo imperante.* At vero cur vir eruditissimus Chronicon istud Canisianum, seu Labbeanum, ipsimet Hippolyto non potius ascripserit, quam ejusdem auctorem vestigia pressisse ipsius Hippolyti videri senserit, nulla alia in præsens mihi oboritur ratio, quam quod Hippolytum martyrio vitam finiisse Alexandro imperante juxta quorumdam sententiam existimaverit, scriptor vero Chronici eidem Augusto superstes exstiterit, ut qui ejus mortem referat.

XXVI. *Paschalia ab ipso mundi exordio cœpta.* — Enimvero ejusmodi computisticæ artis apud Græcos et Latinos artifices, ut tandem eo redeamus, unde sumus digressi, certas temporum epochas, de quibus citra ullam controversiam constans esset auctorum, vel omnium, vel plurium certe, potiorumque consensus, statuerunt, quæ essent veluti χρονήρια, et lydii lapides, quorum beneficio, non temporum modo, sed et festorum paschalium, Judaicorum nempe et Christianorum, rationem explorarent. Quod quidem ut adamussim et cum accuratione peragerent, necesse erat, ut ab ipso mundi conditu repeterent. Ita Victorius (*d*) : *Videre mihi videor*, inquit, *istiusmodi disciplinæ secretum luculentissime posse enarrare, si ab ipsis mundi primordiis dierum institutio ac lunæ, vel temporum, ac deinceps hujus solemnitatis initium requiratur : atque per digestum ordinem sæculorum quæstionis abstrusæ exploretur integritas.* Et infra : *Cum itaque nihil residisset ambigui, diebus, lunis, ac bissextis, inde a constitutione humana, in nostram ad usque progeniem, mirabili decursione concordibus, necessarium fuit, propter quod maxime mea huic inquisitioni secundum tuæ venerationis mandatum, mea desudabat intentio, ut instituta paschalia perscrutarer, vel illius temporis, quo præceptione divina a filiis Israel immolatus in Ægypto, vel præcipue illius quo pro redemptione nostra atque salute, ille verus agnus, cujus figura præcesserat, « Pascha nostrum immolatus est Christus. »* Idem denique scriptor : *Quapropter omnibus fixo limite consonans, necessarium erat propter paschalis observantiæ rationem, dies et lunas a mundi ipsius describi principio, quo possit rerum cursus evidenter agnosci.* Ideo porro Victorius lunæ rationes et temporum seriem a mundi exordio ex Eusebii Chronico, et ex iis quæ adjecta sunt ab Hieronymo, et a Prospero usque ad consulatum Valentiniani A. VIII et Anthemii, et ex Prosperi alterius a mundi exordio ad VI Valentis consulatum et Valentiniani II, repetiturum se quidem profitetur. Sed quia immensum opus majoris erat otii, ejus breviarium interim se explicare ait. *Quod tamen*, ut mox subdit, *ex ipsius plenitudinis observatione descendat*, ex tempore passionis Dominicæ, cum Fastis consularibus, annis periodi DXXXII bissextis, feriis annuis in Kalendis Januariis, ætate lunæ in iisdem Kalendis, diebus paschalibus, ætate lunæ paschalis, et indictionibus. Ejusmodi igitur Paschalia non nuda omnino primitus fuere confecta : sed in iis præcipuæ temporum notæ ex rebus singulis annis [XXIII] gestis apponebantur, quo firmaretur cyclos et diem Paschatis investigandi methodus, cum in iis quo die solemnitas illa fuisset celebrata subinde adnotaretur, quod præ cæteris testari videntur verba Leonis papæ ex epistola ad Augustos (*e*), ubi de Paschate : *Unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris Annalibus*, XV *Ka-*

(*a*) Joan. Pearsonius, episcop. Cestr., in *Dissert. de success. primor. episcop. Romæ*, cap. 10, n. 1.
(*b*) In *Dissert. de primæva pontific. Rom. succes.*, cap. 14, § 19 et 20.
(*c*) Cap. 5, § 5.
(*d*) Ex cod. ms.
(*e*) Epist. 57.

Digitized by Google

lendarum Maiarum die apte a Patribus nostris constitutus legitur et celebratus. In Annales proinde referebant ad annos singulos quo die celebratum, vel celebrandum esset Pascha, ea scilicet fere methodo, qua auctor Paschalis centum annorum a Bucherio editus, in quo series consulum cum diebus Paschatis describitur.

XXVII. *Anniani, Panodori, Maximi et Bedæ Paschalia.* — Quo igitur paschalium ejusmodi confectores seu, uti vocantur a Victorio, *Disputatores præcipuæ festivitatis*, firmo securoque pede in inveniendis paschalis festi lunis ac diebus progederentur, necesse erat ut ab ipso mundi exordio initium ducerent : ἀναγκαῖον δὲ πρὸς τούτοις εἰδέναι καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἐτῶν, ut ait sanctus Maximus in computo ecclesiastico (*a*), et ut Christi Natalis annum sedulo inquirerent, proindeque annorum seriem ab ipso Adamo ad sua tempora deducerent, ac continuarent : quod quidem fieri aliter non potuit, nisi descriptis singulorum primorum Patrum ætatibus, consulum deinde, ac regum et imperatorum annis, aliisque chronologicis observationibus. Ita præ cæteris Annianum et Panodorum eruditos monachos sua confecisse Paschalia auctor est Georgius Syncellus (*b*) : ac Annianum quidem brevi, sed accurata methodo temporum rationem, ac festivitatum Dominicarum μετά τινων ἐπιστασιῶν, complexum esse, seu, ut alibi ait (*c*), συντάξασθαι κύκλον ια' Πασχουάλια φλβ' ἐτῶν, ἅμα σχολίοις ἀκριβέσι. Ubi videtur legendum Πασχαλίους κύκλους ια'. Panodorum vero aliam, fusiorem nempe iniisse scribendi rationem tradit idem Photius, atque adeo πολυμερῆ τε καὶ πολυειδῆ, πολλά τε χρήσιμα ἔχουσαν, cum non solum continuam temporum seriem, sed et duorum magnorum luminarium, solis et lunæ, motus in eo observarit. Atque hoc scriptionis genere usi non modo veteres computistæ, seu cyclorum confectores, sed etiam paulo recentiores, atque in iis sanctus Maximus, qui apud Græcos, ut Beda apud Latinos, ejusce artis princeps habetur. Horum alter edito ecclesiastico computo, subjecit χρόνων ἀριθμησιν καὶ ὁμάδα ab Adamo : deinde δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων κεφαλαίων, πότε καὶ ἐπὶ τίνο, ἐπληρώθη, in qua posteriori parte præcipuæ temporum Epochæ ad Justiniani tempora deducuntur, cum an prior sit sancti Maximi, qui imperante Heraclio vixit, dubitare liceat, cum ad Constantinum et Romanum imperatores protrahatur, nisi quæ post Heraclium habentur, alterius dicantur esse scriptoris. Alter vero, nempe Beda, similem plane observavit methodum in libris *De ratione temporum*, et *De natura rerum*, in quibus dum ecclesiastici computi methodum explanat, cursum temporum quem in VI ætates distribuit, subinde interserit, vel operi subjicit.

XXVIII. *An sanctus Maximus Chronici Paschalis auctor existimari possit.* — Sed an idem sanctus Maximus Chronici nostri paschalis auctor haberi debeat, quod in suspicionem venit Radero, ut qui imperante Heraclio vixerit, multaque scripserit, atque adeo computum [XXIV] etiam ecclesiasticum, si id attentius expendatur, minus vero consonum videbitur. Ut enim sanctus Maximus Græcis ipsis pro cultissimo scriptore semper habitus est, ita Paschalis auctor ut idiota traducitur a Scaligero : nec injuria, cum plurima atque adeo fere omnia stylo admodum vulgari et χυδαίῳ exaraverit. Huc accedit, quod cum triplex sit apud Græcos æra a mundi conditu, ad natalem Christi, et exinde secutis temporibus, ut præ cæteris docet Petavius loco post Chronicon allato, aliam sanctus Maximus, aliam auctor Paschalis ineunt. Quippe sanctus Maximus computum suum ecclesiasticum anno XXXI Heraclii (quo is exstinctus est XI Martii, ind. XIV) se conscripsisse non uno loco testatur (*d*), qui, inquit, annus est a mundo condito VI. MCXXXIII. Atqui ducto initio a natali Christi, quem in annum mundi V, MDI conjicit, idem annus XXXI Heraclii in annum Christi Dionysianum, juxta illius calculum DCXXXIII, inciderit : quibus si VIII anni, quot proinde natalem Christi antevertit, juxta Panodorum, ut et in Chronologia ejusdem computo subdita, addantur, fiet annus DCXLI Dionysianus, quo Heraclius obiit. At secundum Paschalis scriptorem, cui annus Christi natalis interdum est V. MDVII, interdum V. MDIX, annus XXXI Heraclii imperii, sumpto initio a V Octobris, quo die cæso Phoca tyranno, indict. XIV, imperium iniit, erit DCXLI : nam annus primus Heraclii in annum mundi conditi VI, MCXIX, seu potius VI. MCXVIII, quo indictio XIV mense Septembri initium duxit, confert, qui fuit annus Christi Dionysianus DCX, cui si addantur XXXI imperii ejusdem Augusti anni, fiet annus Christi vulgaris DCLI, quo ille exstinctus est. Jamvero quod sanctus Maximus, perinde ac auctor paschalis Chronici, cyclum DXXXII annorum admittat ; receptum ea tempestate apud Græcos satis inde evincitur, quod etiam advertit Bucherius. Deinde si sanctus Maximus auctor esset paschalis Chronici, ejusce operis a se editi meminisset indubie in computo ecclesiastico, quem anno demum Heraclii XXXI confectum testatur. Sed ea ipsamet tempestate, id est imperante Heraclio, Joannes Philoponus disputationem de Paschate instituit, qui eadem ratione auctor Chronici dici potuerit, qua scilicet, decima tertia lunæ pridie legalis Paschatis mysticam Domini cœnam, neque Christum tunc cum discipulis agnum comedisse probat : cum essent nonnulli, qui simul, inquit ille, tum utrumque contigisse contenderent, ita ut nimirum Christus primum quidem legale Pascha adimpleverit (*Quoniam, ait, non veni solvere legem, sed adimplere* [*e*]), huic autem verum statim et mysticum subjunxerit, cujus illud erat typus. Quod quidem argumentum longe ante Philoponum aggressi fuerant Hippolytus Portuensis, eo in opere cui titulum præfixit, Ὅτι ὁ Κύριος ἐν ᾧ ἐπαθε, τὸν τυπικὸν

(*a*) Part. I, cap. 17. 32.
(*b*) Pag. 33.
(*c*) Pag. 313.
(*d*) Part. I, c. 17, 32.
(*e*) Matth. V, 17.

Digitized by Google

οὐκ ἔφαγεν. Apollinaris Hierapolitanus episcopus, Clemens Alexandrinus, ut et Petrus Alexandrinus episcopus, a quo ii laudantur, uti testatur Petavius (*a*) ut patet ex auctore Chronici in Præfatione : quæ quidem opuscula exstare vel exstitisse in bibliotheca Regis Catholici ex illius indice docemur.

[XXV.] XXIX. *Heraclio imperante variæ ortæ de Paschate controversiæ.* — Sane saltem inde colligere liceat Heraclio imperante varias exortas de festivitatibus paschalibus, quas hisce temporibus minus congruas fuisse advertit etiam vir doctissimus Henr. Dodwellus (*b*), controversias, quæ ansam occasionemque præbuerint auctori paschalis Chronici, sancto Maximo, Joanni Philopono, et aliis forte nobis hactenus incognitis, de quæstionibus de Paschate subinde ea ætate agitatis, conscribendi commentarios. Nam licet pro rato ac fixo illius celebrandi dies haberetur (*c*), accidebat interdum ut in eo error vel dubietas interveniret, ut anno XXVI Theodosii Junioris, anno V Marciani, XIX Justiniani, et XX Copronymi evenisse narrat Theophanes : cujusmodi similes circa Pascha errores non semel accidisse in Gallia auctor est Gregorius Turonensis (*d*), imo anno Heraclii XVI apud Scotos, Beda et Marianus Scotus (*e*). Quinetiam ipsemet Heraclius computum ecclesiasticum uti vocant, conscripsit, imperii XIII, indict. XI, Christi anno vulgari DCXXIII, ut ipsemet testatur, tribus distinctum capitibus vel sectionibus, ac nuper editum a supra laudato H. Dodwello. Harum sectionum prima est de ratione inveniendi cujusque mensis et septimanæ diem et feriam, et Bissextum. Altera continet demonstrationem, cur oporteat quærentes quotam mensis Alexandrini diem, a tribus ante Septembrem diebus incipere. Tertia denique methodum complectitur, qua Pascha secundum ecclesiasticam traditionem sit investigandum. Qui quidem computus excerptus dicitur e commentario ejusdem Augusti in *Προχείροις* canones Ptolemæi.

XXX. *Paschalia a Photio laudata.* — Nec scio an huicce Heraclii tempestati ascribendi præterea sint duorum anonymorum libri de Paschate, quorum meminit Photius (*f*) ; qui quidem eamdem quam Philoponus et auctor Chronici paschalis tuiti dicuntur sententiam, Christum scilicet decimatertia lunæ, seu sacra feria quinta, Pascha nomicum non celebrasse, cum neque agnum, neque azyma comederit, neque aliud quidpiam eorum fecerit, quæ legale observantes Pascha more rituque majorum observare solebant : proindeque privatam tantum, mysticam illam tamen, cœnam comedisse, atque ex ea discipulis panem et calicem porrexisse, quæ fuit nonnullorum ex SS. Patribus sententia : tametsi, inquit Photius (*g*), Joan. Chrysostomus et Ecclesia legitimum Pascha perfecisse doceant, antequam mysticam institueret cœnam. Prior anonymus disputationem potissimum instituit contra Judæos, unaque sentientes hæreticos, et Quartadecimanos, qui primo Hebræorum mense sanctum Paschatis festum non celebrabant. Alter idem ferme quod Paschalis nostri scriptor argumentum prosequitur : nam de bissexto et mense intercalari, solisque ac lunæ epactis, et decemnovennalibus cyclis, et de ratione ac methodo hæcce investigandi, singula excutiendo, dilucide tradit. De mensibus perinde et neomenia, et hebdomade, ejusque diebus, et quinam circulares anni appellantur, quique embolimæi seu interjecti anni, disquirit. De curriculo præterea solis octodecennalis cycli agit, et decemnovennalis lunæ, et decimaquarta ejusdem. Rursum de mensibus lunaribus et solaribus, et neomenia mensis cum lunaris, tum solaris, qui lunari sit par, deque mense æquabili lunæ, et mense exacto : de annorum denique mundi supputatione [XXVI] multa congerit, in quo quidem libro, quem auctor Theodoro cuidam inscripsit, simplici dictione styloque apertissimo exarato, Metrodorum sæpe reprehendit, ut testatur idem Photius.

XXXI. *De Paschali Metrodori.* — Scripserat autem Metrodorus decemnovennalium cyclorum viginti octo in seipsum recurrentium computum, ducto a Diocletiano exordio ; in quo quingentorum triginta trium annorum dies festos colligit, idque, quantum videtur, secundum accuratam illam, quam vocant, quartæ decimæ lunæ computationem. Ex istis igitur Photianis colligere saltem liceat, ea qua scriptores isti de Paschate commentarios ediderunt tempestate, varias de hacce festivitate ortas agitatasque fuisse quæstiones et controversias, quæ harum scriptioni occasionem præbuerint, tum de cœna Domini XIII lunæ, tum etiam de utroque Paschate, typico et Christiano, quas ii varia methodo pertractarint, atque in his postremus ille anonymus, qui idem argumentum quod auctor paschalis Chronici quod edimus, simili perinde ratione est persecutus, temporum a mundo condito computatione, rebusque proinde aliis chronologicis non omissis. Quinetiam ætate Metrodori, cujus meminit Photius, cyclum Victorianum DXXXII annorum apud Orientales utcunque obtinuisse inde pariter advertere est : quem alias secutum auctorem paschalis Chronici supra monuimus. Hoc porro Metrodori nomine aliquot alii occurrunt, quibus forte id operis ascribi possit, ac in primis Metrodorus, Marcionis sectæ presbyter, cujus meminit Eusebius (*h*) : Metrodorus Persa philosophus, qui ob pietatis existimationem a Constantino Magno, quo demum imperante agitatæ præsertim illæ de Paschate controversiæ, intra palatii sacraria admissus legitur. Sed an illius ejusmodi institutum exstiterit, dubitare liceat

(*a*) Lib. XII *De doct. temp.* cap. 15.
(*b*) In auct. ad *Dissert. Cyprian.*, p. 82.
(*c*) Vide Scaligeri Canon. p. 183.
(*d*) Lib. V *Hist.*, c. 17.
(*e*) Lib. X, c. 23.
(*f*) Cod. 115. 116.
(*g*) Vide Præf. auctoris, et Casauboni *Exercitat. in Baron.*, p. 464. Cedren. p. 175, et Glycam, p. 215.
(*h*) Lib. IV *Hist.* c. 1., Hieron. in *Chron.*, Cedren., p. 295, lib. V.

Digitized by Google

ex iis quæ de eo narrant Cedrenus et anonymus in Chron. ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem an. XXI ejusdem Constantini. Occurrit præterea Metrodorus episcopus in Chron. paschali inter alios episcopos, a quibus damnatus est Macedonius. Alterius denique Metrodori sub Juliano et Joviano Ammianus, et alterius insignis mathematici et grammatici sub Justiniano, Agathias meminerunt. Sed quisquis fuerit Metrodorus iste Photianus, scriptor antiquus videtur, idemque Alexandrinus, vel Ægyptius, tum quod æram Diocletianam, quæ Alexandrinorum erat propria, diuque inter illos obtinuit, unice sectatus sit, tum quod Photius scribat ipsum collegisse κατὰ τὴν λεγομένην ἀκριβῆ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ψηφηφορίαν ἡμέρας, ὅσα τὸ δοκεῖν ἑορταστικὰς, paschales scilicet festivitates, licet, subdit ille, οὔτε [ἡ] νῦν Ἐκκλησία, οὔτε ἡ παλαιὰ παράδοσις ταύταις φαίνεται κεχρημένη. Unde patet computum illius ecclesiasticum ac paschalem non usquequaque ab omnibus fuisse receptum.

XXXII. *De cyclo* DXXXII *annorum apud Græcos.* — Quippe post agitatas illas in synodo Nicæna de Paschate disputationes, *magna exstitit in omni Ecclesia, prætorio ac palatio confusio; diversi enim cycli per totum orbem diffusi et disseminati, qui etiam Alexandrinorum animos inconcusse possederunt*, ut testatur Cyrillus Alexandrinus : quasi dicat tam Alexandrinos, quam alios, nec omnes eodem usos cyclo, scilicet cyclo DXXXII annorum, quem Magnum annum vulgo vocant. [XXVII] Auctor est enim Anatolius, Patribus Nicænis paulo superior, fuisse in diversis Ecclesiis alium cyclum atque alium, alium Gallis, alium Africanis, alium suis Syris, et forsan Alexandrinis. Testatur etiam Chronici paschalis scriptor (*a*) paschales cyclos annorum DXXVII, a plurimis esse descriptos, mixtoque cum veritate mendacio scandali ac turbæ præbuisse occasiones simplicioribus. Cumque nullum hactenus invenisset, qui Scripturis sacris in omnibus conveniret, alium ejusmodi semet confecisse subdit. Cyclum autem istum jam ante Victorium, quem primum excogitasse volunt Scaliger (*b*) et alii, exstitisse apud Orientales, inde præterea colligit Bucherius, quod Theophilus, qui sub Theodosio Magno scripsit, cyclum suum CCCCXXXVII annorum, si Pauli Middeburgensis lectio, inquit, admittatur, ab ejusdem imperatoris anno I, qui est Christi vulgaris CCCCLXXX, incepisse tradatur : quibus si a primo Diocletiani anno ad ejusdem Theodosii exordium anni XCV, qui jam effluxerant, addantur, plane perfectum solis ac lunæ cyclum annorum DXXXII texuerit Theophilus : cum ea denique ætate paschalis Alexandrinorum cycli decemnovennalis exordium a primo Diocletiani anno passim et vulgo repeteretur, quod et fecit Metrodorus. Et sane scribit alibi Scaliger (*c*), Ægyptios Christianos auctores esse hujus magnæ periodi, in quibus doctissimi monachi Anianus et Panodorus de hac, Arcadio imperante, et sub annum XXII Theophili Alexandrini præsulis, libros ediderant : contra quam putavit Bucherius (*d*) hunc cyclum Græcos a Victorio accepisse scribens. Ejusmodi autem est ista Periodus, ut XXVII cyclis solaribus et lunaribus constet, Magni anni, ut diximus, nomenclatura vulgo donata : et a quovis anno illius initium ducatur, evolutis iis annis, in epactis, in concurrentibus, sive cyclis decemnovennali, vel lunari, nec non termino paschali, ac Dominica Paschæ, cum luna ipsius diei, qualis fuit primus, talis sit annus qui alterius periodi initium conficit. Unde non mirum si varia istius periodi principia pro libito cepere cyclorum paschalium confectores. Georgius Syncellus (*e*), ex quo hausit quæ de Christi Passionis anno refert Symeon Logotheta, a primo anno mundi conditi primam orditur, ita ut post binas exactas, tertia succedat anno MLXV; Christus denique passus dicatur anno CCXIII undecimæ. Descripsit idem Scaliger lib. VII *De emendat. temp.* ut et Petavius post computum ecclesiasticum S. Maximi, temporum dinumerationem et collectionem, in qua, sub finem recensentur periodi XI a mundo condito DXXXII annorum, quarum postrema in annum XXIV Constantini desinit, mundi V. MDCCCLII, qui juxta calculum Chronici paschalis est duntaxat V. MDCCCXXXVII. Eamdem undecimam periodum auctor Chronici, quod Alexandrinum appellamus, expletam scribit anno quo Julianus imperium invasit, Constantio scilicet XI, et eodem Juliano Cæsare III coss. ut is ait : *Eodem anno completi sunt decem* (leg. ut infra *undecim*) *cycli sæculares ab anno quingentesimo trecentesimo* (tricesimo) *secundo : fiunt vero ab Adam, usque ad consulatum hujus* [XXVIII] *anni omnis* V. MDCCCLIV, ubi Herwartius in Chronol. cap. CXCIV, recte emendat V. MDCCCLII, ob similitudinem notarum IV et II, hoc est juxta calculum Ægyptiacum, seu Panodori, qui natalem Christi in annum mundi V. MCCCCXCIII rejicit. Primam suam periodum expletam ait scriptor Chronici paschalis anno Justiniani XXXV, indict. X, anno Christi vulgari DLXII, quam a Christi baptismo, ind. IV, orditur : ita ut sequentis periodi annus primus sit Christi DLXIII. Servatur in bibliotheca Regia Chronicon ms. ab Adamo ad Michaelem Theophili filium, in quo sub annum VII Justini Junioris hæc scribuntur : Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐπληρώθη κύκλος εἷς τοῦ ἁγίου Πάσχα φλβ', ἐξ ὅτου ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐσταυρώθη, Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, ἀπὸ κτίσεως κόσμου ςξε'. Quæ totidem verbis habentur in Chronologia Nicephori patriarchæ Constantinopolitani.

XXXIII. *De eodem cyclo apud Latinos.* — Ut Græci, ita neque Latini computistæ in ejusmodi periodorum exordiis consenserunt, diversis sæpe usi principiis. Victorius enim a Januario, Dionysius a Martio suos duxere. Ac rursus ille a passione, vel baptismo Christi, iste a Natali. Victoriana desinit in anno Christi DLIX, sumpto scilicet initio a Kalendis Ja-

(*a*) In Præfat.
(*b*) Lib. V *De emend. temp.*, p. 559.
(*c*) L. III *Can. Isag.*, p. 180.
(*d*) Bucher. p. 182. Synod. p. 315.
(*e*) P. 46, 56, 320.

Digitized by Google

nnariis anni in quem contulit baptismum Christi, qui erat, ut ipse putavit, XV Tiberii, consulatu duorum Geminorum, anno Christi XXIX vel XXVIII. Dionysius vero Exiguus, dum Victorii periodum emendare aggreditur, initium illius cepit ab anno I Christi, ut ipse et sibi et posteritati persuasit, seu, ut ait Beda (*a*), ab anno DXXXII incarnationis, perducto opere usque ad MLXIII ejusdem sacrosanctæ incarnationis annum : unde hactenus ab interpolatore Dionysiana nuncupatur. Is autem secundam periodum inchoavit ab anno VI Justiniani, Christi DXXXIII, ut verba Bedæ capienda recte censet Florentius Wigorniensis (*b*). Ut porro Victor Capuanus episcopus et Dionysius Victorii, ita ejusdem Dionysii errores detexere alii : adeo ut non mirum sit, quod hujusce Chronici nostri scriptor, et omnibus qui sua ætate supererant paschalibus DXXXII annorum cyclis, nullum sibi occurrisse scribat (*c*), qui rerum naturæ ac ecclesiasticis regulis universe concineret. Nam etsi in sacri Paschatis die quidam ex iis non fallerentur, plerosque tamen in cæteris, quas Ecclesia celebrat, festivitatibus, plurimum aberrare contendit, quod sane in Dionysiano advertit Scaliger (*d*). Unde forte colligere licet, utramque periodum Victorii et Dionysii censura sua notare, quas ab illo visas argumento esse queat, quod addat istos, quos carpit, cyclorum confectores, in cyclo DXXXII annorum a mundo condito, annos præterea apposuisse ab Christi Domini incarnatione, et ab ejus resurrectione : quibus verbis Victorium et Dionysium intellexerit, siquidem auctor Præfationis, sit ille continuator Chronici paschalis, cum illius primus scriptor vixisse existimetur sub Constantino, aut sub Constantio, vel certe Anianum et Panodorum in suis Paschaliis : nam et ita libros suos inscripsisse testatur Georgius Syncellus (*e*).

[XXIX.] XXXIV. *Paschalia alia, et tabulæ Paschales, apud Græcos.*— Alia præterea exstitere paschalia de quibus non semel agit Paschale quod edimus Chronicon : veluti eo loco ubi illius scriptor, ab anno III Olympiadis CXVII, Syromacedonum seu Apamiensium annos putari εἰς τὸ Πασχάλιον, ab anno I Diocletiani observat. Ita alibi scribit a consulatu Diocletiani Augusti et Aristobuli, seu anno Christi CCLXXXV, τὰ Διοκλητιανοῦ ἔτη τάσσεσθαι. Idem denique anno VI Phoræ certam ait se annorum rationem assecutum τῷ Πασχαλίῳ καὶ τοῖς Ὑπαταρίοις ἐντυχόντα. Quæ quidem Paschalia alia non sunt, si bene conjicio, ab indiculis illis paschalibus, qui apud Occidentales singulis annis affigi solent cereis, quos inde paschales dicimus, quod tabula illa, in qua, quo die celebranda esset sacra paschalis festivitas adnotatur, cereis ipsis paschalibus appendatur. Nam, ut supra attigimus, cum in concilio Nicæno decretum esset, ut eodem omnes tempore Ecclesiæ Pascha celebrarent (*f*), datumque esset Alexandrinis negotium, cæteris in ordinandorum temporum scientia peritioribus, ut legitimum celebrandi Paschatis diem sedulo inquirerent, eorumque præsul cæteris Ecclesiis indicaret, summi deinceps pontifices patriarchis, patriarchæ archiepiscopis et episcopis, ii vero singularum Ecclesiarum præpositis, idipsum denuntiabant, scriptis ad singulos paschalibus, uti vocabant, epistolis : quibus acceptis, Epiphaniorum die, vel Christi Natalitio, in ecclesia denuntiabatur qui dies esset ille Paschatis, ut est in concilio Aurelianensi IV (*g*). Erant autem eæ epistolæ encyclicæ : cum enim ad omnes toto orbe diffusas Ecclesias subinde mitterentur, tum ab Alexandrino præsule, tum a summo pontifice, atque inde a patriarchis, non modo diem inventum Paschalis solemnitatis, sed et annum in quem dies ille incidebat, aliasque temporum notas continebant. Nam cum in plerisque provinciis annorum putandorum varia esset ratio : verbi gratia, alii per consules et indictiones, alii a mundo condito, alii ab annis Alexandri, alii ab æra Diocletiana, alii ab incarnatione, vel nativitate, vel baptismo, aut passione Christi : urbes denique aliquot ab anno consecutæ αὐτονομίας, seu libertatis, vel etiam earum conditus, annos suos putarent, necesse erat ut epistolæ illæ encyclicæ hos omnes temporum characterismos continerent, quo quælibet Ecclesia annum suum agnosceret. Atque inde factum, ut deinceps istiusmodi paschalibus notæ istæ omnes chronologicæ apponerentur, quarum cæteroquin origines et charasterismos chronicis suis demonstrationibus interseri debere censuerunt deinde cyclorum conditores. Atque hinc usus invaluit ut hac ipsi uterentur methodo ad temporum, quibus eorum potissimum nituntur regulæ, certiorem rationem investigandam.

XXXV. *Tabulæ paschales apud Latinos.* — Ex missis igitur ad singulas Ecclesias quolibet anno epistolis istis encyclicis, describebantur in tabula, quæ in ædibus sacris appendebatur, præter diem, quo celebrandum erat paschale festum, annus ipse quo eæ uti solebant, ac cæteri deinde annorum characterismi, varias apud gentes vel civitates recepti, ut vel inde pateret in peragendo Paschate perpetuum esse Ecclesiæ consensum, nullamque exstare in toto orbe diversitatem. Neque aliunde variarum civitatum ac provinciarum annorum initia hausit scriptor hujusce Chronici Ægyptiorum, Seleuciensium, Ascalonitarum, Philadelphiensium, Gazensium, [XXX] Antiochenorum, Syromacedonum et Apamiensium, Comagenorum, Samosatensium, Petræorum et Bostrenorum, atque adeo annorum Diocletiani, quam ab ejusmodi populorum et civitatum Paschaliis, quod ipse satis testatur, ubi de iisdem annis Diocletiani loquitur, loco paulo ante allato. Hinc etiam docemur cur notati interdum legantur menses Ægyptiorum in rerum chronologicarum narrationibus, quia scili-

(*a*) Beda *De natura rer.*, c. 65.
(*b*) Wigorn. et Sigebert. an. 532, 1064.
(*c*) In Proleg.
(*d*) P. 301.
(*e*) P. 35.
(*f*) Gloss. med. Lat. in v. *Paschales epistolæ.* Can. Eccl. Afr., c. 51.
(*g*) Can. 1.

Digitized by Google

cet eæ desumptæ sunt ex Paschalibus Alexandrinorum, quod etiam dicendum de rebus Antiochenorum, quorum res et anni sæpiuscule describuntur. Eum autem invaluisse in Græcanicis Ecclesiis morem satis ipse innuit Chronici paschalis scriptor (*a*), dum ait cyclorum confectores a repertores, non illos modo in commentarios retulisse, sed etiam descriptos in tabulis in ecclesiis appendisse. Apud Latinos vero pariter observatum testantur in primis Indiculi illi, seu *Breviculi*, uti vocantur in concilio Bracarensi III (*b*) « quos cereis suis annuatim eæ appendere solent, » de quibus præ cæteris Beda, et alii quos laudamus in Glossario mediæ Latinitatis (*c*) : a quo quidem ritu a Græcis observato profluxit alter qui nunc perstat, paschalia sua concinnandi, in quibus annotantur dies utriusque Paschatis, legalis et typici, aliorumque festorum mobilium, quæ scilicet a paschalis festi die pendent, cum jejuniis seu quadragesimis a Græcis vulgo observari solitis. Ejusmodi est paschale, quod ab anno mundi conditi juxta eosdem Græcos VII. MXLIV, Christi MDXXXVI, ad annum mundi VII. MLXIII, Christi MDLX, perducitur; quod Horologio edito Venetiis anno MDXXXV subjicitur, in quo, primo loco ponitur παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν, seu vigilia natalis Domini : secundo, Κρεωφαγία. hoc est dies omnes a natali ad Dominicam Sexagesimæ, quæ Ἀπόκρεως vocatur : tertio Τριῴδιον, id est, Dominica proxime præcedens Dominicam Septuagesimæ : quarto, Dominica Ἀποκρέου, seu Carnisprivii, vel Sexagesimæ a qua Græci a carne abstinere incipiunt : quinto legale pascha : sexto Christianum Pascha : septimo Dominica Sanctorum Omnium : octavo denique Jejunium sanctorum apostolorum, singulis annis additis indictionibus, annis solarium et lunarium cyclorum, ex quibus utcunque colligere est quæ olim fuerit veterum ejusmodi paschalium formula, quæ hodie Horologiis suis inserere solent, ut Latini suis precationum libellis, vel uti vocant breviariis : in quorum præterea specimen præstat hic describere initium alterius quod evangelistario subjicitur in cod. Colberteo 4566, ab anno mundi conditi VI. MDCCCCXL (Christi 1432), ad an. VII. M. (Chr. 1492.) Ex his igitur primus annus, cui cæteri quoad formulam concinunt, hæcce complectitur.

Ἔτους ,ςϡμ. ἰνδίκτου ι'. ἡλίου κύκλος κδ'. σελήνης κύκλος ε'. θεμέλιον σελήνης κη'. ἡ παραμονὴ τῶν Χριστοῦ γεννῶν β'. ἐσπερινὸν κρεωφαγία. ἑβδομάδι η', καὶ ἡμέρᾳ ς'. Τὸ τριῴδιον ἄρχεται φεβρουαρίου ι'. ἤτοι τοῦ τελώνου καὶ φαρισαίου. ἦχος πλαγίου. ἑωθινόν. ε'. ἡ ἀπόκρεω φεβρουαρίου κδ'. τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τρίτῃ τῆς δ'. ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν. νομικὸν φάσκα ἀπριλλίου ιη', ἡμέρᾳ παρασκευῇ. Χριστιανῶν πάσχα ἀπριλλίου κ'. τοῦ ἁγίου Γεωργίου τῇ νέᾳ τετράδι. τῶν ἁγίων πάντων ἰουνίῳ ιε'. ἤτοι ἡ ἀπόκρεω ἡ νηστεία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἡμέρᾳ ιγ'. καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν ἡμέρᾳ Κυριακῇ. [XXXI] Habetur aliud brevius ejusmodi Paschalion in cod. Regio ab anno mundi VI. MDCCCXXX. (Chr. 1322.) ad ann. VII. M. (Ch. 1492.)

XXXVI. *Fasti consulares paschalibus additi.* — Jam vero inter certiores illas temporum notas, quas hactenus observarunt rerum præsertim Romanarum scriptores, atque adeo quotquot in designandis annorum characterismis certas sibi regulas præfixerunt, exstitere fasti consulares, seu series consulum Romanorum. Neque enim inter privatam quamdam regionem vel provinciam, aut rempublicam, sese continuit putandorum per consules annorum ratio, sed ubique fere propagata est, cum per orbem universum, Romanum protenderetur imperium : Κεῖται γὰρ οὐκ ἐν μιᾷ τινι πόλει, καθάπερ Ἀθήνῃσιν Ἀρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι τῇ τῆς πόλεως ὑποκείμενον τύχῃ, μετὰ ταύτης σωζόμενόν τε καὶ διαφθειρόμενον, ut de consulis nomine loquitur Libanius (*d*) : sed, ut idem infra subdit, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἡλίου δίκην ἐπέχει τῇ προσηγορίᾳ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἐν στόμασί ἐστι τοὔνομα. Rursum : ὁ δὲ ὕπατος ἐν παντα-χοῦ, καὶ πολὺν χρόνον, ἐλάττω καὶ πλείω διορίζων, οὐκ ἐῶν τοὺς νεωτέρους τὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔχειν. Unde S. Epiphanius (*e*), ubi Christi priores XXX annos percensuit, hæc subdit : Καὶ ὁρᾷς ὅτι τριακονταέτης ἐστὶ χρόνος διὸ ἐφιλοτιμησάμεθα τὰς καθεξῆς ὑπατείας ἀκριβῶς θέσθαι, εἰς τὸ τοὺς διερχομένους ἰδεῖν, ὅτι οὐκ ἔστι τι παραπεποιημένον ἐν τῷ θείῳ δόγματι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας τὰ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ κεκήρυκται· τίς γὰρ ἀριθμῆσαι τὰς μὴ δυναμένας σφαλῆναι καθ' εἰρμὸν ὑπατείας, οὐ καταγνώσεται τῶν νομιζόντων διαφωνίαν εἶναι; fastos igitur consulares in putandis annis adhibuere paschalium confectores, veluti præcipuum ac certum temporum canonem, in firmandis Christianæ religionis argumentis. Quemadmodum Theophilus antistes Alexandrinus laterculum per centum annos digestum conscripisse dicitur, a primo consulatu Theodosii Augusti et Gratiani V, in quo annumerans ab VIII Idus Martii usque in diem Nonas Aprilis, quolibet medio hujus temporis spatio, natam perhibet lunam facere primi mensis initium, ut scribunt Victorius et Idatius : unde Chronici nomine eumdem laterculum donat Joannes Sarisberiensis (*f*), quod in eo consulum catalogus digeratur. Hanc etiam paschalia scribendi rationem attigit Senator (*g*), hisce verbis : *A Bruto et Tarquinio usque ad consulatum vestrum, sicut ex Tito Livio et Aufidio Basso, et Paschale virorum clarorum auctoritate firmato colligimus, anni sunt* MXXX. Non mirum proinde videri debet, si auctor Chronici paschalis eadem in consignandis temporum et annorum notis utitur methodo, sua ætate recepta, et a paschalium confectoribus hactenus usurpata.

XXXVII. *Et Lustra Juliana et Olympiades.* — Cæterum per quadriennia, seu τετραετηρίδας, quas Olympiadas vocat, consules is digessit, quomodo habentur in fastis antiquis, quos laudat Cuspinianus, in Fastis Victorii, ut testatur Bucherius, et in fragmento Fastorum ab

(*a*) In Præfat.
(*b*) Can. 9.
(*c*) In v. *Cereus.*
(*d*) *Orat. in consul. Juliani imp.*
(*e*) Hær. 51, n. 22.
(*f*) Epist. 178.
(*g*) In *Fast.*

Digitized by Google

anno Christi CCCV ad annum CCCLIV, et in Paschali centum annorum initium ducente a consulatu Constantinii II et Licinii II, ad eodem Bucherio (*a*) editis, ubi singula quadriennia ita distinguuntur, ut annus illorum primus sit semper bissextilis, littera B ideo notatus, adjectis præterea Kalendis Januarii et epactis, ut in [XXXII] cod. Colberteo 240, cycli decemnovennales digeruntur per bissextos, initio ducto ab anno bissextili DXXXII, quos omisit Joannes Noviomagus in laterculo eorumdem cyclorum post Bedam *De natura rerum*. Ita Hieronymus in Chronico Eusebiano consules digessisse per lustra Juliana, Olympiadum nomine etiam donata idque ab Africani temporibus obtinuisse, observat Scaliger (*b*), qui recte monet studiosos cavere debere, ne Olympiadem Julianam cum Iphitea confundant apud eumdem Africanum, Ausonium, Socratem, et alios, in quibus est auctor Chronici paschalis, a quo consules pariter digeruntur per lustra Juliana, quæ Olympiadum nomine ab eo etiam donantur, et Idatius in Chronico a Sirmondo edito. Verbi enim gratia idem Idatius ait Theodosium ingressum Constantinopolim in primo consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto, olympiade CCXC, qui erat annus olympiadis seu lustri Juliani primus, quartus vero Iphiteæ CCLXXXIX. Apud eumdem scriptorem, Theodosius invaletudine hydropis apud Mediolanum defunctus dicitur anno regni sui XVII (Christi scilicet CCCXCV), ex ante diem XVI Kal. Febr. Olybrio et Probino coss., qui quidem consulatus in annum IV olympiadis seu lustri Juliani CCXCIII, incidit : qui erat VII Iphiteæ. Tum hæc addit : *Et ipse annus, qui Theodosii* XVII, *ipse Arcadii et Honorii in initio regni eorum primus est. Quod ideo indicatur, ne olympiadem* V *annorum turbet adjectio, in hoc loco tantum propter regnantum inserta principium* (*c*). Dicitur porro Theodosius vita excessisse anno regni XVII, ut qui levatus fuerit Sirmii ex ante diem XIV Kal. Febr., anno Christi CCCLXXIX ; exstinctus vero ex ante diem XVI Kal. Febr., a quo regnare cœperunt Arcadius et Honorius. Denique apud eumdem Idatium, ut et scriptorem Chronici, Honorii VIII et Theodosii, Arcadii filii, consulatus III refertur ad annum I olympiadis CCXCVII, qui fuit annus II Iphiteæ.

XXXVIII. *Ausonius explicatus.* — Sed et neque olympiadum nomine aliud intellexit Ausonius, quam lustrum Julianum, in eo epigrammate, in quo fastus consulares se conscripsisse testatur, ubi satis innuit sua ætate hos per Olympiadas fuisse digestos (*d*) :

Urbis ab æternæ deductam rege Quirini
Annorum seriem cum, Procule, accipies.
Mille annos centumque, et bis fluxisse novenos.
Consulis Ausonii nomen ad usque leges.
Fors erit ut lustrum cum se cumulaverit istis,
Confectam Proculus signet olympiadem.

Id est, forte eveniet, ut prædictis ab U. C. exactis annis, quibus olympiadis CCLXXXIX annus IV, qui III fuit Iphiteæ, conficitur, Proculus suo consulatu proximam signet Olympiadem : anno enim IV Olympiadis Ausonius consul fuit. Unde in sequenti epigrammate consulatum suum esse ait *quartum ab imo*, ubi quamvis satis obscure aut improprie loquatur, inquit Scaliger, satis ostendit anno IV Olympiadis se fuisse designatum consulem, [XXXIII] ut est in fastis Chronici. Longe quippe verisimilior Scaligeri videtur interpretatio Ausoniani epigrammatis, quam Petavii (*e*). Quidquid enim is contra velit, lustrum et Olympias in eo epigrammate idem sonant. Sed major est difficultas in conciliandis Olympiadibus cum lustris illis Julianis apud Socratem, cujus locos uterque expendit, et de quibus invicem digladiantur : quibus quidem controversiis inter magnos illos viros dirimendis, neque judicium meum interponere ausim, neque si velim id quoad rem præsentem haud magni interest. Illud duntaxat observare sufficiat eo spectasse Georgium Syncellum (*f*), dum ait non omnium apud omnes eamdem fuisse Olympiadum rationem : Ὅθεν, inquit, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς οὐ συμπεφώνηται, ὡς ἔστι μαθεῖν τοῖς βουλομένοις τοῖς ἐκείνων γράμμασιν ἐντυγχάνοντας, quod, ut alibi addit, non earum sit μία καὶ ἡ αὐτὴ θέσις. In eo tamen Scaliger et Petavius conveniunt, quod consulatus per quadriennia componi solitos in citimæ vetustatis annalibus tradant propter Julianam tetraeteridem, de qua ii pluribus agunt (*g*), quod tum primum cœpisse fieri vero simile est, quando paschales isti cycli cum nomenclatura consulum sunt adornati, in quibus notati sunt bissexti quovis quadriennio instar Olympiadum recurrentes. Scribit Symeon Logotheta (*h*) Olympiades tum primum desiisse numerari sub Theodosii Magni initia, quibus inquit successere indictiones : Ὀλυμπιὰς σημαίνει τὴν τετραετίαν· ἤρξατο ἡ τοιαύτη πανήγυρις, ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς τοῦ Θεοδοσίου, εἶτα ἤρξατο ἀναριθμεῖσθαι Ἰνδικτος. Atqui palam est longe ante Theodosium obtinuisse indictiones (*i*). Enimvero quod Eusebius post CCL Olympiadem has numerare desierit, id fecit quod in istam desineret Africani Historiæ quam totam descripsit. Nam deinceps etiam numeratas vel inde colligitur, quod Dexippus CCLXII Olympiadis, qua historiam suam scribebat sub Claudio, meminerit : ac Julianus imperator in Olym-

(*a*) Bucher. p. 11.
(*b*) In not. ad Græca Euseb. p. 22, et lib. v *De emend. temp.*, pag. 384, 385.
(*c*) Sic Cod. ms., non *Principium*, ut est in edit.
(*d*) Censorin. c. 8 ; Scalig. *De emend. temp.*, p. 482.
(*e*) Petav. l. IX *De doctr. temp.*, cap. 40 ; Scalig. *De emend. temp.*, p. 484, 485.
(*f*) Pag. 196, 228.
(*g*) Scal. p. 176, 178, 384, 405 ; Petav. lib. X et XX.
(*h*) In Chron. ms.
(*i*) Vide Gothofr. ad l. III Cod. Theod. *De indulg. debit.*

Digitized by Google

piadis CCLXXXV ludicrum sumptus contulisse legatur. Hinc ista ejusdem Augusti apud Chrysostomum homil. 2. *in S Babylam* : Ὀλύμπια μὲν οὐ μάλα πόῤῥω συγκαλέσει δὲ ἡ πανήγυρις τὰς πόλεις, αἱ δὲ ἥξουσι βοῦς ἄγουσαι τῷ Ἀπόλλωνι θυσίαν, etc. Denique Basilius Seleuciæ episcopus, qui Theodosio Juniore imperante vixit, in Olympia homiliam scripsit, cum videret Christianos non minus quam gentiles circa Olympiorum cæterorumque Circensium spectacula insanire : ita ut nec verum sit quod paulo aliter in eodem Theodosio refert Cedrenus (*a*), desiisse τῶν Ὀλυμπιάδων πανήγυριν, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο, vel eas numerari, iisque successisse indictiones, quod vult Logotheta : sed et quod tradit nuperus scriptor (*b*), Constantinum Magnum abrogatis agonibus Capitolinis, atque adeo Olympicis, quod cum multis deorum sacris impiis celebrarentur, indictionum usum instituisse.

XXXIX. *Unde Fasti Chronici paschalis exscripti.* — Fastos consulares exscripsisse aut secutum fuisse auctorem Paschalii, vel Cuspinianeos, vel alios quosvis per Olympiades aut bissextos digestos, par est existimare, vel eos certe qui sub Idatii nomine editi sunt a Labbeo, quorum exemplar non modicæ, ut supra monuimus, antiquitatis in bibliotheca collegii Patrum Societatis Jesu Parisiensis asservatur, nullo tamen auctoris titulo prænotati, tametsi absque bissextis, vel Olympiadibus, quæ alias Chronico Idatiano a Sirmondo edito subjiciuntur [XXXIV]. Ita porro bissextos se copulasse ait Victorius, *quo manifestius*, inquit, *appareret utrum sibi vel bissextorum ratio, vel dierum tam Kalendarum Januariarum, quam* VIII *Kalendarum Aprilium, quo mundus traditur institutus, continuata concinerent* (*c*) *disputatione.* Et alio loco : *bissextorum necessitate decursa*, etc. At licet Fastos suos consulares scriptor Paschalis digerat per lustra Juliana ab ipso consulum initio, et a I Julii Cæsaris anno indictiones iis præmittat, ac Olympiadum et indictionum perpetuam ac continuam seriem describat, singulis quadriennis præfixo Olympiadum numero, quasi chronologiæ cujusdam indubiæ speciem referat : fatendum tamen nullam fere eorum esse habendam rationem quæ ad temporum certos characterismos inveniendos conducunt. In recensendis enim consulibus complures prætermittit, alios falso intrudit, quod de Senatore observat Panvinius, atque eosdem pene omnes quos Idatius, adeo ut pro certo mihi sit utrumque scriptorem Fastos suos ab eodem fonte hausisse, uti non semel attigimus. Interea tamen quasi nihil intercedat, vel omittatur, seriem suam uterque persequitur : ac scriptor quidem paschalis Chronici, tum in lustris Julianis seu Olympiadibus, tum in indictionibus, in quibus nulla ideo certa erui potest temporis nota, præterquam in iis quæ ab imperio Constantini initium ducunt, ubi paulo accuratior haberi auctor videri potest, licet in cæteris sua laude minime careat, ac in iis maxime quæ ex probatis minusque notis scriptoribus refert. Quapropter id operæ pretium adhibendum duximus, ut hiatus, seu omissiones in consulum serie lectori indicarentur, ne dum cursim librum evolvit, nullas esse, continuamque seriem recte se habere existimet. Ut porro id evidentius advertat, Olympiades Iphiteas, earumque annos ad latus singulorum consulatuum, ex Panvinio, Scaligero et aliis addidimus, ut statim utriusque Olympiadis discrimen quivis percipiat. Harum autem quartus annus fere semper in primum lustri Juliani incidit, ubi præsertim Chronici scriptor accuratior esse incipit in serie consulum, et ubi nullos omittit, ut ab imperio Constantini Magni. Proinde ut series integra consulum hic reperiatur, prætermissos subinde inseruimus, cursivo cæteroquin charactere descriptos, quibus et annos Urbis conditæ, et æræ Christianæ pariter præfiximus, quo perpetua etiam annorum series Chronico lucem accommodet. Publicavit nuper V. C. Henricus Dodwellus Fastos consulares ab anno Christi CXXXVIII, quos Theonis Alexandrini esse existimat, in quorum laterculo describuntur anni ab Alexandro et ab Augusto, præterea epactæ seu embolismi et τετραετηρίδες, seu singula quadriennia, notata per quatuor priores alphabeti litteras, quorum quartus annus semper desinit in primum lustri Juliani, ut Olympiades Iphiteæ in Chronico paschali et Idatiano, adeo ut illas designari admodum probabile sit (*d*) : licet vir doctissimus scribat hanc τετραετηρίδα, non pro IV annorum intervallo, sed pro sexta epagomena intercalari quarti cujusque anni propria intelligi debere. Quid autem intelligatur ἐπαγομένων voce non uno loco docet Scaliger in libris *De emendatione temporum*.

[XXXV] XL. *An ex Fastis Idatitianis.* — Fastos a Labbeo editos, ab ipsomet Idatio conscriptos jure, opinor, censet Sirmondus, non quod in eodem duntaxat codice, Idatii ejusdem Chronico subjiciatur, sed quod rerum et verborum in utroque opere affinitas et cognatio, ut et scriptionis color et genius eumdem utriusque auctorem fuisse satis ostendant : tametsi auctoris nomen nullum præferat inscriptio, quæ his verbis ibi concepta est : *Declaratio consulum, ex quo primum ordinati sunt.* Procedunt porro hi Fasti ad secundum usque Anthemii consulatum, id est ad ea tempora, quibus vixit Idatius, cum decessisse legatur Leone Magno imperante, in quæ cadit secundus Anthemii consulatus, qui est annus Christi vulgaris CDLXVIII, quo etiam, vel certe sequenti, ejusdem Idatii Chronicum finitur. Adde quod Hispanum fuisse Fastorum istorum scriptorem, vel ex eo colligitur, quod æræ Hispanicæ ab ejus initio in marginibus perpetuo iis ascribantur, quas etiam interdum adhibet Idatius in Chronico. Horum autem editionem a Labbeo confectam cum eodem quo usus est codice, quem vir doctissimus Joannes Harduinus nobis communicavit, contulimus, et

(*a*) Pag. 326.
(*b*) Grandamicus in *Chronol. Christ.* parte III, p. 90, 104.
(*c*) Cod. ms. Petav. et Colberteus *continerent*.
(*d*) Vide Syncellum, p. 512.

Digitized by Google

quamplura ex eo emendavimus, cum essent parum fida vel accurata manu descripta : quibus etiam varias lectiones ejusdem laterculi consularis, quem edidit Arnaldus Pontacus post Chronicon Eusebii ex codd. Fuxensi et Fr. Pithœi, qui quidem in annum duntaxat Christi L desinit, addidimus, tametsi in plerisque mendosas. Hos autem vel similes Fastos, a quibus suos hausit Idatius, vidisse aut secutum fuisse Epiphanium, atque ut mox diximus, auctorem Paschalii, vel inde docemur, quod in consulibus recensendis, fere semper cum iis concinant, adeo ut Idatius et idem scriptor quosdam ex consulibus insititiis recenseant, quod subinde in notis indicamus, eosdemque etiam omittant consules : sed et quod in nomenclatura consulum Romanorum sub annum III Olympiadis LXXXIX, scriptor Chronici tradat eo anno Ἀρχοντας Ῥωμαίους tum primum appellari cœpisse (*a*), quod ipsummet per vocem *proceres*, exponitur in Fastis, quos Idatianos appellamus, et in Pithœanis seu Arnaldi Pontaci, idque apud nullos alios, quod sciam, rerum Romanarum scriptores reperiatur. Quinetiam ubi de morte Neronis, ita ait: *His coss. Nero non comparuit*, quod simili locutionis formula in Chronico paschali habetur : ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἀφανὴς ἐγένετο Νέρων, ut locos aliquot alios præteream, præsertim ubi uterque scriptor attigit tempora Christianorum imperatorum. Sed an Idatius ipse, si quidem horum auctor haberi debeat, a Græcis vel Latinis quibusdam scriptoribus suos hauserit, haud promptum est definire : id tantum constat, Idatianos, ut et Fastos paschalis Chronici pessime interdum esse descriptos. At cum Idatianos longe fere aliter quam in laudato codice ediderit Labbeus, ipsos hic rursum damus prout jacent, hoc est cum nævis ipsis, quos ad examen revocare, et emendare cuivis liberum erit. Neque enim omnibus usquequaque probatur, ea quam sibi arrogant immutandi licentia in veterum scriptorum editionibus viri eruditi, quas tum primum in lucem emittunt : cum ex prava ista, uti putant, antiquariorum scriptura sanum aliud quidpiam eruere doctioribus persæpe contingat, notaque sit [XXXVI] ea Pythagoræ lex apud Synesium : Ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης ἢ τέχνης. Unde longe satius videtur conjecturas vel emendationes marginibus ascribere, quam in textum ipsum, temere sæpe, immittere, donec aliud emendatius occurrat exemplar, ex quo castigatior tandem editio prodeat. Nam cum hocce quod recudimus Chronicon non modo paschale dici debeat, sed et consulare appellari possit, quod universam Fastorum consularium seriem complectatur, quidquid in iis illustrandis conferre potest, huic conjungendum duximus, atque in primis Fastos illos Græcos quos supra laudatus Dodwellus publicavit.

XLI. *De Fastorum conditoribus.* — Certe alios ab iis exstitisse consulares Fastos, a quibus suos haurire potuerit scriptor Chronici, dubitare non licet. Auctor est enim Theophilus lib. III *ad Autolycum* (*b*) Fastos conscripsisse Chryserotem nomenclatorem, ac Marci Antonini Veri imperatoris libertum, quos ille ab U. C. ad Veri patroni sui mortem perduxit, descriptis nominibus consulum, et annis U. C. Ita enim Theophili locum pridem emendarunt Casaubonus, Scaliger, Meursius, Petavius, etc. Sed et a compluribus aliis Fastos consulares fuisse conscriptos palam est. Capitolinorum, quorum auctorem Marcum Valerium Flaccum ex Suetonio in *Grammaticis illustribus* opinatur Panvinius, fragmenta pridem edita in manibus omnium versantur. Eusebium in Chronico suo seriem consulum descripsisse sat validis argumentis probat Scaliger (*c*) : ex quo suos male digestos fortean exscripserit auctor Chronici quod Alexandrinum appellamus. Hanc seriem consulum a se, ut opinor, contextam Chronico Græco ejusdem Eusebii inseruit idem Scaliger usque ad consulatum Constantini Cæsaris V et Basilii. Integri ex anonymo ms. ad Gotthorum tempora per quadriennia digesti laudantur non semel a Cuspiniano. Ausonius annos ab U. C. consulumque seriem ad suum usque consulatum descripserat, atque, ut videtur, per lustra Juliana digestam, quam eamdem esse vult Scaliger quam Eusebius Chronico suo inseruerat. Senator seu Cassiodorus Fastos usque ad sua tempora pariter perduxit, quos a Livio et Aufidio Basso partim se hausisse ait, partim ex paschalibus (unde patet omnino in paschales illatos consulares Fastos, uti monuimus), uterque Prosper, Marius Aventicensis, Victor Tunnunensis, Marcellinus ; prætereа Victorius, anonymus de præfectis Urbi, auctor Paschalis laterculi a Constantino ad Theodosium, auctor de Pontificibus Romanis a Bucherio editi, laterculus denique Fastorum consularium ab Ausonii et Olibrii consulatu ad XVII consulatum Basilii ex cod. Petri Pithœi qui asservatur in bibliotheca Colbertea cod. 1398, idem qui editus ab Arnoldo Pontaco, et alii forsitan Fastorum duntaxat partem tradidere. Consularia quibus incertæ subinde res historicæ, laudantur a Gregorio Turonensi episcopo (*d*) : Ὑπατάρια in Chronico paschali anno VII Phocæ.

[XXXVII.] XLII. *De Fastis Dodwellanis et aliis.*— Fastos Græcos ab anno Christi vulgari CXXXVIII ad annum CCCLXXII, ac rursum alios ab anno CCXXXII ad annum DCXXX, utrosque cum annis Alexandri, Augusti et Diocletiani, et τετραετηρίδων, ex mss. codicibus eruit et edidit supra nominatus H. Dodwellus. Priores Savillianos appellamus, quod ex Savillii codice eruti sint, qui quidem, ut diximus, initium ducunt a primo Antonini Pii anno. Fastos integros deinde exaravit Marianus Scottus : ab Augusto vero ad Justinianum Florentius Wigorniensis. Fastos autem consulares jam tum florentis reipublicæ temporibus mendosissimos ac parum inter se consentaneos fuisse Romanorum historico-

(*a*) Vide notas ad p. 165.
(*b*) P. 157.
(*c*) In Not. ad *Chron.* Eusеb. p. 9. et 99.
(*d*) Lib. II *Hist.*, c. 9.

Digitized by Google

rum monumenta confirmant (*a*). Sæpius enim ex diversis annalium scriptoribus diversa consulum paria eosdem in annos injiciuntur, tum nonnulli omittuntur quos Dionysius aliique commemorant, et omnino multi hac in parte Fasti discrepant, quod ex Capitolinis, Cassiodoreis, ac Paschalis nostri, et si qui sint antiqui vel recentiores consulum laterculi, perspicuum est. *Tanti quippe errores implicant temporum*, inquit Livius (*b*), *aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui consules secundum quosdam, nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate, non rerum modo, sed etiam auctorum digerere possis* : quam quidem opinionum varietatem Marlianus, Cuspinianus, Sigonius, Panvinius, Glareanus, Contius, Keplerus, Petavius, Norisius, Pagius, et alii, vel ex professo, vel prout sese res obtulit, accuratissime examinarunt. Nos vero, omissis istiusmodi disquisitionibus, quibus enucleandis inanis ac supervacanea poneretur opera, re jam peracta, Fastos in hoc chronico exaratos cum Idatianis præsertim ante Cæsares contulimus, quod hosce aut similes, ut attigimus, vidisse illius auctorem, atque adeo secutum esse mihi vero simillimum visum sit : ita tamen ut quæ a mutatione reipublicæ, ab iis, quorum meminimus, in Fastorum consularium comparatione enodantur difficultates et salebræ brevi interdum annotatione indicentur, quo lectori, si tanti sibi visum sit, hos consulere liceat.

XLIII. *Quid in hac Chronici editione præstitum sit.* — Hisce igitur in antecessum præmissis de scriptoris paschalis Chronici patria vel nomine, quæ quidem etiamnum incerta manent, atque adeo de ea qua in rebus pertractandis utitur ratione vel methodo, superest ut quid in hac editione Regia a nobis utcunque præstitum sit, lector paucis admoneatur. Priusquam igitur illustrandum hoc Chronicon aggrederemur, visum est operæ compendium, ut Vaticanum exemplar (ex quo forte Augustanum exscriptum fuerit, et ex eo utraque prodierit editio), velut authenticum et singulare exemplar consuleretur. Cum vero RR. PP. Joannes Mabillonius, et Michael Germanus Benedictini, viri eruditissimi, Romæ nuper versarentur, quo a Rege Christianissimo conquirendorum cum editorum tum manuscriptorum codicum gratia missi fuerant, quibus locupletaretur ditissima alias Regia bibliotheca, ii una cum Claudio Stephanotio ejusdem ordinis, viro perinde doctissimo, qui Romæ suæ congregationis procuratoris generalis officio fungitur, qua sunt erga nos humanitate et benevolentia, ac in liberales omnes disciplinas propensione, id in se ultro oneris recepere. In Vaticanam quippe bibliothecam aditu sibi permisso a viro singularis pariter eruditionis Emmanuele Schelestrato S. T. D., ejusdemque bibliothecæ [XXXVIII] præfecto, codicem inspexere, membraneum illum ac notæ optimæ, et ab annis DCC, quantum conjicere licuit, scriptum : eodem titulo, quoad Chronicon, et cum iisdem lacunis quibus deturpatur Raderiana editio, ita ut dubitare non liceat, si non ex eo, saltem ex simili codice exscriptum fuisse Augustanum exemplar. Initio autem ejusdem codicis Vaticani, qui numero notatur 1941, hæcce leguntur verba : *Messanæ emptum a Georgio CP.* VI *Kl. Octob.* MDLI. Quisquis porro Georgius iste fuerit, is videtur ex quo deinde comparatus fuit codex ab Hieronymo Surita, qui postmodum, curante Antonio Augustino, in Vaticanam bibliothecam illatus fuit. In illo vero codice præfiguntur instar præfationis, uti jam antea monuimus, excerpta quædam de Paschate ex aliquot SS. Patribus, quorum primus laudatur Petrus Alexandriæ episcopus et martyr, cujus ideo nomine prodiit editio Raderiana, quod qui Augustanum exemplar descripserat, solo duntaxat ejusdem Petri Alexandrini nomine inscripto, cætera ejusdem Præfationis omiserit, præter extremas quatuor lineas, quæ eidem editioni præfiguntur.

XLIV. *De auctoris Chronici Præfatione.* — In ea Præfatione, post allatas Patrum de Paschate auctoritates, alia ex suo penu auctor promit de eodem argumento, ubi qua ratione investigandi singulis annis paschalis festi dies pluribus disquirit, ut et de cyclis decemnovennali et vigintioctennali, ac de cyclo DXXXII annorum agit, ad quos exigendos dies paschales contendit : tum de solis epactis, de solis et lunæ cyclis, de epactis lunæ, de quartadecima lunæ, et aliis hujusmodi, quorum omnium methodum prosequitur. In cujus argumentum ac elucidationem binas proponit tabulas, quas *Rotas* vocat, quarum prima continet cyclum vigintioctennalis solis in seipsum semper recurrentis, quo denotantur quovis anno epactæ : altera rationem inveniendi Paschatis legalis complectitur. Inter hæc, methodos in toto subinde opere daturum se deinceps pollicetur, atque ex iisdem cyclis ostensurum se, supradictis omnibus patefactis ac declaratis, quibus eorumdem cyclorum annis singulæ Dominicæ festivitates, seu Δεσποτικαὶ ἑορταὶ, contigerint, additis qui a mundi conditu effluxere annis. Tum tractatum alium subdit de legali Paschate et lunis, quibus utrumque Pascha celebrari debeat. Quibus exactis, consilium suum aperit, de condenda annorum ab Adamo, seu a mundi exordio brevi historia, qui Scripturæ sacræ et SS. Patribus, ac rite hactenus celebratis in sancta Dei et catholica Ecclesia concinant. Ex quibus patet omnino Chronicon istud non esse aliud quam Πασχάλιον, brevi rerum gestarum ad annos singulos narratione subinde adornatum, tum ne prorsus nudum prodiret, tum etiam, quemadmodum attigimus, ut perpetuus in Christianæ religionis antiquitate ac continuatione scriptorum consensus ejusmodi descriptione firmaretur. Hujus autem syntagmatis cum pleraque fuissent a Petavio edita in Uranologio ex schedis Andreæ Schotti Romæ antea descriptis, quæ ex iis deerant ex Vaticano codice nobis describi curarunt viri iidem su-

(*a*) Petav. l. IX, c. 49; et in not. ad Epiph. p. 257. (*b*) Lib. II.

Digitized by Google

pradicti eruditi; neque hæc modo, sed et tabulas binas alias, seu rotas, quæ ex eodem ms. codice inseruntur, pag. 197 editionis Regiæ, [XXXIX] et pag. 288; post annum scilicet primum Olympiadis CCLXXXI, ut et aliquot varias lectiones, de quibus a me consulti fuerant, cum Raderianam integram editionem cum ipso Vaticano exemplari conferre majoris fuisset otii et laboris. Unde hisce contentus, dum forte alius hanc sibi operam proponat, cætera quæ in utraque editione forsitan occurrunt σφάλματα, ex ingenio seu conjectura ita emendavimus, ut non nisi monito prius lectore id præstiterimus, quo divinationes nostras in examen ad arbitrium velit adducere.

XLV. *De Latina versione.* — Cum porro Latina Raderi versio, viri cæteroquin eruditi, et cui litteræ multum debent, quibusvis haud arrideret, ut qui in plerisque auctoris mentem non videretur assecutus, quod alii ante nos monuerunt, tum quod codex quo usus fuerat, pluribus scateret mendis, nec esset probe scriptus, tum etiam quia extremam versioni manum apponere, atque adeo eam recensere, per otium non licuisset, aliam utcunque adornavimus, quæ fortasse etiam cultioribus minus placeat, sed quæ, nisi fallor, ad scriptionis genium propius accedat, ubi vertimus, ut sonant, verba, cum auctor pleraque stylo humiliori ac plebeio exaraverit, unde *scriptor idiota* dicitur Scaligero, seu ipsemet sua suis, vel aliena alienis verbis ita reddiderit : quanquam, ut verum fateamur, principio non tam novam, quam interpolatam interpretationem dare propositum nobis erat, sicque in locis aliquot usi sumus. Verum cum auctoris verba aliter sæpe quam eruditus interpres reddiderimus, asserendæ nostræ vel illius confutandæ versioni immorari debere minime censuimus, tum quod sensus allata diversitas sententiam nostram, si non firmat, saltem prodat, de utraque judicandi relicto lectori arbitrio : tum etiam quod ex alienis erratis, si quæ occurrant, quod fecere viri aliquot doctissimi, qui toti fere sunt in iis notandis in aliorum versionibus, gloriam aucupari procul absit a moribus nostris. Id autem in primis præstitimus, in iis quæ ex sacris Libris excerpta sunt, veterum Patrum utriusque linguæ exemplo, ubi versiones receptas, quantum licuit, sumus secuti, non omissa etiam scribendi apud Hebræos usitata ratione in nominibus appellativis reddendis, qui, ut ait Josephus, ἓν αὐτῶν σχῆμα, καὶ τελευτὴν μίαν semper servant, contra quam Græci ac Latini, qui ea διὰ τὸ τῆς γραφῆς εὐπρεπές, suis linguis accommodant. Adde quod, quando Latinæ linguæ lepores et munditias plus quam par est sectatur interpres, vertendo sæpe evertat, ut censet Hieronymus : cum præterea τῆς ἑρμηνείας μόνη ἀρετὴ sit σαφήνεια, ut ait Galenus (*a*). In quam sententiam præclare Clemens Alexandrinus (*b*), ἡ μὲν λέξις οἷον ἐσθὴς ἐστι σώματος, τὰ δὲ πράγματα, σάρκες εἰσὶ καὶ νεῦρα. Οὐ χρὴ τοίνυν τῆς ἐσθῆτος πρὸ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας κήδεσθαι, *dictio veluti vestis est corporis. Res autem ipsæ, carnes sunt et nervi, non igitur præ corporis salute vestium habenda cura.*

XLVI. *De notationibus.* — Quoad vero notas, quas illustrando utcunque scriptori nostro subjecimus, in eo argumento ita sumus versati, ut loci qui lucem aliquam expetere viderentur, brevi duntaxat dilucidarentur adnotatione : aut si ab aliis vel ex professo, aut alia qualibet occasione res de qua agitur esset pertractata, lectori tantum [XL] indicaretur, ne actum dicamur agere, vel aliorum observationibus nostras infarcire : cum alias minime persequi eorum potius sit qui ne satis multa, quam qui ne satis utilia scribant verentur : ac denique aliud sit notas, aliud commentarios scribere. Unde sæpe ad Scaligerianas in Chronicon Eusebii, ex quo pleraque vel certe plurima hausit scriptor, lectorem amandamus, cum in iis explicandis vir omniscius nihil omiserit, quibus etiam eas addere lector poterit quas Arnaldus Pontacus ejusdem Eusebii Chronico subdidit; ut et ad Petavium, Salianum, cæterosque ejusmodi rerum chronologicarum eruditos et accuratos scrutatores, ex quibus si quid nævi aut dubii suboleat, illius enodationem haurire quivis facile possit. Scriptores quippe qui universalem historiam aliquatenus complectuntur, cujusmodi sunt chronologi, qui prolixioribus commentariis adornare aggrederetur, supervacaneam ac inanem, vel certe importunam luderet operam, uti nuper monuimus in Præfatione ad Joannis Zonaræ Annales, cum quæ ii in tanta rerum varietate levi manu attigere, pluribus longe verbis enucleare necesse haberet, et commentariorum mole lectorem, cujus fastidiis potius quam aliorum tarditati occurrendum in hoc genere est, penitus obrueret. Espropter multa prætermisimus ex iis quæ fortasse potuissent illustrari, ut sunt quæ sacros Libros spectant, atque in primis annales illos ecclesiasticos ex Veteri Testamento, quod id argumenti multa cum eruditione pridem pertractatum sit ab eruditis illius interpretibus, iisque qui data opera historiam sacram ab ipso mundi conditu per annorum seriem, vel aliter sunt persecuti, qui nihil fere intactum vel intentatum reliquere Ab iis vero quæ descriptionem urbis Constantinopolitanæ, vel illius ædes ac regiones spectant : atque adeo a Græcobarbaris, aut insolentis notionis vocabulis, quibus passim hocce inspergitur Chronicon, illustrandis vel enodandis consulto abstinuimus, cum aliud nihil nobis occurreret, quod in *Constantinopoli Christiana*, et in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis a nobis hactenus editis illustratum vel explicatum non fuerit, rerum ac verborum duntaxat confecto indice, quæ in utraque lucubratione plene, opinor, pertractata lector reperiet. Notis nostris varias lectiones et conjecturas eruditissimi Holstenii, quarum supra meminimus, subinde inseruimus, quo nihil præteriretur ex iis quibus hocce Chronicon possit illustrari. Chronologicis vero calculis, qui crebrius in eo occurrunt expendendis,

(*a*) Galen. l. IX *De simpl. medic.*, p. 121. (*b*) Lib. I *Strom.*

Digitized by Google

interdum et prout sese obtulit occasio institimus, nec tamen semper, tum quod hæc majus otium ac diligens examen efflagitent, quibus examinandis immorari minime debere visum est, cum satis esse arbitraremur si quæ ab aliis subinde essent in hanc rem adnotata duntaxat indicarentur, via cæteroquin aliis relicta, quo ignota e suis loculis proferant, ac iis præsertim qui in hisce studiis operam suam collocarunt. Sed et neque, ut fateamur quod res est, numeros toties passimque descriptos scrupulosius ad calculos revocavimus, vel an in his auctor vel antiquarius peccaverit, examinavimus, utraque duntaxat editione recensita, ac invicem quantalibet cum fide collata et exhibita.

[XLI.] XLVII. *De annis a mundo condito, ab U. C. et a Christi Natali Chronico additis.*— Ut porro temporum certiores essent notæ, in consulum Fastis annos ab U. C. a Palilibus Varronianis ad Christi nativitatem, deinde a nativitate annos Dionysianos singulis paribus consulum, annos etiam mundi juxta Græcos, in marginibus subinde ascripsimus, prout hos suo codici edito ascripserat Antonius Allenus vir doctissimus. In recensendis vero regum vel imperatorum annis, cum in editione Raderiana indictionibus ii subjicerentur, in Scaligeriana vero (nescio an etiam in ms. codice) præponerentur, in hoc ut commodiorem Scaligerianam sumus secuti. Cum denique lectorem nosse intersit, qua apud artis istius computisticæ scriptores recepta methodo ac ratione usus sit idem auctor Paschalis, ut quæ apud illos varia sit, nec proinde unica, tum in putandis mundi conditi, vel Christi annis ac indictionibus, vel in inveniendis epactis, noviluniis, paschalibus aliisque festis, quæ in id argumentum observata sunt a Petavio præsertim, qui ejusdem auctoris Chronici paschalis computos ad censuram et examen sæpe adduxit, in selectis subjicienda duximus. Neque hæc duntaxat, sed et viri doctissimi observationes quasdam chronologicas ad idem Chronicon quæ serius in manus nostras pervenerunt, huic Præfationi subdidimus. Ex illorum enim et aliorum chronologorum scriptis, veluti fontibus, omnium qui deinceps in istis controversiis versati sunt disputationes et commentarii profluxerunt : cum nihil fere post illos sit allatum, quod non inde promptum ac derivatum fuerit, ut qui ea quæ illi attigerunt legerit, istorum omnium ut et nostram industriam non magnopere desideret. Sed et addidimus Selecta aliquot quæ ad Chronici illustrationem aliquatenus necessaria visa sunt, partim ex editis, partim ex mss. codicibus eruta, vel cum iis collata, de quibus fere omnibus actum est vel in hac nostra Præfatione, vel in notis ad idem Chronicon paschale. Hisce denique laterculum mensium Macedonicorum adjunximus, quibus perpetuo auctor Chronici utitur, quos fere semper cum mensibus a Latinis receptis comparare solet, adjectis Idibus, Nonis, et Kalendis. Atque hos quidem menses Macedonicos mediæ vetustatis scriptores, præsertim Christiani, cum Syromacedonicis, quos et Asianorum menses appellant, ut plurimum confundunt (*a*), cum apud priscos scriptores, Syromacedonum, seu Antiochenorum, seu denique Συροελλήνων, quos et Ἕλληνας interdum nude vocant, mensium alius in anno situs quam Macedonicorum fuerit, non modo veterum, quos lunares fuisse opinatur Petavius (*b*), atque adeo recentiorum ac fixorum, ut observatum pridem a viris eruditis (*c*). Sed et alii adnotarunt Scaligerum menses Macedonicos et Syromacedonicos perperam existimasse semper fuisse Julianos, cum, antequam hæc æquatio facta esset, mensis Macedonicus aliqua sui parte menses duos Julianos attingeret, ac deinde ad eum mensem totus accommodatus sit, quem longe maxima ejus pars antea occupabat.

(*a*) Concil., Socrat., Evagr., Suid.
(*b*) Petav. ad Epiphan. p. 132, 138, 139.
(*c*) Joan. Pearsonius *Dissert.* 2 *de annis priorum Romæ episcop.*, cap. 18.

ANALYSIS CHRONOLOGICA

AD CHRONICON PASCHALE

Ex observationibus Joannis Baptistæ Hautini regii in præfectura Parisiensi consiliarii, viri longe doctissimi, ac in re chronologica præ cæteris versatissimi, quas mecum communicavit v. c. ex filio nepos.

—

[XLII.] In hoc Chronico non eadem semper et ubique observatur supputatio annorum mundi. Nam verbi gratia Augusti mors, sive finis 56 ejus annorum, inferri videtur anno mundi 5521, *pag.* 189 (*ed. Reg.*) Postea tamen ejusdem Augusti annus 39 comparatur cum anno M. 5506, *p.* 534. Quo fit ut annus ejusdem 56, sive ultimus, finem habeat in anno M. tum 5523, non 521 ; et sic ubique semper in annis collectis est metachronismus biennii, cum in annis expansis sit prochronismus ejusdem. Notandum autem quod ab eodem anno 5523, in quo mortem Augusti constituit, etsi is vulgo putetur 6 menses præter 56 annos imperasse, Tiberii tum primum etiam inchoat. Nam annum Tiberii 15 comparat cum anno M. 5537, *p.* 209. Quod ut fiat

Digitized by Google

necesse fuerit primum Tiberii annum comparare cum anno M. 5523. Imo comparat 18, et *p.* 211, *a*, cum anno M. 5536. Jam dicendum est Augusti mortem eum constituere in illo primo anno qui notatus erat 5521, et Tiberii initium in 5522, sicque nullus erit metachronismus deinceps, qui deprehensus est tum in Christi Natali, ut dixi. Et vero legendum esse 5536, non 5537, apparet ex supputatione annorum infra, *p.* 215. Deinde secundum eamdem supputationem comparat annum 19 Tiberii cum anno M. 5540, *p.* 220 *d*, et 221, etsi id referat sub anno tum 18 ejusdem Tiberii, *p.* 217 *d*. Ideoque annum ejus 20 bis numerat, *p.* 225 et 229. Caligulæ tum mortem, quæ secundum hanc supputationem incidebat tum in anno M. 5547, refert anno M. 5548, *p.* 230 *b*, indict. 8, sicque est metachronismus hujus anni et continuus, sed annos Galbæ et tyrannorum confundit cum ultimo Neronis usque ad finem : itaque censendus in hoc Chronico Tiberii annus 23 non 22, ut dico infra.

Existimatur in hoc Chronico Christus natus anno 16 cycli lunaris 1, *p.* 199 *c*. Nam etsi ibi dubiam lectionem notavi, hæc tamen lectio confirmatur ex eo quod *p.* 215 *c*., annus Christi 32 comparatur cum cyclo lunari 9, sequitur enim inde primum annum comparari deberi cum cyclo 16, non 15.

Existimatur item Christus natus cyclo solari 19 : nam annus Christi 32 comparatur cum cyclo solari 22, *ibid.* *p.* 216 *a*. Illius autem cycli anno 32, retro ante fuit 19.

Etsi non exprimitur in hoc Chronico qui sint anni bissextiles, colligi tamen potest ex methodo qua in eo feriæ inveniuntur : nam anno cujus feria indagatur, tot adduntur dies quot bissexta transierunt, quod vocatur quarta pars anni quæsiti. Cum igitur ab illo anno quarta parte exacta eximi potest, sic ut nullus numerus supersit, cujus quarta pars deduci non potest, illo anno bissextum est, ut in anno Chr. 31, qui est annus mundi 5536, quarta pars illius numeri 5536 est 1384, quæ est integra et solida pars quarta illius numeri 5536. De eo enim numero 5536 nihil amplius dividendum superest, sed quatuor numeri 1384 conficiunt exacte illum numerum 5536. Itaque ille annus procul dubio bissextilis est. Quoties vero integra quarta pars anni quæsiti eximi nequit, et de illo anno quæsito aliquis numerus superest, qui in quatuor dividi non potest, tunc ille annus non est bissextilis, et numerus indivisibilis indicat quotus ille annus sit a bissexto; si enim superest unum, datur intelligi illum annum primum esse a bissexto, hoc est proxime sequentem [XLIII] bissextum, si duo supersunt, esse secundum, si tria, tertium, nunquam vero quatuor supersunt, quia quatuor in quatuor per unitatem dividi possunt, tuncque est bissextum. Verbi gratia post illum annum 5536, qui est bissextilis, sequitur annus mundi 5537, cujus quarta pars est item 1384, ut erat anni 5536. Sed de 37 superest unus numerus, qui in quatuor dividi non potest, et ideo indicat illum annum primum esse a bissexto. Sic anni sequentis 5538, quarta pars item est 1384 ; sed de 38 duo supersunt indivisibilia, quæ indicant illum annum esse secundum a bissexto, sicut anni 5539. Quarta item pars est 1384, sed de 39 supersunt tria, quæ indicant illum annum esse tertium a bissexto, et ita etiam vocatur hic, *pag.* 221, τρίτου ἔτους ὄντος μετὰ τὸ βίσεξτον. Trinus autem ille numerus indicat etiam diei quadrantes præcessisse, sic ut in anno sequenti quadrans ultimus cum tribus illis præteritis conficiat unum diem, cujus causa ille annus est bissextilis, cum ille dies numeretur bis sexto Kalendas Martias. Ergo quarti quique anni a conditu mundi bissextiles sunt, hi nempe 4, 8, 12, verbi gratia, quod et confirmat Isaac Argyrus in computo paschali cap. 2, *pag.* 10, cum ait bissextiles annos esse quartum, octavum, et consequentes, et cum ait 16, c. 1, *p.* 4, primum nempe diem a primo septimanæ die cœpisse, secundum a secundo, tertium a tertio, quartum a quarto, quintum autem non a quinto, sed quia quartus annus fuit bissextilis, a sexto septimanæ die incœpisse.

Anni mundi hujus Chronici initium sumunt a die 21 Martii, ut hic *pag.* 72. Ergo primus mundi annus per decem primos ab orbe condito menses currens in die demum 20 mensis tertii anni sequentis, hoc est mensis Martii anni secundi desinit. Itaque hic et Christus dicitur conceptus VIII Kal. Apriles anno mundi 5507, *pag.* 199 *c*., et in templo susceptus a Simeone die 2 Febr. anni sequentis, qui tum erat idem annus mundi 5507, *pag.* 205 *c*. Repugnat tamen quod hic scribitur sub annum mundi 3839, *p.* 75 *c*. Auctor enim hujusce Chronici illum annum ait fuisse mundi 3838; a die vero 21 Martii inchoatum esse annum mundi 3839, quod si est, sequitur annum mundi primum per duos tantum menses durasse et dies 20, nempe a die primo Januarii ad diem 21 Martii. Nec dicendum est illum annum ideo nuncupatum esse 3838, quia de eo cujus 10 menses præterfluxerant anno præcedente, supererant adhuc illi duo menses, vel pene tres usque ad 21 Martii. Sic enim a minori parte annus denominaretur, et aliud absurdum sequeretur, quod secundus mundi annus primus nuncupandus esset, secundus vero tertius, et sic deinceps, decem vero primi menses nulli omnino anno attribui possent, siquidem primus annus is tum vocaretur qui a Januario post decem illos primos exactos menses inciperet. At vero usitatius est primum annum illum vocari qui constat primis illis decem mensibus, secundum qui decem ultimis mensibus anni sequentis, ita illum annum a cujus die 21 Martii exordium sumitur anni mundi magis expedit 3839 appellare, quam 3838, quia

Digitized by Google

non in anno mundi 3838 incipit 3839 sed 3838 annus desinit in 3839, ut secundus annus mundi non habuit ortum in primo, sed primus annus potius finem posuit in secundo. Aliud dicendum est de annis Christi, quia ii non ortum habent a se ut anni mundi, sed ab ipsis mundi annis deducuntur et originem sumunt, ut in anno Christi 619, *p.* 388 *b*, dicitur inchoatus jam esse annus Christi 620, quia in hoc Chronico non is primus putatur annus Christi quo vel conceptus vel natus est, sicque non a se ortum habent anni Christi, sed ille tantum qui primus post nativitatem Christi, cœpit et numerari et nominari, ut in hoc Chronico Christus putatur natus 25 Decembr. anno mundi 5506 qui est mihi 5505, non is tamen primus annus Christi vocatur, sed sequens tum ortum habens a Januario proximo sequenti, nempe annus 5507. Ergo et secundus Christi ortum habebit in eodem anno mundi 5507, nempe a die 25 Decembr. ejusdem anni 5507. Sic et annus Christi 5620 ortum habet a die 25 Decembr. anni mundi 6125, qui est mihi 6124, in quo et desinit annus Christi 619.

Sed his omissis, aliud oritur dubium solutu difficilius de anno qui sensim et sine sensu in hoc Chronico irrepsit. Etenim per deductionem annorum ab ipso mundi exordio, annum quo Christi natales signantur reperio incidere in annum mundi 5505, *p.* 196. Hic tamen is annus nuncupatur 5507, *ibid.* 199, *c.*, quasi duo anni desiderentur, qui sive per imprudentiam omissi sunt, sive fictitie additi, certe ab hoc Chronico penitus absunt. Sequens autem annus itidem nuncupatur 5507, *p.* 205 *c.*, qui mihi est tantum 5506 : sicque unus duntaxat annus desiderari videtur. Tamen, *pag.* 209 *c.* et 210 *d.* annum mundi nominat 5536, qui mihi quoque idem est, sicque vere is est; Christum quoque natum esse anno mundi 5506 necesse est, quæ est Cedreni sententia et Nicetæ apud Paulo de Mildeburgo lib. IV *De die passionis Domini*, p. 381, non autem anno mundi 5507. Sed auctor hujus Chronici variat; nam paulo post eumdem annum quem dixit esse 5536, nominat 5537, *p.* 215 *c.*, et sequentem 5538, et sic deinceps usque ad finem anno uno semper præcurrit. Quod ideo forte factum est, quia Tiberii anni tantum 22 putantur, cum sex menses præterea imperavit, qui juncti sex mensibus qui Augusto [XLIV] quoque competunt, præter 56 annos, quorumque nulla hic habetur ratio, conficiunt unum annum solidum, ita ut Tiberius dici possit 23 annis imperasse. Quod si ille annus 23, qui hic notatus non est, admittitur, recte Caligulæ cædes incidet in annum mundi 5548; alias unus annus in Caligulæ imperio abundaret, ut alibi dixi. Quia igitur annus qui hic deest fini tamen Tiberii addendus est, ideo dicendum Christum natum die 25 Decembr. anno mundi 5505 ; primumque Christi vulgo dici et numerari annum 5506, baptizatum autem anno mundi 5536, cruci affixum anno mundi 5539. Tiberium vero imperatorem mortem oppetiisse anno mundi 5544, non ut hic 5543 ; sicque Caligulæ cædem recte incidere in annum mundi 5548, ut hic notata est, et sequentes propterea anni usque ad finem recte notati erunt. Annum tamen Constantini 20 ait auctor secundum priorem supputationem esse M. 5833, *p.* 283 *c.* : cum si primus annus Tiberii 33 admittatur, sit 5834. Sed nunc tandem deprehendi illum annum vere esse 5833, non 5834 : quod patet ex cyclis solaribus 5, ex feriis hebdomadarum quæ infra notantur, ut in anno mundi quem scripsi 5839 *p.* 285 *a* : cum dies 2 Maii dicatur esse feria secunda, id non hoc anno contigit, sed præcedenti, nempe mundi 5838, ut et notavi, idemque postea ubique præstiti, cum cyclus solaris esset 14 : et littera Dominicalis D ; item anno mundi 5846, *p.* 286 *d.* : ubi dies 22 Maii dictus est esse feria I et Pentecoste, verius est et scribi debuit 5845, quo cyclus solaris erat 21 et littera Dominicalis B, ut et infra anno mundi qui notatus est 6118, *pag.* 381 *c* : quo dicitur Aprilis dies 1 fuisse feria 3, sursum retrahendus est ad annum præcedentem, nempe mundi 6117. Illo enim tum anno 6117 cyclus solaris fuit 13 et littera Dominicalis E quæ indicat diem primum Aprilis notatum littera G esse feriam 3 seu diem Martis, et sic in sequentibus. Ergo ab anno mundi 5588, *pag.* 249 *a*, ubi monui emendandos esse hos numeros, unusquisque annus mundi vel cycli lunaris solarisque minuendus est una unitate usque ad finem Chronici. Feria item recte notata est in anno M, 5490, *p.* 193 *c*, ubi dies 8 Septembris dicitur esse dies lunæ : cyclus enim solis erat 2, et littera Dominicalis E. Sed hæc regula feriarum non in omnibus procedit, aut sibi constat, sed plerumque fallit. Nam *p.* 307 *d*, annus mundi 5912, cum cyclus solis est 4, littera Dominicalis B, dies VI Kal. Jul. sive 26 Junii dicitur esse feria hebdomadis 2, cum tamen sit prima : qui error culpa librariorum admissus est. Nam in eodem anno dies pridie Nonas Octobr. sive 6 Octobr. recte dicitur feria 5; ibidemque dies IV Idus, sive 12 Octobr. recte dicitur feria 4; recte item ibidem indict. 13 *p.* 305 *b.*, dies III Kal. Aug. sive 30 Julii dicitur esse feria 6 cyclo solis 15, littera Dominicali C et dies VIII Kal. Octobr. sive 24 Sept. feria 6. *ibid.* Unde discitur litteram Dominicalem sive cyclum solis non mutari in initio Septembr. quod tamen putat Scaliger l. VII *De emendat. temp. p.* 711 *a*. Sed nomen mensis interdum aliud pro alio ponitur μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ϛ' ἰδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρᾳ Κυριακῇ, cum Γορπιαῖος sit September, non October. Feria tamen recte notata est secundum Octobrem, et videtur hic auctor ubique Γορπιαῖον pro Octobri accipere : verbi causa, *ibid. p.* 310 *b.* μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ϛ', Νωνῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ Σαββάτῳ; nam in Septembri nullus est dies VI Nonas Septembris, in Octobri vero VI Nonas, sive 2 dies est feria 7 illo anno solis 15. At *p.* 313 *c*, ind. 4, Γορπιαῖος pro Septembri accipitur, et secundum

Digitized by Google

Καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει Προκόπιος ἀντάρτης[22] (10) εἰς Φρυγίαν Σαλουταρίαν ἐν τῷ πεδίῳ Νακολίας[23] (11) ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου κατασχεθεὶς ἀνῃρέθη μηνὶ Δαισίῳ πρὸ ιβ' Καλανδῶν (12) Ἰουλίων.

C Ἰνδ. ι'. γ'. ὑπ. Λουπικίνου[24] καὶ Ἰοβιανοῦ (13).

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ Θεὸς χάλαζαν (14) ἔβρεξεν ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τύπον λίθων μηνὶ Δαισίῳ πρὸ δ' Νωνῶν Ἰουνίων[25].

Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἔτει[26] ἐπήρθη Γρατιανὸς Αὔγουστος ἐν Γαλλίαις (15) ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου πατρὸς αὐτοῦ μηνὶ Λώῳ[27] πρὸ θ' Καλανδῶν (16) Σεπτεμβρίων.

DUCANGII NOTÆ.

(7) *Πρὸ δ' Καλ.* Ita Idatius: at Ammianus lib. XXVI, V Kal. April. diebus V, post inaugurationem Valentiniani; Socrates, lib. IV, cap. 1.

(8) *Ἦν Ἀρειανός.* De Arianismo Valentis egit præ cæteris Epiphanius, Hæres. 69, n. 13.

(9) *Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος.* Nescio cur Theophanes et Georgius Monachus dicant Valentinianum, statim atque imperium adeptus est, Gratianum filium κοινωνὸν τῆς βασιλείας καὶ ὕπατον fecisse, cum utrumque falsum sit.

(10) *Ἀντάρτης.* Ita Scaliger; Ἀνταρθεὶς, Rader us.

(11) *Νακολίας.* Sic pariter Scaliger, cum in editione Raderiana prave editum esset Σχολίας. Νακόλειαν scribit Theophanes, et Notitia Leonis imp. Ad Nacoliam porro Phrygiæ Salutaris oppidum, captum Procopium narrant Ammianus, lib. XXIII; Socrates, lib. IV, cap. 5; Sozomenus, lib. VI, cap. 8; Zosimus, IV, pag. 739; et alii.

(12) *Πρὸ ιβ' Καλ.* Idatius in Fastis cæsum Procopium ait VI Kal. Jul. iisdem coss. Vide Gotthofred. ad Philostorg. lib. IX, cap. 5.

(13) *Ἰοβιανοῦ.* Ita lex 3 Cod. Theod. *De indulg. crim.*; Fasti et lex 11 eod. Cod. de jure fisci, *Jovino.* In lege vero 3, *De ponderat.*, hic consulatus sic consignatur, *P. C. Gratiani et Dagalaifi.*

(14) *Χάλαζαν.* Saxeæ istius grandinis præter Idat. et alios meminit Albupharaijus in Dynast.

(15) *Ἐν Γαλλίαις.* Ambiani, ut scribunt Hieronymus, Idatius, Senator et Jornandes: *urbe Galliarum inter alias eminenti*, uti ab Ammiano indigitatur.

(16) *Πρὸ θ' Καλ.* Ita etiam Socrates et Idatius.

VARIÆ LECTIONES.

[18] ὁ om. P. [19] Σύστρῳ R, Δούστρῳ V. [20] Καρουσιανάς V. [21] Σεπτεμβρίων. Imo Αὐγούστων. Conf. Clinton. *Fast.*, vol. II, pag. 359, annot. c. [22] ἀνταρθεὶς R, alterum in m. ponens. [23] Σχολίας R. [24] Λουππικίνου V. [25] Ἰουνίων Clintonus, *Fast.*, vol. II, pag. 358. Ἰουλίων PV. [26] καὶ — ἔτει om. P. [27] λόῳ PV.

Digitized by Google

A A. C. [Ol. Iph.]

σπζ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ια'. δ'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ (17) Αὐγούστου τὸ β' καὶ Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ β'.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων σεισμὸς ἐγένετο εἰς τὴν πόλιν Νικαίας (18), ὥστε αὐτὴν καταστραφῆναι, μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ε' Ἰδῶν Ὀκτωβρίων [28].

Ἰνδ. ιβ'. ε'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ [29] γ' καὶ Οὐίκτωρος.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ θειότατος βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς πολλοὺς συγκλητικοὺς καὶ ἄρχοντας ἐπαρχιῶν ἐφόνευσεν ἀδικοῦντας καὶ κλέπτοντας καὶ παραδικάζοντας. Καὶ τὸν πραιπόσιτον **302** τοῦ παλατίου αὐτοῦ, Ῥοδανὸν (19) ὀνόματι, ἄνδρα δυνατὸν καὶ εὔπορον καὶ διοικοῦντα τὸ παλάτιον, ὡς πρῶτον ὄντα ἀρχιευνοῦχον καὶ ἐν μεγάλῃ τιμῇ ὄντα, ἐποίησε ζωόκαυστον εἰς τὴν σφενδόνα τοῦ Ἱππικοῦ φρυγάνοις, ὡς θεωρεῖ τὸ ἱππικόν.

Ὁ αὐτὸς πραιπόσιτος Ῥοδανὸς ἥρπασεν περιουσίαν [30] ἀπό τινος χήρας γυναικὸς, καλουμένης Βερενίκης (20), πλέξας αὐτῇ, ὡς ἐν δυνάμει ὢν, καὶ προσῆλθεν ἐκείνῃ τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ κατ' αὐτοῦ τοῦ πραιποσίτου, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς δικαστὴν τὸν πατρίκιον Σαλούστιον (21), ὅστις κατέκρινε τὸν αὐτὸν πραιπόστον Ῥοδανόν. Καὶ μαθὼν ὁ βασιλεὺς τὸν ὅρον παρὰ τοῦ [31] πατρικίου Σαλουστίου ἐκέλευσε τῷ αὐτῷ πραιποσίτῳ δοῦναι τῇ χήρᾳ ἅπερ ἥρπασεν παρ' αὐτῆς. Οὐκ ἐπείσθη δὲ [32] ὁ αὐτὸς Ῥοδανὸς ἀναδοῦναι αὐτῇ ἅπερ ἥρπασεν παρ' αὐτῆς, ἀλλ' ἐξεκαλέσατο τὸν πατρίκιον Σαλούστιον. Καὶ ἀγανακτήσας ὁ Σαλούστιος ἐκέλευσεν τῇ γυναικὶ προσελθεῖν τῷ βασιλεῖ, ὡς θεωρεῖ τὸ ἱππικόν. Καὶ προσῆλθεν τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ ἡ γυνὴ τῷ δ' [33] βαΐῳ πρωΐ (22),

CCLXXXVII Olympias.

368. iv. Ind. xi. Valentiniano Augusto II et Valente Augusto III coss. A.

His coss. urbs Nicæa terræ motu concussa eversa est, mense Gorpiæo, ex a. d. v Idus Octobr.

369. v. Ind. xii. Valentiniano Augusto III et Victore coss. A. 287.

His coss. religiosissimus imperator multos e senatu, et provinciarum præsides propter eorum injustitias et furta, pravaque judicia, neci dedit. Præpositum etiam Palatii, Rhodanum nomine, virum potentem ac divitem, ut qui primus esset inter eunuchos, et magna veneratione haberetur, in Circi B funda, dum populus spectaculis interesset, aridis ramentis vivum cremari jussit.

Idem hic præpositus Rhodanus vidnæ cuidam Berenicæ, potentia sua fretus, bona per calumniam eripuit: illa vero cum Valentinianum imperatorem contra præpositum actura adiisset, ille Salustium patricium iis dedit judicem, a quo Rhodanus est condemnatus. Imperator, ut decretum Salusti patricii intellexit, præcipit Rhodano præposito, uti quæ viduæ rapuisset restitueret. Verum Rhodanus adduci non potuit, ut quæ viduæ abstulerat redderet, sed a Salustio patricio provocavit. Salustius vero indignatus, præcepit feminæ, uti ad imperatorem, C cum Circensia spectaretur, accederet. Accessit mulier ad imperatorem Valentinianum circa tempus primi bravii, cum prope illi astaret præpositus. Tum vero imperatoris mandato a tribunali projectus est

DUCANGII NOTÆ.

(17) *Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγ.* Fasti Idatii, Laterculus Paschalis Bucherii, et cod. Theod. *Valentiniano Nob.*, qui anno CCCLXVI *Augustus* pariter inscribitur: qui non alius est a Valentiniano Valentis imp. filio, uti exserte appellatur in Fastis mss. Idatii eodem anno: ex quo Sirmondus *Valentiniani filium* prave ediderat, ut ab aliis observatum. Proinde is est Valentinianus Nob. P., in cujus consulatum orationem II recitavit Themistius, quod multis probavit vir eruditissimus Joan. Harduinus. Istius Valentis filii, quem Galatum dictum alii scripsere, meminit Ephræmius in Encomio S. Basilii nuper edito a Joanne Bapt. Cotelerio, t. III, *Monum. Eccl. Gr.* Meminit etiam Theodosius Jun. indictionis huic consulatui respondentis, quam et *undecimam Valentiacam* vocat, in leg. 9 et 10 cod. Theod. *De indulg. debit.*, quæ in annum v Valentis inciderat, cum ab imperatorum nominibus designarentur, licet non inchoatæ eorum temporibus.

(18) *Νικαίας.* Chron. Hieronymi hoc anno: *Nicæa, quæ sæpe corruerat, terræ motu eversa.* Ita etiam Albupharaijus. Instaurata postmodum a Valente: siquidem huc spectent quæ habet Themistius in orat. II: Πόλεων δὲ ἑκάστη, ἢ ἐκ καινῆς τι πρόεισιν, ἢ ἐπάνεισιν, ἢ συναυξάνεται· διάκειται δὲ καὶ τὰ τῆς φύσεως πάθη, καὶ τὰς κατασεισθείσας ἤδη δύσει ἐγηγερμένας. Vide Socrat., lib. IV, cap. II, et Sozomen., lib. V, cap. 10. Atqui terræ motum hunc ad indictionem X referunt Theophanes et Georgius Hamartolus.

(19) *Ῥοδανόν.* Vide Cedren., p. 310, et Symeon Logoth. in Chron. ms.

(20) *Βερενίκης.* Infra et Cedren, Βερνίκης, ut et codd. mss. Zonaræ, uti monuimus in notis, p. 40. D

(21) *Σαλούστιον.* Illum, opinor, Sallustium, qui præfectus prætorio Galliarum fuit an. CCCCX, quod vox Πατρίκιον videtur indicare, uti mox observavimus. Sed an alius a Sallustio, qui eadem ipsa tempestate præfectus prætorio fuit, vel idem fuerit, non omnino exploratum. Vide Gotthofred. ad codicem Theod.

(22) *Πρώτῳ.* Sic reposuimus, cum πρωΐ esset editum. Vide Gloss. med. Græcit. in Βάϊον, et in Addit.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Ἰδῶν Ὀκτωβρίων. Cum pag. 187 C Gorpiæi Antiochensium æræ initium initio indictionum, i. e. d. I Septembris comparetur, absurdum est Octobris d. XI in Gorpiæum conferri. Itaque Καλανδῶν reponit Clintonus, *Fast.*, vol. II, pag. 361, Σεπτεμβρίων Chilmeadus ad Malalam, pag. 607, ed. Bonn. Conf. dicta ad B, ad pag. 304 C, 309 C. [29] τὸ om. P. [30] ἥρπασεν περιουσίαν. γὰρ interponit supra versum alia manu V. [31] παρ' αὐτοῦ P. [32] δὲ om. P. [33] δ' om. P.

Digitized by Google

præpositus in fundam circi, spectantibus universis, et exustus. Confestimque imperator bona omnia præpositi Rhodani feminæ Berenicæ addixit, universo populo, ipsoque senatu, propter illius justitiam et severitatem acclamante : ex quo facinorosos, et alienorum bonorum raptores ingens timor invasit, jusque fasque obtinuit.

A ὡς ἵσταται ἐγγὺς αὐτοῦ ὁ πραιπόσιτος. Καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς, καὶ κατηνέχθη ἀπὸ τοῦ καθίσματος, πάντων θεωρούντων ὁ πραιπόσιτος, καὶ ἀπηνέχθη εἰς τὴν σφενδόνα (23) καὶ ἐκαύθη. Καὶ ἐχαρίσατο ὁ βασιλεὺς τῇ γυναικὶ Βερενίκῃ [34] πᾶσαν τὴν περιουσίαν τοῦ πραιποσίτου Ῥοδανοῦ, καὶ εὐφημήθη ἀπὸ τοῦ δήμου παντὸς καὶ τῆς συγκλήτου ὁ βασιλεὺς, ὡς δίκαιος καὶ ἀπότομος (24)· καὶ ἐγένετο φόβος πολὺς εἰς τοὺς κακοπράγμονας καὶ εἰς τοὺς ἁρπάζοντας τὰ ἀλλότρια, καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐκράτει.

Similiter etiam cum accepisset dominam Marinam, conjugem suam, suburbanum prædium viliori, quam redituum ratione valeret, pretio emisse, ipsamque tanquam Augustam pretium posuisse, misit imperator qui suburbanum æstimarent, exacto prius ab ipsis æstimatoribus sacramento. Cumque accepisset longe pluris valere, quam emerat, adversus Augustam indignatus, illam ab urbe proscripsit, suburbano feminæ, a qua venditum fuerat, reddito.

Ὁμοίως καὶ τὴν δέσποιναν [35] Μαρῖναν (25) τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἀγοράσασαν προάστειον [36] παρ' ὅσου ἦν ἄξιον ἔχον πρόσοδον, καὶ ὡς Αὔγουσταν τιμηθεῖσαν, ἀκούσας [37] ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς, καὶ διετιμήσατο τὸ προάστειον [38], ὁρκώσας τοὺς [39] διατιμησαμένους. Καὶ μαθὼν ὅτι πλείονος τιμῆς πολὺ ἦν ἄξιον τῆς B ἀγορασθείσης [40], ἠγανάκτησε κατὰ τῆς βασιλίσσης, καὶ ἐξώρισεν αὐτὴν τῆς πόλεως, ἀναδοὺς τῇ πωλησάσῃ [41] γυναικὶ τὸ προάστειον [42].

A. C. [Ol. Iph.]

370. (A. a M. C. 5878.) VI. Ind. XIII. Valentiniano Augusto IV et Valente Augusto III coss. 2.

Ἰνδ. ιγ'. ς'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου τὸ δ' καὶ Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ γ' (26).

His coss. dedicata est ecclesia Sanctorum Apostolorum Constantinopoli, mense Xanthico, ex a. d. v. Id. Apriles.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων καθιερώθη ἡ [43] ἐκκλησία τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Ξανθικῷ πρὸ πέντε Ἰδῶν Ἀπριλίων.

371. VII. Ind. XIV. Gratiano II et Probo coss. 3.

Ἰνδ. ιδ'. ζ'. ὑπ. Γρατιανοῦ τὸ β' καὶ Πρόβου.

CCLXXXVIII Olympias.

σπη' Ὀλυμπιάς.

372. VIII. Ind. XV. Modesto et Arinthæo coss. 4.

Ἰνδ. ιε'. η'. ὑπ. Μοδέστου καὶ Ἀρινθαίου.

373. (A. a M. C. 5881.) IX. Ind. I. Valentiniano Augusto V et Valente Augusto IV coss. 1. 288.

C **303** Ἰνδ. α'. θ'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ Αὐγούστου [44] τὸ ε' (27) καὶ Οὐάλεντος Αὐγούσταυ τὸ δ'.

374. X. Ind. II. Gratiano Augusto III et Æquitio coss. 2.

Ἰνδ. β'. ι'. ὑπ. Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ γ' καὶ Αἰκυτίου (28).

375. XI. Ind. III. Gratiano Augusto IV et Æquitio II coss. 3.

Ἰνδ γ'. ια'. ὑπ. Γρατιανοῦ (29) Αὐγούστου τὸ δ' καὶ Αἰκυτίου τὸ β'.

His coss. dedicatum est Balneum Caro-

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐνεκαινίσθη τὸ γυμνάσιον

DUCANGII NOTÆ.

(23) *Σφενδόνα. Constantinopol. Christ.*, lib. II, sect. 1, n. 9.

(24) *Ἀπότομος.* Valentiniani severitatem nimiam et parcitatem, quidam crudelitatem et avaritiam interpretabantur, ait Hieronymus, et ex eo Jornandes, cum, ut ait Sidonius, lib. IV, epist. 9, *correptio non cruentans, et severitas quæ non sit tetra, sed tetrica* esse debeat.

(25) *Μαρῖναν.* Vide *Familias Byzant.*

(26) *Τὸ τέταρτον.* Scribendum τὸ τρίτον, ut in Fastis omnibus : qui error inde forte ortus, quod anno superiori Valentinianum N. P. cum patruo confuderit auctor Chronici. Atque ita emendandus pariter consulatus Valentiniani IV qui postremus illius fuit. Nam quod nummus ille aureus Valentiniani, quem ex Archeio Regio inter Valentiniani Senioris Nomismata in *Familiis Byzantinis* dedimus, cujus aversa pars cos. XVII præfert, non Senioris, sed est Valentiniani III, qui cum Theodosio Jun. imperavit : cujus pars aversa ex Theodosii typario excepta est ; quod non semel accidisse in imperatorum monetis norunt qui huicce disciplinæ sua studia addixere. D

(27) *Τὸ ε'.* Leg. τὸ δ', ut in Fastis omnibus.

(28) *Αἰκυτίου.* Qui Ἐκυΐτιος Socrati et Zosimo : *Equitius*, Hieronymo, Idatio ex cod. ms. Victorio, et in cod. Theod. nuncupatur.

(29) *Γρατιανοῦ τὸ δ'.* Ita hic annus consignatur apud Prosperum : et aliter in vet. inscript. MXVIII, 8, in cod. Theod. In Paschali centum annorum Bucherii, et in Fastis Idatii, *Post conss. Gratiani A. III et Æquitii.*

VARIÆ LECTIONES.

[34] Βερνίκῃ R, altero in m. posito. [35] τὴν δ. δ. P. [36] παράστιον R. [37] ἀκούτας addebat Raderus et confirmat Malalas, pag. 341. 3. [38] προάστιον R. [39] αὐτοὺς P. [40] ἀγορασθείσης. ἀγορασίας Malalas. [41] πωλησαμένῃ P. [42] ἡ om. P. [43] Αὐγούστου om. P.

Digitized by Google

Καρωσιαναὶ [46], παρόντος τοῦ ἐπάρχου Οὐινδαθνίου [48] (31) Μάγνου.

Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων ἐπήρθη Οὐαλεντινιανὸς νέος [46] Αὔγουστος μηνὶ Δίῳ πρὸ ε' Καλανδῶν (31) Δεκεμβρίων εἰς πόλιν Ἄκυγκον [47].

σπθ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. δ'. ιβ'. ὑπ. Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ ε' καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος (32).

Ἰνδ. ε'. ιγ'. ὑπ. Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ ε' (33) καὶ Μεροβαύδου [48].

Ἰνδ. ς'. ιδ'. ὑπ. Οὐάλεντος Αὐγούστου τὸ ζ' (34) καὶ Οὐαλεντινιανοῦ Καίσαρος τὸ β'.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων νόσῳ (35) βληθεὶς ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς τελευτᾷ ἐν καστελλίῳ Βιργιτινῶν [49] (36), ὧν ἐτῶν νε'.

Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὑπάτων Γρατιανὸς Αὔγουστος ἀνεκαλέσατο (37) τὴν οἰκείαν μητέρα Μαρῖναν τὴν δέσποιναν.

Ῥωμαίων λθ' ἐβασίλευσεν Γρατιανὸς καὶ Οὐάλης καὶ Θεοδόσιος ὁ μέγας ἔτη ις'. ὁμοῦ ,ε϶γ'.

Ἐπήρθη Θεοδόσιος Αὔγουστος ἐν Σιρμίῳ (38) ὑπὸ Γρατιανοῦ Αὐγούστου [50] τοῦ αὐτοῦ γυναικαδέλφου (39) μηνὶ Αὐδηναίῳ πρὸ ιδ' Καλανδῶν Φεβρουαρίων. Καὶ εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει (40) μηνὶ Δίῳ πρὸ η' [51] Καλανδῶν (41) Δεκεμβρίων.

Ἰνδ. ζ'. α'. ὑπ. Αὐσονίου καὶ Ὀλυβρίου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς

A A. C. [Ol. Iph.]

sianæ præsente præfecto Vindanneo Magno.

Iisdem coss. levatus est Valentinianus Augustus, mense Dio, ex a. d. v. Kal. Decembr. in urbe Acynco.

CCLXXXIX Olympias.

376. XII. Ind. IV. Valente Augusto V et Valentiniano Cæsare coss. 4.

377. XIII. Ind. V. Gratiano Augusto V et Merobaude coss. 1. 289.

378. XIV. Ind. VI. Valente Augusto VII et Valentiniano Cæsare II coss. 2.

Iisdem coss. Valentinianus Augustus morbo cor-
B reptus in castello Vergitione moritur, cum esset annorum LV.

Iisdem coss. Gratianus Augustus Marinam matrem suam Augustam revocavit.

(A. a M. C. 5902.) Romanis XXXIX imperavit Gratianns, cum Valente et Theodosio Magno, ann. XVI. Colliguntur anni V. MDCCCCIII.

Theodosius levatus est Augustus in Sirmio ab Gratiano, uxoris fratre, mense Audinæo, ex a. d. XIV Kal. Febr. et Constantinopolim ingressus est, mense Dio, ex a. d. VIII Kal. Decembres.

A. C. [Ol. Iph.]

379. I. Ind. VII. Ausonio et Olibrio coss. 3.

Hisce coss. Theodosius imperator ecclesias or-

DUCANGII NOTÆ.

(30) *Οὐιτδαννίου. Vindalonium Magnum* vocat C hoc loco Idatius. Vide nostram *Constantinopol. Christ.*, lib. I, sect. 27, n. 8.

(31) *Πρὸ ε' Καλ.* Idatius, X *Kal. Decembr. Et levatus est Valentinianus Junior Aug. filius Aug. Valentiniani ab exercitu in tribunali die* X *Kal. Decembr. in civitate Arinco.* Leg. *Acinco*, seu potius *Acuminco*, vel Aciminco, urbe Pannoniæ primæ, ut. est in Notitia imperii. Vide Sirmondum ad Sidon. in *Panegyrico Majoriani*, v. 107.

(32) *Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ Καίσαρος.* Idatius, *Valentiniano Juniore Augusto.* Laterculus Paschalis centum annorum, *Valentiniano Cæsare Juniore.* Cod. Theod. *Valente V et Valentiniano AA.*

(33) *Τὸ ε'.* IV. Idatius, Victorius et cod. Theodos.

(34) *Τὸ ζ'.* VI iidem Idatius, Victorius et cod. Theod. Ita etiam Hieronymus in Epist. præfixa translationi Chronici Eusebiani, hac formula, *Valente sexies, et Valentiniano iterum.* At in Laterculo paschali hic consulatus sic describitur, ut est apud D Senatorem: *Post consulatum Gratiani III et Merobaudis.* Quippe, ut est apud Hieronymum in Chronico, *quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastaverant, iidem consules permansere.* De Sarmatico autem bello consulendi Socrates, lib. IV, cap. 31; Sozomenus, lib. VI, cap. 36; Theophanes, etc.

(35) *Νόσῳ. Subita sanguinis eruptione, quod Apoplexia vocatur*, inquit Hieron. Vide Ammian. et alios.

(36) *Βεργιτιρῶν.* Rectius editio Scaligeri Βεργιτιῶνι. nam *Virgitio* castellum istud dicitur Idatio: *Bregetio*, Ammiano, lib. XVII et XXX, et Socrati, lib. IV, cap. 31; Hieronymo vero et Senatori, *Brigitio*: Jornandi denique *Brigio.*

(37) *Ἀνεκαλέσατο.* Quam ab urbe proscripserat conjux anno CCCLXIX.

(38) *Ἐν Σιρμίῳ.* Ita Socrates, lib. V, cap. 2; Sozomenus, lib. VII, cap. 2; Idatius, Sidonius et alii: anno demum CCCLXXIX, ut est apud Idatium.

(39) *Γυναικαδέλφου.* Necdum tamen Gratiani sororem Gallam Placidiam duxerat Theodosius, cum imperator ab eo dictus est. Vide *Familias Byzant.*

(40) *Ἐν Κωνσταντινουπόλει.* Atqui Theodosium Constantinopolim tum primum ingressum anno CCCLXXX, XVIII Kal. Decembr. tradit Socrates, lib. V. cap. 6; et Idatius tum in Fastis, tum in Chronico, ubi ista scribit: *Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.* Paulus Orosius, lib. VII, cap. 34, de Theodosio: *Urbem Constantinopolitanam victor intravit*, post deletas scilicet gentes Scythicas.

(41) *Πρὸ ιδ' Καλ.* Socrates, τῇ ἐξκαιδεκάτῃ Ἰανουαρίου.

VARIÆ LECTIONES.

[46] Καρουσιαναὶ V. [48] Οὐινδαννήου P. [46] νέος om. P. [47] Ἄκιγκον V. [48] Μεροβάνδου R. [49] Βεργιτιωνι P sola. [50] Αὐγούστου om. P. [51] η'. ιδ' P sola.

Digitized by Google

thodoxis tradidit, emissis ubique sacris jussionibus, expulitque Arianos, Exocionitas dictos. Fana vero gentilium ab fundamentis destruxit.

Inclitus Constantinus, dum imperaret, paganorum delubra duntaxat clausit : hic vero Theodosius etiam evertit. Urbis Heliopolitanæ Balanii templum ingens et celeberrimum, ex marmore trilitho constructum, Christianorum ecclesiam fecit : parique modo Damasci fanum Christianis tradidit, auctumque est impensius Christianorum nomen, imperante Theodosio.

CCXC Olympias.

A. C. [Ol. Iph.]

380. II. Ind. VIII. Gratiano Augusto VI et Theodosio Augusto coss. 4.

A ἔδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς ὀρθοδόξοις, πανταχοῦ ποιήσας σάκρας καὶ διώξας ἐξ αὐτῶν τοὺς λεγομένους Ἀρειανοὺς[82] (42) Ἐξωκιονίτας, τοὺς δὲ ναοὺς τῶν[83] Ἑλλήνων κατέστρεψεν ἕως ἐδάφους.

Κωνσταντῖνος ὁ ἀοίδιμος βασιλεύσας τὰ ἱερὰ μόνον ἔκλεισεν (43) καὶ τοὺς ναοὺς τῶν Ἑλλήνων· οὗτος Θεοδόσιος[84] καὶ κατέλυσεν (44), καὶ τὸ ἱερὸν Ἡλιουπόλεως[85] τὸ τοῦ Βαλανίου[86] τὸ μέγα καὶ περιβόητον τὸ[87] τρίλιθον, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν (45). Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Δαμασκοῦ ἐποίησεν Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν. Καὶ ηὐξήθη τὰ Χριστιανῶν πλέον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας.

304 *σλ' Ὀλυμπιάς.*

Ἰνδ. η'. β'. ὑπ. Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ ς' (46) B καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστου.

DUCANGII NOTÆ.

(42) *Ἀρειανούς.* Sic reposuimus pro ἀριθμοὺς, uti præferebat edit. Cur vero istius ævi Ariani Ἐξωκιονῖται appellati fuerint, docemus in nostra *Constantinopol. Christ.*, lib. II, sect. 16, n. 38 ; et in *Gloss. med. Græcit.*, ubi hic locus ex miraculis SS. Anargyrorum, n. 17, addendus : Ἀνήρ τις τῆς τῶν Ἐξωκιονιτῶν κακομάχου αἱρέσεως, etc.

(43) *Τὰ ἱερὰ μόνον ἔκλεισεν.* Paulus Orosius, lib. VII, cap. 28 : *Tum deinde primus Constantinus justo ordine et pio vicem vertit edicto : siquidem statuit citra ullam hominum cædem Paganorum templa claudi.* Exstat Constitutio Constantii imp. qua idipsum sanxit, in leg. 3 Cod. Theod. de Paganis.

(44) *Κατέλυσεν.* Iisdem verbis hæc habet Prosper Pithœanus, anno VIII ejusdem Theodosii : *Apud Alexandriam templa destructa, in quibus Serapis antiquissimum et notissimum templum, quod quasi quædam columna quasi ruentem sustinebat idololatriam.* Vide Socrat. lib. V, cap. 16, 17, Sozomen. lib. VII, cap. 15, 22, 29 ; Theophan. an XIII, etc. Theodosii exemplum exinde secutus est Honorius filius. Sanctus Augustinus, lib. XVIII, *De civitate Dei*, cap. ult. *In civitate notissima et eminentissima Carthagine Africa Gaudentius et Jovius comites imperatoris Honorii* XIV *Kal. April. anno* CCCXCIX, *falsorum deorum templa everterunt, et simulacra fregerunt.* Idatius eod. anno : *His coss.* Manlio et Theodoro, *templa gentilium demolita sunt, Joviano et Gaudentio comitibus.* Et idem Prosper anno IV Arcadii et Honorii : *Toto orbe Romano antiquæ superstitionis fana, templa, delubra, si quæ tum restabant integra, præcepto magistratuum destrui jussit.* Denique Mellitus in brevi temporum Expositione ms. *Gentium quoque templa per totum orbem, jubente Theodosio, eodem tempore subvertuntur : non adhuc intemerata manebant.* Edicto siquidem statuerat Constantinus citra ullam cædem hominum paganorum templa claudi, ut ait anonymus Valesianus.

(45) *Βαλανίου.* Thomas Reinesius, lib. I *Var. lect.*, cap. 25, hunc locum expendens, pro Βαλανίου, legendum Ὠνίου existimat. Holstenius vero in Notis ad Stephanum, id vocabuli pro Numine aliquo accipi subodoratur, et in eo latere nomen *Beli*, vel *Baal*, seu Solis putat : *Beleni* forte *Apollinis*, cujus mentio occurrit in veteribus inscript. pag. 26 et 27, ita ut legendum sit Βελενίου. Nam urbem Heliopolitanam Soli sacram fuisse ipsa prodit nomenclatura. Sed et *El*, et *Bel*, et *Belathen*, Chaldæos et Babylonios, quem Baal Phœnices et adjacentes populi vocarunt, dixisse, pluribus observat Seldenus in syntagm. 2 de Diis Syris, cap. 1. Certe apud Hesychium, Βέλα, ἥλιος et αὐγὴ exponitur. Damascius in Vita Isidori, pag. 1049. apud Photium, Phœnices et Syros Saturnum *El*, *Bel*, et *Bolathen*, seu forte *Belathen* appellasse scribit. Tradit præterea Heliopolitas coluisse Γενναιὸν, erecta quadam leonis C forma in templo Jovis : sub cujus nomine Solem coluisse Assyrios docet Macrobius, lib I *Saturnal.* cap. 33 : *Quem*, inquit, *Dia Heliopoliten cognominant, et maximis cæremoniis celebrant in civitate quæ Heliopolis nuncupatur.* Templi Apollinis, *qui idem atque Sol est*, inquit Macrobius, in eadem civitate meminit rursum Damascius, p. 1054. Sententiam denique Holstenii fulcit Herodianus, lib. VIII, quo loco ait Crispinum virum consularem oraculum Ἐπιχωρίου Θεοῦ consuluisse, ubi addit, Βέλιν δὲ καλοῦσι τοῦτον, σέβουσί τε ὑπερφυῶς, Ἀπόλλωνα εἶναι ἐθέλοντες. Quinetiam omnes deos *Baal* appellatos a Tyriis, Sydoniis et Ammonitis, sed cum attributo, observat Scaliger in notis ad Fragmenta Græcor. scriptor.

(46) *Τρίλιθον.* De hac voce multis agimus in Glossar. mediæ Græcitatis. [*Ducangii ad hunc locum adnotationi addere placuit disputationem II. MM.* (*Jeremiæ Marklandi, ut putatur*) *in Observat. Miscell. Amstelod. vol. II*, t. I, p. 172-182.] D

Observationes in quosdam Græcos auctores, de templo Heliopolitano in Syria.

I. Anonymum Græcum *Chronicon*, quod variis sub titulis (*a*) inter eruditos notum est, loquens de templis Ethnicis, ab imperatore Theodosio primo

(*a*) Vocatur *Alexandrinum* ab Jesuita Radero, qui primus librum in lucem edidit, et *Chronicon paschale* a Ducangio, secundo editore, et ab aliis *Constantinopolitanum*. Ultimum hoc nomen forte optimum est, si consideramus, primo, in eo æram mundi eamdem esse, qua utuntur *Constantinopoli*. Et secundo, ms. emptum esse ab aliquo ejus urbis cive, per Hier. Suritam in Sicilia, ut ipse adnotavit in prima pagina unici exemplaris, jam

VARIÆ LECTIONES.

[82] Ἀρειανούς. ἀριθμοὺς R. [83] τῶν om. P. [84] οὗτος ὁ Θ. P. [85] Ἡλιοπόλεως R. [86] Βαλανίου. Βὰλ (Βαὰλ) Ἥλιου J. J. M. M. (Marklandus) in *Obs. Misc.*, vol. II, p. 1, pag. 174. [87] τὸ Malalas, pag. 344 ult. καὶ τὸ P.

Digitized by Google

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Γρατιανὸς Αὔγουστος, A υἱὸς Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου, πονήσας τὸν σπλή-

His coss. Gratianus Augustus, Valentiniani Magni filius, splenis doloribus laborans, plurimo tempore

DUCANGII NOTÆ.

destructis, dicit templum Heliopoleos tam bene servatum esse, ac templum Damasci, et in *Christianam ædem* conversum.

Sed nomen divinitatis, cui ædes hæc consecrata erat, corruptum est, et præterea unum ex epithetis ei templo datis, adhuc non bene intellectum est. Ut hæc ambo illustremus, lectori quasdam criticas et historicas observationes proponam.

Locus in Chronico ita se habet, Τὸ ἱερὸν Ἡλιοπόλεως, τὸ τοῦ ΒΑΑΑΝΙΟΥ, τὸ μέγα καὶ περιβόητον, καὶ τὸ ΤΡΙΑΙΘΟΝ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν.

Prima vox, de qua loqui debemus, ΒΑΑΑΝΙΟΥ, ab eruditissimo Th. Reinesio in ΩΝΙΟΥ (*b*) mutabatur, qui hoc templum illud credidit, quod Onias (*c*) in Ægypto exstruxerat. B

Hæc emendatio non solum *violenta* est, ut alius eruditus Luc. Holstenius (*d*) eam vocat, sed et contraria historicæ veritati. Nam 1° templum Oniæ non erat in ipsa urbe Ægypti, quæ *Heliopolis* vocabatur, licet in ejus diœcesi, sive *Nomo Heliopolite*, ut Josephus (*e*) nobis variis in locis narrat. 2° Templum Oniæ a Vespasiano brevi post excidium Hierosolymorum (et plus quam tribus sæculis ante Theodosium magnum) clausum erat, ut testatur dictus Josephus, qui aliquo modo testis oculatus ejus facti erat. *De bell. Jud.* l. VII, c. 10, p. 435 *ed. Amst.*

Cum e contrario manifestum sit, Chronicon loqui de templo in ipsa urbe Heliopoli, et hanc urbem in Syria exstitisse, ita a Græcis, in illa regione post Alexandrum Magnum habitantibus, vocatam, sed *Baalbec* ab incolis usque ad hunc diem nominatam. C Hic ergo non aliam divinitatem quærere debemus, nisi ΒΑΑΛ *Solem*, magnum et communem totius Orientis deum, et peculiariter Assyriorum, Syrorum, Chaldæorum, Phœnicum, etc. (*f*). Huc usque ergo Holstenius rem acu tetigit, cum diceret, *Ego hoc nomen* (Βαλανίου) *pro numine accipio, et in eo latere* Beli *aut* Baal, *Solis existimo.*

Sed si dimidium vocis Βαλανίου sumamus, quo alterum spectabit dimidium? Holstenius id intactum relinquit.

Quod ad me attinet, inde facerem ΗΛΙΟΥ aut ΔΙΟΥ, et legerem ΒΑΑ ΗΛΙΟΥ aut ΒΑΑΑ ΔΙΟΥ. Utrumque præsenti materiæ convenit, et mutatio levis et naturalis est.

Si legamus ΒΑΑ ΗΛΙΟΥ, quam lectionem præfero, ultima vox erit Græcum adjunctum Epitheton, aut interpretatio primæ vocis *Syriacæ*, ut est in hoc loco *Malelæ* (*h*) ἱερὸν Σεράπιδος Ἡλίου, *templum Serapidis Solis.* Quibus addi potest quod in quibusdam marmoreis inscriptionibus (*i*) invenitur, licet alio ordine, ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ ΣΑΡΑΠΙΔΙ; et quod in aliis (*j*) pertinet ad Mithram, Persicum *Solis* nomen, ΗΛΙΩ ΜΙΘΡΑ. D

Aut si quis malit legere ΒΑΑΑ ΔΙΟΥ, id aliquibus auctoritatibus defendi potest. Nam certum est sub Romanis imperatoribus, postquam Severus coloniam Syriæ Heliopolim fecisset, ejus templum nomen *Jovis* habuisse, magni Romanorum dei, qui ei summos deos aliarum regionum assimulabant, et qui ante Aurelianum non videntur publicum cultum aut ad minimum templum *Solis* habuisse. Hinc est quod in diversis numismatibus *Severi*, *Caracallæ* et *Philippi*, patris et filii, posticam partem videamus pulchro templo ornatam, cum hac inscriptione COL. HEL. I. O. M. H. *Colonia Heliopolis*, JOVI (*k*) OPTIMO MAXIMO HELIOPOLITANO. Et propterea, Macrobius, lib. I, c. 23, probare volens *Jovem* et *Solem* eumdem esse deum, dicit *Syros*, et in primis *Heliopolitanos* deum suum vocare *Jovem Heliopolitanum*, qui nullum aliud numen erat quam *Sol. Assyrii quoque* Solem *sub nomine* Jovis, *quem* DIA HELIOPOLITEN *cognominant, maximis cæremoniis celebrant in civitate quæ* HELIOPOLIS *nuncupatur.* — *Vehitur enim simulacrum* DEI HELIOPOLITANI *ferculo, uti vehuntur, in pompa ludorum circensium, deorum simulacra.*

Idem prorsus nomen a quibusdam nuper in hunc locum iter facientibus in Latina inscriptione repertum est, in qua quidam Antonius dicitur JOVIS HELIOPOLITANI SACERDOS. Non hic multum temporis teram refutando Ducangii emendationem, qui legere vult ΒΕΛΕΝΙΟΥ, quoniam aliquæ inscriptiones habent deum *Belenum*, qui quibusdam scriptoribus habetur Apollo, et per consequens *Sol*, et, ut ille credit, Βέλις ab Herodiano (*l*) vocatur.

Sufficiet observasse hunc Belenum non Orientis, sed Occidentis esse deum, Gallis et præcipue urbi Aquileiæ proprium, in cujus vicinia multæ tales inscriptiones inveniebantur, huic *Beleno* aut *Belino* dedicatæ. Et de hac urbe Aquileia sermo est, cum Herodiani contextus, uti eum nunc habemus, hunc deum nominat ΒΕΑΙΝ, quod Salmasius (*m*) jure merito in ΒΕΑΙΝΟΝ mutavit; et hæc lectio merito probatur ab erudito episcopo Hadriensi, Philippo a Turre, in longa et pulchra dissertatione de deo *Belino* aut *Beleno* (*n*), quam si lector consulat, manifestius ei apparebit, Cangii opinionem nullo fundamento niti, et non mereri ut eam sequatur abbas Renaudotius (*o*): liquebit quoque, in communi Gentilium theologia et cultu, Apollinem deum plane diversum esse a Sole.

II. Jam alterum verbum in Chronico aggrediar, scilicet ΤΡΙΑΙΘΟΝ, quod tantum explicatione, et non correctione *Beineisii* indiget, qui pro eo ponit πολυθρύλλητον, quæ vox quam longissime a prima distat, et præterea tantum mera est repetitio præcedentis verbi περιβόητον, cum utrumque *celebre, fama notum* significat. Ita hic eruditus vir, non intelligens quomodo templum dici posset *triplici lapide constructum*, maluit Græco auctori insipidam tautologiam attribuere.

in Vaticanam Bibliothecam delati n. 1941. *Messanæ emi a Georgio Constantinop.* VI Kal. Octobris M. D. LI. Cujus notæ *Ducangius* sincerum apographum non habuit, nec plurimum locorum in ipso codice. Vide præf. N. 45.

(*b*) Var. Lect. l. I, c. 25.

(*c*) Cujus nomen Græci auctores scribunt Ὀνίας, non Υ̓νίας.

(*d*) Not. ad Steph. *De urbib.* p. 129, nullam tamen dans rationem cur eam improbet.

(*e*) *De B. J.* lib. VII, c. 10; *Antiq.* lib. XII, c. 15; lib. XIII, c. 3; lib. X, cap. 20: Νόμος δ' οὗτος Ἡλιουπολίτης καλεῖται.

(*f*) Licet media vocalis non ubique esset eadem, quibusdam pronuntiantibus *Babal*, aliis *Bel* aut *Bol*.

(*g*) Ita Chronicon id alibi scribit, et alii auctores.

(*h*) *Hist.* l. II, p. 46.

(*i*) Gruter. p. XXII, n. 10, 11; 1010, n. 11; Reines. *Inscript.* p. 243.

(*j*) Gruter. p. XXXIII, n. 9 *Inscr.* Bein. Cl. I, n. 292.

(*k*) Quocum convenit quoque *Aquila cum alis expansis*, frontispicio templi insculpta, ab omnibus itinerum scriptoribus descripta.

(*l*) Hist. lib. VIII, c. 3.

(*m*) Not. ad Capitol.

(*n*) In libr. *De monumentis vet. Antii*, p. 253-288.

(*o*) Mémoire de l'Acad. des belles-lettres, t. III, Hol. Edit. pag. 175.

Digitized by Google

æger perstitit : quem quidem, dum in circum Constantinopolitanum, spectaculorum inspiciendorum

να ἐμεινεν ἐπὶ πολὺν χρόνον νοσηλευόμενος, καὶ ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ Ἱππικὸν Κωνσταντινου-

DUCANGII NOTÆ.

Neque Holstenius meliorem ideam Græcæ vocis habuit, quamvis hanc secundam Reinesii emendationem eadem censura vexat ac primam. Suspicatur ita intelligi debere, ac si templum *triplici genere lapidum* exstructum esset, simulque auctori in laboris præmium alapam infligit; Τρίλιθος autem scriptori huic *idiotæ*, uti eum vocat Scaliger, forte dicitur ex tribus lapidum generibus constans.

Cangius, præ se ferens, nobis dare novam et proinde meliorem Latinam versionem Chronici, locum non intelligibilem reddidit, cum dicat templum factum ex *Trilitho marmore; templum ingens, et celeberrimum ex marmore Trilitho constructum.* Sine dubio lectores sibi obstrictos reddidisset, si notam addidisset ut nobis indicaret quale genus marmoris hoc *Trilithon* esset, et unde veniret.

Chilmeadius haud felicior fuit in Latina Malelæ versione, qui fere ad verbum eumdem locum habet, quem in Chronico legimus, excepta voce Βαλανίου, quam omisit, et verbum λεγόμενον, quod ante ΤΡΙΛΙΘΟΝ inseruit; nam etiam dicit de Theodosio (*p*), κατέλυσε δὲ καὶ τὸ Ἱερὸν Ἡλιουπόλεως τὸ μέγα καὶ περιβόητον τὸ λεγόμενον ΤΡΙΛΙΘΟΝ, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ Ἐκκλησίαν Χριστιανοῖς, etc., quod Chilmeadius ita Latine reddidit : *Quod vero Heliopoli erat, Trilithum vocatum, ingens illud et celebratissimum; templum quoque Damascenum, aliaque plurima, in ecclesias conversa, Christianis donavit.*

Ut brevissime confutem omnes has miseras versiones et emendationes, sciat modo lector, veram explicationem eruendam esse ope hodiernorum itinerum scriptorum, et in primis Maundrellii. Diligens hic et fide dignus theologus magnificas ruinas templi Balbeciani, sive Heliopoleos (*q*), describens, sequentia observatione digna verba habet :

« Templum est quadratum oblongum 32 cubitos (yards) latum, et 64 longum; quorum 18 occupabantur per πρόναον, sive vestibulum, quod jam sub ruinis jacet, cum columnæ, quæ id sustinebant, ruptæ sint. Corpus templi, quod nunc subsistit, magnifica porticu cingitur, et fulcitur columnis Corinthici ordinis, quarum diameter (*r*) est sex pedum et trium pollicum, altitudo earum est circiter 45 pedum; UNAQUÆQUE CONSISTIT TRIBUS LAPIDIBUS », etc. Hic videmus veram rationem, cur templum a regionis incolis vocatum sit *Trilithon* aut *trium lapidum.* Nam cum tam alte elevatum esset, ut triginta gradus requirerentur, antequam illud intrare possent, et foris illa magnifica porticu cinctum esset, spectatores cominus et eminus tantum has pulchras columnas, ex *tribus lapidibus* constantes, videbant. Et nihil præter hunc columnarum ordinem sive porticum hujus templi videmus in numismatibus, quæ nobis lateris tantum aspectum ostendunt.

Hinc ergo tantum, et non a compositione totius fabricæ, et omnibus partibus templi, Græci nomen ΤΡΙΛΙΘΟΝ desumpserunt, ut vocarunt ΚΙΟΝΑ ΜΟΝΟΛΙΘΟΝ illam celebrem columnam porphyream, Constantinopoli erectam, quoniam ex uno lapide constabat.

Verum est La Roquium dicere (*s*), *maximam partem harum columnarum tantum e duobus lapidibus constructam esse.* Sed, præterquam quod id tantum de maxima parte affirmet, dicere licet, quod, quamvis per duas hebdomadas Balbeci manserit, et ejus antiquitates ad lubitum visitaverit, et ideo plures notitias quam Maundrellius, qui ne integrum quidem diem ibi impendit, narret; tamen Maundrellii testimonium in hoc casu magis admittendum esse, quoniam a duobus Græcis auctoribus, supra laudatis, confirmatur, nempe Chronico et Malela : nam ut Maundrellii narratio explicat, quomodo eorum verba intelligi debeant, sic illi ab altera parte veritatem numeri in ejus narratione ostendunt; quoniam certo certius est, hunc auctorem notitiam non habuisse eorum, quæ de hac re scripserant, et plane eorum ΤΡΙΛΙΘΟΝ ignorasse.

Ne ideo Maundrellii diligentiam, exactitudinem et fidem Laroquii meritis præferamus (*t*); animadvertere licet. hujus auctoris errorem, dum ponit *duos lapides* loco *trium*, inde ortum habuisse, quod primum hanc observationem in schedulis suis per figuram numeri, et non verbis adnotaverit; sic post triginta et plures annos (*u*) cum observationes suas recenseret et in lucem ederet, fallebatur in numero, et ponebat 2 loco 3.

Ergo secure acquiescere possumus Maundrellii narrationi, tam bene suffultæ : et ex testimonio duorum Græcorum auctorum, cui accedit illius auctoritas, has duas conclusiones, ut duo demonstrata corollaria, efficere, quæ ea, quæ supra contra Reinesium in medium attuli, confirmabunt :

Primo, templum Heliopoleos, cujus mentio fit in Græco Chronico et Malela, idem esse atque illud, quod Maundrellius et alii Itinerum suorum scriptores Balbeci viderint, et non templum Oniæ in Ægypto;

Secundo, cum Balbecum prope montem Libanum, aut potius Antilibanum situm sit, in parte Syriæ quæ ante Cœle-Syria vocabatur, Heliopolis duorum Græcorum auctorum est eadem urbs quæ Balbecum, et non Heliopolis Ægypti.

Circa hoc ultimum caput plures alios auctores adducere possem, qui demonstrant, vel saltem affirmant, *Heliopolin* et *Balbecum* esse duo diversa nomina ejusdem urbis in Syria. Sed hoc fortasse nimis tædiosum esset, et hic inutile.

III. Ideo unicum tantum Josephi locum addam, in quo Heliopolis in illa parte montis locatur, quæ in Cœle-Syria est, et opposita alteri parti, Damascum respicienti, et sic exacte situi Balbeci, ut ab hodiernis auctoribus et itinerum scriptoribus describitur, responderet. Hoc eo libentius facio, quia indigemus emendatione ejus loci Josephi, qui invenitur in ejus narratione de Pompeji itinere per Cœle-Syriam Damascum (*v*) : ubi postquam dixerat, Pom-

(*p*) Hist. lib. XIII, p. 11, 39

(*q*) Journey from Aleppo to Jerusalem, p. 136. 2 edit. anno 1721.

(*r*) Perspicuum est auctorem loqui de *ambitu* et non de *geometrico diametro*, qui, cum proportione ad *ambitum* sit circiter ut 1 ad 3, has columnas prodigiosæ crassitiei faceret, scil. plus quam octodecim pedum, contra omnes regulas, et ipsam longitudinem hujus templi, designatam ab auctore, cum *intercolumniis* aut distantia earum inter se. Et tamen eadem hallucinatio animadvertitur in descriptione *Laroquii*, licet cum ostentatione propriis architecturæ verbis utatur : *Toutes ces colomnes ensemble, dont la hauteur est de 52 pieds, et le diamètre de six*, etc. *Voyage de Syrie*, t. I, p. 109, Hol. Edit.

(*s*) *Voyage de Syrie*, t. I, p. 119.

(*t*) Licet multa exempla parvæ diligentiæ adducere possem, etc.

(*u*) *Balbeci erat* mense *Novembr.* an. 1689, et librum in lucem edebat an. 1722. dedicationem 20 Januarii ejus anni notans.

(*v*) *Antiq.* l. XIV, c. 5, vel 3, n. 2. Amst. edit quod caput sic incipit : Μετ' οὐ πολὺ δὲ Πομπήιου εἰς Δαμασκὸν ἀφικομένου, καὶ κοίλην Συρίαν ἐπιόντος, etc, id est *paulo post, Pompejo versus Damascum tendente, et Cœle-Syrium visitante, legati ad eum venerunt*, etc. Et tamen Hudsonius, versionem Gelenii sequens, id sic vertit : *Non autem multo post, cum Pompejus Damascum venisset et Cœlen-Syriam obiret :* ac si Pompejus Damascum jam intrasset, quamvis Josephus ejus adventum tunc demum narret, cum Cœle-Syriam visitaverit, et montem superaverit: Hudsonius antea, c. 2, n. 3, recte verterat ἀφικόμενος εἰς Δαμασκὸν, *Damascum profectus.*

Digitized by Google

πόλεως θεωρῆσαι διὰ τοῦ Κοχλίου κατὰ τὴν θύραν τοῦ λεγομένου Δεκίμου (47-49) παρεσκεύασεν αὐτὸν Ἰουστῖνα ἡ μητρυιὰ αὐτοῦ ὡς Χριστιανὸν ὄντα σφαγῆναι· ἦν γὰρ ἐκείνη Ἀρειανή.

Ἰνδ. θ'. γ'. ὑπ. Συαγρίου (50) καὶ Εὐχερίου.

Τῷ τριακοσιοστῷ (51) πεντηκοστῷ πρώτῳ ἔτει τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, συνηθροίσθη σύνοδος ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων ρν' ἐν Κωνσταντινουπόλει. Καὶ αὐτοὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας ἐκραταίωσαν σύμβολον, καταβαλόντες[58] Μακεδόνιον[59], καὶ αὐτὸν ὁμοίως ἀρειοθολωθέντα[60] τὴν διάνοιαν, ὃς[61]

A gratia, per Cochleam conscenderet, versus portam, quam Decimi vocant, Justina noverca, ut pote Catholicum, per insidias occidi curavit, cum ipsa esset Ariana.

A. C. [Ol. Iph.]

381. (A. a M. C. 3889.) III. Ind. IX.
Syagrio et Eucherio coss. 1. 290.

Trecentesimo quinquagesimo primo anno Christi in cœlum assumpti, coacta est synodus Constantinopoli CL beatorum Patrum. Atque ii orthodoxiæ Symbolum confirmarunt, damnato Macedonio, qui mente sua Ariana hæresi infecta, incom-

DUCANGII NOTÆ.

pejum arcem *Apamiæ* diruisse, et *Lysiæ* munimentum solo æquavisse, addit: Διελθὼν δὲ τὰς πόλεις τήν τε Ἡλιόπολιν καὶ τὴν Χαλκίδα, καὶ τὸ διεῖργον ὄρος ὑπερβαλὼν τὴν κοίλην προσαγορευομένην Συρίαν, ἀπὸ τῆς ΠΕΛΛΗΣ, εἰς Δαμασκὸν ἦκεν.

Omnia bene se habent, excepta voce *Pella*, Πέλλης. Nam hæc urbs ab altera parte montis erat, inferius versus Judæam, in via quæ Damasco ad Jordanem ducit, in regione vocata Decapolitana; et sic longe remota a via Heliopoli Damascum ferente. Neque Pompejus Pellam proficiscebatur, antequam Damasco Hierosolyma tenderet, ut Josephus in sequentibus narrat.

Et tamen vox Pella in omnibus Josephi editionibus est, excepta antiqua Latina versione, cujus auctor præterea Græcorum textum perfecte non intellexit, et apud quem Pompejus Cœle-Syriam tum demum intrat, cum montem jam superasset (*x*). Hudsonii versio aliquantulum melior est, et Gelenii longe superat: *Cumque* (inquit) *urbes Heliopolim et Chalcida pertransisset, et montem superasset Cœle-Syriam, ut appellatur, disterminantem, a Pella Damascum se contulit.*

Ex quibus apparet, Hudsonium bene animadvertere, quod secundum Josephum Heliopolis in una parte illius montis esset, et Damascus in altera, itemque quod mons Cœle-Syriam separaret. Sed a qua re hic mons tunc separat Cœle-Syriam? Hoc in Josephi contextu, uti nunc eum habemus, non dicitur, et tamen dici deberet, et requiritur per verbum διεῖργον, post quod præpositio ἀπὸ sequi deberet et cum hoc verbum in Græco contextu sit, ut eum habemus, editores nostri debuissent suspicionem habere, aliam vocem loco ΠΕΛΛΗΣ requiri.

Hoc, puto, manifestum est, et proinde mihi æque perspicuum videtur verbum omissum esse ἄλλης, id est *alteram* sive *supremam Syriam*. Ideoque sic construo hæc verba: Ὑπερβαλὼν ὄρος τὸ διεῖργον τὴν κοίλην Συρίαν ἀπὸ τῆς ΑΛΛΗΣ, εἰς Δαμασκὸν ἦκεν: *Et Pompejus, montem superans, qui separat vel dividit Cœle-Syriam ab alia* Syria *venit Damascum.*

Nemo hic minimam difficultatem objiciet, considerans quid dixerim, et præterea Josephum ipsum paulo post (n. 4) uti hoc ipso verbo cum voce *Syria*; Ἔκ τε Δαμασκοῦ καὶ τῆς ἄλλης Συρίας, etc. quod Hudsonius non tam bene vertit, ac deberet, loco *a Damasco alteraque Syria* ponens *a Damasco reliquaque Syria*. Hic locus ostendit Josephum locantem *Damascum* in *altera Syria* sive *superiori*,

B primo loco intelligere debuisse, montem, quem superabat Pompejus, cum Damascum proficisceretur, dividere *inferiorem* sive *Cœle-Syriam* ab *altera* sive *superiori Syria*.

Ut hoc confirmetur, quæso lectores observent, Philonem (*y*) quoque eodem sensu uti voce ἄλλην, cum has duas Syrias distinguat, Legat. ad Cai., p. m. 798, c. Συρίαν τήν τε ἄλλην, καὶ τὴν κοίλην προσαγορευομένην, etc.

Nisi summopere fallar, hoc sufficiet ad defendendam meam emendationem, et illustrandum Josephi locum. Sed præterea omittere non debeo confirmationem magni momenti, quam in ultima Josephi editione inveni. Nam cum inquirerem, num aliquis codex non haberet eamdem lectionem quam excogitaveram, licet eam ibi nullo loco indagarem, neque in hisce, quos ipse consulueram, videbam tamen in codice Gallici regis scriptum esse τῆς Τήλλης, quæ, licet vera lectio non sit, tamen ostendit varietatem, et vocem Πέλλης hic non quadrare.

C Cum longior in his observationibus fuerim quam initio credideram, hic duas alias observationes non addam, quibus mens erat primo probare, contra aliquos antiquarios, Heliopolin factam Romanam coloniam sub Severo, et non sub Julio Cæsare aut Augusto et secundo ostendere; *Balbecum* aut vocem appropinquantem antiquissimum ejus urbis fuisse nomen, quod adhuc a Syris retinebatur, non minus quam antiqua nomina plurium aliarum urbium, licet Græci nomen mutassent. [*JJ. MM.*]

(47) *Καὶ ἐποίησεν Ἐκκλησίαν Χριστιανῶν.* Exempla alia templorum paganorum in Christianorum ecclesias conversorum præ cæteris habent idem Chron. an. VIII Zenonis, Epiphanius, ubi de Adriano, seu templo Adriani imp. Alexandriæ in ædem sacram converso a Constantino imp. de nomine Gregorii Meletiani appellato, Procopius, lib. I *De bello Pers.*, cap. 17; Evagrius, lib. I, cap. 16; Theophanes anno XII Justini, etc., ut paulo recentiores omittam. Sed de hoc more consulendus in primis D Avitus Viennensis epist. 6, et ad eam Sirmondus.

(48) *Τὸ ς'.* Fasti omnes v. In aliquot Legib. Cod. Theod. legitur hoc anno: *P. C. Ausonii et Olybrii.*

(49) *Τοῦ Δεκίμου.* Sic infra in Zenone. Vide *Constantinopolim Christ.* lib. II, sect. 1, n. 5.

(50) *Συαγρίου.* Ita Victorius, et Fasti alii: at Fasti Vossiani, Marcellinus comes et Prosper edit. Pontaci, loco *Syagrii*, *Evagrium* legunt. Vide Pagium in Dissert. Hypat. in proleg., n. 27.

(51) *Τὸ τριακοσιοστῷ*, etc. Ex veterum scilicet

(*x*) *Cumque civitates Heliopolim et Chalcidem transisset, in medio positum montem ascendit, et ad inferiorem Syriam Damascumque pervenit.*

(*y*) Confer cum istis Strab. lib. XIV, p. 462, de *Solis* urbe Ciliciæ secundæ τῆς ἄλλης Κιλικίας ἀρχὴ, etc.

VARIÆ LECTIONES.

[58] καταλαβόντες R, alterum in m ponens. [59] τὸν Μακεδόνιον P. [60] ἀρείῳ θολενθέντα m. R, Ἀρειωθολωθέντα PV. [61] ὃς om. V, addidit Raderus.

Digitized by Google

A. C. [Ol. Iph.]

prehensum et invisibilem Spiritum sanctum cum Patre et Filio cœternum in tempore creatum, impie non dubitavit asserere.

382. IV. Ind. X. Antonino et Syagrio II coss. 2.

383. V. Ind. XI. Merobaude et Saturnino coss. 3.

His coss. Arcadius Constantinopoli a patre suo Theodosio Augusto in Tribunali Hebdomi renuntiatus est Augustus, mense Audinæo, ex a. d. XIII Kalend. Februarias.

Eodem etiam anno, illatum est Constantinopolim Constantiæ, Constantini filiæ, corpus, mense Gorpiæo, pridie Kal. Septembres: ac deinde depositum mense Apellæo, Kalendis Decembribus.

CCXCI Olympias.

384. VI. Ind. XII. Rechomere et Clearcho coss. 4.

His coss. Persarum legatus urbem est ingressus. Eodemque anno natus est Honorius, Arcadii Germanus frater, mense Gorpiæo, ex a. d. V Id. Septembr.

385. VII. Ind. XIII. Arcadio Augusto et Bautone coss. 1. 291.

Theodosius Augustus ante imperium conjugem habuit Gallam, Valentiniani Magni filiam. Ex hac filiam suscepit matri cognominem Gallam, quæ et Placidia appellata est. Illa vero Constantinopolim cum patre profecta, domum Placidiæ dictam condidit.

τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συναϊδιότητος τὸ ἀκατάληπτον καὶ ἀόρατον κτιστὸν ὑπὸ χρόνον τάττειν ὁ δυσσεβὴς οὐ κατενάρκησεν.

Ἰνδ. ι'. δ'. ὑπ. Ἀντωνίνου (52) καὶ Συαγρίου τὸ β'.

Ἰνδ. ια'. ε'. ὑπ. Μεροβαύδου[62] (53) καὶ Σατορνίνου.

Ἐπὶ τούτων (54) τῶν ὑπάτων Ἀρκάδιος Αὐγουστος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ τριδουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου (55) ὑπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θεοδοσίου τοῦ Αὐγούστου ἀνηγορεύθη μηνὶ Αὐδυναίῳ πρὸ ιδ'[63] Καλανδῶν Φεβρουαρίων.

Καὶ αὐτῷ τῷ[64] ἔτει εἰσῆλθεν τὸ σκήνωμα Κωνσταντίας τῆς θυγατρὸς Κωνσταντίνου Αὐγούστου ἐν Κωνσταντινουπόλει μηνὶ Γορπιαίῳ[65] πρὸ μιᾶς Καλανδῶν[66] Σεπτεμβρίων, καὶ κατετέθη μηνὶ Ἀπελλαίῳ[67] Καλανδαῖς (56) Δεκεμβρίαις[68].

σϟα' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ιβ'. ς'. ὑπ. Ῥηχομήρου (57) καὶ Κλεάρχου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθε πρεσβευτὴς Περσῶν. Καὶ αὐτῷ τῷ ἔτει ἐγεννήθη Ὀνώριος (58) ἀδελφὸς γνήσιος Ἀρκαδίου Αὐγούστου μηνὶ Γορπιαίῳ πρὸ ε' Ἰδῶν Σεπτεμβρίων.

Ἰνδ. ιγ'. ζ'. ὑπ. Ἀρκαδίου Αὐγούστου καὶ Βαύτονος (59).

Θεοδόσιος ὁ Αὔγουστος ἔσχεν πρώτην γυναῖκα (60) πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ Γάλλαν τὴν θυγατέρα Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ μεγάλου. Ἐκ ταύτης ἔσχεν θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρὶ Γάλλαν, ἣν[69] καὶ Πλακιδίαν ἐκάλεσεν[70]· ἑκάτεραι δὲ ἦσαν Ἀρειαναί· καὶ Πλακιδία (61) **305** εἰσελθοῦσα ἐν Κωνσταντινουπόλει μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Θεοδοσίου κτίζει τὸν οἶκον τῶν Πλακιδίας[71].

DUCANGII NOTÆ.

Patrum sententia, qui Christum XXX ætatis anno passum censebant, ut non semel apud hunc scriptorem observare est. Vide Grandamic. parte III *Chronol. Christ.*, p. 118.

(52) *Ἀντωνίνου.* Ita editio Scaligeri, Fasti Vossiani, Paschasinus episcopus Lilybitanus in Epist. ad S. Leonem, et Victorius. At Marcellinus comes, Idatius, Prosper, Senator, Latercul. Paschalis, et Cod. Theod. Ἀντωνίου. Quædam vero leges ejusdem codicis P. C. *Syagrii et Eucherii* habent. Syagrio vero notam iterati consulatus addit Chronicon, cum absit in Fastis omnibus, et in Cod. Theod. quasi idem fuerit Syagrius iste cum proximo. Verum is qui cum Antonio consulatum gessit, *Afranius Syagrius* vocabatur, ut auctor est Sidonius, lib. I, epist. 7, ubi consulendus Sirmondus.

(53) *Μεροβαύδου.* Fasti Vossiani, Idatius, Senator, et Cod. Theod, *Merobaude* II *et Saturnino*. Latercul. Paschal, *Saturnino et Syagrio.*

(54) *Ἐπὶ τούτων*, etc. Socrat., lib. V, cap. 10; Sozomen., lib. VII, cap. 12; Marcellin, Prosper, Idat., etc.

(55) *Ἐν τῷ τριδ. τοῦ Ἑβδόμου.* Marcellinus, VII *ab urbe milliario.* Vide Disceptat. nostram de Hebdomo, n. 8.

(56) *Καλανδαῖς.* Scr. Καλάνδαις.

(57) *Ῥηχομήρου.* Qui *Ricomeres*, Idatio: *Richomeres*, Ammiano Marcellino, et aliis: *Recimer*, Prospero, Senatori, etc. *Richimer*, Gregorio Turon. dicitur. Vide Socrat., lib. V, cap. 11.

(58) *Ὀνώριος.* Ita Socrates loco proxime laudato, Marcellinus comes, et Idatius.

(59) *Βαύτονος.* Holsten., Βαύδωνος.

(60) *Πρώτην γυναῖκα.* Imo secundam · adepto enim imperio, et anno post exstinctam Flaccillam priorem uxorem, Gallam Placidiam Valentiniani filiam uxorem duxit Theodosius. Marcellinus comes: *Galla Theodosii regis altera uxor his coss. Constantinopolim venit.* Vide *Famil. Byzant.*

(61) *Οἶκον Πλακιδίας.* Constantinopolis Christ. lib. III, sect. 6, n. 1.

VARIÆ LECTIONES.

[62] Μεροβούλου, m. R. Μερωβάνδου R. [63] ιδ'. ιγ' P sola. [64] αὐτῷ τῷ. τῷ αὐτῷ P. [65] Γορπιαίῳ μηνὶ P. λόῳ m. R. [66] Καλανδῶν. Ἰδῶν vel Νωνῶν Clintonus, *Fast.*, vol. II, pag. 361. V, ad pag. 501 D. [67] Ἀπηλλαίῳ PV, Ἀπηλαίου m. R. [68] Σεπτεμβρίαις m. R. [69] ἣν. τὴν P. [70] ἐκάλεσεν — Πλακιδία om. P. [71] τῶν Πλακιδίας. τὸν Πλακιδίας PV.

Digitized by Google

A

Ἔσχεν δὲ δευτέραν (62) γαμετὴν Θεοδόσιος Φλάκκιλλαν[73] ὀρθόδοξον, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἀρκάδιον καὶ Ὀνώριον. Καὶ αὕτη[73] Φλάκκιλλα κτίζει Φλακκιλλιανὸν (63) τὸ παλάτιον.

Ἰνδ. ιδ'. η'. ὑπ. Ὀνωρίου Καίσαρος (64) καὶ Εὐοδίου.

Ἰνδ. ιε'. θ'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ τὸ δ' (65) καὶ Εὐτροπίου.

σιβ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. α'. ι'. ὑπ. Θεοδοσίου Αὐγούστου τὸ β' καὶ Κυνηγίου.

Ἰνδ. β'. ια'. ὑπ. Τιμασίου καὶ Προμώτου.

B

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων εἰσῆλθεν Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ὀνωρίου, καὶ ἔστεψεν (66) αὐτὸν ἐκεῖ εἰς βασιλέα. Καὶ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ Ὀνώριος ἔτη ιδ'[74].

Ἰνδ. γ'. ιβ'. ὑπ. Οὐαλεντινιανοῦ τὸ δ'[75] καὶ Νεωτερίου[76] (67).

Ἰνδ. δ'. ιγ'. ὑπ. Τατιανοῦ καὶ Συμμάχου.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Θεοδόσιος Αὔγουστος εὑρὼν τὴν κεφαλὴν (68) τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Βαπτι-

A. C. [Ol. Ipm.]

Habuit et Theodosius alteram conjugem Flaccillam orthodoxam, ex qua suscepit Arcadium et Honorium. Ipsa autem Flaccilla Palatium Flaccillianum ædificavit.

386. (A. a M. C. 5894.) VIII. Ind. XIV. Honorio et Cæsare Evodio coss. 2.

387. IX. Ind. XV. Valentiniano IV et Eutropio coss. 3.

CCXCII Olympias.

388. X. Ind. I. Theodosio Augusto II et Cynegio coss. 4.

389. XI. Ind. II. Timasio et Promoto coss. 1. 292.

B

His coss. Theodosius imperator Romam venit cum filio Honorio, hicque eum in imperatorem coronavit. Honorius vero Romæ imperavit annos XIV.

390. XII. Ind. III. Valentiniano IV et Neoterino coss. 2.

391. XIII. Ind. IV. Tatiano et Symmacho coss. 3.

His coss. Theodosius Augustus cum sancti Joannis Baptistæ caput apud quam-

DUCANGII NOTÆ.

(62) *Δευτέραν.* Leg. Προτέραν. Fuit enim, ut dixi, Flaccilla prima Theodosii uxor.

(63) *Κτίζει Φλακκιλλιανόν.* Constantinop. Chr. lib. II, sec. 5, n. 3.

(64) *Καίσαρος.* Ita Marcellinus. Idatius, *Nobilissimo.* Cod. Theod. NB. P. id est *Nobilissimo puero*, quæ idem sonant.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγη Οὐαλεντινιανὸς Αὔγουστος B ἐν Ῥώμῃ μέσον δύο δαφνῶν (34), καὶ ἐπήρθη βασιλεὺς Μάξιμος (35), καὶ ἐσφάγη καὶ αὐτὸς τῷ αὐτῷ ἔτει. Καὶ εἰσῆλθεν Ζινζίριχος βασιλεὺς τῶν Ἄφρων

DUCANGII NOTÆ.

hanc factam inventionem aiunt anno Syromacedonum DCCLXIII, indict. VI, imperantibus Valentiniano et Marciano, atque adeo Antiochenorum DI anno, ut subdit idem scriptor Chronici. Cum porro Syromacedonum epocha vulgarem Christi epocham CCCXII annis præcedat, illaque Kal. Octobris ineat, sequitur annum DCCLXIII incidere in mensem Octobrem anni Christi vulgaris CDLI, mense vero Februario sequenti in annum Dionysianum CDLII, quo Pascha exstitit XXIII Martii, ac proinde media jejuniorum septimana cœpit feria 4, die XVIII mensis Februarii, qui eo anno XXIX dies habuit ob bissextum, desinebatque in Dominicam sequentem, XXIV ejusdem mensis. C Quæ quidem quadrant omnino cum Marcelli narratione, scribentis Uranium episcopum caput sancti Joannis Baptistæ ex loco ubi inventum fuerat, in secretarium attulisse die Dominica XXIV ejusdem Februarii mensis. Alia quippe fuit media Quadragesimæ septimana apud Græcos, ab ea quam Latini *Medianam* vocant, cum apud Græcos illa sit quæ Medianam Latinorum præcedit. Quadragesimam quippe ii auspicantur a feria II Sexagesimæ, ita ut revera VIII septimanis illa constet, quarum quarta Dominica mediam Quadragesimæ conficit, quæ ideo μέση τῶν νηστειῶν et μεσονήστιμος appellatur. Nam apud eosdem Græcos, ut recte observat Allatius, quævis septimana nomen accipit a sequenti Dominica : quod etiam firmatur ex Kalendario Æthiopico apud Scaligerum, in quo media Quadragesima ad diem XXVII refertur, qui *Mons Oliveti*, ex Evangelio diei appellatur. Ex quibus omnino conficitur hanc inventionem contigisse anno Christi Dionysiano CDLII, non vero sequenti, ut velle videntur Marcellinus comes et auctor Chronici paschalis. Nec refert quod hæc inventio ad indictionem VI, a Marcellino et auctore Chronici referatur : id enim intelligendum de translatione ejusdem capitis sancti Joannis ex secretario, ubi primum depositum fuerat, in monasterium Spelæi appellatum, ac postea ædificatum, quam factam fuisse XXVI mensis Octobris, indict. VI, anno (Syromacedonum) DCCLXIII, recte scribit auctor narrationis istius inventionis, a nobis olim editus. Quippe temporis plerique characteres quadrant in annum CDLII. Nam indictio VI, mense Octobri, hoc anno exstitit, et annus Syromacedonum DCCLXIII hoc ipso mense initium sumpsit. Quadrat etiam (quidquid dicat Scaliger in Canonib. isagogicis, pag. 301) annus Antiochenus DI, qui inibat a mense Maio. At in anno a sancti Joannis Baptistæ cæde, quæ contigit anno Christi XXXI, Augusti XXIX, ad annum quo illius caput inventum volunt, mense Februario anno DLIII, putat auctor Chronici annos CDXXV, quibus si addantur XXXI, fiunt anni CDLVI, manifesto errore. Proinde ut hic characterismus cum cæteris quadret, pro υκε' legendum υκα' prona emendatione, ut fiat annus CDLII, mense scilicet Octobri. Quod vero Marcellino comiti et auctori Chronici paschalis hallucinationis occasionem præbuit, id fuit, quod inventionem capitis sancti Joannis Baptistæ cum illius translatione in monasterium Spelæi confuderint, cum inventio facta revera fuerit anno CDLII, Februarii XVIII ; in secretario vero depositio XXIV ejusdem mensis, interim dum ecclesia in qua deponeretur, esset ædificata, quod demum anno proximo contigit sub mensem Octobrem.

(29) *Ἀντιοχέων φα'*. Ad hunc locum consulendus præter Scaligerum loco laudato, Petavius, lib. X *De doctr. temp.*, pag. 266.

(30) *Ἀφ' οὗ ἀπετμήθη*. Emendat Anton. Allenus, ἐφ' οὗ, ἐπεὶ ἐτμήθη, *quo postquam capite truncatus est.*

(31) *Βασιλεύοντος Ἀνθημίου*. Atqui hoc anno nondum imperabat Anthemius : sed anno proximo consul duntaxat fuit.

(32) *Οἶκος τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ. Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 5, n. 35.

(33) *Ἀνθημίου*. Scaligeri editio, Ἀνθήμου, ut D paulo ante.

(34) *Μέσον τῶν δύο δαφνῶν. In Campo Martio* interemptum Valentinianum III scribunt Victor Tunnunensis, Senator, etc. *In Campo Martio, cum pro tribunali residens, concionaretur ad populum*, Renatus Frigeridus apud Gregor. Turon., lib. II *Hist.* cap. 8, *Extra urbem ludo gestationis intentum*, Idatius : *In palatio*, Theophanes, Cedrenus, Symeon Logoth. et Zonaras. Duas vero istas lauros nemo ex iis attigit.

(35) *Βασιλεὺς Μάξιμος*. Vide Sirmond. ad Sidon. lib. II, epist. 13.

VARIÆ LECTIONES.

[17] ψξγ'. ψχδ' Scaliger, pag. 290. Conf. Clinton. *Fast.*, vol. II, pag. 569. [18] Ἐμεσίων P, Ἐμεσινῶν V. [19] Βορα·δίου. Vide pag. 525 D. [20] λεγόμενον P. [21] τῷ Ἀποστολίῳ V. [22] Ἀνθημίου P.

Digitized by Google

εἰς Ῥώμην, καὶ παρέλαβεν Εὐδοξίαν τὴν γυναῖκα Οὐαλεντινιανοῦ καὶ τὰς δύο αὐτῆς θυγατέρας, Πλακιδίαν καὶ Ὀνωρίαν (36), ἃς μετ' ὀλίγον ἀγοράζει ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας Λέων ὁ βασιλεύς. Τὴν δὲ Ὀνωρίαν νύμφην ἐκράτησεν Ζινζίριχος [22] (37) εἰς Ὀνάριχον υἱὸν αὐτοῦ.

A.C. [Ol. Iph.]

A est Gensericus Afrorum rex, uxoremque Valentiniani Eudoxiam, et filias illius duas, Placidiam et Honoriam, secum abduxit, quas paulo post Leo imperator ex captivitate redemit. Honoriam vero retinuit Gensericus pro filio suo Honoricho.

τθ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. θ'. ς'. ὑπ. Οὐαρανῆ (38) καὶ Ἰωάννου.

CCCIX Olympias.

456. VI. Ind. IX. Varane et Joanne coss.

Ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς ἐφίλει τὸ Βένετον μέρος (39) οὐ μόνον ἐν Κωνσταντινουπόλει (40), ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ. Ὡς ταραχῆς γενομένης ὑπὸ τῶν τοῦ Πρασίνου μέρους, διάταξιν αὐτοῦ θείαν ἐξεφώνησεν μὴ πολιτεύεσθαι Πρασίνους μήτε στρατεύεσθαι ἐπὶ ἔτη γ'.

Marcianus imperator Venetæ factioni favebat, non Constantinopoli duntaxat, sed et ubique. Is tumultu a Prasina factione excitato, sacram suam jussionem emisit, qua Prasini a publicis muneribus et a militia ad triennium arcebantur.

B

Ἰνδ. ι'. ζ'. ὑπ. Κωνσταντίνου καὶ Ῥούφου.

457. VII. Ind. X. Constantino et Rufo coss. 1. 309.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν Μαρκιανὸς Αὔγουστος, ὢν ἐτῶν ξε'. Καὶ ἐπήρθη Λέων (41) ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζ' Ἰδῶν Φεβρουαρίων, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ιϛ'.

Ὁμοῦ ,ϵϡπβ'.

His coss. obiit Marcianus Augustus, annos tum natus LXV, levatusque est imperator ab exercitu Leo Magnus, mense Peritio, ex a. d. VII Idus Februarias, et imperavit annos XVI. Colliguntur anni V. MDCCCCLXXXII.

μγ' [24] ἐβασίλευσε Ῥωμαίων Λέων ἔτη ιϛ'.

Ὁμοῦ ,ϵϡπβ'.

XLIII imperavit Romanis Leo annos XVI. Colliguntur anni V. MDCCCCLXXXII.

Ἰνδ. ια'. α'. ὑπ. Λέοντος (42) Αὐγούστου καὶ Μαϊουρίνου [25].

458. I. Ind. XI. Leone Augusto et Majoriano coss. 2.

Ἰνδ. ιβ'. β'. ὑπ. Ῥεκιμέρου (43) καὶ Πατρικίου.

459. II. Ind. XII. Recimere et Patricio coss. 3.

C

321 Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων προήχθη ἔπαρχος πόλεως Θεοδόσιος · καὶ ἔκτισεν τὸ [26] Αὐγουσταῖον (44) ἐκ πλαγίων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας.

His coss. processit præfectus urbi Theodosius, condiditque Augustæum ad latus Magnæ ecclesiæ.

DUCANGII NOTÆ.

(36) *Καὶ Ὀνωρίαν.* Solus auctor Chronici Honoriam vocat, quam alii *Eudociam*, vel *Eudoxiam* : adeo ut binominem fuisse liceat existimare. Vide *Famil. Byzant.*, p. 74.

(37) *Ζινζίριχος.* Theophanes, Cedrenus, Zonaras, Glycas, Manasses, etc. Γιζέριχον vocant : Γεζέριχον Damascius in Vita Isidori.

(38) *Οὐαρανῆ.* Ita Marius Aventic. Scaligeri editio, Οὐαράνου· Fasti Vossiani, Βαρανοῦ· Senator, *Joanne et Varari* : sed legendum *Varane*, ut apud Marcellinum et Victorem Tunn., tametsi ita præferat ejusdem Senatoris cod. Colbert. ms. præclaræ antiquitatis. Idatius vero hoc anno habet, *Avito Aug. cos.* de cujus consulatu consulendus Sirmondus ad Sidon. in Panegyrico ejusdem Aviti.

(39) *Ἐφίλει τὸ Βένετον μέρος.* Ut Caracalla apud Xiphilinum, Justinianus apud Procopium, lib. II *Pers.*, cap. 11, et Evagrium, lib. IV, cap. 32 : Focas apud Theophan., an. VII, et in Chronico paschali an. I Focæ, et an. XIII Heraclii : quo etiam spectant quæ habet idem Theophanes anno IV Justini Jun. Caligula vero Prasinis, apud Dionem, lib. LVII, et Xiphilinum : Nero apud Suetonium, cap. 22. Verus apud Capitolinum, Commodus et Elagabalus apud eumdem Xiphilinum favisse dicuntur : Chosroes apud eumdem Procopium loco laudato, quod Justinianum Venetæ factioni favere accepisset, ipse Prasinæ favit. Denique Justinus Junior, cujus hæc vox in circo tumultuantibus factionibus, ad Venetos, ὁ Ἰουστινιανὸς ἐτελεύτησε, et ad Prasinos, ὑμῖν βασιλεὺς ζῇ, ut est in Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem. Sed de ejusmodi factionum fautoribus copiose egit Cæsar Bulingerus, lib. *De Circo*, cap. 46.

(40) *Κωνσταντίνου.* De quo Priscus : Κωνσταντῖνος τρίτον μὲν τὴν ὑπάρχων λαχὼν ἀρχήν, πρὸς δὲ τῇ ὑπατικῇ ἀξίᾳ, καὶ τῆς πατρικιότητος λαχὼν ἀρχήν.

(41) *Λέων.* Cogn. *Magnus*, et Μακέλλης, ob cæsum Asparem : quomodo Julius Capitolinus Macrinum imperatorem ait a servis suis, non *Macrinum* dictum, sed *Macellinum*, quod *macelli specie domus ejus cruentaretur sanguine vernularum.*

(42) *Λέοντος*, etc. Ita Marcellinus, Senator, etc. Victor Tunnunensis Leonem Augustum consulem solum habet : Idatius ex cod. ms. perperam hos coss. in sequentem annum rejicit.

(43) *Ῥεκιμέρου. Patricio et Ricimero*, seu *Recimere coss.* apud Marcellin., Victorem Tunnunensem, Victorium, Senatorem, etc. Fasti Idatii mss. *Rechemero, et qui de Oriente.* Is fuit Patricius Asparis filius.

(44) *Αὐγουσταῖον. Constantinopol. Christ.* lib. III, sect. 23.

VARIÆ LECTIONES.

[22] ὁ Ζινζίριχος P. [24] μγ' — ,ϵϡπβ' om. V. [25] Μαιωριανοῦ P. [26] τὸν P.

Digitized by Google

A.C. [Ol. Iph.] A

Eodem anno, cœpit Aspar magister militum condere magnam cisternam, juxta antiquum urbis murum.

Τούτῳ δὲ τῷ [37] ἐνιαυτῷ ἦρξατο Ἄσπαρ ὁ στρατηλάτης κτίζειν τὴν μεγίστην κιστέρναν (45) πλησίον τοῦ παλαιοῦ τείχους (46).

CCCX. Olympias.

τι' Ὀλυμπιάς.

460. (A. a M. C. 5968) III. Ind. XIII. Apollonio et Magno coss. 4.

Ἰνδ. ιγ'. γ'. ὑπ. Ἀπολλωνίου (47) καὶ Μάγνου.

461. IV. Ind. XIV. Dagalaipho et Severiano coss. 1. 310.

Ἰνδ. ιδ'. δ'. ὑπ. Δαγαλαΐφου καὶ Σευηριανοῦ (48).

462. V. Ind. XV. Leone Augusto II et Serpentino coss 2.

Ἰνδ. ιε'. ε'. ὑπ. Λέοντος Αὐγούστου τὸ β' καὶ Σερπεντίου [38] (49).

463. VI. Ind. I. Viviano et Basilio coss. 3.

Ἰνδ. α'. ς'. ὑπ. Βιβιανοῦ (50) καὶ Βασιλείου.

His ipsis coss. ingens adeo exstitit in urbe panis penuria, ut unicus tribus follibus venderetur.

Ἐπὶ τούτων τῶν [39] ὑπάτων λεῖψις γέγονεν τοῦ ἄρτου, ὥστε πραθῆναι τὸν ἕνα ἄρτον φόλεων τριῶν.

B

CCCXI Olympias.

τια' Ὀλυμπιάς.

464. VII. Ind. II. Rusticio et Olybrio coss. 4.

Ἰνδ. β'. ζ'. ὑπ. Ῥουστικίου (51) καὶ Ὀλυβρίου.

Hoc anno, e vita excessit sanctus Symeon stylites, cum Ardaburius patricius, Asparis magistri militum filius, tum comes esset Orientis. Et clamantibus ac petentibus civibus Antiochenis corpus viri istius justi, misit Ardaburius Gotthicum præsidium, illudque detulit Antiochiam magnam, ubi conditum est illius martyrium, ædes amplissima.

Τούτῳ τῷ ἔτει τελευτᾷ ὁ ἅγιος Συμεὼν ὁ στηλίτης [40], ὄντος τότε κόμητος Ἀνατολῆς Ἀρδαβουρίου τοῦ πατρικίου τοῦ υἱοῦ Ἄσπαρος τοῦ στρατηλάτου. Καὶ κραξάντων τῶν Ἀντιοχέων καὶ αἰτησάντων τὸ σῶμα τοῦ δικαίου, ἔπεμψεν ὁ αὐτὸς Ἀρδαβούριος Γοτθικὴν [41] βοήθειαν, καὶ ἤνεγκε τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Συμεῶνος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ ἐκτίσθη αὐτοῦ μαρτύριον (52) οἶκος μέγας.

Olybrius Romam missus a Leone imperatore, a Romanis invitus coronatur imperator, ducta uxore Placidia illa, quæ a barbaris redempta, seu a captivitate liberata fuerat. Illi condiderunt ædem sacram sanctæ Euphemiæ, Olybrii nuncupatam. Genuit autem Olybrius ex Placidia Julianam, conjugem Areobindi, magni illius viri, qui in Perside singulari certamine cum hoste est congressus : ex quibus natus est Olybrius minor.

Ὀλύβριος (53) πεμφθεὶς ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ Λέοντος βασιλέως, καὶ βιασθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκεῖσε Ῥωμαίων, ἐκεῖσε [42] χειροτονεῖται βασιλεὺς, καὶ ἔσχεν γυναῖκα Πλακιδίαν τὴν καὶ ἀγορασθεῖσαν, ἣγουν ἀναῤῥυσθεῖσαν [43], ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. Οὗτοι κτίζουσι τὴν Ἁγίαν Εὐφημίαν (54) τὰ Ὀλυβρίου. Καὶ γεννᾷ ἐξ αὐτῆς Ὀλύβριος Ἰουλιάναν τὴν γενομένην γυναῖκα Ἀρεοβίνδου τοῦ μεγάλου τοῦ μονομαχήσαντος (55) ἐν Περσίδι, ἐξ ὧν γεννᾶται Ὀλύβριος ὁ μικρός.

C

DUCANGII NOTÆ.

(45) *Τὴν μεγάλην κιστέρναν.* Ibid., lib. I, sect. 28, n. 9.

(46) *Παλαιοῦ τείχους.* Ibid. in *Orig. Byzant.* sect. 8.

(47) *Ἀπολλωνίου.* Sic Fasti. *Apollinarem* perperam vocat Marius Aventic.

(48) *Σευηριανοῦ.* Idatius, *Severiano, et qui de Oriente*, qui fuit Dagalaifus. Istius Severiani meminit, ni fallor, Damascius in Vita Isidori apud Photium, pag. 1071. *Severinus* dicitur Marcellino, Victori Tunn., Victorio, Senatori, etc. D

(49) *Καὶ Σερπεντίνου.* Cod. Vatic. et Scalig. Σερπεντίου. Sed legendum Σευηρινοῦ, ex Vict. Tunn. quem Hilarus papa, Idatius, Victorius et Senator *Severum* vocant. Marcellinus Comes *Leonem solum cos.* hoc anno habet.

(50) *Βιβιανοῦ.* Marius Aventic. Victorius et Senator, *Basilium et Vivianum* : Idatius, *Basilium et Gadaifum* : Marcellinus comes, *Vivianum et Felicem* : denique Victor. Tun. *Leonem Aug. II et Vivianum* hoc anno legunt. Sed hic duos consulatus confudit Victor. Vide Sirmondum ad Sidonii lib. I, epist. 9, et Pagium in Prolegom. ad Dissert. Hypat., n. 37.

(51) *Ῥουστικίου.* Ita Marcellinus et Marius Aventic. quem alii *Rusticum* vocant.

(52) *Τὸ μαρτύριον.* Quod Mándpav peculiari nomenclatura appellarunt, uti observamus in Gloss. med. Græcit. in v. Μάνδρα.

(53) *Ὀλύβριος.* De quo in *Famil. Byzant.*, p. 71.

(54) *Τὴν Εὐφημίαν. Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 7, n. 13.

(55) *Ἀρεοβίνδου τοῦ μονομαχήσαντος*, etc. Singulare istud Areobindi certamen sic describit anonymus in Chronico ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem, in Theodosio Juniore : Ἐπέλευσε δὲ ὁ βασιλεὺς Περσῶν κατὰ Ῥωμαίων· ἀπέστειλε δὲ καὶ βασιλεὺς Προκόπιον στρατηλάτην κατ' αὐτῶν. Ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς δηλοποιεῖ Προκοπίῳ, ὡς ὅτι ποιεῖ πάκτα εἰρηνῆς μετὰ Ῥωμαίων ἐπὶ πεντήκοντα ἔτη, ἐὰν ἠττηθῇ ὃν προβάλλομαι Πέρσην εἰς τὸ μονομαχῆσαι· εἰ δὲ ἠττηθῇ παρ' αὐτοῦ ὁ ἀφ' ὑμῶν μέλλων μονομαχεῖν, αὐτὸν λαμβάνειν μέχρι κεντη-

VARIÆ LECTIONES.

[37] τῷ om. R. [38] Σερπεντίνου P. [39] τῶν. τῶν αὐτῶν P. [40] στυλίτης PV cum Malala, pag. 369, 10. [41] Γοθικὴν R. Sic et infra. [42] ἐκεῖσε om. P. [43] ἀναρυσθεῖσαν PV.

Digitized by Google

A. C. [Ol. Iph.]

Ἰνδ. γ'. η'. ὑπ. Βασιλίσκου καὶ Ἀρμεναρίχου (56). A

465. VIII. Ind. III. Basilisco et Armenaricho coss. 1.311.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων Μηνᾶς, νυκτέπαρχος ὢν, κατηγορηθεὶς ἐπὶ φαύλοις πράγμασιν, ἠρωτήθη ἐν τῷ Ἱππικῷ ἀπὸ τῆς συγκλήτου, καὶ κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως ἐπὶ τῆς βαθείας (57) τοῦ Ἱππικοῦ καμπτοῦ παιδίον αὐτὸν ἐσκέλισεν [84] (58), καὶ ἔρριψεν ἐπὶ πρόσωπον (59), **322** καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ δῆμος ἥρξαντο σύρειν. Ἰδόντες δὲ οἱ ἄρχοντες τὸ γεγονὸς, φοβηθέντες ἀνεχώρησαν. Καὶ ἔσυραν ἐκεῖνον ἕως τῶν οἴκων τοῦ Στουδίου (60) · καὶ λαβὼν εἷς Γότθος λίθον ἔδωκεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκοῆς, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. Καὶ ἐσύρη ἀπὸ τοῦ δήμου τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ἕως θαλάσσης.

His coss. Menas cum præfectum vigilum ageret, postulatus est reus de aliquot pravis actis, interrogatusque a senatu in Circo, jussu imperatoris in imam, qua is flectitur, partem, cæsum ac debilitatum, in faciem quidam dejecit, hunc que arreptum populus cœpit trahere (hisce conspectis, recedentibus interea cum pavore judicibus), ipsumque ad ædes usque Studii pertraxit, ubi Gotthus quidam saxum in aurem impegit, eumque morti dedit, cujus cadaver a populo usque ad mare tractum est.

Μεθ' ἡμέρας δὲ τριάκοντα ἐκάησαν (61) τῆς πόλεως ἀπὸ θεομηνίας ῥεγεῶνες η' μηνὶ Γορπιαίῳ Σεπτεμβρίου [85] β', ἡμέρᾳ δ', Ἰνδικτιῶνος γ', ἐν τῇ συνάξει τοῦ ἁγίου Μαμᾶ. B

Posti dies autem XXX conflagrarunt ex Dei vindicta urbis regiones octo, mense Gorpiæo, Septembris II, feria IV. Ind. III. die sancto Mamanti sacro.

Ἰνδ. δ'. θ'. ὑπ. Λέοντος Αὐγούστου τὸ γ' μόνου (62).

466. IX. Ind. IV. Leone Augusto III solo cos. 2.

Ἰνδ. ε'. ι'. ὑπ. Πουσαίου καὶ Ἰωάννου (63).

467. X. Ind. V. Pusæo et Joanne coss. 3.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων κατηγορήθη Ἰσοκάσιος (64) ὁ φιλόσοφος καὶ κυεστόριος (65), ὡς Ἕλλην,

His coss. delatus est Isocasius philosophus, vir quæstorius, ut paganus : qui quidem gente Cilix

DUCANGII NOTÆ.

νάρια πεντήκοντα, καὶ τὰ ἐπ' ἔτους δῶρα. Πάντα ταῦτα ἀποδεξάντων, ἐπῆλθεν ὁ Πέρσης. Ὁ δὲ στρατηλάτης ἀπέστειλε τὸν Ἀρεόβινδον κόμητα φοιδεράτων · καὶ ἐπῆλθον ἔνοπλοι καὶ ἔφιπποι, τοῦ Ἀρεοβίνδου σφκιστρον κατέχοντος, καὶ πρώτου τοῦ Πέρσου ὁρμήσαντος κατ' αὐτοῦ, καὶ πλαγιάσας ὁ Ἀρεόβινδος, ἐσφκισεν αὐτὸν τῷ σωκίστρῳ, ὃ ἐπεφέρετο, καὶ κατενεγκὼν ἐκ τοῦ ἵππου, ἔσφαξε · καὶ ἐποίησε πάκτα εἰρήνης ὁ βασιλεὺς Περσῶν. Εἰσελθὼν δὲ ἐν τῇ πόλει Ἀρεόβινδος καὶ μεγάλως παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποδεχθεὶς, προήχθη ὕπατος. Idipsum verbis aliis narrant Georgius Hamartolus, cujus locum attulimus in Glossar. med. Græcit. in v Σῶκος, et Cedrenus, p. 341. Huc porro respexit Theophanes, an. XIV Anastasii, ubi de Areobindo Dagalaiphi filio, qui consul ordinarius fuit : Τούτου πρὸς πατρὸς ἐγένετο πάππος Ἀρεόβινδος, ὁ κατὰ τὸν Θεοδοσίου χρόνον εὐδοκιμήσας κατὰ Περσῶν. Loco autem Chronici ms. allato, Areobindus comes Fœderatorum indigitatur, id est, Gotthorum : nam et ipse Gotthus erat, ut satis indicat idem Georg. Hamartolus. Vide utrumque Glossarium, ubi de hac dignitate. C D

(56) *Ἀρμεναρίχου*. Ita Candidus apud Photium. quem alii *Ermenerichum*, vel *Hermenericum* vocant. Vide Epistolas Hilari papæ, et stemma Asparis in *Famil. Byzant.* p. 79.

(57) *Ἐπὶ τῆς βαθείας*. Scaliger cum nota mendi βασιλείας edidérat. Est autem βαθεία ima pars Circi, quæ *vallis* nomine interdum donatur apud Ovid., Lucanum et Claudianum. Nam, ut est apud Dionem Chrysost. in Euboico, τὸ θέατρόν ἐστιν ὥσπερ φάραγξ, κοῖλον, πλὴν οὐ μακρὸν ἑκατέρωθεν, ἀλλ' ὡς στρογγύλον ἐξ ἡμίσους.

(58) *Ἐσκέλλησεν*. Sic cod. Vatic. Sed leg. ἐσκέλισεν, *supplantavit*, seu arreptum per crura in fundam circensis flexus dejecit. Psal. CXXXIX : Οἵτινες διελογίσαντο ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματά μου, *qui cogitaverunt supplantare gressus meos :* ubi Chrysostomus, ἔκρυψαν ὑπερήφανοι παγίδα μοι, καὶ σχοινίοις διέτειναν παγίδα τοῖς ποσί μου. Nec est quod pedίον legendum censeat Raderus, pro παιδίον, quomodo etiam præfert cod. Vatic. quæ postrema vox famulum significat, ut apud Latinos, *Puer*.

(59) *Ἐπὶ πρόσωπον*. Amphilochius, orat. *De pœnitentia*, p. 104, ἄνωθεν κάτω ἐπικέφαλα ἐκ τῶν οὐρανῶν κατακρημνίσας, etc.

(60) *Οἴκων τοῦ Στουδίου*. *Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 4, n. 15.

(61) *Ἐκάησαν*. Meminit istius incendii Priscus rhetor, p. 45 edit. Reg. ; et Evagrius, lib. II, c. 13, de cujus anno consentit Marcellinus comes, quod a Theophane et Cedreno refertur sub ann. V Leonis. Sancti autem Mamantis festum agunt Græci II Septembris, contra quam Latini, qui XVII Augusti. De eo porro incendio intelligendus etiam Candidus apud Photium, ubi narrat multam in eo restinguendo ab Aspare navatam operam. Nam anno XII, quo aliud incendium accidit, exstinctus erat Aspar.

(62) *Μόνου*. Sic etiam Marcellinus, Victor. Tun. Victorius, Senator, etc. *Tacianum*, vel *Tassianum*, Leoni adjungunt anonymus Cuspiniani, et Marius Aventic. Hujus Tatiani meminit Priscus, p. 45 : Ἐν τῇ τῶν Πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγομένου.

(63) *Ἰωάννου*. De quo Theophanes, anno VIII Leonis.

(64) *Ἰσοκάσιος*. Scaliger Ἰσοκάδιος hic edidit. Infra tamen Ἰσοκάσιος legit. Vide Theophan. an. XII, Cedren. an. Leonis. et Manassem.

(65) *Κυεστώριος*. Quæstorem fuisse Antiochiæ

VARIÆ LECTIONES.

[84] ἐσκέλισεν Ducangius, ἐσκέλλησεν PV. [85] Σεπτεμβρίῳ R.

Digitized by Google

erat, civis vero et habitator magnæ Antiochiæ, quique multos magistratus cum laude obierat, magna cæterum vir prudentia. Comprehensus ille jussu imperatoris propter turbas Constantinopoli tum ortas, abrogata illius dignitate, missus est Chalcedonem, trans Constantinopolim, ad Theophilum Bithyniæ prætorem, qui delata in eum testimonia excepit. Sed Jacobus Cilix, urbis archiater, cognomento Psychristus, erga imperatorem pro eo precator intervenit. Amabat enim illum Leo, ac senatus universus, ipsaque civitas, veluti præstantissimum medicum, et philosophum, cui etiam senatus statuas posuit in Zeuxippo. Hic, inquam, imperatorem deprecatus est, ut Isocasii causam a senatu et præfecto prætorio, non vero a præside provinciæ cognosci pateretur, ut qui quæstoriam dignitatem gessisset. Exoratus imperator Isocasium Chalcedone reduci in urbem præcepit : qui deductus in Zeuxippum, a præfecto prætorio et consule Pusæo examinatus est : quo palam ingrediente nudo, vinctisque post tergum manibus : Pusæus sic adversus illum

A ὅστις κατῆγετο μὲν ἐκ γένους Αἴγεος [36] τῆς Κιλικίας, ἦν δὲ κτήτωρ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης καὶ οἰκήτωρ, ὅστις διήνυσεν ἀρχὰς πολλὰς μετὰ δόξης · ἦν δὲ σφόδρα λογικός. Καὶ συσχεθεὶς κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως διὰ τὴν τότε γενομένην ἀταξίαν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀποζωσθεὶς τῆς ἀξίας αὐτοῦ παρεπέμφθη ἐν Χαλκηδόνι, πέραν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τῷ ἄρχοντι Βιθυνίας Θεοφίλῳ, ὅστις καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ ἔλαβεν. Ἰάκωβος (66) δὲ ὁ Κίλιξ ἀρχιητρὸς ὢν [37] τῆς πόλεως, ὁ λεγόμενος Ψυχριστὸς, παρεκάλεσε τὸν βασιλέα. Ἐφίλει γὰρ αὐτὸς [38] ὁ Λέων αὐτὸν τὸν Ψυχριστὸν καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος καὶ ἡ πόλις, ὡς ἄριστον ἰατρὸν καὶ φιλόσοφον, ᾧτινι οἱ συγκλητικοὶ καὶ εἰκόνας αὐτοῦ ἔστησαν ἐν τῷ Ζευξίππῳ. Οὗτος ἐδυσώπησεν τὸν βασιλέα, αἰτῶν αὐτὸν ἐν Κωνσταν-
B τινουπόλει τὸν Ἰσοκάσιον ἐξετασθῆναι παρὰ τῆς συγκλήτου (67) καὶ τοῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων καὶ μὴ παρὰ ἄρχοντι ἐπαρχίας, ἐπειδὴ κυεστορίου εἶχεν ἀξίαν. Καὶ πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς Λέων ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι τὸν [39] Ἰσοκάσιον ἀπὸ Χαλκηδόνος, καὶ εἰς τὸν Ζεύξιππον προνεχθεὶς (68) ἐξητάζετο ἀπὸ τοῦ

DUCANGII NOTÆ.

scripsit Cedrenus. Unde infra pro κτήτωρ, legendum Κοιαίστωρ censebat Holstenius, quod forte idem sit κτήτωρ et οἰκήτωρ. Certe quæstores in provinciis fuisse constat : sed cum Isocasius dicat una cum præfecto prætorio se jus dixisse, in dubium venire potest an Constantinopoli, an vero Antiochiæ, cum præfectus prætorio etiam in sua provincia vel districtu jus diceret.

(66) *Ἰάκωβος.* Jacobi istius archiatri meminit Marcellinus comes ad annum CDLXII, quem natione fuisse Achivum ait. Illius quippe pater Hesychius, medicus, patria Damascenus, cum Rhodum, indeque Drepanum in Argivorum regione venisset, uxore ibi ducta Jacobum peperit : qua relicta, per XIX annes peregrinatus, illaque interea alteri nubente, Constantinopolim rediit : quo cognito, Jacobus ad eum accessit, ubi medicinæ studium auspicatus, sub Leone imp. inclaruit. Ita Suidas, qui alium statim Jacobum, qui ἀπὸ Δαμασκοῦ εἶλκε τὸ γένος, insignem pariter medicum memorat : cujus etiam meminit Damascius apud Photium, pag. 1051, qui quidem non alius est a Jacobo qui Psychristus dictus est. [Qui quidem Ψυχόχριστος semel ac iterum in eodem Suida edito appellatur, tametsi duo codd. Reg. priorem lectionem præferant ac tuentur. *Ex addendis.*]

(67) *Ἐξετασθῆναι παρὰ συγκλήτου.* Id nempe fere semper obtinuit apud Romanos, ut senatores et summæ dignitates non nisi ab ipso senatu, vel a præfectis prætorio aut urbi in causis criminalibus audirentur. Narrat Spartianus Severum imp. dum Commodo imperante Siciliam proconsul regeret, quasi de imperio vel vates vel Chaldæos consuluisset, reum factum, apud præfectos prætorio, quibus audiendus datus fuerat, absolutum esse. Idem factus imperator, fieri senatusconsultum coegit, ne liceret imperatori, inconsulto senatu, occidere senatorem, ut auctor est idem Spartianus. Alexander Severus idcirco senatores esse voluit præfectos prætorio, ne quis non senator de Romano senatore judicaret. Ita Lampridius. Idem Spartianus scribit dixisse Adrianum imp. se nunquam senatorem nisi ex senatus sententia puniturum. Ex Constitutione Constantini Magni, quæ habetur in leg. 1 Cod. Theod. de accusat.; et in leg. 1 Cod. Justin., *Ubi senator.*, in criminalibus causis indistincte legibus publicis, subduntur senatores, nulla iis indulta fori præscriptione. Ex lege vero Valentiniani et Valentis, quæ est 4 Cod. Theod. de jurisd., senator, si in cumi
C ageretur, coram præfecto urbi duntaxat conveniri poterat, scilicet in civilibus causis. In criminalibus autem ita jus fuit ex leg. 13, quæ est Gratiani et Valentiniani impp. eodem Cod. de accusat. : ut si senator in provincia criminis reus accusaretur, judex provinciæ de causa cognosceret, nihil tamen de capite decerneret, verum vel ad principem referret, vel ad præfectum urbi, ex suburbanis provinciis : de cæteris autem ad præfectum prætorio, ita tamen ut in judicando quinque senatores ei sociarentur : quod et statuit Honorius imp. in leg. ult. de jurisd. ac observatum in judicio de Basilio et Prætextato apud Senatorem, lib IV, *Variar.* XXII, licet ex lege Valentiniani Senioris. quæ est 2 eodem Cod. de exhib. reis, de senatoribus ordinarios indices ne cognovisse quidem posse videatur : denique lege Zenonis ad præfectum prætorio, Cod. Justin., *Ubi senatorem summæ dignitatis*, in quibus
D quæstoriam refert, a solo principe, vel ab eo cui negotii audientiam vice sua sacris apicibus mandaverit, in causis criminalibus audiri poterant. Atque hinc patet cur Psychristus erga imperatorem institerit, ut Isocasius coram præfecto prætorio audiretur.

(68) *Καὶ εἰς τὸν Ζεύξιππον προσενεχθείς.* In textu restitue litteras inter imprimendum interceptas. Atqui Zeuxippus Balneum publicum fuit, proinde nec locus idoneus ubi reus audiretur. Sic sane apud Theophanem et Georgium monachum legimus Constantium Augustum Hermogenem ob Paulum sede Antiochena pulsum Constantinopolim εἰς τὸ κατὰ τὸν Ζεύξιππον λουτρὸν evocasse, quasi cum illo de re aliqua vellet colloqui. Ita Menam præfectum Vigilum in ipso Hippodromo examinatum tradit scriptor anno VIII Leonis.

VARIÆ LECTIONES.

[36] Αἴγεος om. P, Αἰγεώτης Malalas, pag. 369, 19. [37] ὢν om. P. [38] αὐτός. αὐτὸν RV. [39] τὸν om. P.

Digitized by Google

ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων καὶ ὑπάτου Πουσαίου. Καὶ διελάλησεν (69) ὁ αὐτὸς Πουσαῖος κατὰ τοῦ Ἰσοκασίου, εἰσελθόντος πρὸ βηλοῦ [40] γυμνοῦ, δεδεμένου ὀπισθάγκωνα, ταῦτα· « Ὁρᾷς ἑαυτόν, Ἰσοκάσιε, ἐν ποίῳ σχήματι καθέστηκας; » Καὶ ἀποκριθεὶς Ἰσοκάσιος εἶπεν [41]. « Ὁρῶ, καὶ οὐ ξενίζομαι· ἄνθρωπος γὰρ ὢν ἀνθρωπίναις περιέπεσα συμφοραῖς. Ἀλλὰ δίκῃ [42](70) δίκασον ἐπ' ἐμοὶ ὡς ἐδίκαζες σὺν ἐμοί. » Καὶ ἀκούσας τοῦ Ἰσοκασίου ὁ δῆμος τῶν Βυζαντίων ὁ ἑστὼς καὶ θεωρῶν, εὐφήμησε τὸν βασιλέα Λέοντα πολλά· καὶ ἀποσπάσαντες τὸν αὐτὸν Ἰσοκάσιον ἀπήγαγον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ζευξίππου εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ κατηχηθεὶς ἐφωτίσθη καὶ ἐπέμφθη εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ.

A est interlocutus : « Vides, Isocasi, quali habitu hic astes? » Ad quæ Isocasius : « Video, inquit, neque miror, homo enim cum sim, in humanas calamitates incidi. Tu vero ita mihi jus dicito, sicut me collega solebas dicere. » Quæ quidam Isocasii ubi populus Byzantinus qui ibi stabat et quæ gerebantur spectabat, audivit, Leonem imperatorem sæpius faustis acclamationibus prosecutum, arreptum Isocasium a Zeuxippo deduxit ad Magnam ecclesiam : ac elementa fidei edoctus, et sacro baptismo donatus, domum remissus est.

Ὁ δὲ [43] αὐτὸς θειότατος βασιλεὺς τὰς Κυριακὰς ἀπράκτους **323** ἐκέλευσε γίνεσθαι, ἐκφωνήσας περὶ τούτου θεῖον αὐτοῦ νόμου (71), ἵνα μήτε [44] αὐλὸς ἢ κιθάρα ἢ ἄλλο τι μουσικὸν λέγειν ἐν Κυριακῇ, ἀλλὰ πάντα ἀργεῖν. Καὶ πᾶς ἄνθρωπος ἡνέσχετο.

Idem sanctissimus imperator diebus Dominicis ab opere cessari sanxit, edicta ac promulgata hac super re sacra sua constitutione, et ut nulla tibia vel cithara, aliudve quidpiam musicum die Dominico cantaretur, sed omnia cessarent. Ac universi feriis egerunt.

Τούτῳ τῷ ἔτει (72) τυραννίδα μελετήσαντα [45] (73) Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον καὶ [46] πρῶτον τῆς συγκλήτου ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιν [47] τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν κομβένδῳ, καὶ αὐτοὺς συγκλητικοὺς ὄντας, κατακόψας τὰ σώματα αὐτῶν. Καὶ ἐγένετο ἐν Κωνσταντινουπόλει ταραχή· εἶχον [48] γὰρ πλῆθος Γότθων καὶ κόμητας καὶ ἄλλους παῖδας παραμένοντας αὐτοῖς. Ὅθεν εἷς Γότθος τῶν διαφερόντων αὐτῷ Ἄσπαρι, ὀνόματι Ὄστρους [49] (74), κόμης, εἰσῆλθεν εἰς τὸ παλάτιον τοξεύων μετὰ ἄλλων [50] Γότθων, καὶ συμβολῆς [51] γενομένης μετὰ τῶν Ἐξκουβιτώρων καὶ Ὄστρου κόμητος πολλοὶ ἐκόπησαν (75). Καὶ μεσασθεὶς εἶδεν [52] ὅτι ἡττήθη, καὶ ἔφυγεν λαβὼν τὴν παλλακίδα Ἄσπαρος, εὐπρεπεστάτην οὖσαν καὶ εὔπορον Γότθαν, ἥτις ἔφιππος ἅμα αὐτῷ ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν Θράκην, καὶ ἐπραίδευσεν [53] τὰ χωρία, περὶ οὗ ἔκραξαν οἱ Βυζάντιοι· « Νεκροῦ φίλος (76) οὐδεὶς [54], εἰ μὴ μόνος Ὄστρους [55]. »

Hoc anno, quidam tyrannidem meditatus, Asparem patricium et principem senatus intra palatium interfecit : Ardaburium pariter et Patricium, illius filios, viros senatorios, in conventu, eorum corporibus in frusta concisis. Unde tumultus exstitit Constantinopoli : magnam enim habebant Gotthorum copiam, et comites, aliosque famulos qui sibi præsidio erant. Unde Gotthus quidam ex Asparis familiaribus, Ostrus comes nomine, palatium ingressus est una cum aliis Gotthis sagittas emittens : pugnaque inita inter Excubitores et Ostrum comitem, multi interfecti sunt. Tandem cum circumveniretur, videretque se hostibus imparem, arrepta Asparis pellice Gottha, singulari forma prædita, ac divite, et una cum illo equo vecta, in Thraciam perrexit, regiones subinde populatus : de quo Byzantii hæcce inclamabant : « Mortui nemo amicus, nisi solus Ostrus. »

DUCANGII NOTÆ.

(69) *Διελάλησεν.* Vox jurisc. Græcorum. Vide Gloss. med. Græcit. in Διαλαλιά.

(70) *Ἀλλὰ δίκῃ.* Hanc vocem δίκῃ expungit Holstenius, tametsi habeatur in cod. Vatic.

(71) *Θεῖον αὐτοῦ νόμον.* Exstat in leg. *ubi*, cod. de feriis. Vide Brissonium ad leg. Dominico, de spectaculis, pag. mihi 27. Idipsum observant Theodorus Lector, ecl. 1, et Nicephorus, lib. xv, cap. 28.

(72) *Τούτῳ τῷ ἔτει.* Imo, si Marcellinum audimus, Asparis et filiorum cædes contigit indict. IX, ann. CDLXX.

(73) *Τυραννίδα μελετήσας τις.* Atqui Asparem Leonis imper. jussu in palatio spadonum ensibus occisum scribunt Marcellinus, Candidus, Damascius in Vita Isidori, Procopius, lib. I Vandal., cap. 6; Evagrius, lib. II, cap. 16; Theophanes, Jornandes, et alii. Proinde ita emendanda censebam hæc verba: Τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσαντα Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον, καὶ πρῶτον τῆς συγκλήτου, ἐφόνευσεν, nempe idem Leo. Cædem Asparis paulo aliter recitat Nicephorus, lib. XV, cap. 27.

(74) *Ὄστρος.* Qui Ὄστρις, Theophani.

(75) *Ἐκόπησαν.* Forte ἐκοπήσαντο. Vocem κόπτειν non semel usurpat scriptor, quomodo dicimus, *tailler en pièces*, delere, p. 337, a. καὶ ἔκοψε πολλούς. Mox, καὶ γέγονε διακοπή. Vide Gloss. med. Græcit. in φονοκόπιον.

(76) *Νεκροῦ οὐδεὶς φίλος.* Proverbium sat vulgare, cujus tamen non meminisse parœmiographos sat mirandum.

VARIÆ LECTIONES.

[40] πρὸ βηλοῦ. πρὸ δίλου HV, πρὸ βήματος Malalas, pag. 370, 17. [41] εἶπεν post ξενίζομαι ponit P. [42] δίκῃ, καθαρᾷ addit Malalas. [43] δὲ om. P. [44] μήτε. μὴ P. [45] μελετήσαντα Labbeus ad Candidum, pag. 582, ed. Bonn. et Ducangius, μελετήσας τις PV. [46] καὶ Ducangius, ὡς PV. [47] Ἀρδαβάριν καὶ Πατρίκιον P. [48] εἶχαν. εἶχον P. Vide pag. 140 B. [49] Ὄστρος P. [50] τῶν ἄλλων P. [51] συμβουλῆς R. [52] ἴδεν P. [53] ἐπραίδευσαν P. [54] οὐδεὶς φίλος P.

Digitized by Google

Idem Leo imperator graviter persecutus est hæreticos Arianos Exocionitas, ac missis ubique edictis, vetuit illos habere ecclesias, atque ullos conventus agere.

Eodem anno maximum in cœlo signum apparuit, quod a quibusdam tuba, ab aliis hasta, ab aliis denique trabs appellatur, visumque est per aliquot dies.

Eodem anno, imperavit Anthemius, et Romam profectus est : illiusque laureatæ imagines Constantinopolim illatæ sunt per Ferentium præfectum urbi.

[Ol. Iph.]

CCCXII Olumpias.

468. xi. Ind. vi. Anthemio Augusto II solo cos. 4.

Hic Anthemius ædificavit ædem Sancti Thomæ apostoli, quæ Anthemii dicitur, juxta locum Borraidii.

Eodem prædicto cos. Dinsirichus, Attilæ filius, ab Anagasto magistro militum Thraciæ cæsus est, cujus caput allatum est Constantinopolim, dum circenses agerentur, et per mediam urbis plateam traductum, et ad Xylocircum delatum, paloque infixum est : ad quod spectaculum urbs universa egressa est per aliquot dies.

469. xii. Ind. vii. Zenone et Marciano coss. 1. 312

Hoc anno, Constantinopoli, imbris vice,

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Λέων[58] διωγμὸν μέγαν[56] ἐποίησε τοῖς τοῦ δόγματος τῶν Ἀρειανῶν Ἐξωκιονιτῶν. Καὶ διατάξεις πανταχοῦ ἔπεμψεν μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐκκλησίας ἢ ὅλως συνάγεσθαι.

Τῷ αὐτῷ ἔτει ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ (77) σημεῖον μέγιστον, ἀπό[57] τινων λεγόμενον σάλπιγξ, ἀπό τινων δὲ λογχίας[58], καὶ[59] ἀπό τινων δοκίς· ἐφάνη δὲ[60] ἐπὶ ἡμέρας τινάς.

Τῷ αὐτῷ ἔτει[61] ἐβασίλευσεν Ἀνθήμιος (78), καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην (79)· καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαβρᾶτα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ Διαφερεντίου[62] ἐπάρχου πόλεως.

τιβ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ς'. ια'. ὑπ. Ἀνθημίου Αὐγούστου τὸ β' μόνου (80).

Οὗτος Ἀνθήμιος δομεῖται τὸν οἶκον τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ τοῦ ἀποστόλου, τὰ λεγόμενα Ἀνθημίου, πλησίον τῶν Βορράϊδου[63] (81).

Ἐπὶ τούτου τοῦ προκειμένου ὑπάτου Δινζίριχος[64] (82), υἱὸς Ἀττίλα[65], ἐσφάγη ὑπὸ Ἀναγάστου (83) τοῦ στρατηλάτου Θράκης, καὶ εἰσῆλθεν ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ εἰς Κωνσταντινούπολιν ἱππικοῦ ἀγομένου, καὶ ἐπόμπευσεν διὰ τῆς μέσης, καὶ ἀπηνέχθη εἰς τὸν[66] Ξυλόκιρκον (84) καὶ ἐπάγη ἐν ξύλῳ· καὶ ἐξῆλθε πᾶσα ἡ πόλις εἰς θέαν αὐτῆς ἐπὶ ἡμέρας ἱκανάς.

324 Ἰνδ. ζ'. ιβ'. ὑπ. Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ (85).

Τούτῳ τῷ ἔτει ἔβρεξεν (86) ἐν Κωνσταντινουπόλει

DUCANGII NOTÆ.

(77) *Ἐφάνη ἐν οὐρανῷ.* Id ad annum Leonis IX refert Theophanes. Georgius monachus in Chron. ms, ἐφ' οὗ (Λέοντος) σημεῖον ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ νεφέλη σαλπιγγοειδὴς ἐπὶ ἡμέρας μ'.

(78) *Ἐβασίλευσεν Ἀνθήμιος.* Marcellinus, Senator., Marius Aventic. Evagrius, lib. II, cap. 16; Theophan. ann. VIII Leonis, Cedren., etc.

(79) *Καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην.* Is nempe natione Græcus fuit : unde Ennodio in Vita S. Epiphanii episcopi Ticinensis, et lib. I, epist. 7 *Græculus*, et *Græcus imperator* dicitur. Sed et Constantinopolitanum fuisse testatur Sidonius in ejus Panegyrico :

. . . *Tu tali civis ab urbe*
Procopio genitore micas, etc.

Non mirum igitur si Constantinopolitanus et Constantinopoli degens ædem S. Thomæ in ea urbe ædificavit. Quanto vero apparatu ac cultu exciperentur ejusmodi in provinciis laureatæ imperatorum imagines, docemur præsertim ex Chrysostomo et Severiano, locis allatis in Gloss. med. Græcit. in v, Λαυράτον, et in Appendice.

(80) *Μόνου.* Ita Marcellinus, Victorius, Senator, etc. *Leonem IV cos.* adjungit Victor Tunnunensis.

(81) *Βορράϊδου.* Cod. Vatic., Βορράϊδου.

(82) *Δινζίριχος.* Ita præfert cod. Vatic. et Scaligeri editio, ubi Γινζίριχος ediderat Raderus. *Denzicem* vocat Marcellinus, qui id refert ad annum seq. Δεγγιζὶχ dicitur Prisco, pag. 44, 45 edit. Reg. ubi hoc bellum describit : ex quo emendandus scriptor Chronici.

(83) *Ὑπὸ Ἀναγάστου.* Is magister militum per Thracias Arnegisilo magistro successerat. Illius præterea meminit Suidas in v. ὑποστάς.

(84) *Ξυλόκιρκον. Constantinopol. Christ.* lib. I, sect. 15, n. 1, et lib. II, sect. 1, n. 16.

(85) *Ζήνωνος καὶ Μαρκιανοῦ.* Ita in l. 31 et 35 cod. de episcop. et cleric., ubi Franc. Pithœus monet legi in veter. ms. *Zenone et Marco.* Marcianus vero consul, sed solus, habetur in subscriptione legis 33, ut idem Pithœus monet. Marcianum porro bis consulatum gessisse sub Leone docent Fasti, anno scilicet illius XII et XV, nisi *Marcus* alius fuerit a *Marciano*, quod vix putem : nam lex 34 et 35 subscribuntur pariter *Marco cons.*, ut 32, *Mar. cons.*

(86) *Ἔβρεξεν.* Id ad indict. X refert Marcellinus, subditque istius metuendi cineris memoriam quotannis a Byzantinis celebrari VIII Id. Nov. quod rursum ait in Anastasio ad consulatum Pauli et Musciani : tametsi apud scriptorem Chronici cinerem istum contigisse XI Id. Nov. legatur, quem ad hunc annum pariter revocat Cedrenus, contra quam Theophanes, qui ad annum XVII Leonis. Illius etiam meminit Glycas.

VARIÆ LECTIONES.

[58] Λέων βασιλεὺς Γ. [56] μέγα V. [57] ἀπὶ V. [58] λοχίας V. [59] καὶ om. P. [60] δὲ post ἡμέρας ponunt PV. [61] τούτῳ τῷ ἔτει P. [62] ὑπὸ Διαφερεντίου. διὰ Φερεντίου P. [63] Βορράϊδίου P. [64] Γινζίριχος R. [65] Ἀττιλᾶ R, Ἀτιλᾶ P. [66] τόν. τὸ P.

Digitized by Google

κονίαν ἀντὶ βροχῆς· ἐπὶ παλαιστὴν ὕψους ἐτέθη εἰς τὰς κεράμους ἡ κονία, καὶ πάντες ἔτρεμον λιτανεύοντες καὶ λέγοντες ὅτι πῦρ (87) ἦν[67] καὶ ἐσβέσθη, καὶ ηὑρέθη κόνις τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπευσαμένου μηνὶ Δίῳ, Νοεμβρίου ια'.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐγένετο ἐμπρησμὸς μέγας (88) ἐν Κωνσταντινουπόλει οἷος οὐδέποτε· ἐκάη γὰρ ἀπὸ θαλάτσης ἕως θαλάσσης. Καὶ φοβηθεὶς Λέων ὁ βασιλεὺς ἐξῆλθεν πέραν εἰς τὸν Ἅγιον Μαμᾶν (89), καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ πρόκεσσον[68] μῆνας ἕξ, καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ λιμενάριον καὶ ἔμβολον, ὅστις οὕτω καλεῖται ὁ τόπος, Νέος ἔμβολος.

Ἰνδ. η'. ιγ'. ὑπ. Γορδιανοῦ (90) καὶ Σεβήρου.

Ἰνδ. θ'. ιδ'. ὑπ. Λέοντος τὸ δ' καὶ Προβιανοῦ (91).

τιγ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ι'. ιε'. ὑπ. Μαρκιανοῦ (92) καὶ Φήστου.

Ἰνδ. ια'. ις'. ὑπ. Λέοντος τὸ ε' μόνου.

Μετὰ τελευτὴν Λέοντος τοῦ Μεγάλου[69] Ῥωμαίων μγ' ἐβασίλευσεν Λέων Νέος (93) Αὔγουστος ἔτος α'.

Ὁμοῦ ,ε϶πγ'.

Ἰνδ. ιβ'. α'. ὑπ. Λέοντος Νέου μόνου (94).

Οὗτος Λέων (95) ὑποβληθεὶς ὑπὸ τῆς ἰδίας αὐτοῦ μητρὸς τῆς ἐπιφανεστάτης Ἀριάδνης, ὡς προσκυνεῖ

A.C. [Ol. Iph.]

cinis depluit, et IV digitos altus supra tegulas resedit, adeo ut omnes terrefacti supplicationes agerent, ac dicerent, ignem esse et exstinctum esse, et cinerem inventum, Deo genus humanum miserante, mense Dio, Novembris XI.

Eodem anno, tantum Constantinopoli exstitit incendium, quantum ante nunquam : conflagravit enim civitas a mari usque ad mare. Territus ergo Leo imperator contulit se versus fretum ad Sanctum Mamantem, fecitque ibi portum et porticum, qui quidem locus vocatur Nova porticus.

470. XIII. Ind. VIII. Gordiano et Severo coss. 2.

471. XIV. Ind. IX. Leone IV et Probiano coss. 3.

CCCXIII Olympias.

472. XV. Ind. X. Marciano et Festo coss. 4.

473. XVI. Ind. XI. Leone V solo cos. 1.315.

Post mortem Leonis, Romanis XLIII imperavit Leo Junior Augustus an. I. Collig. an. V MDCCCCLXXXIII.

474. (A. a: M. C. 5982.) I. Ind. XII. Leone Juniore solo cos. 2.

Hic Leo, a suamet matre nobilissima Ariadne ad hoc monitus, cum a Zenone

DUCANGII NOTÆ.

(87) *Καὶ λέγοντες, ὅτι, πῦρ.* Addidimus ἦν, ex cod. Vatic. et Theophane. Theodorus Lector, ecl. 1 : Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἡ κόνις κατῆλθε μηνὶ Νοεμβρίῳ, πυραχτούντων νεφῶν φανέντων τῶν ἐν οὐρανῷ πρότερον, ὡς πάντας τοὺς ὁρῶντας λέγειν οὐρανόθεν κατενεχθῆναι. Theophanes : Καὶ πάντες ἔλεγον ὅτι πῦρ ἦν, καὶ ἐσβέσθη, καὶ γέγονε κόνις τῇ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, propius ad mentem auctoris. Adde Cedrenum an. XVII Leonis, et Chron. ms. Symeonis Logoth.

(88) *Ἐμπρησμὸς μέγας.* Aliud videtur incendium, quod descriptum diximus ab Evagrio lib. II, cap. 13, de quo præterea Theodorus Lector, ecl. 1.

(89) *Πέραν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα. Constantin. Christ.*, lib. IV, sect. 12, n. 3; et sect. 15, n. 25, ubi de æde sacra et palatio S. Mamantis.

(90) *Γορδιανοῦ. Jordane*, apud Marcellinum et Senatorem, ubi cod. ms. Colbert. *Jordannem* præferi. *Jordano*, apud Victorium et Marium Aventic. Perperam *Joanne* apud Victor. Tunnun.

(91) *Καὶ Προβιανοῦ.* Ita Marcellin. Victorius, Senator. Perperam *Probino* Marius Aventic. qui Leonis Augusti V consulatum esse ait, quem cæteri IV dicunt, nempe cum IV, cum Antherio gessisse scribat, qui solus cos. fuisse aliis dicitur.

(92) *Μαρκιανοῦ.* Sic rursum Marcellinus, Victorius et Senator. Victor Tunnun. *Leone VI et Probino coss.* Marius Aventic. *Festum* duntaxat cos. memorat.

(93) *Λέων Νέος.* Quem avus Leo paulo ante obitum imperatorem dixerat, cum Zenonem generum, nisi plebs repugnasset, sibi successorem deligere statuisset, ut scribit Candidus.

(94) *Λέοντος Νέου μόνου.* Quo quidem anno προελθὼν ὡς ὕπατος ἐτελεύτησεν, inquit Theophanes.

(95) *Οὗτος ὁ Λέων.* Hæc paulo sunt intricatiora. Theodorus Lector ait Zenonem a filio coronatum imperatorem in circo, ἐν τῷ καθίσματι τοῦ ἱπποδρομίου, Verina et Ariadne impellentibus. Theophanes id mense Febr. actum scribit. Propius vero ad mentem scriptoris Chronici Alexandrini Pharius in Dynast. ubi sic ait : *Cum puerulus esset* (Leo) *decepit ipsum mater ipsius, dicens ipsi : Cum accesserit Zeno pater tuus ad ministerium exhibendum, oportet te ipsi honorem deferre, tecumque una in solio collocare, diademate tuo capiti ipsius imposito. Faciente igitur puero, prout ipsi dixerat mater ipsius, sedit una cum ipso in solio Zeno. Paucis autem elapsis diebus puer morbo contracto mortuus est, suspectos habentibus hominibus parentes ipsius, illos scilicet ipsi mortem conciliasse, quo soli imperarent.* Subdit Candidus, post Leonis Magni excessum, Zenonem a filio Leone, συναινέσει τῆς βουλῆς dictum fuisse imperatorem. Nec dissentit omnino Procopius, lib. I *Vandal.*, cap. 7, qui ob teneram Leonis ætatem ξυμβασιλέα Zenonem ascitum ait. Quæ autem de supposititio Leone scribit Victor Tunnunensis, et ex eo Mellitus in brevi temporum ms. fidem non merentur. Certe ita ξυμ-

VARIÆ LECTIONES.

[67] ἦν om. R. [68] πρόκεσσον —ἐκεῖ om. P. [69] Λέοντος τοῦ μεγάλου. τοῦ Λέοντος P.

Digitized by Google

A C. [Ol. Iph.] A

magistro militum et patricio, avo suo, tanquam imperator salutaretur, coronam imperatoriam ipsius Zenonis capiti imposuit : et imperavit Zeno Codioseus Isaurus cum nepote suo Leone exiguo tempore. Quippe XI consulatus sui mense, morbo correptus Leo Junior, mense Dio, seu Novembri, decessit cum XVII ætatis annum attigisset, quemadmodum scripsit Nestorianus doctissimus chronographus, qui historiam usque ad Leonem Juniorem perduxit.

αὐτὸν ὡς βασιλέα Ζήνων ὁ στρατηλάτης καὶ πατρίκιος, ὁ αὐτοῦ πάππος, ἐπέθηκε στέφανον βασιλικὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος· καὶ ἐβασίλευσεν Ζήνων ὁ Κοδισσεὺς[70] (96) ὁ Ἴσαυρος μετὰ τοῦ ἰδίου ἐκγόνου[71] Λέοντος ὀλίγον χρόνον. Καὶ τῷ ια' μηνὶ τῆς αὐτοῦ ὑπατείας ἀρρωστήσας Λέων Νέος μηνὶ Δίῳ τῷ καὶ Νοεμβρίῳ ἐτελεύτησεν, ὢν ἐτῶν ιζ'. καθὼς Νεστοριανὸς (97) ὁ σοφώτατος χρονογράφος ἕως Λέοντος Νέου συνεγράψατο.

(A. a M. C. 5999) Romanis XLIV imperavit Zeno Augustus annos XVII, Colliguntur anni VI. M.

Ῥωμαίων μδ' ἐβασίλευσεν Ζήνων Αὔγουστος ἔτη ιζ'. Ὁμοῦ ,ς.

475. I. Ind. XIII. Zenone Augusto solo II cos. 3.

B Ἰνδ. ιγ'. α'. ὑπ. Ζήνωνος Αὐγούστου (98) τὸ β' μόνου.

CCCXIV Olympias.

τιδ' Ὀλυμπιάς.

476. II. Ind. XIV. Basilisco et Armato coss. 4.

Ἰνδ. ιδ'. β'. ὑπ. Βασιλίσκου καὶ Ἀρμάτου (99).

Ἰνδ. ιε'. γ'. ὑπ. Βασιλίσκου καὶ Ἀρμάτου.

477. III. Ind. XV. Basilisco et Armato coss. 1. 314.

325 Ζήνων ὁ βασιλεὺς (1) αἰτηθεὶς πρᾶγμα (2) παρὰ τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ Βηρίνης, καὶ μὴ παρασχὼν, κατεσκευάσθη παρ' αὐτῆς· καὶ φοβηθεὶς (3) μὴ σφαγῇ ἀπό[72] τινος τῶν τοῦ παλατίου, σὺν αὐτῷ γὰρ οἴκει[73] (4) (ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἡ πενθερὰ αὐτοῦ Βηρῖνα), ποιήσας πρόκεσσον (5) ἐν Χαλκηδόνι, ἐκεῖθεν ἔφυγεν βερέδοις[74], καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Ἰσαυρίαν, ὡς ἦν βασιλεύς (6). Ὄντινα κατέλαβε φυγοῦσα

Zeno imperator petitus rem quampiam a socru sua Verina, eaque denegata, ab illa insidiis est appetitus : veritusque ne ab aliquo e palatinis interficeretur, (in palatio quippe una habitabat illius socrus Verina) Chalcedonem concessit, velut illic moraturus, atque inde conscensis veredis, arrepta fuga

DUCANGII NOTÆ.

βασιλεὺς ascitus est Zeno, ut Leo primus semper in Edictis nominatus legatur, ut colligitur ex inscriptione Legis XI Cod. de legib. et Constitut. *data* X *Kal. Maii, Leone Juniore A. Cons.*

(96) *Κοδισσεύς.* Κουκουσεὺς hic legit Holsten. Ταρασικοδίσα Ῥουσουβλαδεώτου υἱὸς dicitur Candido apud Photium cod. 79. Ταρασικοδίσεος· Agathiæ lib. IV, Τρασκαλισσαῖος· Theophani anno VII ejusdem Zenonis : Ἀρισχμήσιος, Evagrio lib. II, cap. 15. Vide eumdem Evagrium, lib. III, cap. 8. In Catalogo imperatorum hic edito, pag. 411, Ἀζέφα et Ἀγόνατος, in catalogo vero edito a Leunclavio lib. II, *Juris Græcorum.* Ἀγόνατος duntaxat cognominatus dicitur, quod *patellas in genucula non habuisse, sed mobiles fuisse perhiberetur, ut etiam cursu velocissimo ultra modum hominum haberetur*, ut ait anonymus Valesianus.

(97) *Νεστοριανός.* Nescio an istius historici alii meminerint.

(98) *Ζήνωνος Αὐγούστου*, etc. Hæc verba delet Holstenius, ponitque ἀνύπατα.

(99) *Ἀρμάτου.* Addit idem Holsten. μόνου, deletque vocem Βασιλίσκου, quia forte Basilisci post tyrannidem nomen e Fastis erasum.

(1) *Βασιλίσκου καὶ Ἀρμάτου.* Hæc pariter delet Holstenius, ponitque ἀνύπατα. Cui consentit Marcellinus, scribens hunc annum *sine coss.* fuisse. Apud Victorium vero, Marium Aventic. et Senatorem, hic annus ita consignatur : *P. C. Basilisci II et Armati.* Victor denique Tunnun. ad hunc annum hæcce ascribit : *Inter hæc quæ gesta sunt, quia nullus cos. accessit, et Basiliscus tyrannus a consulatu recessit, Armatus cos. præsenti anno cos. remansit.*

(2) *Αἰτηθεὶς πρᾶγμα.* Glycas : ὡς παρὰ γνώμην αὐτῆς βασιλεύσας.

(3) *Καὶ φοβηθεὶς.* Damascius in Vita Isidori δειλὸν τῇ φύσει Zenonem fuisse tradit. Contra, anonymus Valesianus ait *Zenonem fuisse Isauriæ nobilissimum, quique dignus esset filiam imperatoris accipere, exercitum in arma, ac in republica omnino providentissimum.*

(4) *Οἴκει.* Cod. Vatic. οἰκεῖ.

(5) *Ποιήσας πρόκεσσον.* Jornandes, De regnor. success. *Dum processibus Chalcedone degeret.* Vide utrumque Glossar.

(6) *Ὡς ἦν ὁ βασιλεύς.* Videtur legendum ἀφ' ἧς, ut est apud Procopium, lib. I, *Vandal.* cap. 7, εἰς Ἰσαυρίαν, ἀφ' ἧς δὴ ὡρμᾶτο, διαφυγόντος, id est, *unde ortus fuerat*, ut scribit Victor Tunnunensis. Perperam vero fugisse Zenonem εἰς Συρίαν scribit Theophanes, et ex eo Symeon Logotheta, pro εἰς Ἰσαυρίαν. Anonymus Valesianus : *Huic insidiabatur Basiliscus ipse primus Senator : quo cognito, Zeno cum aliquantis divitiis petiit Isauriam.* Chron. ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem, ἔφευγε ἐν Ἰσαυρίᾳ εἰς τὸ φρούριον ὀχυρόν. Hanc Zenonis fugam, ut et reditum respexit Ennodius in Panegyrico dicto Theodorico regi : *Pulsa est extemplo principalis urbe reverentia, et in vacuam possessionem nullo ascitus sanguine tyrannus accessit, qui aula potitus, definivit, postquam metu hostes suos debellaverat, nihil superesse quod gereret : cum animos tuos sine anno-*

VARIÆ LECTIONES.

[70] Κοδισεὺς P. [71] ἐκγόνου. ἐγκόνου R, ἐγγόνου P. [72] ὑπὸ P. [73] ᾤκει P. [74] βερένδοις R, alterum in m. ponens.

Digitized by Google

τὴν ἰδίαν αὐτῆς μητέρα λάθρα ἡ βασίλισσα Ἀριάδνη εἰς τὴν Ἰσαυρίαν, καὶ διῆγεν ἐκεῖσε ἅμα τῷ ἰδίῳ ἀνδρί.

Καὶ μετὰ τὸ φυγεῖν Ζήνωνα τὸν βασιλέα καὶ Ἀριάδνην τὴν Αὐγουσταν εὐθέως προεχειρίσατο (7) ἡ δέσποινα Βηρῖνα[m] βασιλέα στέψασα Βασιλίσκον τὸν ἴδιον αὐτῆς ἀδελφόν. Καὶ ἐβασίλευσεν ὁ αὐτὸς Βασιλίσκος ἔτη δύο, ἅτινα συναριθμοῦνται σὺν τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα Ζήνωνος ἔτεσιν.

Ὁ δὲ Βασιλίσκος ἅμα ἐβασίλευσεν, ἔστεψε τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Μάρκον εἰς βασιλέα (8), καὶ ἐβασίλευσαν οἱ δύο ἅμα.

Ἰνδ. α'. δ'. ὑπ. Ἴλλου μόνου (9).

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπανῆλθε Ζήνων ὁ βασιλεὺς μετ' ὄχλου πολλοῦ ἐκ τῆς Ἰσαυρίας. Ὁ δὲ Βασιλίσκος μαθὼν τὴν τοῦ βασιλέως Ζήνωνος ἐπάνοδον, ἔπεμψεν Ἀρμᾶτον (10) τὸν στρατηλάτην τοῦ πραισέντου μετὰ πάσης ἧς εἶχεν βοηθείας τοῦ στρατοῦ εἰς τὴν Θράκην καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν καὶ τὸ παλάτιον, ὁρκώσας αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα (11) μὴ προδοῦναι.

A in Isauriam, ipse licet imperator, abiit: quem imperatrix Ariadne, fugiens matrem suam, in Isauriam clam secuta est, ibique cum conjuge suo degit.

Zenone imperatore et Ariadne Augusta sic fuga dilapsis, statim domina Verina Basiliscum, fratrem suum imperatorem renuntiavit ac coronavit. Ipse vero annos II imperavit, qui ascribuntur prioribus ac posterioribus annis Zenonis.

Porro Basiliscus simul ac imperavit, Marcum filium suum imperatorem dixit, ac uterque una imperavit.

A. C. [Ol. Iph.]

478. IV. Ind I. Illo solo cos. 2.

B Hoc anno Zeno imperator cum ingentibus copiis ex Isauria rediit. Basiliscus vero accepto Zenonis imperatoris reditu, misit Armatum magistrum militum præsentalem cum universo quem habebat exercitu, tum in Thraciam, tum Constantinopolim, et in palatium, exacto prius ab eo in sanctum Baptisma sacramento, se minime defecturum. Armatus

DUCANGII NOTÆ.

rum suffragio impulit lux naturæ, ne aut causa melior te coram posito subjaceret, aut non beneficium necessitatis tempore redderes, quod pacis acceperas. In ipsis congressionis tuæ foribus cessit invasor, cum profugo per te sceptra redderentur, de salute dubitanti. Ex quibus patet in ea expeditione Zenoni auxiliatum Theodoricum, quandoquidem restituti C Zenonis laudem integram ei ascribit Ennodius; quod exserte firmat anonymus Valesianus, ubi de Zenone: *Deinde misit ad civitatem Novam, in qua erat Theodericus rex Gothorum filius Walameris, et eum in solatium sibi adversus Basiliscum objectans militem post biennium veniens, obsidens civitatem Constantinopolim.* Infra: *Zeno itaque recompensans beneficiis Theodericum, quem fecit patricium et consulem, donans ei multa*, etc.

(7) *Εὐθέως προεχειρίσατο.* Imo invita Verina Basiliscus jam antea τῆς βασιλείας ἐκτόπως ἐρῶν, ut testatur Procopius, lib. I *Vandalic.*, cap. 6, imperator dictus et renuntiatus est a senatu, cum illa generum suum Zenonem per fraudem in fugam egisset, quo patricium magistrum, quocum consueverat, ad imperium proveheret: ita Candidus *in Campo* acclamatum scribunt Theodorus Lector, Theophanes et Cedrenus.

(8) *Ἔστεψεν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μάρκον εἰς βασιλέα.* Atqui primo Cæsarem, tum imperatorem filium Marcum dixit Basiliscus, ut exserte scribit Candidus: quod etiam testantur Basilisci litteræ apud Evagrium, lib. III, cap. 4.

(9) *Ἴλλου μόνου.* Marcellinus, Victorius et Senator: *Illo V. C. cos.* Victor Tunn. *Post cos. Armati V. C.* vet. inscript. MLI, 6. *P. C. iter. Armati V. C. Illam*, Jornanes: Ἰλλοῦν, Damascius, Malchus et Theodorus Lector vocant.

(10) *Ἁρμᾶτον.* Qui ἴδιος ἀνεψιὸς Basilisci dicitur Theophani an. III Zenon. unde Basiliscus Cæsar, ejusdem Armati filius, Verinæ Augustæ ἐξάδελφος; eidem Theophani nuncupatur.

τικοί. Εἶχεν δὲ καὶ τὴν τοῦ παλατίου ἔνοπλον βοήθειαν μετὰ τῶν ἰδίων σπαθαρίων καὶ κουβικουλαρίων.

Καὶ τούτων γενομένων Ναρσῆς ὁ κουβικουλάριος καὶ σπαθάριος ἐξελθὼν λαθραίως δι' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ ὑπέκλεψέ τινας τῶν τοῦ Βενέτου μέρους, βογεύσας χρήματα. Καὶ ἀποσχίσαντες ἤρξαντο κράζειν· « Αὔγουστε Ἰουστινιανέ, τοῦ βίγκας. Κύριε, σῶσον Ἰουστινιανὸν καὶ Θεοδώραν. » Καὶ ὠλόλυξεν ἅπαν τὸ πλῆθος ἐν τῷ Ἱππικῷ. Τινὲς δὲ τῶν ἐκ τοῦ Πρασίνου μέρους ἀνασείσταί[46] ὁρμήσαντες κατ' αὐτῶν ἐλιθοβόλουν αὐτούς. Καὶ λοιπὸν τραχταῖσαντες οἱ ἐν τῷ παλατίῳ ὄντες ἔλαβον τὴν εὑρεθεῖσαν ἔσω βοήθειαν, ὑποκλέψαντες καὶ φανεροὺς τῶν ἐξκουβιτώρων καὶ σχολαρίων· ἦσαν γὰρ καὶ αὐτοὶ ἀποσχίσαντες μετὰ τοῦ δήμου· καὶ ἐξελθόντες μετὰ τῶν ἰδίων αὐτῶν ἀνθρώπων ὥρμησαν εἰς τὸ Ἱππικὸν[47], ὁ μὲν Ναρσῆς διὰ τῶν θυρῶν, ὁ δὲ υἱὸς Μούνδου διὰ τῆς σφενδόνης (15), καὶ ἄλλοι διὰ τοῦ μονοπόρτου (16) τοῦ δεσποτικοῦ καθίσματος εἰς τὸ πέλμα, ἕτεροι δὲ διὰ τῶν Ἀντιόχου καὶ τῆς λεγομένης Νεκρᾶς πόρτας (17). Καὶ ἥρξαντο κόπτειν τοὺς δήμους ὡς ἔτυχεν, ὥστε μηδένα τῶν πολιτῶν ἢ ξένων τῶν εὑρεθέντων ἐν τῷ Ἱππικῷ περισωθῆναι, ἐν οἷς ἐσφάγη καὶ[48] Ἀντίπατρος ὁ βίνδιξ Ἀντιοχείας τῆς Θεουπόλεως. Εὐθέως **340** δὲ[49] οἱ περὶ τὸν στρατηλάτην Βηλισάριν[50] (18) ἀνοίξαντες τὰς θύρας ἐπὶ τὸ δεσποτικὸν κάθισμα ὁρμήσαντες μετὰ σπαθαρίων, καὶ συλλαβόμενοι (19) τὸν Ὑπάτιον μετὰ Πομπηΐου τοῦ πατρικίου τοῦ αὐτοῦ ἐξαδέλφου εἰσήγαγον τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ. Οἵτινες εἰσενεχθέντες προσέπεσαν, λέγοντες (20)· « Δέσποτα, πολὺς ἡμῖν κόπος ἐγένετο, ὥστε συναγαγεῖν τοὺς ἐχθροὺς τοῦ κράτους ὑμῶν εἰς τὸ Ἱππικόν. » Καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ βασιλεύς· « Καλῶς ἐποιήσατε· ὅμως παρ' ὃ[51] ἐπείθοντο ὑμῖν κελεύουσιν αὐτοῖς, διὰ τί τοῦτο οὐκ ἐποιήσατε πρὸ τοῦ πᾶσα ἡ πόλις καυθῇ; » Καὶ λέγει τοῖς εὐνούχοις καὶ σπαθαρίοις αὐτοῦ καὶ Εὐλαλίῳ τῷ βαρβάτῳ καὶ τοῖς καντιδάτοις· « Λάβετε αὐτοὺς καὶ ἀποκλείσατε. » Καὶ ἔλαβον αὐτοὺς κάτω εἰς τὸ παλάτιον, καὶ ἀπέκλεισαν τὸν Ὑπάτιον καὶ τὸν Πομπήϊον μόνους. Ἐσφάγη-

Cum hæc ita se haberent, Narses, cubicularius et spatharius clam egressus, tum per se, tum per suos homines, quosdam ex Veneta factione sibi conciliavit, erogata pecunia. Ac tum seditiosi illi acclamare cœpere : « Auguste Justiniane, tu vincas, Domine, serva Justinianum et Theodoram. » Flevitque universa plebs in circo. Quidam vero de Prasinorum factione, seditionem ac tumultum in illos concitare aggressi, ipsos lapidibus impetiere. Demum qui in palatio erant, communicatis inter se consiliis, præsidium intus repertum sibi adjunxerunt, et clam excubitoribus et scholariis, qui aperte una cum populo ab imperatoris partibus sese subduxerant, egressi cum suis copiis, irruperunt in circum, ac Narses quidem per portas, filius vero Mundi per sphendonem, alii per portam unicam imperatorii tribunalis in arenam : alii per locum Antiochi appellatum, et per portam, quam Mortuam vocant, cœperuntque factiones sine discrimine concidere, adeo ut nemo vel ex civibus vel ex peregrinis, qui tum in circo forte erant, evaserit : in quibus Antipater Antiochiæ Theophileos vindex cæsus occubuit. Extemplo qui cum Belisario erant, januis apertis, facto in imperatorium tribunal una cum spathariis impetu, captum Hypatium cum Pompeio patrueli ad imperatorem Justinianum adduxerunt, qui ad imperatoris genua advoluti, dixere : « Domine, multum laboravimus, ut hostes vestræ majestatis in circum cogeremus. » Quibus imperator : « Recte, inquit, fecistis : verum siquidem vobis jubentibus parebant, cur non hoc fecistis, priusquam universa civitas conflagraret? » Tum eunuchis ac spathariis suis, atque Eulalio Barbato, et candidatis : « Illos, inquit, arripite, et custodia includite. » Atque ii in inferiorem palatii partem delatos, Hypatium et Pompeium solos incluserunt. Cæsi sunt illa die in circo, ut referunt qui numerum conjectarunt, ex civibus, vel hominibus peregrinis, tricies quinquies

DUCANGII NOTÆ.

(15) *Σφενδόνης*. Ibid. II, sect. 4, n. 2.

(16) *Διὰ τοῦ μονοπόρτου*. Μονοπάτου, Theophanes. Vide eamdem *Constantinopolim*, lib. II, sect. 1, n. 9.

(17) *Τῆς Νεκρᾶς πόρτας*. Procopius, διὰ τῆς εἰσόδου, ἣ Νεκρὰ καλεῖται. De causa nominis consulendæ *Origines Constantinopolitanæ* Codini, p. 62 edit. Reg.

(18) *Οἱ περὶ τὸν Βελισάριον*. Ita etiam Theophanes; at Procopius ait arreptos Hypatium et Pompeium a Boraide et Justo, Justiniani ex fratre nepotibus, et e solio deturbatos, adductos ad Justinianum.

(19) *Καὶ συλλαβόμενοι*. In regio scilicet circi solio, uti scribit Procopius, non vero *ante fores palatii*, ut Marcellinus.

(20) *Λέγοντες*. Idem Procopius ait Pompeium plorantem increpatum ab Hypatio, cum diceret non decere illos ploratum, qui insontes perirent, sibi initio renitentibus vim a populo fuisse factam, nec se postea infestis in Augustum animis venisse in circum. Quæ quidem longe distant ab iis quæ referuntur a Marcellino comite, qui in hisce Hypatio, Pompeio et Probo Anastasii nepotibus iniquior videtur, scribente ab iis concitatam seditionem, dum *imperium singuli indigna ambitione exoptabant* : tametsi potior videtur habenda fides horum temporum scriptori Procopio, cum et illi concinant auctor Chronici et Theophanes.

(21) *Ἐσφάγησαν*, etc. Ita Theophanes; at Procopius : θνήσκουσι δὲ τοῦ δήμου πλέον ἢ τρισμύριοι ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἀνασεῖσαι P. [47] εἰς τὸ Ἱππικὸν om. P. [48] καὶ om. P. [49] δὲ om. P. [50] Βιλισάριον P. [51] πάρος P, al m. R.

Digitized by Google

mille, nec quisquam amplius e factionibus apparuit, sed summa quies fuit usque ad vesperam.

Postero die, feria scilicet secunda, ejusdem mensis Audynæi XIX, interfecti sunt Hypatius et Pompeius patricii, ipsorumque corpora in mare projecta. Ac Hypatii quidem corpus in littore visum est: illudque præcepit imperator inter eorum cadavera qui judicum decretis damnati violenta morte obierant terra obrui, ac supra illius corpus apponi tabulam, cui hæcce verba inscripta sunt: *Hic situs est imperator Luppæ.*

Post dies aliquot mandavit propinquis ejus ut illius funus tollerent, illudque sepelirent, quod ii inde sublatum, in æde Sanctæ Mauræ humo condiderunt. At Pompeii corpus nusquam apparuit. Bona vero illorum omnia publicata. Cæteri patricii, qui eum iis inventi fuerant, alii in monasteria, alii in ædes sacras fuga evaserunt: quorum domus sunt obsignatæ. Eorum autem qui manifeste iis adhæsisse sunt deprehensi, bona publicata, iique proscripti sunt. Exinde universos propter imperatorem invasit terror. Is, intellecta a Thoma a secretis Ephræmio candidato data responsione, Thomæ caput amputari præcepit, Ephræmium vero Alexandriam magnam in exsilium amandavit.

Ac die XX ejusdem mensis Audynæi, feria III, quievit omnis civitas Constantinopolitana: nec quisquam ausus est in publicum prodire. Sed officinæ duntaxat apertæ sunt, quæ egentibus cibum et potum subministrarent: manseruntque negotia omnia infecta, et Constantinopolis per aliquot dies inedia laboravit.

Justinianus imperator victoriam suam continuo per universas imperii sui civitates nuntiavit: atque ut insurgentes in se tyrannos sustulerit. Tum vero cœpit magno studio instaurare Magnam ecclesiam,

χιλιάδες λε'. Καὶ οὐκέτι ἐφάνη δημότης πού ποτε, ἀλλὰ γέγονεν ἡσυχία ἕως ἑσπέρας.

Τῇ δὲ [53] ἐπαύριον, ἥτις ἦν ἡμέρα δευτέρα μηνὸς τοῦ αὐτοῦ Αὐδυναίου ιθ', ἐσφάγησαν Ὑπάτιος καὶ Πομπήϊος (22) οἱ πατρίκιοι, καὶ ἐρρίφησαν τὰ λείψανα αὐτῶν εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ τὸ μὲν Ὑπατίου λείψανον ἐφανερώθη παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς χωσθῆναι αὐτὸ εἰς τὸ μέσον τῶν λοιπῶν βιοθανάτων (23), καὶ πλάκα τεθῆναι ἐπάνω τοῦ λειψάνου αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐπεγράφη· *Ἐνθάδε κατάκειται ὁ βασιλεὺς τῆς Λούππας* (24).

Μεθ' ἡμέρας δὲ ἐκέλευσεν τοῖς αὐτοῦ λαβεῖν τὸ λείψανον αὐτοῦ καὶ θάψαι αὐτό. Καὶ λαβόντες αὐτὸ οἱ αὐτοῦ ἔθαψαν εἰς τὸ μαρτύριον τῆς Ἁγίας Μαύρας (25)· τὸ δὲ Πομπηΐου σῶμα οὐδαμοῦ ἐφανερώθη. Τὰ δὲ διαφέροντα αὐτοῖς πάντα ἐδημεύθη. Καὶ οἱ λοιποὶ πατρίκιοι οἱ ἅμα αὐτοῖς εὑρεθέντες ἔφυγον, οἱ μὲν εἰς μοναστήρια, οἱ δὲ εἰς εὐκτηρίους οἴκους, καὶ ἐσφραγίσθησαν οἱ οἶκοι αὐτῶν. Φανεροὶ δὲ (26) καὶ ἐδημεύθησαν καὶ ἐξωρίσθησαν. Καὶ γέγονε φόβος βασιλικὸς πολύς. Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς μετὰ ταῦτα τὴν δοθεῖσαν ἀπόκρισιν παρὰ Θωμᾶ τοῦ ἀσηκρῆτις [54] Ἐφραΐμίῳ τῷ κανδιδάτῳ, τὸν μὲν Θωμᾶν ἀπεκεφάλισεν, Ἐφραΐμιον δὲ ἐξώρισεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην.

Καὶ τῇ κ' τοῦ αὐτοῦ Αὐδυναίου μηνὸς [55], ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἡσύχασεν πᾶσα [56] Κωνσταντινούπολις, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν προσελθεῖν, ἀλλ' ἠνέῳξαν τὰ ἐργαστήρια μόνα τὰ παρέχοντα [57] βρῶσιν καὶ πόσιν δεομένοις **341** ἀνθρώποις. Καὶ ἔμειναν τὰ πράγματα ἄπρακτα καὶ Κωνσταντινούπολις ὑπῆρχεν ἀδοσόλη-πτος [58] (27) ἐπὶ ἡμέρας ἱκανάς.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς εὐθέως ἐδήλωσε τὴν ἑαυτοῦ νίκην εἰς τὰς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν πόλεις πάσας καὶ τὴν [59] ἀναίρεσιν τῶν ἐπαναστάντων αὐτῷ τυράννων, ἐπιλαβόμενος κτίζειν σπουδαίως καὶ βέλ-

DUCANGII NOTÆ.

(22) *Ὑπάτιος καὶ Πομπήϊος.* *Nocte*, ut scribit Victor Tunnunensis, ubi de Hypatio: *capitur, et nocte cum Pompeio occiditur, atque in rheuma jactatur.* Sic in Tiberim projecta Sabini fratris majoris Vespasiani, apud Plinium lib. LIX. Sejani et complicum corpora apud Tacitum lib. VI *Annal.* legimus.

(23) *Μέσον τῶν βιοθανάτων.* Quomodo apud Romanos perduellionum corpora a carnifice in Gemonias unco trahi solere docent passim scriptores. De Βιοθανάτων loco, vide *Constantinop. Christ.* lib. IV, sect. 7, n. 26, et utrumque Glossar.

(24) *Ὁ βασιλεὺς τῆς Λούππας.* De hac voce nostras utcunque conjecturas damus in Glossar. med. Græcit.

(25) *Εἰς τὸ μαρτύριον τῆς Ἁγίας Μαύρας. Constantinop. Christ.* lib. IV, sect. 15, n. 26. Ejusmodi vero tyrannorum sepulcra humiliora fuisse docet Trebellius Pollio in XXX Tyrannis in Victorino Juniore et Aureolo. Sic Eutropius lib. VII, *Neronis exsequias humiliter sepultas* fuisse scribit. Adde Epitaphium Majoriani imp. qui a Recimere imperio ac vita spoliatus fuerat, apud Ennodium, epigr. 135.

(26) *Φανεροὶ δὲ*, etc. Id est, *in ipso crimine deprehensi.* Sic *manifestarius homicida* apud Lactantium, *De mortibus persecutor*, n. 20, id est, *nocens.* Horum autem numerum ad 18 ponit Theophanes, quos inter memoratur a Joanne Carpathi episcopo in Narrationibus ineditis de anachoretis Ægyptiis, quidam Eulogius, qui ex latrone anachoreta factus, invento forte in spelunca thesauro, Constantinopolim venit, et a Justiniano patricius et præfectus prætorio factus, orta deinde Victoriatorum seditione, Hypatii partes secutus, ac fuga elapsus, bonis omnibus publicatis, rursum in eremum reversus, acta pœnitentia, sancte obiit. Vide Notas nostras ad Zonaræ *Annales.*

(27) *Ἀσιτιδλήπτος.* Ita emendavimus, cum editum esset ἀσιτόληπτος.

VARIÆ LECTIONES.

[53] παλάτιν. Ἱππικὸν P, m. R, παλάτιον R. [53] δέ. τε PV. [54] ἀσηκρήτοις P. [55] μηνὸς Αὐδυναίου P. [56] πᾶσα ἡ K. R. [57] ἔχοντα P. [58] ἀσιτόληπτος P. « *Corruptus locus, necexpresse scriptum* ἀσιτόληπτος. » Raderus. Conf. Ducang., V, δοσοληψία. [59] καὶ τήν. (καὶ) P, om. R.

Digitized by Google

τιον τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὸ παλάτιον καὶ πάντας τοὺς καυθέντας τῆς πόλεως δημοσίους τόπους. Ἔκτισε δὲ ἔνδον τοῦ παλατίου μαγκίπια[60] (28) καὶ ὅρια (29) εἰς τὸ ἀποτίθεσθαι σῖτον. Ὁμοίως δὲ καὶ κιστέρναν ὑδάτων διὰ τὰς δημοτικὰς περιστάσεις, κελεύσας τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως τιμωρήσασθαι τοὺς ἐκ τοῦ Βενέτου μέρους (30) τοὺς συναινέσαντας τοῖς Πρασίνοις καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι κατ' αὐτοῦ.

τκη'[61] *Ὀλυμπιάς.*

Ἰνδ. ι'. ε'. μετὰ ὑπ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ β' (31).

Ἰνδ. ια'. ς'. ὑπ. Ἰουστινιανοῦ Αὐγούστου τὸ δ' μόνου (32).

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δίῳ κατὰ Ῥωμαίους Νοεμβρίῳ, τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, γέγονε σεισμὸς (33) μέγας ἀβλαβὴς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἑσπέρας βαθείας, ὥστε πᾶσαν τὴν πόλιν συναχθῆναι, εἰς τὸν φόρον Κωνσταντίνου καὶ λιτανεύειν καὶ λέγειν· « Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς (34), ἐλέησον ἡμᾶς· » Καὶ ἔμειναν πᾶσαν τὴν νύκτα ἀγρυπνοῦντες καὶ εὐχόμενοι. Πρωΐας δὲ γενομένης, ὁ πᾶς δῆμος τῶν λιτανευόντων ἐξεβόησεν· « Νικᾷ[62] ἡ τύχη τῶν Χριστιανῶν. Ὁ σταυρωθεὶς, σῶσον ἡμᾶς καὶ τὴν πόλιν. Αὔγουστε Ἰουστινιανὲ, τοῦ βίγκας. Ἄρον, καῦσον (35) τὸν τόμον (36) τὸν ἐκτεθέντα ἀπὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς συνόδου Χαλκηδόνος. »

Καὶ τῇ κ' τοῦ αὐτοῦ Δίου μηνὸς, τῆς[63] ιβ' ἰνδικτιῶνος (37), προέθηκεν[64] θεῖον αὐτοῦ γράμμα (38)

A et palatium, atque omnia civitatis ædificia, quæ igne absumpta fuerant. At intra palatium quidem Pistrina condidit, et horrea recondendo frumento : nec non aquarum cisternam propter publicas necessitates. Præcepit etiam præfecto urbi, ut ex Veneta factione eos puniret potissimum qui sese Prasinis adjunxerant, et reliquis factionibus quæ in se conspiraverant.

A. C. 533. vi. Ind. xi. (Ol. Iph.)
Justiniano Augusto IV solo cos. 1. 328.

(A. a M. C. 6041.) Hoc anno, mense Dio, secundum Romanos, Novembri, xii indictione, factus est B ingens terræ motus innocuus Constantinopoli, adulta jam vespera, ita ut civitas universa in forum Constantini coiret, et supplicationes institueret, dicereque, « Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis. » Manseruntque tota nocte insomnes, precibus assidue vacantes. Cum dilucularet, universus supplicantium populus exclamavit': « Vincit fortuna Christianorum. Crucifixe, serva nos, et urbem nostram. Auguste Justiniane, tu vincas. Tolle, exure decretum editum ab episcopis synodi Chalcedonensis. »

xx ejusdem mensis Dii, xii indictione, sacram suam sanctionem publicavit Constantinopoli idem

DUCANGII NOTÆ.

(28) *Μαγκίπια. Constantinopolis Christ.* lib. II, C sect. 11.

(29) *Ὅρια.* Ibid., sect. 10.

(30) *Ἐκ τοῦ Βενέτου μέρους.* Quorum factioni cæteroquin favebat idem Justinianus, ut ex Procopio et Evagrio supra notavimus in Marciano : quod causæ fuit cur in illos potissimum animadverteret.

(31) *Τὸ β'.* Hunc annum, et qui proxime sequitur, ita consignant Marcellinus, Victor Tunn. et Marius Aventic. *P. C. Lampadii et Orestis coss.* Victorius : *Lampadio II et Oreste II.* Deinde anno proximo, *Lampadio III et Oreste III.* Apud eruditum Mabillonium t. III *Analector.* pag. 432, ex veteri ms. Vitonensi, Bonifacius II papa decessisse dicitur xvi *Kal. Novembr., iterum post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC.*, quomodo legendum censet Papebrochius V. C. in Propylæo ad Acta sanctorum Maii, pag. 78, ubi de eodem Bonifacio et ejus successore Joanne agit. Epitaphium Valentis D Veronensis episcopi : *Recessit sub* viii *Kal. Augustas, post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC. indict.* ix.

(32) *Μόνου.* Qui quidem Justiniani consulatus tertius fuit, uti exerte dicitur in leg. 7 Cod. de veteri jure enucleando, data vii Kal. Januar. *Justiniano D. N. ter consule*, indict. xii, ut est in § 23.

(33) *Σεισμος.* Varii accidere terræ motus Constantinopoli, Justiniano imperante, quorum fere omnium meminerunt scriptores, ac in primis Theophan. ann. xxi, xxvii, xxviii, xxx; Cedrenus an. xiv, xvi, xxvii, xxviii, xxxi, xxxii. De hocce qui anno vi accidit, silent. Is porro cujus meminit Cyrillus Scythopolitanus in Vita S. Sabæ, cap. 95, haud multo post concilium Hierosolymitanum actum anno xxvi Justiniani, contigit : isque fortean est terræ motus, qui anno sequenti apud eosdem Theophanem et Cedrenum exstitisse narratur.

(34) *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς.* De hoc addita mento trisagii multa diximus in Gloss. med. Græcit. in v. Τρισάγιον.

(35) *Ἄρον, καῦσον.* Ita vox αἶρε. usurpata in ejusmodi tumultibus, Lucæ cap. xxiii, 18, et in Act. apostol. cap. xxi, 36; cap. xxii, 2.

(36) *Καῦσον τὸν τόμον*, etc. Nempe ea tempestate Constantinopolitani, ut et Justinianus ipse, συνοδῖται erant, id est, concilium Chalcedonense impugnabant, ut est apud Evagrium, lib. iv, cap. 10, Victorem Tunnun., Leontium, *De sectis*, et alios.

(37) *ιβ' Ἰνδικτ.* Quæ hoc anno mense Septembri inibat.

(38) *Προέθηκεν θεῖον αὐτοῦ γράμμα.* Quod descriptum legitur in leg. 6 Cod. de summa Trinit., et apud Francisc. Pithœum ad i lib. Cod. cum Antonii Contii versione Lat. quam hic damus : aliam confecit Raderus. Vocem προέθηκεν per *proposuit* reddidimus, formula in hisce usitata ac recepta. Leg. 7 Cod. de veteri jure enucleando, § 24 : Προθήσει δὲ αὐτὴν (διάταξιν) ἐν τῇ μεγίστῃ βασιλίδι

VARIÆ LECTIONES.

[60] μαγκηπία PV, ἀρτοπωλεῖα m. R. [61] τκη' — β', omisso μετὰ, et β' in γ' mutato, præfixoque Ἰνδ. θ'. δ'. ὑπ. Λαμπαδίου καὶ Ὀρέστου τὸ β' ante pag. 356 B πέμπτῳ ἔτει posuit Raderus. [62] νίκα PV. [63] τῆς om. P. [64] προσέθηκεν PV.

Digitized by Google

imperator Justinianus : misitque Romam et Hierosolyma, et in magnam Antiochenorum urbem Theopolim Syriæ, et in magnam urbem Alexandrinorum in Ægypto, et in Illyriorum gentis urbem Thessalonicam, et Ephesum urbem Asiæ, illud ipsum sacrum suum rescriptum, hisce verbis conceptum :

A ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, καταπέμψας (39) καὶ ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀντιοχέων θεου πόλει τῆς Συρίας, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλει τῇ πρὸς Αἴγυπτον, καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ (40) τῇ πόλει τοῦ Ἰλλυριῶν ἔθνους, καὶ ἐν Ἐφέσῳ πόλει τῆς Ἀσίας τὸ αὐτὸ θεῖον αὐτοῦ γράμμα, ὅπερ εἶχεν οὕτως.

« Imperator Cæsar Justinianus, pius, victor, triumphator, maximus, semper Augustus, civibus nostris salutem.

« Cum Salvatorem, et Dominum omnium Jesum Christum verum Deum nostrum colamus per omnia, studemus etiam (quatenus datum est humanæ menti assequi) imitari ejus condescensionem seu demissionem.

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουστινιανὸς, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, πολίταις ἡμετέροις (41).

« Τὸν Σωτῆρα καὶ Δεσπότην τῶν ἁπάντων Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν[66] Θεὸν θεραπεύειν[66] διὰ πάντων σπουδάζομεν[67] ὅσον **342** ἐνδέχεται νοῦν καταλαμβάνειν ἀνθρώπινον μιμεῖσθαι τὴν αὐτοῦ συγκατάβασιν-

« Etenim cum quosdam invenerimus morbo atque insania detentos impiorum Nestorii, et Eutychis, Dei et sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ hostium, nempe qui detrectabant sanctam gloriosam semper Virginem Mariam Theotocon sive Deiparam appellare proprie, et secundum veritatem, illos festinavimus, quæ sit recta Christianorum fides edocere. Nam hi incurabiles cum sint, celantes errorem suum, passim circumeunt, (sicut didicimus) et simpliciorum animos exturbant et scandalizant, ea astruentes, quæ sunt sanctæ catholicæ Ecclesiæ contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam hæreticorum vaniloquia et mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo aut sentiat sancta Dei et catholica et apostolica Ecclesia, aut prædicent sanctissimi ejus sacerdotes : quos et nos secuti, manifesta constituimus ea, quæ fidei nostræ sunt : non quidem innovantes fidem (quod absit!) sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis hæreticis sentiunt. Quod quidem et nos in nostri imperii primordiis pridem satagentes cunctis fecimus manifestum.

« Καὶ[68] εὑρόντες τινὰς τῇ νόσῳ καὶ μανίᾳ κρατουμένους Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἁγιώτατης καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας ἀρνουμένους τὴν ἁγίαν ἔνδοξον Ἀειπαρθένον Μαρίαν Θεοτόκον εἰπεῖν κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν, ἐσπουδάσαμεν τούτους τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν διδαχθῆναι πίστιν. Οἱ δὲ ἀνιάτως ἔχοντες καὶ κρύπτοντες τὴν ἑαυτῶν πλάνην, περιέρχονται, καθὰ μεμαθήκαμεν, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ψυχὰς ἐκταράττοντες καὶ σκανδαλίζοντες καὶ[69] ἐναντία τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας λέγοντες. Ἀναγκαῖον τοίνυν ἐνομίσαμεν καταλῦσαι[70] μὲν τὰς τῶν αἱρετικῶν ψευδολογίας, σαφηνίσαι δὲ πᾶσιν ὅπως δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. Κηρύττουσι δὲ οἱ αὐτῆς[71] ὁσιώτατοι ἱερεῖς, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι φανερὰ καθιστῶμεν τὰ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, οὐ καινίζοντες πίστιν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἐλέγχοντες τὴν μανίαν τῶν φρονούντων τὰ τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν, ὅπερ καὶ ἤδη ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς ἡμετέρας βασιλείας πράξαντες πᾶσι κατάδηλον ἐποιήσαμεν.

DUCANGII NOTÆ.

ταύτῃ τῇ πόλει καὶ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος ὕπαρχος. Affigebantur etiam Constitutiones imperatoriæ in parietibus, ut hodie etiam fieri solet : unde προγράμματα appellabantur. Lexicon ms., πρόγραμμα, γνώρισμα, κήρυγμα, ἀπόδειξις φανερά. Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio : *Et programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus fuerit.* Lex 3 Cod. de leg. et constit : *Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos judicum programmatibus divulgari*, etc. Novella Valentiniani, de confirmand. iis, etc. *Illustris itaque et præcelsa magnificentia tua hanc saluberrimam sanctionem programmate suo ad universorum faciat notitiam pervenire.* Eadem formula finitur edictum Licinii apud Lactantium lib. *De mortib. persecut.*, n. 48. Ita etiam infra Justiniani edictum *De fide* ab auctore Chronici indigitatur.

(39) *Καὶ ἀποπέμψας.* Ad quos missa, et quando emissa hæc constitutio fuerit, docet tum scriptor, tum inscriptio quæ Constantinopolitanis in codice inscribitur, et hæc subscriptio quæ hic omittitur : DAT. ID. MART. DN. JUSTIN. PP. A. III COSS. Deinde, τὸ αὐτὸ Ἐφεσίοις, τὸ αὐτὸ Καισαρεῦσιν, τὸ αὐτὸ Κυζικηνοῖς, τὸ αὐτὸ Ἀμιδηνοῖς, Τραπεζουντίοις, Θεοπολίταις, Σεβαστηνοῖς, Ταρσεῦσιν, Ἀγκυραινοῖς

(40) *Θεσσαλονίκῃ*, etc. Urbem Illyrici statuit scriptor : quippe Dalmatia sub præfecto prætorio Illyrici exstitit, ex statuto Constantini, ut auctor est Zosimus.

(41) *Πολίταις ἡμετέροις.* In cod., Κωνσταντινοπολίταις, ubi hæc Justiniani constitutio aliter paulo describitur, ex quo variantes lectiones hic apposuimus. In hanc porro nuper editæ sunt quædam adnotationes Fr. Pithœi viri doctissimi.

VARIÆ LECTIONES.

[65] ἡμῶν om. P sola. [66] θεραπεύων P. [67] σπουδαζόμενος δν PV. Correxi ex codice Justin., pag. 4, ed. Spangenb. [68] καὶ addidi ex cod. [69] καὶ addidi ex cod. [70] παρελῦσαι P sola. [71] αὐτῆς. αὐτοὶ V.

Digitized by Google

« Πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι προσκυνοῦντες, μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν, Τριάδα ὁμοούσιον. Ἐπ' ἐσχάτου δὲ [73] τῶν ἡμερῶν ὁμολογοῦμεν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, τὸν πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, τὸν συναΐδιον τῷ Πατρί, τὸν ἐξ οὗ τὰ [73] πάντα καὶ δι' οὗ τὰ πάντα, κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς ἁγίας ἐνδόξου Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας καὶ ἐνανθρωπήσαντα σταυρόν τε ὑπομεῖναι ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ταφῆναι, καὶ ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἐνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ [74] τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ, γινώσκοντες. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν ἐπιστάμεθα, τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν [75] κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα **343** τὴν δὲ καθ' ὑπόστασιν ἑνότητα δεχόμεθα καὶ ὁμολογοῦμεν. Ἔμεινε γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου· οὔτε γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐπιδέχεται ἡ ἁγία Τριάς. Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν [76] ἀνθρωπολάτρην [77] καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν τὴν ἁγίαν ἔνδοξον Ἀειπαρθένον [78] Μαρίαν Θεοτόκον, τουτέστι μητέρα Θεοῦ, ἀλλὰ δύο υἱοὺς λέγοντας, ἄλλον μὲν τὸν ἐκ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, χάριτι δὲ καὶ σχέσει καὶ οἰκειώσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγον καὶ Θεὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι [79] ἀρνουμένους, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν Δεσπότην ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν τὸν σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, καὶ σταυρωθέντα, ἕνα εἶναι τῆς ὁμοουσίου Τριάδος. Οὗτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ συμπροσκυνούμενος καὶ συνδοξαζόμενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι.

« Credimus itaque in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, et in Spiritum sanctum, unam essentiam in tribus hypostasibus, sive subsistentibus personis, adorantes unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium, ex Deo vero Deum verum, ante sæcula, et sine tempore ex Patre natum : coæternum Patri, ex quo omnia, et per quem omnia, qui descendit de cœlis, incarnatus de Spiritu sancto, et sancta gloriosa et semper Virgine Maria, et inhumanatus, sive homo factus est, et passus crucem pro nobis sub Pontio Pilato, sepultus est, et resurrexit tertio die. Unius ac ejusdem passiones et miracula, quæ sponte pertulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum Verbum, et alium Christum novimus, sed unum et eumdem, consubstantialem Patris secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse et perfectus est in humanitate. Nam ejus secundum hypostasim seu secundum personam unitatem suscipimus, et confitemur : mansit enim Trinitas Trinitas et post incarnatum unum ex Trinitate Dei Verbum : neque enim quartæ personæ adjectionem admittit sancta Trinitas. His ita se habentibus, anathematizamus omnem hæresin, præcipue vero Nestorium anthropolatram, et qui eadem cum ipso sentiunt, vel senserunt, qui dividunt unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et Deum nostrum, et qui non confitentur proprie, et secundum veritatem sanctam gloriosam, et semper Virginem Mariam Theotocon seu *Deiparam*, id est, *Dei matrem* : sed qui duos filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum Verbum, alterum ex sancta semper Virgine Deipara Maria, gratia et habitudine, et propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum esse : et qui negant, nec confitentur Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et Deum nostrum incarnatum, et hominem factum, et crucifixum, unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus et conglorificandus Patri et sancto Spiritui. »

« Ἀναθεματίζομεν δὲ καὶ Εὐτυχέα τὸν φρενοβλαβῆ καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας, τοὺς φαντασίαν εἰσάγοντας, ἀρνουμένους δὲ τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Ἀειπαρθένου καὶ Θεοτόκου Μαρίας ἀληθινὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τουτέστιν τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ Ἀπολλινάριον τὸν ψυχοφθόρον, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας [80] τοὺς ἄνθρωπον [81] μόνον λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ

« Anathematizamus insuper, et Eutychem, mente captum, et qui cum eo sentiunt, aut senserunt, qui phantasiam introducunt, negantque veram nativitatem, seu generationem Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi ex sancta Virgine et Deipara, hoc est, nostram salutem, et qui non confitentur ipsum consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Similiter autem anathematizamus, et Apollinarium psychophthoron, sive animicidam, et qui cum eo sentiunt, vel senserunt, qui dicunt

VARIÆ LECTIONES.

[73] δὲ om. P. [73] οὗ τά. οὗ P. [74] τοῦ αὐτοῦ. αὐτοῦ P. [75] τὸν αὐτόν· αὐτὸν P. [76] τὸν om. P. [77] ἀνθρωπολάτριν PV. Illud cod. [78] Ἀειπαρθένον om P. [79] γεγεννῆσθαι V. [80] φρονοῦντας ἢ φρονήσαντες P. [81] ἀνθρώπων P.

Digitized by Google

inanimem, hoc est animæ humanæ expertem, esse Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, et Deum nostrum, et qui confusionem, aut conturbationem introducunt, et invehunt in unigeniti Dei Filii inhumanationem sive humanitatem : et omnes postremo, qui eadem cum ipso senserunt, aut sentiunt. »

A Θεὸν ἡμῶν, καὶ σύγχυσιν ἤτοι φυρμὸν εἰσάγοντας τῇ ἐνανθρωπήσει [61] τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτῶν φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας. »

Exemplum autem hujus edicti omnes episcopi in suis civitatibus acceperunt, et in Ecclesiis suis promulgarunt.

Τὸ ἴσον δὲ τούτου οἱ ἐπίσκοποι πάντες ἔλαβον ἐν ταῖς ἰδίαις πόλεσι, καὶ προέθηκαν ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις.

A. C. [Ol. Iph.]

534. VII. Ind. XII. Justiniano Augusto V et Paulino coss. 2.

Ἰνδ. ιβ'. ζ'. ὑπ. Ἰουστινιανοῦ Αὐγούστου τὸ ε' (42) καὶ Παυλίνου.

(A. a. M. C. 6042.) His coss. renovatus est Justinianus Codex, eidem adjunctis post illius editionem factis constitutionibus : jussumque est ut priore illa editione antiquata, vim et auctoritatem B obtineret ab a. d. IV Kal.. Jan. Indictionis XIII.

Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ὁ Ἰουστινιανὸς κῶδιξ ἀνενεώθη (43), **344** προστεθεισῶν αὐτῷ καὶ τῶν μετ' αὐτὸν διατάξεων. Καὶ ἐκελεύσθη τῆς *πρωτέρας* ἐκδόσεως σχολαζούσης ἀθεντεῖσθαι ἀπὸ τῆς πρὸ ϛ' Καλανδῶν Ἰανουαρίων, ἰνδικτιῶνος ιγ'.

A. C. [Ol. Iph.]

535. VIII. Ind. XIII. Bilisario solo cos. 3.

Ἰνδ. ιγ'. η'. ὑπ. Βηλισαρίου [62] μόνου [63] (45').

CCCXXIX Olympias.

τκθ' Ὀλυμπιάς.

536. IX. Ind. XIV. Bilisario II solo cos. 4.

Ἰνδ. ιδ'. θ'. ὑπ. Βηλισαρίου μόνου [64] (44).

537. X. Ind. XV. Bilisario III solo cos. 1. 329.

Ἰνδ. ιε'. ι'. ὑπ. Βηλισαρίου τὸ β' (45) μόνου [65].

538. XI. Ind. I. Joanne solo cos. 2.

Ἰνδ. α'. ια'. ὑπ. Ἰωάννου μόνου (46).

DUCANGII NOTÆ.

(42) *Ἰουστινιανοῦ Αὐγ. τὸ ε'.* Nescio an ad hunc consulatum referri debeat subscriptio novellæ 127, DN. JUST. PP. AUG. CONS. et novellæ 156, DN. JUST. PP. AUG. V. C. CONS. Hic autem Justiniano collega adjungitur *Paulinus*, qui *Junior* dicitur in Epistolis C Agapeti papæ I.

(43) *Ἀνενεώθη.* Priore codicis Justinianei editione publicata anno DXXIX, eique insertis aliquot tam decisionibus, quas Græci Λύσεις vocant, quam constitutionibus, quæ post codicis confectionem latæ divagabantur : ac rursum eodem codice promulgato, indict. IX, P. C. Lampadii et Orestis anno DXXXI, tandem suis numeris, ut videbatur, absolutum, titulo *repetitæ prælectionis*, seu *secundæ editionis*, quam auctor Chronici ἔκδοσιν vocat (quemadmodum Africanus iteratam Chronici sui editionem δευτέραν ἔκδοσιν appellavit), *ex die* IV *Kal. Januarii, sui consultatus* IV (uti in Chronico legendum monuimus), *et Paulini V. C. frequentari* sanxit idem Augustus, edita sua constitutione, data XVI Kal. Decembr. Constantinopoli, quæ descripta legitur initio ejusdem Codicis Justinianei. Perperam vero in hac Chronici perioche ἰνδικτιῶνος γ'. pro β' irrepsit, licet ita præferat editio Raderi.

(43') *Βιλισαρίου μόνου.* Hic Belisarii consulatus sic non semel consignatur in *Novellis* Justiniani, sub quo pleræque sunt ex iis editæ, et ita subscriptæ, BILIS. V. C. CONS. In prima, additur IND. XIII. In quarta, sic describitur : DAT. τῇ πρὸ ζ'. K. APRIL. IND. ιγ'. ὑπατείας FABIOU BILIS. τοῦ λαμπροτάτου. Apud Julianum Antecess. constitutio 6 sic clauditur : DATA KAL. APRIL. VII. CONSISTORIO CONSULAT. BELISARII. ubi per VII, septimum milliare, seu Hebdomum intelligitur, ubi exstitit consistorium Justiniani, ut alibi indicamus. Idem hic consulatus in Epistolis Agapeti papæ ita interdum consignatur : *P. C. Paulini Junioris.*

(44) *Βιλισαρίου μόνου τὸ β'.* In novel. 31, 40, 43, 52, hic annus ita exaratur : P. C. BILIS. V. C. CONS. et in synodo Hierosolymitana cum ind. XIV. In Fastis Italicis Pontaci, seu Pithœanis, huic consulatui et cæteris usque ad consulatum Basilii, Paulinus cum numero consulatuum semper præponitur, verbi gratia, *Paulino I et Bilisario I, Paulino II, et Bilisario II*, et sic deinceps.

(45) *Βιλισαρίου μόνου τὸ γ'.* Marcellinus : *Iterum P. C. Belisarii.*

(46) *Ἰωάννου μόνου.* Cui *Volusianum* collegam adjungit subscriptio epistolæ 2 Vigilii papæ. Is autem est Joannes præfectus prætorio per Orientem, uti etiam indigitatur in Fastis Vossianis, cui pleræque ex Justiniani *Novellis* inscribuntur hoc titulo : Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν Ἀνατολικῶν πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων Ὀρδιναρίῳ καὶ Πατρικίῳ. Illius vero consulatus varie consignatur in ejusdem Justiniani *Novellis*, ex editione Scrimgeri, si numeri, qui nomini præmittuntur, attendantur in quibus ita exaratur : ANNO XI, vel XII, vel XV, JOANNE V, C. CONS. Ita enim promiscue præferunt a 63 usque ad 66, Novella vero 74 Scrimgeriana ita subscribitur : DAT. NON. JUN. CONST. IMP. DN. JUST. PP. AUG. ANN. XV JOANNE V. C. CONS. IND. τοῦ θμω' ἔτους. ubi annus Syromacedonum indigitatur DCCCXLIX, si notas numerales retrotrahas, ut in æra Antiochenorum appellanda seu putanda usum non semel auctorem Chronici observavimus ad pag. 328. Cum enim æra Syromacedonica æram Christianam CCCXII annis præcedere dicatur, Joannis vero consulatus in annum Christi DXXXVIII incidat, recte annus DCCCXLIX conficitur, quandoquidem is mense duntaxat Octobri exordium sumit. Deinde Novel. 57, apud Scrimgerum, et 51 apud Julianum Antecessorem : IMP. DN. JUSTIN. AUG. POST BILIS. V. C. CONS. ANNO III. Novella 41 sic clauditur : DAT. XV. K. SEPT. ANN. XI, POST BJLIS. V. C. CONS. IND. I. quæ quidem indictio I in consulatum Joannis cadit. Sed quid sibi velint tot variantes ascripti Joannis consulatui numeri, fateor me non assequi. Ad hunc etiam

VARIÆ LECTIONES.

[61] ἀνθρωπήσει P. [62] Βελισ. P. [63] μόνου. μόνου α' P. [64] μόνου. μόνου β' P. [65] τὸ β' μόνου. μόνου γ' P.

Digitized by Google

A

Ἰνδ. β'. ιβ'. ὑπ. Ἀπίωνος (47), υἱοῦ Στρατηγίου μ.όνου.

τλ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. γ'. ιγ'. ὑπ. Ἰουστίνου νέου (48) μόνου.

Ἰνδ. δ'. ιδ'. ὑπ. Βασιλείου μόνου (49).

Ἰνδ. ε'. ιε'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου μόνου. [87]

Ἰνδ. ς'. ις'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ β' μόνου [88] (50).

τλα' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ζ'. ιζ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ γ' (51) μόνου.

A. C. [Ol. Iph.]

539. XII Ind. II. Apione, filio Strategii, solo cos. 3.

CCCXXX Olympias.

540. XIII. Ind. III. Justino Juniore solo cos. 4.

541. XIV. Ind. IV. Basilio solo cos. 1. 330.

542. XV. Ind. V. Post. consulatum Basilii I solius. 2

543. XVI. Ind. VI. Post cons. Basilii II solius. 3.

CCCXXXI Olympias.

514. XVII. Ind. VII. Post cons. Basilii III solius. 4.

DUCANGII NOTÆ.

annum referri posse videntur subscriptiones constitutionum 123 et 124 ejusdem Juliani Antecess. P. C. BELISARII. ANNO IV. IND. VIII, tametsi minime hic quadret indictio VIII, quæ I fuit, nisi ex illis sit indictionibus exoticis de quibus non semel egimus. Præterea novellæ Scrimgerianæ 130 et 128, quæ eædem sunt, hanc subscriptionem præferunt : BASILIO V. C. CONS.

(47) Ἀπίωνος. Id nominis cum unico π, etiam scriptum supra observamus : neque aliter Julianus Antecessor, Victor Tunnunensis, et Victorius hoc anno. Marcellinus vero, Marius Aventic. et alii Appionem scribunt, quomodo hanc vocem efferunt Procopius et Theophanes. Sed an idem cum Appione, qui jam ab anno XIV Anastasii, hoc est Christi DV, in aula dignitates obtinebat, vix est vero simile, cum præterea tradat auctor Chronici ab Anastasio exsulem factum, a Justino imp. revocatum ac præfecturæ prætorianæ honore donatum, nulla consulatus facta mentione. Deinde hic Strategii filius dicitur, ut ab alio qui sub Justino floruit distinguatur : illius forte Strategii comitis sacrarum largitionum, exconsule, et patricii, cui inscribitur novella Justiniani 105. Quem porro Apionem vel Appionem Fasti et auctor Chronici, Arionem perpetuo vocant Justiniani novellæ Scrimgerianæ 78, 79, 83, 99, 101, et apud Julianum Antecess. constit. 73, et 75, illiusque consulatus ita signatur : ARIONE V. C. CONS. hisce numeris varie præpositis, ANN. XII, vel XIII, vel XV, mihi pariter incognitis, ubi editio Fr. Pithœi habet APIONE.

(48) Ἰουστίνου νέου. Victor Tunnun. et subscriptio epistolæ 5 Vigilii papæ, JUSTINO V. C. cos. Marcellinus : JUSTINO JUNIORE cos. Is filius fuit Germani Patricii, Justini imp. consobrini, ut ait idem Marcellinus. Vide *Familias* nostras *Byzant.*

(49) Βασιλείου μόνου. Hic Basilii consulatus ita consignatur in *Novellis* Justiniani 108, 109, 110, 125, 127, 136 et 137, DN. JUST. PP. AUG. BASILIO. V. C. CONS. In novella vero tum apud Scrimgerum, tum apud Julianum Antecess. 111, 113, et in edicto 7 imp. DN. JUSTIN. PP. AUG. ANN. XV. BASILIO V. C. CONS. Concilium Aurelianense IV actum dicitur *Basilio V. C. cons. indict.* IV. Is porro Basilius *Junior* vulgo dicitur, ad discrimen Basilii patris : uterque autem patria Edessenus fuit, ac splendore generis opibusque clarissimus, ut auctor est Procopius lib. II *Persic.* cap. 21 ; et lib. III *Gothic.* cap. 20.

(50) Μετὰ ὑπάτ. Βασιλείου μόνου. Marcellinus et alii : *P. C. Basilii anno* II. Subscriptio epistolæ 24 Vigilii papæ : *Iterum P. C. Basilii V. C.* constitutio 109 apud Julianum Antecess. *Datum* VII *Kal. Aug. septimo milliario* (al. *Septimilliario.*) *imp. DN. Justiniano anno* XVI, *post consulat. Fl. Basilii V. C.* II. Incidit autem annus XVI Justiniani in hunc consulatum.

(51) Μετὰ ὑπ. Βασιλείου μόνου γ'. Exstat hujusce anni nota insignis in veteri scheda, quam ex viri illust. Claudii Pelleterii Franciæ Protologothetæ bibliotheca descriptam ad calcem libri II Aratoris, hic damus, ut Sirmondi de Aratore observationi ad lib. IX Epistolarum Sidonii adjungatur. Illa porro hisce verbis concipitur, ascriptis margini variis lectionibus ex alio codice Pithœano : *Beato Domino* [1] *adjuvante* [2], *oblatus est hujusmodi codex ab Aratore subdiacono sanctæ Ecclesiæ Romæ, nomine sancto et* [3] *apostolico viro pap. Vigilo* [4], *et susceptus die* [5] VII *Id. April. in presbyterio ante Confessionem domni* [6] *Petri, cum ibidem plures episcopi, presbyteri, diaconi, et clericorum pars maxima pariter inesset* [7]. *Quem cum ibidem legi mox pro aliqua parte fecisset, Burgentio* [8] *viro venerabili primicerio scholæ notariorum in scrinio dedit collocandum* [9], *cujus beatitudinem litterati et* [10] *omnes doctissimi continuo rogaverunt, ut eum juberet publice recitari. Quod cum fieri præcepisset in ecclesia S. Petri quæ vocatur ad Vincula, religiosorum simul et laicorum nobilium, sed et populorum* [11] *diversorum turba convenit, atque eodem Aratore reciante* [12] *distinctis diebus ambo libri* IV *vicibus sunt auditi, cum uno die medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Eadem hæc recitatio facta est his diebus : prima Id. April. secunda* XV *Kal. Maii : tertia* VIII *Id. Maii : quarta* III [13] *Kal. Maii* [14], *tertio* [15] *P. C. Basilio* [16] *V. C., indictione* VIII [17].

Versibus egregiis decursum clarus Arator
Carmen apostolicis cecinit insigne coronis,
Historiamque prius præponens caustus [18] *ubique*
Substituit typicæ sensatim verba figuræ.
Lingua canora bonum testatur jure poetam [19],
Mysticus ingenium sic indicat ordo profundum.
Finit. Deo gratias. Amen.

Ex hoc porro ascripto duntaxat temporis characte-

VARIÆ LECTIONES.

[87] μόνου α' P. [88] τὸ β' μόνου. μόνου β' P, et sic deinceps præter pag. seq., v. 8, ubi consentit cum V.

[1] *Dompno.* [2] *Petro.* [3] *atque.* [4] *Vigilio.* [5] *ab eo.* [6] *Beati domini.* [7] *interessent.* [8] *Surgentio.* [9] *Ecclesiæ.* [10] *abest et.* [11] *e populo.* [12] *subdiacono rec.* [13] *vero die.* [14] *Junias.* [15] *anno.* [16] *Basilii.* [17] VII. *Ita etiam cod. S. Vincentii Remensis, atque sic legendum.* [18] *cautus.* [19] *Prophetam.*

Digitized by Google

A.C. [Ol.Iph.] A

545. XVIII. Ind. VIII. Post cons. Basilii IV solius. 1. 331.

546. XIX. Ind. IX. Post cons. Basilii V solius. 2.

547. XX. Ind. X. Post cons. Basilii VI solius. 3.

CCCXXXII Olympias.

548. XXI. Ind. XI. Post cons. Basilii VII solius. 4.

549. XXII. Ind. XII. Post cons. Basilii VIII solius. 1. 332.

550. XXIII. Ind. XIII. Post cons. Basilii IX solius. 2.

551. XXIV. Ind. XIV. Post cons. Basilii X solius. 3.

CCCXXXIII Olympias.

552. XXV. Ind. XV. Post cons. Basilii XI solius. 4.

Hoc anno imperii Justiniani, post consulatum Fl. Basilii XI solius, celebrata est synodus Constantinopoli contra impia, exsecranda, impura et a Christiana religione prorsus aliena pagana dogmata Origenis ac Didymi et Evagrii, perduellium Dei, et Theodori impii, ac illius scripta Judaica, et impu-

Ἰνδ. η'. ιη'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ δ' (52) μόνου.

Ἰνδ. θ'. ιθ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ ε' μόνου (53).

Ἰνδ. ι'. κ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ ς' μόνου.

τλβ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ια'. κα'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ ζ' (54) μόνου.

Ἰνδ. ιβ'. κβ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ η' μόνου (55).

Ἰνδ. ιγ'. κγ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ θ' μόνου (56).

Ἰνδ. ιδ'. κδ'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ ι' μόνου.

B

τλγ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ιε'. κε'. μετὰ ὑπ. Βασιλείου τὸ ια' μόνου (57).

Τούτῳ τῷ κε' [49] ἔτει (58) τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλ [50] (59). Βασιλείου τὸ ια' μόνου γέγονεν ἡ ε' σύνοδος (60) ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ ἀκαθάρτων καὶ ἀλλοτρίων τοῦ Χριστιανισμοῦ Ἑλληνικῶν δογμάτων Ὠριγένους καὶ Διδύμου καὶ Εὐαγρίου τῶν θεομάχων

DUCANGII NOTÆ.

rismo refellitur vir doctissimus, qui negat ullum exstare exemplum in quo vocibus *post consulatum*, annorum numerus præmittatur. Sed et neque hoc unicum superest, cum alia peti possint ex Epistolis Vigilii et Pelagii I PP. Marcellino comite ad II annum postconsulatus Basilii, et ex Sponio in Miscellan. eruditæ Antiq. p. 314. Quinetiam in laterculo consulum edito ab Arnaldo Pontaco, consulatibus omnibus ejusdem Basilii numeri præponuntur hac formula : II. *P. C. Ter P. C.* IV. *P. C.* etc. Proinde haud omnino improbanda videri debuit V. C. conjectura in explicatione inscriptionis basilicæ Narbonensis, nisi forte aliunde posset confutari.

(52) *Μετὰ ὑπ. Βασιλείου δ'*. Epist. 3 Vigilii papæ : IV. *P. C. Basilii V. C.* Marcellinus comes formula vulgari : *P. C. Basilii anno* IV, quomodo etiam apud Julianum Antecess. constitutio 111, ex edit. Fr. Pithœi clauditur : *Dat.* VII *Id. Maias. Constp. imp. DN. Justin. Aug.* XVIII *post cons. Basilii anno* IV. Et constitutio 119 : *Dat.* XI *Kal. April. DN. Just. PP. A. anno* XVII *post Basilii V. C. cons. ann.* IV : Cassii Narniensis episcopi epitaphium in ecclesia Majore supra januam cryptæ S. Juliani : *Rq. in pace prid. Kal. Jul. P. C. Basilii V. C. ann.* XVII.

(53) *Μόνου ε'*. Julianus Antecessor in constitut. 115 apud Fr. Pithœum : *Dat. Kal. Maii Constan. DN. Just. PP. Aug. anno* XX. *post cons. Basilii anno* V, *indict.* IV.

(54) *Μόνου ζ'*. Mentio est istius postconsulatus Basilii VII ad calcem Regulæ S. Aureliani episcopi Arelat. ubi pro anno V, legendum VII, indict. XI, recte monent viri eruditi. Ad hunc etiam videtur referendus obitus Valentiniani episcopi Curiensis apud Bucelinum in Chronologia Rætiæ, p. 116, qui depositus dicitur. . . . Id. Jan. PC. Basilii V. C. . . . Ind. XI.

(55) *Μόνου η'*. In Classensi basilica ad Ravennam exstat vetus inscriptio, quæ docet sancti Apollinaris corpus per Maximianum archiepiscopum in hanc ædem translatum VII *Id. Maias indict.* XII, *Octies P. C. Basilii*, ut monent viri eruditissimi Joannes Mabillonius et Michael Germanus in *Itinere Italico*, pag. 41, ubi observandum postconsulatui numerum præponi. De Maximiano vero præsule, Ravennensi archiepiscopo, silent Catalogus editus ab iisdem viris doctis, et Ughellus.

(56) *Μόνου θ'*. Apud Bedam *De Ratione tempor.* cap. 49, ita signatur hic postconsulatus : XV *Kal. Maias, indict.* XIII, *P. C. Basilii*, ubi pariter numerus præponitur.

(57) *Τὸ ια' μόνου*. Variat hoc loco auctor in recensendorum postconsulatuum formula, cum in aliis numerum præponat. Hic porro ita signatur in damnatione Theodori episcopi Cæsareæ : *DN. Justiniani PP. Aug. anno* XXV. *P. C. Basilii V. C.* nisi hic annus imperii Justiniani intelligatur.

(58) *Τούτῳ τῷ ἔτει*. Hancce integram περιοχὴν descripsisse Leunclavium ex hoc Chronico, eamque sequenti edicto Justiniani præmisisse monuimus in præfatione, indeque colligi posse idem vidisse Leunclavium ac legisse Chronicon.

(59) *Φιλοχρίστου*. Leunclavius Φλ. id est *Flavio*, quomodo indigitatur in novel. 4. Idem error irrepsit in titulo sequentis edicti, et in synodo Constantinopolitana sub Mena, act. 1, rectius vero Φλαβίου scribitur in aliis actionibus.

(60) *Ἡ ε' σύνοδος*. Vide præter Evagrium, lib. IV, cap. 38, Theophanem, etc.; Cyrillum Scythopolitanum in Vita sancti Sabæ cap. 74, 85 et 86; et Joannem Garnerium in Dissert. de V synodo, subjecta Breviario Liberati diaconi, in qua pluribus disquirit, an revera damnatus sit in ea synodo Origenes.

VARIÆ LECTIONES.

[49] κε' om. P. [50] Φλ. VP sola, φιλοχρίστου m. V, R.

Digitized by Google

καὶ Θεοδώρου τοῦ δυσσεβοῦς καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων καὶ τῆς ἀκαθάρτου ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Μάριν [91] τὸν Πέρσην Ἴβα λεγομένης [92] **345** καὶ τῶν μωρῶν συγγραμμάτων Θεοδωρήτου τῶν κατὰ τῶν ιβ' κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου.

A rani epistolam ad Maren Persam Iba dictam, ac inepta Theodoreti scripta adversus XII capita Cyrilli sanctissimi Patris nostri et doctoris. Edictum, sive Doctrina et accurata expositio immaculatæ ac rectæ fidei nostræ Christianæ.

(61) « Ἐν [93] ὀνόματι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Υἱοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, αὐτοκράτωρ, Καῖσαρ, Φλ. [94] Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγκικὸς [95] Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Οὐανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, παντὶ τῷ κληρώματι τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας.

« In nomine Dei et Patris, et unigeniti ipsius Filii Jesu Christi Domini nostri, et sancti Spiritus, imperator Cæsar, Christi amans, Justinianus, Alamanicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper venerabilis, Augustus, universo cœtui catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ.

« Εἰδότες ὡς οὐδὲν οὕτω θεραπεύει τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ὡς τὸ ἓν καὶ αὐτὸ φρονεῖν πάντας τοὺς Χριστιανοὺς περὶ τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν καὶ μὴ εἶναι σχίσματα ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἀναγκαῖον ἡγησάμεθα πᾶσαν πρόφασιν ἀναιροῦντες τοῖς σκανδαλιζομένοις ἢ σκανδαλίζουσι τὴν τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογίαν τὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ κηρυττομένην φανερὰν διὰ τοῦ παρόντος ἡδίκτου ποιήσασθαι πρὸς τὸ καὶ τοὺς τὴν ὀρθὴν πίστιν ὁμολογοῦντας ἐν βεβαίῳ ταύτην φυλάττειν καὶ τοὺς πρὸς ταύτην φιλονεικοῦντας μανθάνοντας τὴν ἀλήθειαν σπουδάσαι ἑνωθῆναι τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ.

« Scientes quod nihil aliud sic potest misericordem Deum placare, quam ut omnes Christiani unum idemque sapiant in recta et immaculata fide, nec sint dissensiones in sancta Dei Ecclesia, necessarium putavimus, omnem occasionem interimentes eis qui scandalizantur, vel qui scandalizant, rectæ fidei confessionem, quæ in sancta Dei Ecclesia prædicatur, præsenti edicto facere manifestam : ut et illi qui rectam fidem confitentur, firmiter eam custodiant, et illi qui adversus eam contendunt, discentes veritatem, festinent semetipsos unire sanctæ Dei Ecclesiæ.

« Ὁμολογοῦμεν τοίνυν πιστεύειν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν Θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν καὶ δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἤτοι προσώποις δοξάζοντες, εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζον-

« Confitemur igitur credere in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, Trinitatem consubstantialem, unam deitatem, sive naturam et substantiam et virtutem et potestatem in tribus subsistentiis sive personis adorantes, in quibus baptizati sumus, in quas credimus, in quibus confessionem [in quæ credimus,

DUCANGII NOTÆ.

(61) *Πρόγραμμα*. Hoc edictum, Justiniani fidei confessionem continens, et refutationem trium capitulorum, et hæresium sui temporis, ad annum DXLI Vigilii papæ VII revocat Baronius, qui de eo multis agit, ex Facundo Hermianensi, Liberato diacono, Isidoro, *De scriptoribus eccl.*, et aliis, ut et ex eo Binius post epist. 9 ejusdem Vigilii. Edictum vero illud Justiniani pridem Latine ex veteri versione in conciliis editionis Crabbei, Surii, et Veneta prodierat : cum primus Græca ex hoc Chron. tum inedito publicavit Leunclavius in jure Græco-Rom. præfixa Ant. Contii de ea observatione, et addita eadem veteri Latina interpretatione, qua omissa, suam ipse Raderus Chronico a se edito inseruit, quam non omnino probasse virum doctissimum Franc. Pithœum, ut quæ nævis aliquot (quod semel ac iterum monet) haud careret, observare est in Pithœanis hactenus ineditis, et a V. C. affini Petro Pithœo senatore Parisiensi collectis sub annum MDCXVI. Ex Leunclaviana, deinde in Romana anni MDCVIII, et ex ea in Coloniensi ac Parisiensi conciliorum editione utraque lingua descriptum est, nulla cæterum nota apposita, quæ codicem unde Græca tum primum desumpta essent, lectorem doceret. Nos vero illud hic editum non modo cum Leunclaviana editione, sed et cum Romana et Parisiensi contulimus, et ex iis perinde ac ex ipso Vaticano cod., prout a viro doctissimo Claudio Stephanotio Benedictino exscriptus est, hiatum sat magnum, quem in Augustano codice reperiri monuerat Raderus, supplevimus, veteremque interpretem, quem pro Raderiana versione, utpote majoris auctoritatis adjunximus, cum Colberteo codice non modicæ vetustatis pariter comparatum, variis lectionibus subinde appositis. In eo, ut et apud Leunclav., et in cod. Boheriano, quem laudat Labbeus, præfigitur hic titulus : *Edictum piissimi imperatoris Justiniani, rectæ fidei confessionem continens, et refutationem hæresium quæ adversantur catholicæ Ecclesiæ*. Ubi Græca duntaxat habent : Ὁμολογία πίστεως Ἰουστινιανοῦ αὐτοκράτορος κατὰ τριῶν κεφαλαίων, quæ esse editoris Romani videntur, cum apud Leunclavium hicque aliter legantur.

VARIÆ LECTIONES.

[91] Μάρην PV. Conf., pag. 294 A, 362 A. [92] κατὰ ιβ' R. [93] Præponit P : Πρόγραμμα, ἤτοι διδασκαλία καὶ ἔκθεσις ἀκριβὴς περὶ τῆς ἀμωμήτου καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν, quæ V habet in margine ab alia manu. [94] φιλόχριστος P, Φλ. V, alterum in margine ponens. [95] Γοθικός, Φραγικός V.

Digitized by Google

(*) Erat Justinianus imperator forma habitusque corporis turbinali, pectorosus, candidus, raro capillo, recalvaster facie tereti, formosus, florido aspectu, subridens, subcano capite, mento Romanorum more raso, naso justo subalbus.

Digitized by Google

Hoc anno illius imperii VIII, mense Septembri, die VII, indict. VIII, morbo correptus est Justinus Augustus, et Tiberium Cæsarem dixit, nomine Constantini indito : vixitque ille cum eo, Cæsaris insignitus dignitate, annos quatuor.

A. C. [Ol. Iph.]

575. IX. Ind. VIII. Post cons. Justini Junioris IX solius. 3.

CCCXXXIX Olympias.

576. X. Ind. IX. Post cons. Justini Junioris X solius. 4.

577. XI. Ind. X. Post cons. Justini Junioris XI solius. 1. 339.

578. XII. Ind. XI. Post cons. Justini Junioris XII solius. 2.

Τούτῳ τῷ η' ἔτει [86] τῆς αὐτοῦ βασιλείας (77) μηνὶ Σεπτεμβρίῳ (78) ζ' τῆς η' Ἰνδικτιῶνος ἠσθένησεν Ἰουστῖνος Αὔγουστος, καὶ ἐποίησεν Τιβέριον (79) Καίσαρα, μετονομάσας αὐτὸν Κωνσταντῖνον (80), καὶ διετέλεσε σὺν αὐτῷ Καῖσαρ ὢν ἔτη τέσσαρα.

Ἰνδ. η'. θ'. μετὰ β' [87] ὑπ. Ἰουστίνου Αὐγούστου [88] τὸ θ' μόνου.

τλθ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. θ'. ι'. μετὰ β' ὑπ. Ἰουστίνου Αὐγούστου [89] τὸ ι' μόνου.

Ἰνδ. ι'. ια'. μετὰ β' ὑπ. Ἰουστίνου Αὐγούστου τὸ ια' (81) μόνου.

Ἰνδ. ια'. ιβ'. μετὰ β' ὑπ. Ἰουστίνου Αὐγούστου τὸ ιβ' (82) μόνου.

DUCANGII NOTÆ.

(77) *η' τῆς αὐτοῦ βασιλείας.* Imo mense Septembri erat octavus imperii annus, postconsulatus autem septimus. Imperium enim auspicatus est Justinus XXIV Novemb. ann. DLXV, consulatum vero Kal. Jan. ann. DLXVII duntaxat iniit.

(78) *Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ.* Theophanes anno VIII imperii Justini : Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ς' ἠσθένησεν ὁ βασιλεύς, nempe νόσῳ παραφορᾶς βεβλημένος, ut est apud Simocattam, lib. III, cap. 11. Nicephorus Uranus, in Vita S. Symeonis Stylitæ, n. 192, οὐ πολὺ δὲ ἐν μέσῳ καὶ φήμη κατὰ πάσης ἠπείρου καὶ θαλάσσης ἐχώρει διεφθάρθαι τὸν βασιλέα τὰς φρένας, κατόπιν δὲ καὶ θάνατος εἵπετο. Meminit præterea idem scriptor, ut et hoc obiter adnotem, n. 189 Justini filiæ, quam idem Symeon a dæmonio liberaverit. Recitat deinde idem Theophanes aliquot phræneseos Justini argumenta, neque tamen hoc cœptæ invaletudinis anno Cæsarem Tiberium renuntiatum ait, sed anno demum X, τῆς νόσου δ' αὐτῷ ἐπιτιθεμένης λίαν, ὡς ἔπος; εἰπεῖν, γεννικῶς, inquit idem Simocatta. Proinde ita capienda sunt Chronici verba, ut in morbum sonticum, sed in phrænesin, vel *amentiam*, ut loquitur Paulus Warnefridus, tum primum inciderit VII die mensis Septembris, vel ut vult Theophanes, die VI Octobris, ac postmodum Cæsarem renuntiaverit Tiberium, qui hanc dignitatem eodem Justino superstite per annos IV obtinuerit. Unde cum Justinus obierit V die mensis Octobr. indict. XII, anno DLXXVIII, sequitur Tiberium Cæsarem fuisse renuntiatum ind. VIII, sub mensem Decembrem anno DLXXIV, imperii Justini IX, non vero X, prout putat Theophanes, cum imperare cœperit XIV Nov. anno DLXV. Ac siquidem Tiberius per IV annos Cæsar fuerit, IX annus Justini cœperit XIV Novemb. ind. IX, proinde Cæsaream dignitatem obtinuit Tiberius mense Decembri, hac eadem indictione, ut notat Simocatta. Scribit Joannes Biclariensis sub ann. VIII Justini, *hujus Tiberii Cæsaris die prima, in regia urbe inguinalem plagam sedatam esse.* Sed cum luis istius nulla, quod sciam, mentio agatur apud scriptores, multo minus sedatæ postridie Cæsareæ dignitatis Tiberio collatæ, quando ille Cæsar dictus fuerit, ex hoc loco colligi non potest. Sed et neque pariter errat auctor Chronici in annis Justini, quos is semper iniit a suo consulatu, ut ex Corippo indicavimus, et ex Fastis omnibus liquet, non vero ab inito statim imperio. Præclaram illius parænesim ad Tiberium de imperio legitime administrando, post datam Cæsaream dignitatem, Evagrius, lib. V, cap. 13, et Simocatta : Theophanes vero et Cedrenus, cum paulo ante obitum imperatorem renuntiavit, dictam scribunt.

(79) *Τιβέριον.* Tum comitem excubitorum, ut est apud Theophanem et alios, seu ut habet Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem, κόμητα τῶν ἐξκουσατόρων, ut iidem fuerint excubitores et excusati : de qua postrema voce quædam attigimus in Notis ad Alexiadem Annæam.

(80) *Μετονομάσας αὐτὸν Κωνσταντῖνον.* Inde Tiberii nomini Constantini nomen sibi adjunxit, ut ex inscriptionibus et ex ipsius nummis apud Gregorium Turon. lib. IV *Hist.*, cap. 2, et iis quos delineari curavimus in *Famil. Byzant.* abunde colligi potest. Cedrenus anno IV, tum primum in Actis publicis et in contractibus Tiberium, Constantinum appellari cœpisse auctor est. At cur νέος Κωνσταντῖνος deinceps indigitatus sit, vero simile est id a populo profluxisse, ob præclaras animi dotes, quasi alter exstiterit Constantinus Magnus. An porro vox νέος, per *Junior*, vel per *novus* efferri Latine debeat, pluribus disquirimus in Gloss. med. Græcit. in V, νέος. Addam duntaxat, per *Junior*, cum postponitur : per *novus*, cum præponitur, id vocabuli reddi ut plurimum videri debere.

(81) *Τὸ ια'.* Ad hunc annum DLXXVII, spectat characterismus notatus in Epitaphio ejusdem Boetii in *Roma subterranea* lib. IV, cap. 10, ubi depositus dicitur *oct. Kal. Novemb. indict.* XI, *imp. DN. Justino PP. Aug. anno.* XII. *et Tiberio Cæsare ann.* III. Ex quo recte conjicit vir doctissimus annum hic designari Christi vulgarem DLXXVII, quo mense Octobri erat indictio XI, annus vero XII imperii Justini, non postconsulatus, Tiberii autem Cæsareæ dignitatis III.

(82) *ιβ'.* Inscriptio Christiana apud Sponium in Miscellan. erudit. Antiquit., pag. 814 : *Obiit* VIII *Kal. Decembris, duodecies P. C. Justini, indict.* XV. Consul tum primum processit Justinus, ut supra attigimus, Kal. Jan. an. Chr. DLXVII, indict. XV. Igitur XII ejus postconsulatus cadit in indict. XII (quomodo hic emendandum) anno DLXXXVIII. Sed cum hoc anno Justinus e vita excesserit V Octobr. proinde ante IX Kal. Decemb. hic notatum diem, dicendum illius obitus nuntium in Italiam nondum venisse, cum illud epitaphium scriptum est. Ad hunc annum etiam forte spectat nota XII, apposita in nummo Justini a nobis descripto in *Famil. Byzant.*, nisi sit annus imperii.

VARIÆ LECTIONES.

[86] Ἔτει η' P. [87] β' om. P. [88] Αὐγούστου. Νέου P. [89] Νέου Αὐγούστου ter P.

Digitized by Google

Τούτῳ τῷ ιβ' ἔτει [60] τῆς Ἰουστίνου βασιλείας μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κς' τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος ἐστέφθη ὑπ' αὐτοῦ Τιβέριος Νέος Κωνσταντῖνος, καὶ τῇ ε' τοῦ μετ' αὐτὸν Ὀκτωβρίου μηνὸς τελευτᾷ Ἰουστῖνος Αὔγουστος.

Καὶ ἐμονάρχησεν Τιβέριος Κωνσταντῖνος ἔτερα ἔτη δ'. Ὁμοῦ ϛιᾳ'.

Hoc anno XII Justini imperii, mense Septembri, die XXVI, indictione XII, coronatus est ab eo Tiberius Novus Constantinus : et V die mensis Octobris moritur Justinus Augustus.

(A. a M. C. 6090.) Et solus imperavit Tiberius Constantinus alios annos IV. Colliguntur anni VI. MACI.

A. C.	[Ol. Iph.]
Τιβέριος.	*Tiberius.*
[61] Ἰνδ. ιβ'. α'. ὑπ. [62] Τιβερίου (83) Νέου Κωνσταντίνου Αὐγούστου τὸ α'.	579. I. Ind. XII. Post cons. Tiberii Novi Constantini Augusti I. 3.
τμ' Ὀλυμπιάδ.	*CCCXL Olympias.*
Ἰνδ. ιγ'. β' [63]. μετὰ [64] ὑπ. Τιβερίου Νέου Κωνσταντίνου.	580. II. Ind. XIII. Tiberio Novo Constantino cons. 4.
Ἰνδ. ιδ'. γ'. μετὰ ὑπ. Τιβερίου νέου Κωνσταντίνου [65] (84) τὸ β' μόνου.	581. III. Ind. XIV. Post cons. Tiberii Novi Constantini II solius. 1. 340.
Ἰνδ. ιε'. δ'. μετὰ ὑπ. Τιβερίου νέου Κωνσταντίνου τὸ γ' μόνου.	582. IV. Ind. XV. Post cons. Tiberii Novi Constantini III solius. 2
Τούτῳ τῷ δ' ἔτει [66] τῆς αὐτοῦ μοναρχίας ἠσθένησε	Hoc anno IV. illius monarchiæ, ægrotavit Tibe-

DUCANGII NOTÆ.

(83) *Μετὰ ὑπ. Τιβερίου*, etc. Hic observandæ voces μετά et τὸ πρῶτον, quæ nihil aliud denotant quam annum I imperii, ut Justini primum ἀνύπατον, formula, ut dixi, tum recepta, licet nondum consul processisset, sed anno demum proximo, Christi DLXXX. Neque enim a Chronici scriptore anno DLXIX. Consulatus Tiberii consignatur, quod vult vir doctissimus.

(84) *Ὑπ. Τιβερίου Νέου Κωνσταντίνου.* Ita etiam editio Scaligeri absque voce μετά. Consulatum igitur, juxta hunc scriptorem, tum primum hoc anno DLXXX, iniit Tiberius, quod omnino indicant sequentibus postconsulatibus appositi num. II, III, etc. : ita tamen ut annos postconsulatuum distinguat ab annis μοναρχίας, ut indict. XV, ubi IV annus dicitur, proindeque Marius Aventicensis ad indict. XIII primum consulatum Tiberii recte refert, tametsi erret in Justini obitus anno, cum is e vita excesserit ineunte indic. XII, anno DLXXVIII. Notandum porro auctorem Chronici bis annum primum Tiberii notare, anno scilicet DLXXIX, deinde anno DLXXX. Prior nempe annus primus fuit imperii, alter consulatus. At in edit. Scaligeri anni duntaxat imperii singulis Tiberii annis præfiguntur : atque ita edidimus. Observandum præterea in ipsius nummis a nobis delineatis habitu consulari fere semper effingi, id est cum loro et sceptro aquiligero, additis etiam annis imperii, interdum etiam Cæsareæ dignitatis. Anni quippe III et IV in iis notati, annos imperii : ut V et VIII Cæsareæ dignitatis spectant, quos cum annis imperii connectebat : unde apud Paulum Warnefridum, lib. III. *De gest. Longobard.* cap. 15, dicitur imperium rexisse septem annis, cum annis duntaxat IV post obitum Justini imperaverit. In iis enim omnibus PP. AUG. inscribitur, qui quidem ascripti numeri in solis duntaxat æreis habentur. Jam vero liceat hic expendere an intolerandus sit error Panvinii, seu potius auctoris Chronici et Marii Aventicis, quod vult vir eruditus, qui consulatum Tiberii in annum DLXXX conjiciunt. Prostat Tiberii Pragmaticum a Fr. Pithœo editum, a nobis pridem laudatum, cum hac subscriptione : *Dat. III Id. Aug. CPL. Imp. Domini nostri Tiberii Constantini PP. Aug. anno octavo, et post Consulatum ejus tertio, et Nob. Fl. Tiberii Maur. Feliciss. Cæsar. anno primo.* Hic igitur annus VIII postremus fuit imperii Tiberii, Christi DLXXXII, ac primus inceptus Mauricii Cæsaris. Tiberius enim mortuus est XIV Augusti : Mauricius vero Cæsar dictus est V, emissum denique Pragmaticum XI die ejusdem mensis, proinde triduo aut quatriduo ante obitum Tiberii. Deinde postremo hoc anno Tiberii, erat proconsulatus ejusdem III, ita diserte hic consignatur. Si retrocedas, secundus inciderit in annum DLXXXI, ind. XIV, consequenter igitur consulatus ipse Tiberii in annum DLXXX, indict. XIII, juxta sententiam Panvinii et auctoris Chronici. Nam quod in anno DLXXIX, additur τὸ πρῶτον, intelligitur ἔτος· primus enim fuit annus imperii Tiberii : qui sequitur absque ullo numero notatus, primus est illius consulatus : annus deinde DLXXXI est secundus : annus denique DLXXXII tertius, quo is excessit, quique in Pragmatico describitur. Altero igitur post initium imperium anno tum primum consul processit, exemplo Justini decessoris, ut utriusque postmodum Focas. Ex quibus emendanda videtur inscriptio Eugippiana apud eruditissimum Mabillonium et Labbeum (non ex duobus codicibus, sed unico Sangermanensi eruta) quæ sic edita est : *Sub die Iduum Decembr. imperante DN. Tiberio Constantino Augusto anno* VII *P. C. ejusdem Augusti anno* III, *indictione quintadecima, obsidentibus Longobardis Neapolitanam civitatem.* Legendum enim *anno* II. Alias quippe hæc inscriptio in annum DLXXXI nor. caderet, cum tertius Tiberii consulatus, seu post consulatus inceperit Kal. Jan. anni DLXXXII, nisi cum anno Cæsareæ dignitatis aut imperii semper concurrerit illius postconsulatus, quo casu idem semper exstiterit annus DLXXXII.

VARIÆ LECTIONES.

[60] ἔτει ιβ' P. [61] Ante Ἰνδ. ponit Τιβέριος P. [62] ὑπ. μετὰ ὑπ. P. [63] β'. γ'. δ'. α'. β'. γ'. R. [64] μετὰ om. P. [65] Κωνσταντίνου Αὐγούστου R. [66] ἔτει τετάρτῳ P.

Digitized by Google

rius Cæsar, et v Augusti mensis præsentis indictionis, creatus est Cæsar Mauricius Tiberius : ac XIII, ejusdem mensis Augusti coronatus est imperator, data illi a Tiberio Novo Constantino ipsius filia Constantina : et XIV ejusdem mensis Augusti die moritur Tiberius Novus Constantinus in suburbano Hebdomi : ejusque funere navigio Constantinopolim elato, postero die celebratæ sunt exsequiæ, illiusque corpus in æde Sanctorum Apostolorum depositum est.

Deinde imperavit Mauricius annos XX. Colliguntur anni VI. MCXI.

A. C. [Ol. Iph.]

585. (A. a M. C. 6091.) I. Ind. I. Primus annus consulibus caruit : et ex communi sententia scriptum est : *Post consulatum Tiberii Constantini divæ memoriæ anno* IV.

CCCXLI Olympias.

584. II. Ind. II. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti I solius. 5.

585. III. Ind. III. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti solius. 4.

A Τιβέριος Καῖσαρ, καὶ τῇ πέμπτῃ (85) τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῆς παρούσης ιε' ἰνδικτιῶνος ἐγένετο Καῖσαρ Μαυρίκιος Τιβέριος· καὶ τῇ δεκάτῃ τρίτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐστέφθη βασιλεὺς, δοθείσης αὐτῷ παρὰ Τιβερίου Νέου Κωνσταντίνου τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνης εἰς γυναῖκα· καὶ τῇ ιθ' τοῦ αὐτοῦ [67] Αὐγούστου μηνὸς τελευτᾷ Τιβέριος νέος Κωνσταντῖνος ἐν προκέσσῳ τοῦ Ἑβδόμου· καὶ ἐνεχθέντος τοῦ λειψάνου αὐτοῦ πλεῖ [68] ἐν [69] Κωνσταντινουπόλει, **377** τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ ἐκηδεύθη καὶ ἀπετέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους.

Εἶτα ἐβασίλευσε Μαυρίκιος ἔτη κ'. Ὁμοῦ ,ϛρια'.

Ἰνδ. α'. α' [70]. ἐνιαυτὸς (86) ἀνύπατος. Καὶ ἐκ B κοινοῦ δόγματος ἐγράφη, μετὰ ὑπατείαν Τιβερίου Κωνσταντίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτους δ'.

τμα' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. β'. β'. ὑπ. [71]. Μαυρικίου [72] Αὐγούστου τὸ α' μόνου.

Ἰνδ. γ'. γ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου (87) Τιβερίου Αὐγούστου μόνου.

DUCANGII NOTÆ.

(85) *Καὶ τῇ πέμπτῃ* Vide præter scriptores Byzantinos, Paulum Warnefridum loco supra laudato.

(86) *Πρῶτος ἐνιαυτός.* Is annus Mauricii primus consignatur in nummo ejus æreo, in quo consulari habitu effingitur, in cujus postica, ANNO I, scribitur. Dicitur autem caruisse cōsulibus, quod intelligendum de reliquo anno ab obtu Tiberii Constantini, cum proximo consul processerit. C

(87) *Μετὰ ὑπ. Μαυρικίου τὸ α'.* Hoc anno DLXXXIV, indict. III, Mauricium tuum primum consulem processisse narrat præterea Simocatta, lib. I, cap. 12, χειμῶνος ὥρᾳ, sub hiemem. Theophanes vero et Cedrenus XXII mensis Decembris actum processum scribunt : ad quem quidem annum Mauricii consulatum referunt Fasti Vossiani apud Henr. Dodwellum V. C. hisce verbis : Μαυρικίου Σεβαστοῦ Αὐγούστου μόνου. Ind. β', quæ quidem indictio revera est II si anni initium spectetur quo consul processit. Neque tamen hic annus primus debuit censeri consulatus Mauricii, qui annus esse solebat, sed qui proxime sequitur, et primus notatur in Chronico, nulla licet adjecta numerali nota, cum sequens annus dicatur esse secundus, ac proinde ab eo cæteri numerentur. Nec refert quod vox μετά hoc anno DLXXXIV apponatur, licet superflua, cum id scribatur recepta hac tempestate fere semper formula : ut et anno DLXXXV, qua annuum consulatum is gessit, juxta Chronici scriptorem, in quo μετά vox pariter expungi debuit, siquidem annus est quo gestum consulatum videtur innuere, licet cœptum sub mensis Decembris exitum anni proxime elapsi. Enimvero ab hoc anno DLXXXIX cæteros Mauricii consulatus, seu postconsulatus (nam promiscue appellantur in subscriptionibus) initium sumere putet ex epitaphio descripto a Summontio et Ughello in episcopis Neapolitanis : *Hic requiescit in pace Candida C. F. quæ vixit P. M. ann.* L, *dies* IV. *Id. Sept. imp. D.N. Mauricio PP. Aug. ann.* IV *P. C. ejusdem anno* II, ind. IV. Qui quidem characterismi omnes quadrant in annum DLXXXV. Annum enim IV imperii iniit Mauricius mense Aug. eodemanno DLXXXV. Indictio vero IV cœpit Kal. ejusdem anni. Exstat. ejusdem anni inscriptio apud Reinesium pag. 960, quæ sic clauditur : *Imp. DN. Mauricio PP. Aug. anno* III *post consulatum ejusdem anno* II, *indict.* IV. Annus III Mauricii cœpit mense Augusto anno DLXXXIV, quo cos. processit sub mensem Decembrem, indict. III, proinde annus post consulatum, qui postconsulatus II hic dicitur, incidit in annum DLXXXV, quo ante mensem Augustum, quo imperii annus IV cœpit, edita est hæc inscriptio. Neque alia ratione subscribitur Gregorii M. ad Augustinum Anglorum episc., epistola *data die* X *Kal. Aug. imperante DN. Mauricio Tiberio piissimo Aug. anno* XIV, *post consulatum ejusdem anno* XIII, *indict.* XIV. Qui quidem characterismi quadrant in annum DXCVI. Ejusmodi formula subscribuntur D ejusdem Gregorii epistolæ 60, 63 et 71 libri IX, quæ datæ leguntur *mense Junio, imperante Mauricio Tiberio Aug. anno* XIX, *post consulatum ejusdem anno* XVIII, *indict.* IV. Quæ quidem omnia conveniunt anno DCI. Ex quibus patet omnino putatos consulatus seu postconsulatus Mauricii ab anno DLXXXIV. Proinde haud ægre potest emendari epistola 22 ejusdem Gregorii hoc ipso lib. IX, quæ quidem in uno cod. ms. e Colberteis desideratur : in aliis vero et in editis illius epigraphe prave concepta legitur, ut pridem observatum ab Henschenio in I Exegesi præliminari ad t. III Martii, n. 31. Ita porro editiones omnes : *I. N. D. N. imperantibus Domno Mauricio et Tiberio Augustis, anno incarnationis Dominicæ* DCI, *eodemque Domno undecies con-*

VARIÆ LECTIONES.

[67] αὐτοῦ om. P. [68] πλοεῖ RV. [69] ἐν om. R. [70] α'. α' πρῶτος P sola. [71] μετὰ ὑπ. P. [72] Μαυρικίου Τιβερίου P.

Digitized by Google

Ἰνδ. δ'. δ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ β' μόνου.

Ἰνδ. ε'. ε'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ γ' μόνου.

τμβ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ς'. ς'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ δ' μόνου.

Ἰνδ. ζ'. ζ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ ε' μόνου [73].

Ἰνδ. η'. η'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ ς' [74].

Τούτῳ τῷ (88) ἐνιαυτῷ τῇ Πασχαλίᾳ ἑορτῇ Μαυρίκιος Τιβέριος ἔστεψε Θεοδόσιον τὸν ἴδιον υἱὸν εἰς βασιλέα. Οὐ μέντοι ἐτάγη εἰς συμβόλαια (89) ἢ ἄλλο τι ἐπράχθη ἐπ' αὐτῷ τῶν εἰς γνώρισμα βασιλέως, ἀλλ' ἢ μόνον ἐστέφθη.

Ἰνδ. θ'. θ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ζ'.

Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ Χοσρόης (90) ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἦλθε πρὸς Ῥωμαίους, ἀνταρσίαν ὑπομείνας

A. C. [Ol. Iph.]

586. IV. Ind. IV. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti II solius. 1. 341.

587. V. Ind. V. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti III solius. 2.

CCCXLII Olympias.

588. VI. Ind. VI. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti III solius. 3.

589. VII. Ind. VII. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti V solius 1. 342.

590. VIII. Ind. VIII. Post cons. Mauricii Tiberi Augusti VI solius. 2.

Hoc anno festo Paschatis, Mauricius Tiberius coronavit filium suum Theodosium in imperatorem. Neque tamen illius appositum nomen in publicis commentariis, vel quidpiam in eo actum, quo dignosci solent imperatores, sed est duntaxat corona donatus.

A. C. [Ol. Iph.]

591. IX. Ind. IX. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti VII. 3.

Hoc anno, Chosroes Persarum rex, Varamo ejus

DUCANGII NOTÆ.

sule, sub die III *Non. Octobr.* Paulo melius codex alius ms. Colberteus : *In nomine Domini et Salvatoris J. C. imperante Domno Mauricio Tiberio PP. Aug. anno decimo tertio, eodemque Domno cons. ann. undecimo, sub die* III *Nonar. Octobr., indict.* IV. In altero, *quarta* : in alio, III legitur. In Vaticano vero eod. ita hæc inscriptio describitur, ut me monuit V. C. Stephanus Baluzius : *Imperante Domno Mauricio Augusto anno* XIV, *ejusdem Domni nostri consulatus anno* XIII, *sub* III *Kal. Octobr., indict.* IV. Sic variant codices. At cum de indictione constet, videtur sanari posse mendosa inscriptio, si legatur : *Imp. DN. Mauricio Tiberio Aug. anno* XIX, *consulatus anno* XVII, *sub* III *Kal. Octobr., indict.* IV. Hac enim indict. IV, mense Septembri erat annus Christi DC, imperii Mauricii XIX; posteonsulatus vero, seu consulatus XVII, quæ quidem nota numeralis in editionibus perperam per *undecies* redditur, cum in mss., ut est proximum vero, VII *decies* scriptum esset, id est, septemdecim. Proinde hic consulatus non est XVI, quod vult vir doctissimus, sed XVII. Jam vero quod primus Mauricii consulatus dicatur annus integer DLXXXIV, licet sub illius exitum duntaxat processerit, ita ut consulatus retroactus dicatur, istius anni elapso tempore illi ascripto : simili forte id præscriptum est decreto, quo sub Heraclio, ut mox observamus.

(88) *Τούτῳ τῷ ἔτει.* Theodosium filium Cæsarem antea dixerat Mauricius, anno scilicet imperii V, ut scribit Joannes Biclariensis.

(89) *Οὐ μέντοι ἐτάγη εἰς συμβόλαια.* Ita quippe imperatores filios suos dignitatis consortes ac βασιλέας renuntiabant, ut supremam auctoritatem sibi semper reservarent, solusque iis duntaxat imperatoris daretur titulus, quo, si parentem mori contingeret, haberet populus quem principem jam creatum agnosceret : unde postremis saltem sæculis, βασιλεῖς nude indigitabantur, cum parentes αὐτοκράτορες una et βασιλεῖς inscriberentur. Ita apud Nicephorum Gregoram, lib. IV *Hist.*, cap. 16. Michael Palæologus imp. filio Andronico imperatori creato indulsit, ut subscribere liceret litteris Cinnabaricis, cæterum sine mense et indictione, hac duntaxat ratione : ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, cum ipse sese præterea Αὐτοκράτορα inscriberet : tametsi a Joanne Cantacuzeno imp. Matthæus filius imperator factus, sese et βασιλέα et αὐτοκράτορα dixerit, ut ex ejus subscriptione apud Gretzerum in notis ad ejusdem Joannis Cantacuzeni *Hist.*, pag. 933, docemur. Vide quæ in hanc rem observamus in Gloss. med. Græcit. et in Addit. in v, Αὐτοκράτωρ. Quod vero ait auctor Chronici Theodosii nomen in tabulis et contractibus nequaquam una cum Mauricii nomine ascriptum, nescio an omnino verum sit, cum contrarium videantur indicare, quod olim monuimus in *Famil. Byzant.* gesta synodi Romanæ apud Gregorium M. lib. IV, epist. 44, quæ acta dicitur *temporibus piissimor. ac serenissimorum dominorum Mauricii Tiberii et Theodosii Augustorum, ejusdem domini Mauricii imperii anno tertio decimo, indictione tertia decima, quinto die mensis Julii* : hoc est anno Christi vulgari DXCIV. Sed cum annus renuntiati Augusti Theodosii omittatur, solusque imperii Mauricii consulto describatur, sic capienda Chronici verba licet augurari, ut et si Theodosii nomen una cum parentis nomine in contractibus describeretur, anni tamen illius inaugurationis omitteretur, cum gesti imperii appositus annus præcipuum censeretur imperatoriæ dignitatis argumentum, quod in Gloss. med. Græcit. præsertim docuimus in v, Μηνολογεῖν.

(90) *Χοσρόης.* Vide Simocattam, lib. IV, cap. 7 et seqq.; Evagrium, lib. VI, cap. 17, 18, 19, et Albupharajum in *Dynast.*, p. 96. De anno vero quo id contigit consulendus Henricus Valesius ad d. cap. 17.

VARIÆ LECTIONES.

[73] μόνου om. R. [74] ς' μόνου P sola.

Digitized by Google

contribuli in eum rebellante, ad Romanos confugit, A lisdemque auxiliantibus in regnum suum est restitutus.

CCCXLIII Olympias.

592. x. Ind. x. Post cons. Mauricii Tiberii VIII. 4.

(A. a M. C. 6102.) Hoc anno, Anastasius Antiochiæ patriarcha, post mortem Gregorii, qui Patriarcha exstiterat, et antea eumdem Anastasium expulerat, Antiochiam reversus est.

A. C. [Ol. Iph.]

[A. C.] 593. xi. Ind. xi. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti IX. 1. 343.

594. xii. Ind. xii. Post cons. Mauricii Tiberii Augusti X. 2.

Sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ patriarcha Cyriacus, presbyter et œconomus ejusdem Ecclesiæ, præfuit annis xii

595. xiii. Ind. xiii. Post cons. Mauricii Tiberi Augusti XI. 3.

CCCXLIV Olympias.

596. xiv. Ind. xiv. Post cons. Mauricii Tiberii XII. 4.

597. xv. Ind. xv. Post cons. Mauricii Tiberii XIII. 1. 344.

598. xvi. Ind. i. Post cons. Mauricii Tiberi XIV. 2.

599. xvii. Ind. ii. Post cons. Mauricii Tiberii XV. 3.

CCCXLV Olympias.

600. xviii. Ind. iii. Post cons. Mauricii Tiberii XVI. 4.

601. xix. Ind. iv. Post cons. Mauricii Tiberii XVII. 1. 345.

602 xx. Ind. v. Post cons. Mauricii Tiberii XVIII. 3.

Hoc anno, mense Februario, solemnia nuptiarum Theodosii filii Mauricii per VII dies peracta

ἀπὸ Βαρὰμ τοῦ αὐτῷ [76] συμφυλέτου· καὶ διὰ συμμαχίας Ῥωμαϊκῆς ἀπεκατέστη εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν.

τμγ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ι'. ι'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ η'.

Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ [77] Ἀναστάσιος πατριάρχης Ἀντιοχείας (91) ἐπανῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου (92), πατριάρχου γενομένου, τοῦ καὶ διαδεξαμένου πρὸ τούτου τὸν αὐτὸν Ἀναστάσιον.

Ἰνδ. ια'. ια'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου [77] τὸ θ'.

378 Ἰνδ. ιβ'. ιβ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου B Αὐγούστου τὸ ι'.

Τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κυριακὸς, πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος [78] τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας, ἡγεῖται ἔτη ιβ' (93).

Ἰνδ. ιγ'. ιγ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγουστου τὸ ια'.

τμδ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ιδ'. ιδ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιβ'.

Ἰνδ. ιε'. ιε'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιγ'.

Ἰνδ. α'. ις'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιδ'.

Ἰνδ. β'. ιζ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιε'.

C

τμε' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. γ'. ιη'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ις'.

Ἰνδ. δ'. ιθ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιζ'.

Ἰνδ. ε'. κ'. μετὰ ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιη'.

Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ Φεβρουαρίῳ γέγονεν ὁ γάμος Θεοδοσίου (94) τοῦ υἱοῦ Μαυρικίου ἐπὶ ἡμέρας

DUCANGII NOTÆ.

(91) *Ἀναστάσιος πατρ. Ἀντιοχ.* Notandum, inquit idem Valesius, patriarcham vocari Anastasium ante restitutionem, quod cum per vim throno exactus fuisset, sua dignitate privatus non censeretur. Vide Lud. Mainburgium, lib. I *De pontificatu S. Gregorii M.*, sub initium.

(92) *Μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου.* Domnino episcopo Antiocheno successerat Anastasius, cujus laudes multis prosequitur Evagrius, lib. IV, cap. 40, quo sede sua per vim a Justino imp. expulso, ad eamdem evectus est Gregorius, ut narrat idem Evagrius, lib. V, cap. 5 et 6, quo demum exstincto, post XXIII annos rursum in sedem suam est restitutus Anastasius, quemadmodum idem scriptor refert, lib. VI, cap. 24. Nicolaus Uranus in Vita S. Danielis Stylitæ, n. 192, Anastasium ex Palæstina ortum scribit.

(93) *Ἔτη ιβ'.* Nicephorus in Chronogr. Zonaras in Foca, et Catalogus Patr. Constantinopol. Leunclavianus, annos XI Cyriaco duntaxat ascribunt: atqui ab anno quo creatus est ad XXIX Octobr. DCVI, quo obiit, intersunt anni XII.

(94) *Ὁ γάμιος Θεοδοσίου.* De anno et mense quibus actæ nuptiæ Theodosii non consentiunt scriptores, uti alias monuimus. Quippe Simocatta, lib. VIII, cap. 4, anno IX Mauricii peractas omnino innuit, dum, postquam dixit anno XIX Mauricii nihil inter Romanos et Barbaros gestum esse, anno vero XX, Petrum fratrem Europæ Ducem creatum a Mauricio, hæc scribit: Πρὸ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ Θεοδόσιος ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς, νυμφίος πομπεύεται, καὶ πρὸς ἔννομον γάμον δίδωσιν αὐτῷ πατὴρ Γερμανοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[76] αὐτὸ V, αὐτοῦ P. [77] ἐνιαυτῷ. ἔτει P. [77] Τιβερίου Αὐγούστου P. [78] οἰκονόμενος V.

Digitized by Google

ἑπτὰ, ἀπὸ θ' καὶ αὐτῆς ἕως ιε' τοῦ αὐτοῦ Φεβρουαρίου μηνός. Καὶ τῇ ς' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς αὐτῆς ε' ἰνδικτιῶνος ἠδίκτου προτεθέντος ἐγράφη τῷ λοιπῷ μέρει τοῦ χρόνου τοῦ μέχρι δηλονότι Ἰανουαρίου τῆς ἕκτης ἰνδικτιῶνος οὕτως· *Καὶ ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου τὸ δεύτερον* (95). Καὶ τῷ Νοεμβρίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς ς'[79] ἰνδικτιῶνος ἐπανάστασις γέγονε Μαυρικίῳ παρὰ Φωκᾶ στρατιώτου μετὰ τοῦ στρατοῦ. Καὶ Μαυρίκιος μὲν Τιβέριος σὺν τῇ γυναικὶ Κωνσταντίνῃ καὶ παισὶν θ', τουτέστιν ς' μὲν ἄρρεσι, Θεοδοσίῳ, Τιβερίῳ, Πέτρῳ, Παύλῳ, Ἰουστίνῳ καὶ Ἰουστινιανῷ, καὶ τρισὶ θηλείαις, Ἀναστασίᾳ, Θεοκτίστῃ καὶ Κλεοπάτρᾳ, φεύγει[80] (96) τῇ κβ' τοῦ Δίου μηνὸς, κατὰ Ῥωμαίους Νοεμβρίου, τῇ νυκτὶ τῇ ἐπὶ κγ' διαφαούσης Παρασκευῆς. Φωκᾶς δὲ τῇ κγ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ ς' στεφθεὶς ὑπὸ Κυριακοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν σεβάσμιον οἶκον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ (97) τῇ κε' τοῦ ῥηθέντος μηνὸς, ἡμέρᾳ Κυριακῇ, εἰσῆλθεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καθεσθεὶς εἰς ὄχημα, ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου εἰσελθὼν διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτας καὶ τῶν Τρωαδησίων **379** ἐμβόλων (98) καὶ τῆς Μέσης (99) ὅλης ἕως τοῦ παλατίου, μηδενὸς ὅλως ἀντιστάντος, ἀλλὰ πάντων εὐφημούντων.

Ἐκρατήθη δὲ Μαυρίκιος Τιβέριος μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ ὀκτὼ τέκνων αὐτοῦ εἰς τὸν Ἅγιον Αὐτόνομον (1), πλησίον Πραινέτου (2)· καὶ τῇ κζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ, ἐσφάγη πλησίον Χαλκηδόνος αὐτὸς Μαυρίκιος καὶ Τιβέριος[81] καὶ Πέτρος, Ἰουστῖνος καὶ Ἰουστινιανὸς, καὶ Πέτρος δὲ ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου, κουροπαλάτης ὢν, συσχεθεὶς καὶ αὐτὸς ἐσφάγη[82], καὶ ἄλλοι δὲ συνεσχέθησαν ἄρχοντες. Ἐσφάγησαν δὲ εἰς Διαδρόμους (3) πλησίον τοῦ Ἀκρίτα (4)

A sunt, ab XI scilicet die, ad XV ejusdem mensis Februarii. Sexto deinde Julii mensis die ejusdem V indictionis, proposito edicto, scriptum est reliqua parte anni, nempe usque ad Januarium VI indictionis, sic: *Et consulatu ejusdem piissimi Domini nostri secundo.* Et Novembri mense ejusdem indictionis, Focas miles una cum exercitu in Mauricium tyrannidem arripuit: ac Mauricius Tiberius cum uxore Constantina, et novem liberis, sex masculis, nempe Theodosio, Tiberio, Petro, Paulo, Justino, et Justiniano: et tribus filiabus, Anastasia, Theoctiste, et Cleopatra, fugit XXII mensis Dii, secundum Romanos Novembris, noctu, illucescente jam XXIII die feriæ sextæ. Focas autem XXIII ejusdem mensis, feria VI coronatur a Cyriaco
B patriarcha Constantinopolitano in veneranda æde Sancti Joannis in Hebdomo. Die vero XV prædicti mensis, qui in Dominicam incidit, ab Hebdomo per portam Auream, et porticus Troadenses, et per totam Mediam plateam, obstante nemine, imo cunctis fausta apprecantibus, curru vectus Constantinopolim ingressus est.

Comprehensus est autem Mauricius Tiberius cum uxore et octo liberis versus Sanctum Autonomum juxta Prænetum: et XXVII ejusdem mensis die, feria III interfectus est juxta Chalcedonem idem Mauricius Tiberius, una cum Petro, Justino et Justiniano: Petrus etiam Curopalata, Mauricii fra-
C ter, qui pariter captus fuerat. Interfecti perinde ad Diadromos juxta Acritam Constantinus Lardis ex-præfecto prætorio et Logotheta et curator pa-

DUCANGII NOTÆ.

τὸ θυγάτριον. Denique subdit paucis diebus a nuptiis, ipsa hieme, Byzantios ob annonæ gravitatem fame laborasse, dieque (a nuptiis) quadragesimo elapso, ipso Natalis Domini festo, seditionem in imperatorem a plebe excitatam. Cui quidem temporis characterismo concinere videtur Theophanes, scribens mense Novembri indict. V (anno imperii XX), Mauricium Germani patricii filiæ Theodosium filium copulasse, nuptiales coronas imponente Cyriaco patriarcha. Ex quibus colligi potest peractas illas nuptias sub XV Novembr. anno Christi vulgari DCI. Et
D sane XV hunc mensis diem indicare videtur auctor Chronici: dum ait solemnia ista nuptiarum peracta per VII dies integros, a IX usque ad XV mensis diem, quo fortean tandem matrimonium exactum fuerit, cæteris diebus in pompæ apparatus insumptis.

(95) *Καὶ ὑπατείας τοῦ αὐτοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν δεσπότου τὸ δεύτερον.* Nescio cur hunc Mauricianum characterismum omiserit accuratissimus Hypaticæ dignitatis interpres: et quare tum demum a mense Julio ad mensem Januarium consulem sese iterum, seu *secundum*, inscribi edicto proposito decreverit Mauricius: neque enim hæc verba ad Theodosium filium referenda censuerim. An igitur quod ea tempestate rursum ut consul processerit, cum sese consules tum indigitarent, quoties ut consules in publicum pompa solemni, sparsisque in populum missilibus, ejusmodi processus agerent? Annis enim aliis revera consules non inscribebantur, cum in tabulis publicis acti consulatus duntaxat memoria servaretur et inscriberetur. Semel enim, nec pluries, consules processisse imperatores, ex quo a Justiniano abrogatus est consulatus, prorsus legimus.

(96) *Φεύγων.* Simocatta, lib. VIII, cap. 9, 10, 11, 12. Vide *Famil. Byzant.*

(97) *Οἶκον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Ἑβδόμῳ. Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 4, n. 6, et Discept. de Hebd. Constantinopolit. n. 19, 20.

(98) *Τρωαδησίων ἐμβόλων.* Ibid., lib. II, sect. 3, n. 3.

(99) *Καὶ τῆς Μέσης.* Ibid., lib. I, sect. 23.

(1) *Εἰς τὸν Ἅγιον Αὐτόνομον.* Qui locus, inquit Simocatta, ab urbe Constantinopolit. circiter CL stadiis abest.

(2) *Πλησίον Πραινέτου.* Urbs Bithyniæ, ex adversæ Nicomediæ, de qua præsertim Socrates, lib. VI, cap. 16; Sozomenus, lib. VIII, cap. 18, et Notitiæ episcopatuum.

(3) *Διαδρόμους.* Simocatta, lib. VIII, cap. 13, Εἰς τοὺς λεγομένους Διαδρόμους.

(4) *Ἀκρίτα.* Promontorium Bithyniæ notum geographis, de quo in primis egit Gyllius de Bosphoro Thracio.

VARIÆ LECTIONES.

[79] ς' om. P. [80] φεύγων P. [81] Μαυρίκιος Τιβέριος P. [82] ἐσφάγη — ἄρχοντες om. P.

Digitized by Google

latii Hermisdæ, et Theodosius Mauricii filius. Ipse etiam Commentiolus patricius et magister militum cæsus est trans urbem juxta ædem sacram Sancti Cononis, versus mare, illiusque corpus canibus vorandum est expositum.

Et a die xxv ejusdem mensis in reliquum annum, scilicet usque ad mensem Januarium præsentis VI indictionis, ascriptum est in publicis commentariis, *Imperii Focæ anno primo.* Imperavit vero idem Focas annos VIII. Collig. anni VI. CCXIX.

A. C. [Ol. Iph.]

603. I. Ind. VI. Foca Augusto solo cos. 3.

(A. a M. C. 6111.) Hoc anno Constantina ex-imperatrice in monasterium trusa est. Philippicus patricius et comes excubitorum, et Germanus patricius, Theodosii, Mauricii filii, socer, in clericos sunt attonsi. Seditione deinde populari mota, conflagravit Media urbis platea a palatio Lausi, et

A Κωνσταντῖνος ὁ Λάρδυς[83] (5), ἀπὸ ἐπάρχων γενόμενος πραιτωρίων καὶ λογοθέτης καὶ κουράτωρ τῶν Ὁρμίσδου, καὶ Θεοδόσιος ὁ υἱὸς Μαυρικίου, καὶ Κομεντίολος ὁ πατρίκιος καὶ στρατηλάτης καὶ αὐτὸς ἐσφάγη πέραν πλησίον τοῦ ἁγίου Κόνωνος (6) πρὸ θάλασσαν, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐγένετο κυνόβρωτο

Καὶ ἀπὸ κε' τοῦ αὐτοῦ Νοεμβρίου μηνὸς[84] εἰς τ λοιπὸν χρόνον, τὸν μέχρι δηλονότι Ἰανουαρίου μην τῆς παρούσης ς' ἰνδικτιῶνος, ἐγράφη ἐν τοῖς συμβ λαίοις, βασιλείας Φωκᾶ ἔτους α'. Ἐβασίλευσεν δὲ αὐτὸς Φωκᾶς ἔτη η'. Ὁμοῦ ,φριθ'[85].

380 Ἰνδ. ς'. α'. ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου μό- B νου (7-11).

Τούτῳ τῷ ἔτει Κωνσταντῖνα ἡ ἀπὸ βασιλισσῶ ἐβλήθη ἐν μοναστηρίῳ (12). Καὶ γεγόνασι κληρικοὶ Φιλιππικὸς (13) ὁ πατρίκιος καὶ κόμης ἐξκουβιτόρω καὶ Γερμανὸς ὁ πατρίκιος, πενθερὸς γενόμενος Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Μαυρικίου. Εἶτα στάσεως δημοτικῆς γενομένης ἐκαύθη ἡ Μέση (14) ἀπὸ τῶν Λαύσου (15)

DUCANGII NOTÆ.

(5) *Κωνσταντῖνος ὁ Λάρδυς.* Simocatta, lib. VIII, cap. 9.

(6) *Πλησίον τοῦ ἁγίου Κόνωνος. Constantinopol. Christ.*, lib. IV, sect. 15, n. 8.

(7-11) *Ὑπ. Φωκᾶ Αὐγ. μόνου.* An Focas hoc anno revera consul processerit mox disquirimus

(12) *Ἐν μοναστηρίῳ.* Scribit Simocatta, lib. VIII, cap. 15, et ex eo Theophanes, Constantinam una cum tribus filiabus ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ κατάκλειστον primum factam : deinde cum anno IV Focæ Germani patricii consilio in ædem S. Sophiæ confugisset, inde abstracta in monasterium trusa est, ut narrat idem Theophanes, et ex eo Cedrenus. Privata autem domus ista, τὰ Λέοντος appellatur apud Georgium monachum in Chronico ms.

(13) *Φιλιππικός.* Theophan., an. IV.

(14) *Ἐκαύθη ἡ Μέση.* Alterius incendii, nisi idem fuerit, populari seditione in Focam a Prasinis mota, anno illius VII, meminit Nicephorus Constantinopol. in Breviario, et Theophanes.

(15) *Ἀπὸ τῶν Λαύσου. Constantinopol. Christ.*, lib. II, sect. 5, n. 8.

VARIÆ LECTIONES.

[83] Λάρδις P. [84] μηνὸς Νοεμβρίου P. [85] Post ,φριθ' addit P quæ V in margine ab alia manu : Περὶ τεράτων, ἐκ τοῦ μεγάλου χρονογράφου (*a*) (de quo conf. annot. ad pag. 336 B). Μαυρίκιος (*b*) ὁ βασιλεὺς τῷ στρατηγῷ Κομεντιόλῳ (στρατῷ Κομεντιόλου R) ὑπέθετο τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα παραδοῦναι πολεμίοις δι' ἀταξίας αὐτῶν. Ὅστις νυκτὸς μεσούσης τοῦτο ἐποίησε, καὶ κελεύει τὸν στρατὸν ὁπλίσασθαι, μὴ παραγυμνώσας τοὺς ὄχλους μέλλειν συστήσασθαι πόλεμον. Αὐτοὶ δὲ ὑπειληφότες ὅτι (ὅτι in V non satis apparet) τοῦ γυμνασίου ἕνεκεν σιδηροφορεῖν αὐτοῖς ἐκέλευσεν, οὐ πρὸς πόλεμον, ὡς ἔδει, ὁπλίσαντες (ὡπλισαν ἑαυτοὺς m. II, ὡπλίσαντο m. P). Ὅθεν καὶ ἡμέρας γενομένης θόρυβος τὸν στρατὸν κατέλαβεν, καὶ τοῦ στρατοῦ τὰς τάξεις ταράσσοντες οἱ Βάρβαροι ἀστρατήγητον τὸν λαὸν εὑρόντες τοὺς μὲν ἀνηλεῶς κατέσφαξαν, τοὺς δὲ ἀνδραποδώδεις καὶ πολλοὺς αἰχμαλώτους τῆς Θρᾴκης (*c*) ἐποιήσαντο, εἶτα τοὺς αἰχμαλώτους ἀναλαβὼν ὁ βάρβαρος Χαγάνος τῷ βασιλεῖ ἐδίδου λύτρον ὑπὲρ αὐτῶν κατὰ ψυχῆς νόμισμα αἰτήσας. Ὁ δὲ μνησικακῶν τῷ ἰδίῳ στρατῷ δοῦναι οὐκ ἠνέσχετο. Καὶ πάλιν ὁ Χαγάνος ᾔτήσατο αὐτὸν (τὸ ἥμισυ addit P) νόμισμα (ἀντὶ addit m. R) ἑκάστης ψυχῆς λαβεῖν. Τοῦ δὲ μηδὲ τέσσαρα κεράτια λαβεῖν τοὺς αἰχμαλώτους ἀπολογησαμένου, θυμωθεὶς ὁ Χαγάνος πάντας ἀπέκτεινεν (*d*)· φόρους ἐπέθετο τοῖς Ῥωμαίοις χιλιάδας ν', καὶ ὑπὲρ τοῦ τοιούτου ἀνοσιουργήματος ὑπέσχε δίκην σφαγῆς, ἐρρηγμένος σὺν γυναιξὶ (τε addit P) καὶ τέκνοις καὶ τοῖς προσήκουσιν. *De prodigiis, ex magno chronographo. Mauricius imperator dedit in mandatis duci Commentiolo ut Romanum exercitum hostibus proderet, propter crebras illius seditiones: idque ille sub mediam noctem aggressus, imperavit ut milites arma sumerent, nec iis significavit fore ut cum hoste confligerent. Ii rati exercitationis causa arma esse imperata, non vero ad prælium ineundum, minime ut res exigebat se armarunt. Unde appetente die, tumultus et pavor exercitum occupavit. Barbari autem turbatis ordinibus milites absque duce nacti, alios crudeliter mactarunt, alios in servitutem, multos denique ex Thracia in captivitatem abduxerunt. Chaganus barbarus, receptis captivis, hos imperatori reddendos obtulit, si in singula capita aureum vellet exsolvere. At imperator iratus suis militibus, id negavit. Rursum Chaganus in singula capita dimidium duntaxat aureum exegit. Imperatore vero ne quatuor quidem ceratiis captivos redempturum se respondente, ira succensus Chaganus omnes occidit, et Romanis tributum quinquaginta millium aureorum imposuit. Hujus igitur inhumani impiique facinoris causa imperator pœnas dedit, cum uxore, liberis, et propinquis interemptus.*

(*a*) Ἐκ τοῦ μεγάλου Χρονογράφου. Quis iste fuerit magnus chronographus nescio an aliquis indicarit, mihi prorsus incognitum.

(*b*) Μαυρίκιος. Similia iisdem fere verbis refert Theophanes anno XVIII Mauricii, sed ex vulgi sermone narrationem suam orsus ab hisce : φασὶ δέ τινες, ut Zonaras, ὡς λέγεται· et Chronicon ms., ab Adamo ad Leonem Sapientem. Eo etiam spectant quæ scribit Simocatta, lib. VII, cap. 13.

(*c*) Τῆς Θρᾴκης. Theophan. ἐν τῇ Θρᾴκῃ.

(*d*) Ἀπέκτεινεν. Idem Chronicon ms. addit : Χιλιάδας δέκα ἐν τῷ Κάμπῳ τοῦ Τριβουνάλιου τῷ ὄντι πλησίον τοῦ Ἑβδόμου.

Digitized by Google

καὶ τὸ πραιτῶριν[86] τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως ἕως τῆς Ἄρκας (16) ἀντικρυ τοῦ φόρου Κωνσταντίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως, ὄντος ἐπάρχου πόλεως Λεοντίου τοῦ ἀπὸ κουρατόρων τῶν Ἀντιόχου (17). Ἐκαύθη δὲ εἰς τὴν μέσην μεταξὺ[87] τοῦ πραιτωρίου (18) τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως καὶ τοῦ φόρου ὁ διοικητὴς τοῦ Πρασίνου μέρους Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Κροῦκις (19)

A prætorium præfecti urbi, usque ad arcam, e regione Fori Constantini divæ memoriæ, cum esset præfectus urbi Leontius ex-curatore palatii Antiochi. Igne etiam consumptus est inter prætorii præfecti urbi et fori spatium, Joannes, cognomento Crucis, Diœcetes factionis Prasinæ.

τμς' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ζ'. β'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου (20).

Ἰνδ. η'. γ'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ α'.

A. C. [Ol. Iph.]

CCCXLVI *Olympias.*

604. II. Ind. VII. Post cons. Focæ Augusti. 4.

605. III. Ind. VIII. Post cons. Focæ Augusti I. 1. 346.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δαισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἰουνίῳ, ἡμέρᾳ ζ' ἀποτέμνεται Θεόδωρος ὁ ἔπαρχος πραιτωρίων (21), Ἰωάννης ἀντιγραφεὺς, Ῥωμανὸς B σχολαστικὸς (22), Θεοδόσιος (23) σουβαδιουβᾶ[88] τοῦ μαγίστρου, Πατρίκιος[89] (24) Ἰλλούστριος, ἀνεψιὸς Δομνιζιόλου[90] (25) κουράτορος γενομένου τῶν Ὁρμίσδου, Ἰωάννης καὶ Τζίττας (26) σπαθάριοι[91] (27) καὶ κανδιδᾶτοι, Ἀθανάσιος (28) κόμης λαργιτιώνων, Ἀνδρέας Ἰλλούστριος ὁ ἐπίκλην τοῦ Σκόμβρου, καὶ Ἐλπίδις[92] (29) Ἰλλούστριος. Οὗτος ἐγλωσσοτομήθη,

Hoc anno, mense Desio, secundum Romanos, Junio, die VII capite plectitur Theodorus præfectus prætorio, Joannes magister scriniorum, Romanus scholasticus, Theodosius subadjuva magistri, patricius Illustris, consobrinus Domnizoli curatoris palatii Hormisdæ, Joannes, et Tzitas spatharius, et candidati, Athanasius comes largitionum, Andreas Illustris cognomento Scombrus, et Elpidius Illustris. Huic exsecta est lingua, et quatuor extremis corporis partibus in lectulum

DUCANGII NOTÆ.

(16) *Ἕως τῆς Ἄρκας.* Ibid., sect. 9, n. 11.

(17) *Τῶν Ἀντιόχου.* Ibid., sect. 16, n. 5.

(18) *Τάξιν τοῦ πραιτωρίου.* Μεταξὺ emendat Holstenius.

(19) *Κροῦκις.* Deest vox ἐσφάγη. Is vero ignis supplicio damnatus est, quod in ea seditione Veneti C Focæ favissent, Prasini vero adversarentur, ut est apud Nicephorum et Theophanem.

(20) *Μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγ.* In hunc annum Christi DCIV, consulatum Focæ rejiciunt Fasti Vossiani, Panvinius et Pagius. Diem processus Focæ notat Theophanes, et ex eo Georgius monachus, Cedrenus et Symeon Logotheta ad annum II : Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ ζ'. Ἰνδ. ζ' προῆλθεν (sic leg. pro προσῆλθεν) Φωκᾶς ἐν ταῖς ἑορταῖς, ῥίψας ὑπατείαν πολλήν, non observato scilicet veteri consulum more, quo Kal. Januar. ut plurimum procedere solebant, quod etiam observatum a Justino Juniore, ut testatur Corippus. Ut porro Mauricius sub hiemem, quemadmodum scribit Simocatta, seu XX mensis Decembris, ut Theophanes et Cedrenus tradunt, ita Focas eodem Decembri, anno imperii II, Christi vulgari DCII. Consulatum tum primum iniit : a quo quidem cæteri deinceps consulatus seu postconsulatus putantur in hoc Chronico, tametsi revera primus iste consulatus actus anno demum DCIV dici debeat, licet incœptus anno præcedenti sub mensem Decembrem. Imperium enim auspicatus est XXIII Novembris, ind. VI, quo est corona donatus. Verum, ut jam supra attigimus, annus quo processit Focas, licet sub ejus exitum, totus illius consulatui ascriptus est. De die vero initi ac cœpti consulatus dubium non modo injiciunt verba Theophanis, qui ἐν ταῖς ἑορταῖς id actum refert, sed et quod in omnibus aliis scriptoris istius exemplaribus, uti monet Goarus, littera numeralis ζ' Decembri mensi addita desideratur, tametsi habeatur in Chronico ms. Symeonis Logothetæ, qui Theophanem fere in eo exscripsit. Et certe Cedrenus, non adjecto etiam mense, ἐν ταῖς ἑορταῖς pariter processisse Focam tradit, id est in festis natalitiis, quandoquidem id mense Decembri contigisse exerte ait Theophanes : alias enim ita præsertim indigitantur festivitates paschales.

(21) *Θεόδωρος ὁ ὕπαρχος τῶν πραιτωρίων.* Qui Theophani anno IV, ὁ τῆς Ἀνατολῆς ὕπαρχος dicitur.

(22) *Ῥωμανὸς σχολαστικός.* Is forte Scholasticos eunuchus, ἀνὴρ ἔνδοξος τοῦ παλατίου, qui paulo ante Constantinam Augustam cum tribus filiabus, Germani patricii consilio, in Magnam ecclesiam adduxerat, ut pluribus narrat Theophanes, anno IV.

(23) *Θεοδόσιος.* Theophan. τὸν τὴν Ἀδιουμᾶν περιχείμενον ἀξίαν, id est, *Adjuvæ.*

(24) *Πατρίκιος.* Romanus patricius dictus eidem Theophani.

(25) *Δομνιζόλου.* Putabam legendum Δομεντζιόλου, quo nomine donatur frater Focæ imp., a quo magister est appellatus. Illius filius fuit, ni fallor, alter Domentiolus, qui ἴδιος ἀνεψιὸς Focæ dicitur Theophani anno II ejusdem Focæ, et ejus interpretibus, quem idem Focas curopalatam dixit, et in Narsem qui rebellaverat cum copiis misit. Sed an D idem sit cum Domnizolo curatore palatii Hormisdæ (de quo agimus in *Constantinopoli Christ.*, lib. II, sect. 4, n. 5), vix ausim quidpiam asserere.

(26) *Ἰωάννης καὶ Τζίτας.* Τζίτταν, Theophanes : *Gisan* vero *Historia Miscella* et Anastasius vocant. Τζίτζαν alium στρατηγὸν τοῦ θείου Πραισέντου habet Justinianus in Nov. XXII.

(27) *Σπαθάριος.* Leg. forte σπαθάριοι· ut uterque Joannes Σπαθαροκανδιδάτοι fuerint. Vide Gloss. med. Græcit.

(28) *Ἀθανάσιος.* Alius forte ab Athanasio comite sacrarum largitionum, qui cum in Focam conspirasset, capite cæsus est anno VII ejusdem Focæ, ut narrat Theophanes.

(29) *Ἐλπίδιος.* Idem Theophan. : Ἐλπιδίου δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κόψας τῷ πυρὶ παρέδωκεν.

VARIÆ LECTIONES.

[86] πραιτώριον P. [87] μεταξύ. τάξιν P. [88] ὁ σουβ. P. [89] Πατρίκιος P. [90] Δομνιζόλου P. [91] Τζίτας σπαθάριος P. [92] Ἐλπίδιος P.

Digitized by Google

sublatis, ad spectaculum circumductus, et ad mare relatus, ibique effossis oculis, in naviculam conjectus, concrematus est. Aliis vero supra memoratis capita sunt amputata, cum deprehensi essent conspirasse in imperatorem Focam.

Eadem tempestate, ex-imperatrice Constantina trans urbem in portu Eutropii ad Chalcedonem capite plexa est, ut et qui supererant illius et Mauricii liberi sequioris sexus, Anastasia, Theoctista et Cleopatra : eæque cum Germani filia, Theodosii uxore sublatæ : ipseque Germanus una cum illis sublatus est.

A. C. [Ol. Iph.]

606. (A. a. M. C. 6114.) IV. Ind. IX. Post cons. Focæ Augusti II. 2.

Hoc anno, Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus moritur mense Hyperberetæo, secundum Romanos, Octobri, die XXIX, feria VII, illiusque funus curatum est XXX ejusdem mensis, feria I; et depositum est corpus illius juxta morem receptum in æde Sanctorum Apostolorum.

607. V. Ind. X. Post consulatum Focæ Augusti III. 3.

Hoc anno, mense Audynæo, secundum Romanos XXIII Januarii, dictus est patriarcha Constantinopolitanus Thomas ex-diacono Magnæ ecclesiæ, et sacellarius patriarchæ, ac ordinationibus præpositus.

CCCXLVII Olympias.

608. XI. Ind. XI. Post cons. Focæ Augusti IV. 4.

609. VII. Ind. XII. Post cons. Focæ Augusti V. 1. 347.

Hinc licet colligere, quod ex quo ter beatus Constantinus vitam finiit, usque ad XXII Maii mensis præsentis indictionis XII, et VII annum Focæ imperii, absolvuntur anni CCLXXII; incipit vero annus CCLXXIII a XXII Maii indictionis XII. Nam si Pentecoste incidit in XXII Maii illo anno, absque ulla controversia dies Resurrectionis fuit III die mensis Aprilis, cum in Parasceve, seu die Veneris, dies primus ejusdem mensis Aprilis contigerit. Adde igitur CCLXXII partem quartam, hoc est

A καὶ ἐπήρθη αὐτοῦ τὰ δ' ἄκρα, καὶ εἰς κραβατταρίαν ἐπόμπευσεν καὶ κατηνέχθη πρὸς θάλασσαν· καὶ ἐξορυχθέντων τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ βληθεὶς εἰς κάραβον ἐκαύθη. Οἱ δὲ ἄλλοι οἱ προδηλούμενοι ἀπετμήθησαν, ὡς εὑρεθέντες[93] ἐπίβουλοι τοῦ βασιλέως Φωκᾶ.

Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ[94] χρόνον καὶ Κωνσταντῖνα ἡ ἀπὸ βασιλισσῶν ἀπετμήθη πέραν εἰς τὸν μῶλον[95] τῶν Εὐτροπίου, πλησίον Χαλκηδόνος, καὶ τὰ ὑπολειφθέντα[96] αὐτῆς τε καὶ Μαυρικίου θήλεα τέκνα, Ἀναστασία, Θεοκτίστη καὶ Κλεοπάτρα, καὶ αὐτὰ ἀνῃρέθη μετὰ τῆς θυγατρὸς Γερμανοῦ τῆς γενομένης γαμετῆς Θεοδοσίου, καὶ αὐτὸς δὲ Γερμανὸς (30) μετ' αὐτῶν ἀνῃρέθη.

B Ἰνδ. θ'. δ'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ β'.

381 Τούτῳ τῷ ἔτει (31) τελευτᾷ Κυριακὸς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ, κθ', ἡμέρᾳ ζ', καὶ κηδεύεται τῇ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνός, ἡμέρᾳ πρώτῃ, καὶ ἀπετέθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συνήθειαν εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους.

Ἰνδ. ι'. ε'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ γ'.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Αὐδυναίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἰανουαρίῳ[97], κγ', γέγονε πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς ἀπὸ διακόνων τῆς Μεγάλης ἐκC κλησίας καὶ σακελλάριος τοῦ πατριάρχου καὶ ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν (32).

τμζ' Ὀλυμπιάς.

Ἰνδ. ια'. ς'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ δ'.

Ἰνδ. ιβ'. ζ'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ ε'.

Ἐντεῦθεν ἔστιν ἐλεῖν ὡς ἀφ' οὗπερ ὁ τρισμακάριος Κωνσταντῖνος ἐτελεύτησεν τὸν βίον μέχρι τῆς κβ' τοῦ Μαΐου μηνὸς τῆς ἐνεστώσης ιβ' ἐπινεμήσεως καὶ τοῦ ζ' ἔτους τῆς Φωκᾶ βασιλείας πληροῦνται χρόνοι σοβ', ἄρχεται δὲ[98] τὸ σογ' ἀπὸ κβ' τοῦ Μαΐου μηνός, Ἰνδικτιῶνος ιβ'. Εἰ γὰρ ἡ Πεντηκοστὴ κατὰ D τὴν κβ' γέγονε τοῦ Μαΐου μηνὸς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, ἀναντιῤῥήτως ἡ ἀναστάσιμος τῇ τρίτῃ γέγονε τοῦ Ἀπριλίου μηνός, ὥστε[99] τὴν πρώτην ἐκείνου τοῦ Ἀπριλίου ἐν παρασκευῇ εἰσελθεῖν. Πρόσθες οὖν τοῖς

DUCANGII NOTÆ.

(30) *Καὶ αὐτός γε Γερμανός.* Germanum ἐν τῇ πρώτῃ νήσῳ στόματι μαχαίρας occisum refert idem Theophanes.

(31) *Τούτῳ τῷ ἔτει.* Ex his emendandus idem Theophanes anno IV Focæ, qui mortuo Cyriaco, Thomam diaconum et sacellarium creatum esse patriarcham Constantinopolitanum hoc anno, mensis Octobr. XI, tradit.

(32) *Ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν.* Vide Gloss. med. Græcit. in Σακελλάριος.

VARIÆ LECTIONES.

[93] εὑρηθέντες P. [94] δὲ om. P. [95] μῶλον τὸν P. [96] ὑπολῃφθέντα PV. [97] κγ' Ἰανουαρίου P. [98] δὲ om. P. [99] ὥστε. ὡς ὅτε V, ὡς ὅτι P.

Digitized by Google

σοβ' τὸ τέταρτον, τουτέστιν ξη', καὶ γίνονται τμ'. Ταῦτα ἀνάλυσον ἀπὸ τῶν ζ', καὶ περιττεύουσι δ'. Ἐπεὶ οὖν ἐν Παρασκευῇ τότε ὁ Ἀπρίλιος εἰσῆλθεν, ποίησον Παρασκευήν, Σάββατον, Κυριακήν, δευτέραν (33), καὶ λοιπὸν τὸ [1] σογ' ἄρχεται εἰς τρίτην. Εὑρίσκεται ἄρα ὁ Ἀπρίλιος ἐπὶ τῆς ἑνεστώσης (34) ἡλιακῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, σεληνιακῆς δὲ ιθ', εἰσιὼν [2] ἐν τρίτῃ τῆς [3] ἑβδομάδος ἡμέρᾳ, ὅπερ καὶ ἔστιν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τῷ Πασχαλίῳ καὶ τοῖς ὑπαταρίοις ἐντυχὼν ηὗρον τὴν ψηφοφορίαν [4] ταύτην συνᾴδουσαν. Εἰσὶν οὖν ἀπὸ μὲν τῆς τελευτῆς Κωνσταντίνου ἕως νῦν χρόνοι σοβ', ἀπὸ δὲ εἰκοσαετηρίδος [5] αὐτοῦ σπα' πλήρεις.

Ἐγένετο δὲ καὶ [6] τὸ Πάσχα πρὸ τῶν σοβ' ἐνιαυτῶν ἐν ἰνδικτιῶνι σελήνης [7] ιγ' (35), Ὀλυμπιάδος σοθ' ἔτει δευτέρῳ, Ἀπριλίου τρίτῃ.

Ὕπατοι δὲ ἀπὸ Φηλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ εἰσὶν σοβ' ἕως **382** τοῦ Πάσχα (36) τῆς ιθ' ἡλιακῆς ἰνδικτιῶνος τῆς νῦν ἐνισταμένης.

Τούτῳ τῷ ἔτει ἐπληρώθη ὁ σύνθετος κίων ὁ ἀνοικοδομηθεὶς ὑπὸ Φωκᾶ τοῦ βασιλέως μετὰ καὶ τῆς κιστέρνης κατὰ τὸ Ἀνατολικὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας τῶν ἁγίων μ' (37) πλησίον τοῦ χαλκοῦ Τετραπύλου (38).

Τούτῳ τῷ ἔτει (39) ἀποστατοῦσιν Ἀφρικὴ καὶ Ἀλεξάνδρεια· καὶ σφάζεται ἀπὸ ἐναντίων (40) ὁ πάπας Ἀλεξανδρείας [8]. Παύεται δὲ καὶ Ἰσάκιος (41) ἀπὸ Ἱεροσολύμων, καὶ γίνεται ἀντ' αὐτοῦ Ζαχαρίας ἀπὸ πρεσβυτέρων καὶ σκευοφυλάκων τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Ἔδεσα [9] (42) ὑπὸ Πέρσας γίνεται.

Ἰνδ. ιγ'. η'. μετὰ ὑπ. Φωκᾶ Αὐγούστου τὸ ς'.

A LXVIII, tum prodibunt CCCXL. Hæc divide a VII, tum supererunt IV. Quia ergo die Parasceves Aprilis tunc ingressus est, fac (seu numera) Parasceven, Sabbatum, Dominicam, et feriam II, deinceps feria III; incipiet annus CCLXXIII. Reperitur ergo Aprilis, præsente indictione, sive cyclo solari XII, lunari vero XIX, feria III hebdomadis incipere, quod et ita est. Quinetiam Paschalium et Fastos consulares revolvens, animadverti huncce nostrum calculum cum iis consentire. Sunt igitur a morte quidem Constantini usque hodie an. CCLXXII, a XX autem imperii illius anno, seu a vicennalibus, CCLXXXI anni completi.

Celebratum est autem Pascha ante annos CCLXXII, in indictione X, luna XIII, Olympiadis CCLXXIX, anno
B II, die III Aprilis.

Consules vero a Feliciano et Tatiano sunt CCLXXII, usque ad Pascha cycli solaris XIX præsentis indictionis.

Hoc anno, columna ex variis lapidibus conflata, a Foca imperatore absoluta est, una cum cisterna, versus orientalem partem ecclesiæ Sanctorum XL, juxta æreum Tetrapylum.

Hoc anno, possessoribus, seu civibus, qui jure panum civilium gaudebant, exacta sunt vice indictionis, in singulos panes tria numismata : et postquam omnes ea dedere, statim mense Augusto ejusdem indictionis VI universæ panum civilium largitiones sublatæ sunt.

Ἰνδ. ζ'. θ'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ η'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται· *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος* [80] ζ'.

B

619. IX. Ind. VII. Post cons. Heraclii Augusti VIII. 3.

Et ab ipso die XXII ejusdem mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* VII.

τν' Ὀλυμπιάς (8).

CCCL Olympias.

Ἰνδ. η'. ι'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ θ'.

620. X. Ind. VIII. Cons. Heraclii Augusti IX. 4.

DUCANGII NOTÆ.

cepta legitur : *Data die tertia Iduum Januariarum, imperantibus dominis nostris piissimis Augustis, Heraclio anno vicesimo quarto, post consulatum ejusdem vicesimo tertio, atque Constantino filio ipsius anno vicesimo tertio, et consulatus ejus anno tertio : sed et Heraclio felicissimo Cæsare item filio ejus anno tertio, indictione septima, id est, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo tricesimo quarto :* quæ quidem anni nota est ipsius Bedæ. Ex hac igitur epistola tum demum consulem factum Constantinum, Heraclium vero seu Heracleonam, filium alterum, una et Cæsarem dictum, anno patris Heraclii XXI colligere licet. Anni quippe imperii Constantini a XXII Januarii putari incipiunt : ac proinde X die ejusdem mensis nondum quartus advenerat. De Cæsarea vero Heracleonæ dignitate, et quando illam consecutus fuerit, ut et consularem, atque adeo imperatoriam, non plane liquet ex iis quæ a Nicephoro Constantinopol. traduntur, tametsi primo Cæsarem, deinde imperatorem, ac denique consulem renuntiatum tradat, nullo tamen ascripto fere idoneo temporis characterismo.

(5) *Τῶν πολιτικῶν ἄρτων.* De quibus copiose egimus in utroque Glossario, et in *Constantinopoli Christ.*, lib. II, cap. 12. Interim ex hoc loco observare licet tempus et annum quo panes isti politici possessoribus seu civibus urbis Constantinopolitanæ præberi desierunt.

(6) *Διὰ γραφῶν.* Ita etiam præfert editio Scaligeri : et Salmasius ad Vopiscum emendat, διάγραφον, ut intelligatur *capitatio* vel *tributum*. Ego vero legendum putem διὰ διαγράφων, ex Anastasio in S. Vitaliano PP. *et talem afflictionem posuit in populo per diagrapha seu capita, atque nauticationes per annos plurimos*, etc., vel potius διὰ διαγραφῶν· quippe διαγραφὴ ejusmodi capitatio apud Justinianum, Procopium et alios dicitur, quorum locos dedimus in utroque Glossar. in *Diagrapha*, in *Descriptor.*, et in Διαγραφή. Sed et idem Salmasius pro νομίσματα γ', legendum τρία νουμμία contendit, inquit, νόμισμα est solidus aureus. Ita sane, atque is exactus non pro singulis panibus, sed pro jure fruendi panibus civilibus in singulos panes : ita ut qui plures perciperet, totidem ternos aureos pro singulis exsolveret, non vero tribus aureis singulos panes compararet. Hic porro διὰ διαγραφῶν edidimus.

C

(7) *Ἀνηρτήθη.* Leg. ἀνηρέθη, ut olim monuimus. Cod. Vatic. ἀνηρτίθη legit.

(8) *τν' Ὀλυμπιάς.* Quæ deinceps narrantur ab anno VII Heraclii, usque ad annum XV, præterquam quod duorum annorum characterismi omittuntur, præpostero ordine describi constat. Quod enim de Chagani consiliis refertur, recte anno Heraclii IX ascribunt Theophanes et Cedrenus. Proinde idipsum adjungendum statim post hæc verba, Κωνσταντίνου ἔτος ζ' usque ad vocem ἀντιστατοῦντος. Exhinc tres consequentes anni Heraclii X, XI et XII, debuere describi, præmissa CCCLI Olympiade. Tum profectio Heraclii in Persidem, quæ anno ipsius Augusti XII contigit, ut recte etiam observant Theophanes et Cedrenus, qui Heraclium tradunt, peracta IV Aprilis solemnitate paschali, postridie feria II, sub vesperam egressum esse in Persas expeditionem susceperum : quo quidem anno Pascha revera IV Aprilis contigit. Nec dissentit omnino scriptor Chronici, scribens XXV Martii urbe egressum Heraclium, ac juxta Nicomediam paschali exacta festivitate iter arripuisse, et contra Persas perrexisse. Huicce demum narrationi subjungendus annus XIII Heraclii, cum iis quæ de Sergio patriarcha referuntur, usque ad vocem Ἀλληλούϊα. Tum ponenda Olympias CCCLI cum anno XIV Heraclii, et ejus characterismis, quomodo hæc omnia restituenda duximus. Hic porro rerum gestarum seriem turbatam esse argumento est, quod in edit. Raderiana, indictio IX, dicatur postconsulatus Heraclii XII, qui IX fuit, et quod τούτῳ τῷ ἔτει, vel ἐνιαυτῷ, sub eodem anno bis repetatur, contra morem scriptoris. [Expressit ordinem hic propositum Ducangius in editione.]

D

VARIÆ LECTIONES.

[80] ἔτους P. [81] γραφῶν R.

Digitized by Google

A. C. [Ol. Iph.] A

Et ab ipso die XXII mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* VIII.

621. XI. Ind. IX. Post cons. Heraclii Augusti X. 1. 350.

Et ab ipso die XXII mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* IX.

622. XII. Ind. X. Post cons. Heraclii Augusti XI. 2.

Et ab ipso die XXII mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* X.

623. XIII. Ind. XI. Post cons. Heraclii Augusti XII. 3.

Et ab ipso die XXII mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* XI.

Hoc anno, mense Desio, secundum Romanos Junii V, feria I, cum imperator Heraclius in Thraciæ partibus versaretur una cum proceribus [et civibus, atque clericis, atque adeo cum opificibus, plurimis etiam ex utraque factione, ac plebe, Avarum Chagano ad Longum murum cum innumera multitudine etiam accedente, quod, ut rumor increbuerat, Romanos inter ac Avares pax esset conficienda, tum etiam quod Heracleæ ludi circenses celebrandi essent, hac fama excita multitudo infinita, ex Felice urbe egressa est. Et circa horam IV ipsius Dominicæ, Avarum Chaganus flagello suo signum dedit, statimque omnes qui cum illo erant Longum murum impetu facto ingressi sunt, ipso extra murum cum aliquot familiaribus manente, cum, ut dixisse fertur, simul atque murum ingressus esset, urbem se facile occupaturum sibi persuaderet : quod sane acciderisset, nisi illum prohibuisset Deus. Illius tamen copiæ ipsa Dominica, ingressæ circa vesperam usque ad Auream portam, quotquot extra urbem repererunt, vel in suburbanis, et quidquid hominum vel animalium inventum fuit, in prædam rapuere. Ingressi sunt etiam sacram ædem Sanctorum Cosmæ et Damiani

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται· *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου* [82] *Κωνσταντίνου ἔτος η'.*

Ἰνδ. θ'. ια'. μετὰ [83] ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ ι'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται· *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος θ'.*

390 Ἰνδ. ι'. ιβ'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου ἔτος [84] ια'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται· *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος* [85] *ι'.*

Ἰνδ. ια'. ιγ'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου B τὸ ιβ'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ [86] αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται· *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος ια'.*

391 Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ Δαισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ἰουνίου ε', ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὄντος τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου εἰς τὰ Θράκια μέρη μετά τινων ἀρχόντων καί τινων οὐ μόνον κτητόρων καὶ κληρικῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐργαστηριακῶν καὶ δημοτῶν ἐξ ἑκατέρου μέρους καὶ πλήθους ἄλλου οὐκ ὀλίγου, πλησιάσαντος τῷ μακρῷ τείχει τοῦ Χαγάνου τῶν Ἀβάρων (9) μετὰ πλήθους ἀπείρου, μελλούσης, ὡς καθὼς ἐφημίσθη, μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων εἰρήνης [87] γίνεσθαι, καὶ μέλλοντος ἱππικοῦ ἐν Ἡρακλείᾳ ἄγεσθαι, τῇ φήμῃ ταύτῃ συναπαχθὲν [88] πλῆθος ἄπειρον ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πανευδαίμονος, καὶ περὶ ὥραν δ' C τῆς Κυριακῆς αὐτῆς ὁ Χαγάνος τῶν Ἀβάρων τῷ φραγελλίῳ [89] αὐτοῦ ἔνευσεν, καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ ὁρμήσαντες εἰσῆλθαν [90] τὸ μακρὸν τεῖχος, ἐκείνου μείναντος ἔξωθεν τοῦ τείχους μετά τινων τῶν αὐτοῦ, καὶ ὡς καθὼς εἶπεν ὅτι καὶ τὸ τεῖχος εἰσήρχετο καὶ τὴν πόλιν παρελάμβανεν, εἰ μὴ ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἐκώλυσεν. Πλὴν οἱ αὐτοῦ εἰσελθόντες αὐτῇ τῇ Κυριακῇ ἀπὸ ἑσπέρας [91] ἕως τῆς Χρυσῆς πόρτας (10) πάντας ἐπραίδευσαν οὓς ηὗρον ἔξω τῆς πόλεως μετὰ καὶ τῶν ἐν τοῖς προαστείοις ὅπως οὖν εὑρεθέντων ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων παντοδαπῶν. Εἰσῆλθαν [92] δὲ καὶ [93] εἰς τοὺς Ἁγίους Κοσμᾶν (11) καὶ Δαμια-

DUCANGII NOTÆ.

(9) *Χαγάνου τῶν Ἀβάρων.* Seu Hunnorum D lib. I, sect. 15, n. 16.
regis : sic enim Hunnos dictos scribit Georg. monachus in Chron. ms. Scribit Nicephorus Callist. lib. XIV, cap. 56, Gothos ac Wandalos et Gepidas, omnes unius linguæ, Honorio et Arcadio imperantibus, Danubium transgressos in finibus Romani Orientalis imperii consedisse, ac Gepidas quidem, qui in duos populos divisi erant, Longobardos et Avares, oram eam quæ Singidonem inter et Sirmium jacet, incoluisse.

(10) *Τῆς Χρυσῆς πόρτας. Constantinopol. Christ.*

(11) *Εἰς τοὺς ἁγίους Κοσμᾶν*, etc. Ibid., lib. IV, sect. 15, n. 10, ubi docemur hanc ædem SS. Anargyrorum sitam fuisse in Blachernis, quod et hic infra notatur, id est in Blachernarum regione, proinde vicinam fuisse ædi Deiparæ Blachernensi, quod exerte dicitur in libro Miraculorum SS. Anargyrorum in hac scilicet æde patratorum, cap. 18, ut et clericos, non vero monachos, in ea sacra fecisse. Ac certe ecclesiam fuisse catholicam, id est quod nostri dicunt parochiam, vel inde conjicere licet,

VARIÆ LECTIONES.

[82] Νέου om. R. [83] μετὰ usque ad ιγ' om. R. [84] ἔτος τὸ P. [85] ἔτους P. [86] καὶ. τῆς R. [87] εἰρήνην P, εἰρήνης V, m. R. [88] συναχθὲν P. [89] φραγγελίῳ P. [90] εἰσῆλθον P. [91] ἑσπέραν V. [92] εἰσῆλθον P. [93] καὶ om. P.

Digitized by Google

νὸν ἐν Βλαχέρναις, καὶ εἰς τὸν Ἀρχάγγελον πέραν εἰς τὰ Προμώτου (12), καὶ οὐ μόνον ὅτι τὰ κιβούρια [96] καὶ ἄλλα κειμήλια ἀφείλαντο [98], ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν τράπεζαν τῆς ἐκκλησίας τοῦ Ἀρχαγγέλου κατέκλασαν, καὶ πάντας μετὰ τῶν ἀφαιρεθέντων αὐτῶν μετῴκισαν [99] πέραν **390** τοῦ Δανουβίου, μηδενὸς ἀντιστατοῦντος.

A in Blachernis : et ecclesiam Sancti Archangeli trans urbem in Promoti suburbano : in iisque non ciboria duntaxat, et alia cimelia abstulerunt, sed ipsam etiam sacram mensam ecclesiæ Archangeli confregerunt, omnesque cum præda captivos secum trans Danubium, obsistente nemine, abduxerunt.

τνα' Ὀλυμπιάς.

CCCLI Olympias.

A. C. [Ol. Ipl.]

Ἰνδ. ιβ'. ιδ'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ ιγ'.

624. (A. a M. C. 6132.) XIV. Ind. XII.

Post cons. Heraclii Augusti XIII. 3.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς (13) τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται τῆς βασιλείας Ἡρακλείου νέου Κωνσταντίνου ἔτος ιβ'.

Et ab ipso die XXII mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* XI.

Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ Δύστρῳ [97], κατὰ Ῥωμαίους Μαρτίῳ, ε' καὶ κ' τοῦ μηνὸς, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῆς Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη ὁ βασιλεὺς Ἡράκλειος ἅμα τοῖς αὐτοῦ τέκνοις Ἡρακλείῳ [98] καὶ [99] Ἐπιφανίᾳ τῇ καὶ Εὐδοκίᾳ καὶ τῇ βασιλίσσῃ Μαρτίνᾳ, καὶ ἐποίησεν σὺν αὐτοῖς τὴν πασχαλίαν ἑορτὴν πλησίον τῆς πόλεως Νικομηδίας. Καὶ μετὰ τὴν ἑορτὴν αὐτὸς μὲν ὁ [1] βασιλεὺς Ἡράκλειος μετὰ Μαρτίνης τῆς βασιλίσσης ὥρμησαν [2] ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη, συνόντος αὐτοῖς καὶ Ἀνιανοῦ δομεστίκου τοῦ μαγίστρου [3] (14), τὰ δὲ τέκνα αὐτοῦ ὑπέστρεψαν ἐν Κωνσταντινουπόλει.

B Hoc anno, mense Dystro, secundum Romanos Martio, quinto et vicesimo mensis die festo Annuntiationis Dominæ nostræ Dei Genitricis, profectus in orientales partes imperator Heraclius cum liberis suis Heraclio, Epiphania quæ et Eudocia dicta, et imperatrice Martina, paschales ferias juxta urbem Nicomediam peregit. Iisque exactis, idem imperator Heraclius cum Martina imperatrice in Orientis regiones perrexit, habens in comitatu Anianum domesticum maximum. Liberi vero illius Constantinopolim reversi sunt.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀρτεμισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Μαΐῳ, τῆς ιβ' ἰνδικτιῶνος, ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπενοήθη ψάλλεσθαι μετὰ τὸ μεταλαβεῖν πάντας τῶν ἁγίων μυστηρίων ἐν τῷ C μέλλειν τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκαθιστᾶν [4] τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια καὶ ποτήρια καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη, μετὰ τὸ ἐκ τῶν (15) παρατραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι πάντα εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ ψαλθῆναι τὸν τελευταῖον στίχον τοῦ κοινωνικοῦ, λέγεσθαι [5] (16) καὶ τοῦτο τὸ τροπάριν [6]· « Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, Κύριε, ὅπως ἂν ὑμνήσωμεν [7] τὴν δόξαν σου, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς [8] τῶν ἁγίων σου μετασχεῖν μυστηρίων. Τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ, ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σου. Ἀλληλούϊα [9]. »

Hoc anno, mense Artemisio, secundum Romanos Maio, XII indict. sub Sergio patriarcha Constantinopolitano tum primum inductum est, ut postquam omnes sacra mysteria perceperunt, cum clerici relaturi sunt in sceuophylacium pretiosa muscaria, discos et calices, atque alia sacra vasa, et post datam fidelibus ex appositis mensis communionem, omnia in sacram mensam referuntur, post exactum denique ultimum versum communionis, caneretur hæc antiphona : « Impleatur os nostrum laude, Domine, ut celebremus gloriam tuam, quia nos sanctis tuis mysteriis dignatus es. Serva nos in sanctificatione, toto die meditantes justitiam tuam. Alleluia. »

DUCANGII NOTÆ.

quod in ea æde exstiterit baptisterium, quod diaconico proximum fuisse ibidem dicitur, pag. 358. Sed et illam conditam ab imperatore, quem non nominat, testatur Nicetas Philosophus in ea oratione quam de sanctis istis Anargyris inscripsit, p. 132. Theodosio forte Juniore, siquidem non desunt qui Paulino ejus studiorum socio hanc ascribunt.

(12) *Προμότου. Const. Christ*, lib. IV, sect. 15, n. 30.

(13) *Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς.* Huc pertinet subscriptio a Panvinio relata : *Data Kal. Maii Constantinopoli, imperantibus Aug. Fl. Heraclio anno* IX, *et post consulatum ejusdem anno* VIII, *et Heraclio Constantino Juniore filio anno* VII, *indict.* VII, ubi delenda videtur hæc postrema indictio.

(14) *Μαγίστου.* Holsten. μαγίστρου.

(15) *Μετὰ τὸ ἐκ τῶν*, etc. Sic cod. Vatic. Legendum videtur, μετὰ τὸ ἐκ τῶν παρατραπεζίων (καὶ delet Holstenius) διάδοσιν· et forte addendum γίνεσθαι, id est, *post datam fidelibus ex appositis mensis communionem.*

(16) *Λέγεσθαι.* Sic reposuimus ex cod. Vatic. pro λέγεται. Τροπάριν pro τροπάριον habet idem cod. Vatic.

VARIÆ LECTIONES.

[96] κιβώρια P. [98] ἀφείλοντο P. [99] μετῴκησαν PV. [97] σύστρῳ R. [98] Ἡρακλεῖ V. [99] τῇ καὶ, τῇ R. [1] ὁ om. R. [2] ὥρμησεν P sola. [3] μεγίστου P. [4] ἀποκαθιστάναι P. [5] λέγεται R. [6] τροπάριον P. [7] ὅπως ἀνυμνήτωμεν P. [8] ἡμᾶς om. R. [9] ἀλλελούϊα V.

Digitized by Google

625. xv. Ind. xiii. Post cons. Heraclii A. C. [Ol. Iph.] Augusti XIV. 4.

Et ab ipso die xxii Januarii mensis, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* xiii.

626. xvi. Ind. xiv. Post cons. Heraclii Augusti XV. 1. 351.

Et ab ipso die xxii Januarii mensis, scribitur, *Imperii Heraclii Novi Constantini anno* xiv.

Hoc anno, mense Dystro, secundum Romanos Martio, apparuit sidus fulgentissimum versus occidentem, post occasum solis.

Hoc anno, mense Artemisio, secundum Romanos Maio, xiv, feria iv, in quam incidit Media Pentecoste, convenerunt scholæ (Palatinæ) una cum multis aliis ex plebe, in sanctissima Magna ecclesia, clamoribusque consecuti sunt Joannem cognomento Sismum, quod tollere vellet panes scholarum in sportulas militum dari consuetos : Sergio patriarcha interea pollicente operam suam se collaturum ut satis iis fieret, dummodo sinerent sacram liturgiam peragi.

xiv ejusdem mensis die, pluribus rursum in sanctissima Magna ecclesia coactis, et clamitantibus contra prædictum Joannem, patriarcha et Alexander præfectus prætorio, et alii quidam ex magistratibus, et Leontius comes piscium et spatharius, Magnæ ecclesiæ ambonem conscenderunt, multisque clamoribus contra eumdem Joannem cognomento Sismum a populo excitatis, ut a publicæ rei administratione amoveretur, exauctoratus est, statuæque illius extemplo dejectæ. Alexander autem præfectus prætorio multitudinem sic est allocutus : « Panes deinceps a me accipietis, ac futurum spero, uti brevi res ad priorem statum revocetur. » Quippe Joannes iste Sismus, cum tribus duntaxat follibus panis ven-

A **391** Ἰνδ. ιγ'. ιε'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ ιδ'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Ἰανουρίου μηνὸς γράφεται, *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος ιγ'.*

Ἰνδ. ιδ'. ις'. μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου ἔτος [10] ιε'.

Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ [11] αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται, *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος ιδ'.*

Τούτῳ τῷ ἐνιαυτῷ μηνὶ Δύστρῳ, κατὰ Ῥωμαίους Μαρτίῳ, ἐφάνη ἐπὶ δ' ἡμέρας ἀστὴρ φαιδρὸς πάνυ κατὰ δυσμὰς μετὰ δύσιν ἡλίου.

Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀρτεμισίῳ, κατὰ Ῥωμαίους B Μαΐῳ, ιδ', ἡμέρᾳ δ', αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ Μεσοπεντηκοστῇ, συνήχθησαν αἱ σχολαὶ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοῦ πλήθους ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατέκραξαν Ἰωάννου (17) τοῦ ἐπίκλην Σεισμοῦ, ὡς θελήσαντος ἐπᾶραι τὰ ψωμία τῶν σχολῶν εἰς ὄνομα τῶν στρατιωτῶν· καὶ τοῦ πατριάρχου Σεργίου ὑποσχομένου ἀποθεραπεύειν τὸν ὄχλον, εἰ μόνον ἐνδώσωσι γενέσθαι τὴν θείαν λειτουργίαν.

Τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πάλιν πλειόνων εὑρεθέντων ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ κατακραξάντων [12] τοῦ λεχθέντος Ἰωάννου, ὁ μὲν πατριάρχης καὶ Ἀλέξανδρος ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀρχόντων καὶ Λεόντιος κόμης τοῦ ὀψαρίου (18) καὶ σπαθάριος, ἀνῆλθαν [13] εἰς C τὸν ἄμβωνα τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ κραυγῶν πολλῶν γενομένων κατὰ τοῦ ῥηθέντος Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Σεισμοῦ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ εἰς τὸ μηκέτι αὐτὸν παρελθεῖν διὰ πολιτικοῦ πράγματος, ἐκεῖνος μὲν καθῃρέθη καὶ κατεβλήθησαν αὐτοῦ παραχρῆμα αἱ εἰκόνες. Ὁ δὲ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων Ἀλέξανδρος προσεφώνησε λέγων, ὅτι « Ἀπὸ ἄρτι πρὸς ἐμὲ ἔχετε χάριν τῶν ψωμίων καὶ ἐλπίζω [14] ἐν τάχει ποιῶ διόρθωσιν εἰς αὐτό. » Ὁ γὰρ λεχθεὶς Ἰωάννης ὁ Σεισμὸς

DUCANGII NOTÆ.

(17) *Καὶ κατέκραξαν Ἰωάννου*, etc. An is præfectus annonæ fuit? nam illius curæ urbis commeatus et annona publica incumbebat. Verum cur in M. ecclesia semel ac iterum ob sportulas militares, tum a scholis, tum a plebe tumultuatum potius quàm in circensibus, et in gravitate annonæ ac fame ingruente fieri solitum fuisse docent Tacitus lib. v *Annal.*; Zosimus, lib. v; Ammianus, lib. xix; Eunapius in *Ædesio*, et Sidonius, lib. i, epist. 10, non plane constat. Vide Notata ad ann. v Justiniani.

(18) *Κόμης τοῦ ὀψαρίου*. Verti *comes piscium*, nescio an bene : ὀψάριον enim est *piscis*, quod pluribus in Glossario mediæ Græcitatis docemus, ita ut Leontius ille præfectus fuerit, non piscaturæ, sed rei piscariæ, seu piscium in urbe venditioni : Galli dicerent, *le comte du poisson*, numero singulari. Plurimam autem fuisse Constantinopoli piscium copiam observavimus pariter in *Originibus Byzant.*, sect. 3, et in Notis ad Alexiadem, p. 167, quo præterea spectant ista Dionis Chrysost. in priore Tarsica : Ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς ἂν εἴποι διὰ τὸν ἰχθὺν εὐδαίμονας Βυζαντίους, εἰ μὴ καὶ τοὺς Λάρους· *Sed tamen nemo dixerit propter pisces beatos esse Byzantios, nisi pariter et Laros.* Et in orat. 35 : D Φέρε δῆ, τίνας ἄλλους τῶν καθ' ἡμᾶς εὐδαίμονας ἀκούομεν; Βυζαντίους, χώραν τε ἀρίστην νεμομένους, καὶ θάλατταν εὐκαρποτάτην· τῆς δὲ γῆς ἠμελήκασι, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς θαλάττης· ἡ μὲν γὰρ διὰ μακροῦ φέρει τὸν καρπὸν αὐτοῖς, καὶ δεῖ λαβεῖν ἐργασαμένους· ἡ δὲ αὐτόθεν, μηδὲν πονήσασιν· *Age nunc, quosnam alios nostro tempore audivimus esse felices? Byzantios? Illi et optimam incolunt regionem, et mare fructuosissimum. Terram autem neglexerunt propter maris virtutem : illa enim longo intervallo illis fructum affert, et eum quidem laboribus partum, mare autem affert ex se statim absque labore.*

VARIÆ LECTIONES.

[10] ἔτος. τὸ P. [11] καὶ. τῆς P. [12] κατακραζόντων P. [13] ἀνῆλθον P. [14] (ὡς) ἐλπίζω P sola.

Digitized by Google

γ' φόλλεων πιπρασκομένου τοῦ ψωμίου αὐτὸς ἡ' φόλλεων αὐτὸ ἠβουλήθη ποιῆσαι· καὶ ὁ Θεὸς κατέβαλε τὴν βουλὴν αὐτοῦ.

392 Καλὸν δὲ διηγήσασθαι ὅπως καὶ νῦν ὁ μόνος πολυέλεος καὶ εὔσπλαγχνος Θεὸς τῇ εὐπροσδέκτῳ πρεσβείᾳ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ μητρὸς καὶ κατὰ ἀλήθειαν Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ Ἀειπαρθένου Μαρίας τὴν ταπεινὴν ταύτην αὐτοῦ πόλιν ἔσωσεν ἐκ τῶν κατὰ συμφωνίαν κυκλωσάντων αὐτὴν παναθέων ἐχθρῶν τῇ κραταιᾷ αὐτοῦ χειρὶ, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ εὑρεθέντα λαὸν ἐλυτρώσατο τῆς προσδοκωμένης μαχαίρας, αἰχμαλωσίας τε καὶ πικροτάτης δουλείας, ὃ [15] οὐδεὶς τῶν πάντων εὐπορήσει διηγήσασθαι. Ὁ γὰρ ἐπικατάρατος Σαλβάρας (19), ἔξαρχος τοῦ Περσικοῦ στρατοῦ, ἐκδεχόμενος, ὡς ἔοικεν, καὶ ἔργοις δὲ τελευταῖον ἀπεδείχθη, τὴν τοῦ παναθέου Χαγάνου τῶν Ἀβάρων ἐπέλευσιν, πρὸ πλείστων τούτων ἡμερῶν γενόμενος ἐν Χαλκηδόνι πάντα τά τε [16] προάστεια καὶ παλάτια καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους ἀθέως ἐνέπρησεν, καὶ ἔμεινεν λοιπὸν τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐκδεχόμενος. Τῇ οὖν κθ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς τῆς παρούσης ιδ' ἰνδικτιῶνος, τουτέστιν τῇ ἡμέρᾳ τῆς συνάξεως τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, κατέλαβε πρόκουρσον τοῦ θεομισήτου Χαγάνου, ὡς ἄχρι χιλιάδων τριάκοντα, διὰ δηλωμάτων φημίσαντος τό τε Μακρὸν τεῖχος καταλαβεῖν καὶ τὰ ἔνδον αὐτοῦ, ὥστε τοὺς εὑρεθέντας ἔξωθεν τῆς πόλεως ἐφίππους γενναιοτάτους στρατιώτας κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, Κυριακὴν οὖσαν, ἔνδον γενέσθαι τοῦ νέου Θεοδοσιακοῦ τείχους (20) ταύτης [17] τῆς βασιλίδος πόλεως, καὶ ἔμεινεν τὸ αὐτὸ πρόκουρσον ἐπὶ τὰ μέρη Μελαντιάδος (21), ὀλίγων ἐξ αὐτῶν ἐκτρεχόντων μέχρι τοῦ τείχους ἐκ διαλειμμάτων καὶ μὴ συγχωρούντων τινὰ ἐξιέναι ἢ ὅλως ἀλόγων δαπάνας συλλέγειν. Ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἄχρις ἡμερῶν δέκα ἐφεξῆς διαδραμουσῶν, καὶ μηδενὸς τῶν ἐχθρῶν σύνεγγυς τοῦ τείχους φανέντος, ἐξῆλθαν [18] στρατιῶται μετὰ παλλικαρίων καὶ [19] πολιτῶν, ὀφείλοντες ὡς ἀπὸ δέκα μιλίων θερίσαι ὀλίγα γεννήματα, καὶ συνέβη ἀπαντηθῆναι αὐτοῖς τοὺς ἐχθροὺς καὶ ἔνθεν κἀκεῖθέν τινας διατεσεῖν, συσχεθῆναι δὲ καί τινας ἐκ τῶν παλλικαρίων, τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν πολιτῶν τῶν [20] ἐξελθόντων σὺν αὐτοῖς. Εἰ μὴ γὰρ συνέβη τοὺς στρατιώτας περισπασθῆναι εἰς τὸ ἐκδικῆσαι τὰ ἴδια παλλικάρια καὶ τοὺς πολίτας, ἱκανοὶ ἐφονεύοντο ἐκ τῶν ἐχθρῶν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τινῶν ἐχθρῶν ἄχρι μιᾶς χιλιάδος ἐλθόντων πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῶν ἁγίων Μακκαβαίων (22)

A deretur, rem ipse eo deducere conabatur, uti octo folles exigerentur: sed Deus consilium ejus evertit.

Operæ pretium porro videtur exponere, quemadmodum et nunc solus misericors ac clementia plenus Deus per acceptissimam intemeratæ matris ipsius, et vere Dominæ nostræ Dei Genitricis, et semper Virginis Mariæ intercessionem, humilem hanc suam urbem ex impiis hostibus, inita invicem conjuratione hanc obsidentibus, et cingentibus, potenti sua manu, et qui tum in ea erat populum ab imminente gladio, captivitate, et acerbissima servitute liberaverit: quæ quidem omnia nemo satis poterit exponere. Etenim exsecrandus ille Salbaras, Persici exercitus dux et exarchus, B cum exspectaret, ut vero simile est, et ex factis demum apparuit, Deo invisi Avarum Chagani adventum, interim complures ante dies castris ad Chalcedonem positis, suburbana omnia, et sacras ædes incendio sacrilege absumpsit: ibique mansit, illius adventum præstolatus. Itaque XXIX Junii mensis, præsentis XIV indictionis, die scilicet festo sanctorum et illustrium coryphæorum apostolorum Petri et Pauli, accessit prima acies Deo odiosi Chagani, triginta circiter hominum millium; per nuntios promulgantis se quam primum Longum murum occupaturum, et quidquid intra illum est: ita ut quotquot ex equitibus ac fortissimis militibus qui hactenus extra urbem erant, hoc ipso die, qui C in Dominicam incidit, intra novum Theodosiacum murum hujus urbium reginæ se confestim reciperent. Mansitque prima ista acies circa Melantiadem, paucis ex iis usque ad muros per intervalla excurrentibus, et quemquam exire, vel ad equorum pabulationem quidquam colligere prohibentibus. Elapsis interea diebus decem, nemine ex hostibus ad mœnia apparente, egressi milites cum calonibus et civibus, uti ad decimum ab urbe lapidem meterent exiguam segetem, in hostes incidere, aliquot ex iis cæsis, quibusdam etiam ex militum calonibus et ex civibus qui cum iis egressi fuerant, captis. Nisi tamen milites in calonibus suis defendendis fuissent occupati, magnum satis ex hostibus numerum eo die interfecissent. Cæte- D rum non multo post circiter mille ex hostibus, hoc ipso die, juxta venerandam ædem Sanctorum Maccabæorum ultra suum in Sycis, accedentibus, ac sese Persis visendos præbentibus, qui versus

DUCANGII NOTÆ.

(19) *Ὁ γὰρ ἐπικατάρατος Σαλβάρας*: Qui interdum Σάλβαρος. Bellum hoc Avaricum ad muros urbis Constantinopolitanæ libro unico, ac versibus hexametris complexus est Georg. Pisides, cujus libri, ut et trium *De bello Persico* Heraclii editionem apparaverat Claud. Maltretus, uti is monet in Præfatione ad Procopium.

(20) *Θεοδοσιακοῦ τείχους*. *Constantinopol. Christ.* lib. I, sect. 10.

(21) *Μελαντιάδος*. Ibid sect. 15, n. 15.

(22) *Οἴκου τῶν ἁγίων Μακκαβαίων*. Ibid. lib. IV, sect. 4, n. 20.

VARIÆ LECTIONES.

[15] ὃ addidit P sola. [16] τε et καὶ παλάτια om. P. [17] τοῦ ταύτης P. [18] ἐξῆλθον P. [19] καὶ om. R, uncis inclusit P. [20] τῶν alterum om. P.

Digitized by Google

Chrysopolim castra posuerant, suam inter se per ignes præsentiam significantibus. Interim exsecrandus Chaganus Athanasium clarissimum patricium Adrianopoli cum his dictis amandavit : « Abi, et vide qua ratione velint cives me placare, quæve dona offerre, ut hinc recedam. » Veniente igitur ipso gloriosissimo Athanasio, hæcque Bono gloriosissimo patricio et magistro, cæterisque magistratibus exponente, iisque Athanasium objurgantibus, quod abominando Chagano ita se subdiderit, fueritque pollicitus urbis cives quæ illi placitura essent exsecuturos : tum gloriosissimus Athanasius hæc sibi data esse in mandatis dixit a gloriosissimis magistratibus quo tempore legatus missus fuerat : cæterum neque scire se ita muros esse munitos, copiasque hic adesse : nihilominus paratum se datum Chagano responsum iisdem verbis referre. Deinde cum gloriosissimus Athanasius, priusquam reverteretur, quantæ essent in urbe copiæ videre vellet, lustratione facta, reperta sunt in urbe exsistentium equitum circiter millia duodecim. Tum magistratus jusserunt ea responderi quæ exsecrandum Chaganum omnino persuaderent ad exercitum a mœnibus, seu urbe, amovendum. Cum ergo gloriosissimus Athanasius ad exsecrandum Chaganum pervenisset, ab eo minime exceptus est, illo dicente, sibi omnia esse tradenda, sin minus, urbem funditus eversurum se, et quotquot in ea erant abducturum.

XXIX Julii mensis die, Deo invisus Chaganus accessit ad mœnia cum universis copiis, ac seipsum civibus ostendit. Post diem unum exactum, scilicet XXXI ejusdem mensis Julii, accessit ad prælium paratus, mansitque a prima luce usque ad horam XI bellum fortiter ciens a porta Polyandrii usque ad portam Quinti, atque adeo ulterius : ibi enim plurimum militem statuit in ipsius urbis conspectu, in reliqua vero muri parte Sclavos, ac primam quidem eorum aciem pedestrem nudam, alteram pedestrem loricatam. Tum sub vesperam machinas aliquot et testudines admovit a Brachialio usque ad Brachialium. Rursum postero die multa tormenta in illam partem quæ ab ipso oppugnabatur, statuit, ita inter se proxima, ut necesse fuerit obsessis quam plurimas ma-

πέραν ἐν Συκαῖς (23), καὶ ἐμφανισάντων ἑαυτοὺς τοῖς Πέρσαις, κἀκείνων συναχθέντων ἐπὶ τὰ μέρη Χρυσοπόλεως, καὶ γνωρισάντων **393** ἀλλήλοις διὰ πυρκαϊᾶς τὴν ἑαυτῶν παρουσίαν, ἐν τῷ μέσῳ ἀπέλυσεν ὁ ἐπικατάρατος Χαγάνος Ἀθανάσιον τὸν ἐνδοξότατον πατρίκιον ἀπὸ τῶν μερῶν Ἀδριανουπόλεως, εἰρηκὼς αὐτῷ, ὅτι « Ἄπελθε καὶ ἴδε πῶς θέλουσιν αἱ τῆς πόλεως θεραπεῦσαί με, καὶ τί θέλουσί μοι δοῦναι, ἵνα ὑποστρέψω. » Εἰσελθόντος [21] οὖν αὐτοῦ Ἀθανασίου τοῦ ἐνδοξοτάτου, καὶ ταῦτα ἀπαγγείλαντος Βόνῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ πατρικίῳ (24) καὶ μαγίστρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἄρχουσι, κἀκείνων ἐπιμεμψαμένων αὐτῷ οὕτως ὑποπεσόντι τῷ ἐπικαταράτῳ Χαγάνῳ καὶ ὑποσχομένῳ τοὺς τῆς πόλεως τὰ θεραπεύοντα αὐτὸν πράττειν, τότε Ἀθανάσιος ὁ ἐνδοξότατος εἶπεν, ταῦτα αὐτῷ ῥηθῆναι παρὰ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων κατὰ τὸν καιρὸν καθ' ὃν εἰς πρεσβείαν ἐστέλλετο· λοιπὸν δὲ μηδὲ [22] μεμαθηκέναι (25) αὐτὸν οὕτω τὰ τοῦ τείχους κατησφαλίσθαι καὶ στρατὸν ἐνταῦθα παρεῖναι· πλὴν ἑτοίμως ἔχειν αὐτὸν τὴν αὐτῷ διδομένην ἀπόκρισιν λέγειν ἀπαραλλάκτως τῷ Χαγάνῳ. Εἶτα ἐπιζητήσαντος τοῦ αὐτοῦ ἐνδοξοτάτου Ἀθανασίου πρότερον ἐθέλειν θεωρῆσαι τὸν ἐν τῇ πόλει ὄντα στρατὸν, ἀρμαστατιῶνος (26) γενομένης ηὑρέθησαν τῶν ἐνδημούντων ἐν τῇ πόλει καβαλλαρίων περὶ τὰς ιβ' καὶ πρὸς χιλιάδας. Καὶ τότε δέδωκαν αὐτῷ οἱ ἄρχοντες ἀνταπόκρισιν ὀφείλουσαν πάντως παρασκευάσαι τὸν ἐπικατάρατον (27) Χαγάνον πλησιάσαι [23] (28) τῷ τείχει ἤγουν τῇ πόλει. Εἶτα Ἀθανασίου τοῦ ἐνδοξοτάτου τὰ πρὸς ἐκεῖνον φθάσαντος, καὶ μὴ δεχθέντος, ἀλλὰ λέγοντος [24] τοῦ καταράτου Χαγάνου ὅλως μὴ ἐνδιδόναι, εἰ μηδ' ἂν καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ὄντας κομίσηται, τῇ κθ' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς αὐτὸς ὁ θεομίσητος Χαγάνος κατέλαβε τὸ τεῖχος μετὰ ὅλου τοῦ ὄχλου αὐτοῦ, καὶ ἔδειξεν ἑαυτὸν τοῖς τῆς πόλεως. Μετὰ μίαν ἡμέραν, τουτέστιν τῇ λα' τοῦ αὐτοῦ Ἰουλίου μηνὸς, ἦλθεν παρατασσόμενος πόλεμον [καὶ ἔμεινεν ἀπὸ ἕωθεν ἕως ὥρας ια' πολεμῶν [25]] ἀπὸ τῆς λεγομένης Πολυανδρίου [26] πόρτας (29) καὶ ἕως τῆς πόρτας τοῦ Πέμπτου (30) καὶ ἐπέκεινα σφοδροτέρως· ἐκεῖ γὰρ τὸν πολὺν αὐτοῦ παρέστησεν ὄχλον, στήσας εἰς ὄψιν κατὰ τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ τείχους Σκλάβους, καὶ ἔμεινεν ἀπὸ ἕωθεν ἕως ὥρας ια' πολεμῶν [27], πρῶτον μὲν διὰ

DUCANGII NOTÆ.

(23) *Ἐν Συκαῖς. Const. Christ.*, lib. I, sect. 22.

(24) *Βόνῳ τῷ ἐνδοξ. πατρικίῳ.* Quippe Heraclius in Persas moturus, Sergio patriarcha, senatoribus et populo convocatis, filiisque eorum fidei commissis, Bonum patricium rerum administrationi præfecerat. Ita Nicephorus et Theophanes anno XII, et ex eo Symeon Logotheta, a quibus Βόνωσος appellatur : quo nomine alium quemdam sub Foca præpotentem refert auctor Chronici anno illius VII.

(25) *Λοιπὸν δὲ μὴ μεμαθηκέναι.* Ubi vocem μὴ ex cod. Vaticano supplevimus.

(26) *Ἀρμαστατιῶνος.* Cod. Vatican., Ἀρμαστατίονος.

(27) *Ἐπικατόρατον*, peccatum typothetæ, pro ἐπικατάρατον.

(28) *Πλησιάσαι.* Leg. μὴ πλησιάσαι.

(29) *Πολυανδρίου πόρτας. Constantinop. Christ.*, lib. I, sect. 15, n. 10.

(30) *Πόρτας τοῦ Πέμπτου.* Ibid. n. 12.

VARIÆ LECTIONES.

[21] ἐλθόντος R. [22] μηδὲ om. R. [23] μὴ πλησιάσαι Ducangius. [24] μοι P. [25] Seclusi καὶ — πολεμῶν. [26] Πολιανδρίου hic et infra RV. [27] καὶ — πολεμῶν om. P.

Digitized by Google

πεζῶν Σκλάβων γυμνῶν, κατὰ δὲ δευτέραν τάξιν διὰ [28] πεζῶν ζαβάτων. Καὶ περὶ ἑσπέραν ἔστησεν ὀλίγα μαγγανικὰ καὶ χελώνας ἀπὸ Βραχιαλίου καὶ ἕως Βραχιαλίου. Καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἔστησε πλῆθος μαγγανικῶν εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο τὸ πολεμηθὲν παρ' αὐτοῦ σύνεγγυς ἀλλήλων, ὡς ἀναγκασθῆναι τοὺς τῆς πόλεως πάμπολλα στῆσαι μαγγανικὰ ἔνδοθεν τοῦ τείχους τῆς μάχης καθ' ἑκάστην τῶν πεζῶν συγκροτουμένης, καὶ τῶν ἡμετέρων κατὰ Θεοῦ δημιουργίαν ἐκ τοῦ περιγεγονότος ἀποσοβούντων μήκοθεν τοὺς ἐχθρούς. Ἐκαλάμωσε (31) δὲ **394** τὰς πετραρίας αὐτοῦ καὶ ἔξωθεν ἐβύρσωσεν. Παρεσκεύασεν δὲ εἰς τὸ διάστημα τὸ ἀπὸ τῆς Πολυανδρίου πόρτας ἕως τῆς πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ (32) στῆναι ιβ' πυργοκαστέλλους ὑψηλοὺς, φθάνοντας σχεδὸν ἕως τῶν προμαχεώνων, καὶ ἐβύρσωσεν αὐτούς. Καὶ οἱ [29] εὑρεθέντες δὲ ναῦται ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτοὶ ἐξῆλθον εἰς συμμαχίαν τοῖς πολίταις· καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν τῶν ναυτῶν ἐμηχανήσατο καταρτίαν καὶ ἐκρέμασεν εἰς αὐτὴν κάραβον, ὀφείλων δι' αὐτοῦ ἐμπρῆσαι τοὺς πυργοκαστέλλους τῶν ἐχθρῶν, ὅντινα ναύτην καταπλήξαντα τοὺς πολεμίους οὐ μετρίως συνεκρότησε Βόνος ὁ πανεύφημος μάγιστρος.

chinas intra muros apponere, peditibus quotidie invicem pugnantibus, nostrisque, Dei providentia, victoribus, ac hostes longe propulsantibus. Confecit præterea machinas jaculatorias, quas extrorsum corio texit. Ædificavit autem in eo spatio, quod inter portam Polyandrii et portam Sancti Romani interjacet, XII turres castellis instructas, prælatas et quæ ipsa fere propugnacula attingerent, quas et perinde corio munivit. Sed et nautæ qui erant in urbe, egressi, civibus subsidio erant : unusque ex iisdem nautis malum nauticum machinatus est, in cujus summitate navigiolum appendit, quo hostium turres castellis instructas incenderet : quem quidem nautam, qui hostes adeo perculerat, collaudavit Bonus gloriosus magister.

Ὁ δὲ αὐτὸς [30] εὐκλεέστατος [31] (33) μάγιστρος μετὰ τὸ ἐγγίσαι τὸν ἐχθρὸν [32] τῷ τείχει οὐ διέλειπεν [33] προτρέπων αὐτὸν λαβεῖν μὴ μόνον τὰ πάκτα αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἕτερον στίχον ὑπὲρ τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν ἕως τοῦ τείχους. Καὶ οὐ προσεδέξατο, ἀλλ' ἔλεγεν, ὅτι *Ἀναχωρήσατε τῆς πόλεως καὶ ἐάσατέ* [34] *μοι τὰς ὑποστάσεις ὑμῶν, καὶ σώσατε ἑαυτοὺς καὶ τὰς φαμιλίας ὑμῶν.* Ἠγωνία δὲ χαλάσαι [35] εἰς θάλασσαν τὰ [36] μονόξυλα, ἅπερ ἤγαγεν μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ οὐ συνεχωρεῖτο ἐκ τῶν σκαφοκαράβων. Καὶ ταῦτα λοιπὸν παρεσκεύασεν χαλασθῆναι κατὰ τὴν γέφυραν τοῦ ἁγίου Καλλινίκου (34) μετὰ τρίτην ἡμέραν τοῦ πολεμῆσαι. Διὰ τοῦτο δὲ παρεσκεύασεν ἐκεῖσε χαλασθῆναι τὰ μονόξυλα, ὡς τῶν τόπων ἐπιβράχων ὄντων, καὶ μὴ δυναμένων ἐκεῖσε τῶν σκαφοκαράβων παρεισελθεῖν. Ἔμειναν δὲ οἱ [37] σκαφοκάραβοι εἰς ὄψιν τῶν μονοξύλων ἀπὸ τοῦ ἁγίου Νικολάου [38] ἕως τοῦ ἁγίου Κόνωνος (35) πέραν εἰς Πηγὰς (36), μὴ συγχωροῦντες παρεξελθεῖν τὰ μονόξυλα.

Idem porro celebratissimus magister, quoties ad mœnia accessit, non destitit hostem hortari, non solum ut tributa sua acciperet, sed et alia quorum causa ad ipsa usque mœnia venerat. Verum nihil ex his admisit, dixitque : *Urbe cedite, vestrasque fortunas mihi dimittite, servateque vos ipsos, et familias vestras.* Angebatur vero potissimum in trabariis, quas secum attulerat, in mare demittendis : cum a majoribus scaphis impediretur. Sed eas tandem in mare immittere decrevit versus pontem Sancti Callinici, triduo postquam cœpit urbem oppugnare. Ideo vero hocce loco trabarias demittere ei visum est, quod loca illa essent vadosa, et ubi majora navigia accedere minime poterant. Manserunt igitur eadem navigia in trabariarum conspectu ab æde sacra Sancti Cononis trans fretum, usque ad fontes, cum transitum trabariis prohiberent.

Τῷ δὲ Σαββάτῳ τῇ δείλῃ, τουτέστιν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἐζήτησεν ἄρχοντας ὁ Χαγάνος ὀφείλοντας αὐτῷ διαλεχθῆναι· καὶ δὴ ἐξῆλθον πρὸς αὐτὸν Γεώργιος ὁ ἐνδοξότατος πατρίκιος, καὶ Θεόδωρος ὁ ἐνδοξότατος κομμερκιάριος ὁ τὴν Ἰσατιν [39], καὶ Θεοδόσιος ὁ ἐνδοξότατος πατρίκιος καὶ λογοθέτης, καὶ Θεόδωρος ὁ θεοφιλέστατος σύγκελλος [40] καὶ Ἀθανά-

Sabbato, circa vesperam, secundo scilicet Augusti mensis die, Chaganus proceres ad colloquium evocavit. Et egressi sunt cum ipso collocuturi Georgius clarissimus patricius, Theodorus clarissimus commerciarius Glasti, Theodorus clarissimus patricius et logotheta, Theodorus religiosissimus syncellus, et Athanasius clarissimus patricius. Hi cum

DUCANGII NOTÆ.

(31) *Ἐκαλάμωσε.* Sic etiam cod. Vatican. Sed videtur legend. ἐκάμωσε, id est, *confecit.* Vid. Gloss. med. Græcit. in Καμώννειν.

(32) *Πόρτας τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ. Constantinop. Christ.* lib. I, sect. 15, n. 9.

(33) *Ὁ δὲ αὐτὸς ἐκκλεέστατος.* Supplevimus αὐτὸς ex cod. Vatican. ubi leg. εὐκλεέστατος.

(34) *Τὴν γέφυραν τοῦ ἁγίου Καλλινίκου.* Ibid. lib. IV, sect. 14.

(35) *Τοῦ ἁγίου Κόνωνος.* Ibid. sect. 15, n. 8.

(36) *Εἰς Πηγάς.* Ibid. sect. 12, n. 2.

VARIÆ LECTIONES.

[28] διὰ om. P. [29] οἱ om. P. [30] αὐτὸς om. R. [31] ἐκκλεέστατος R. [32] τῶν ἐχθρῶν m. R. [33] διέλιπε P. [34] ἀναχωρήσετε — ἐάσετε P. [35] χαλάσας P. [36] τὰ om. P. [37] οἱ om. P [38] Νικολάου — ἁγίου om. P. [39] Ἰσάτιν PV. [40] σύγγελλος P.

Digitized by Google

profecti essent, adduci præcepit Chaganus in eorum conspectum tres Persas sericeis vestibus indutos, qui ad ipsum missi fuerant a Salbara, quos sibi assidere jussit, nostris interea legatis stantibus : tum hæc verba fecit : « Ecce ad me legationem miserunt Persæ, tria hominum millia in subsidium mihi dare parati. Si igitur quotquot in urbe estis cum sago duntaxat ac indusio ex ea excedere velitis, pacta ac fœdus cum Salbaro meamus : amicus enim meus est, ad illumque transite, neque ulla is vos injuria afficiet. Mihi vero urbem ac fortunas vestras dimittite, nulla quippe vobis alia superest salutis expediendæ via : nisi forte vos fieri pisces contingat, quo per mare evadatis, vel aves, quo evoletis in aerem. En ecce, ut illi asserunt, ipsi Persæ. Sed et neque imperator vester Persidem est ingressus, neque ullus hic vester astat exercitus. » Cui gloriosissimus Georgius : « Isti, inquit, impostores sunt, nec quidquam veri dicunt. Noster enim hic adest exercitus, ac piissimus princeps noster in eorum provinciis versatur, hasque devastat omnino. » Tum hisce dictis motus unus ex Persis, gloriosissimum Georgium Chagani nomine conviciis impetiit. Cui ille, « Minime, ait, tua sunt in me convicia, sed Chagani. » Illud etiam ingesserunt Chagano, qui ad eum missi fuerant gloriosissimi proceres : « Atqui licet tantæ sint vires tuæ, Persarum etiam auxilio indiges. » Tum Chaganus, « Si velim, inquit, ii mihi subsidio venient, amici enim mei sunt. » Rursum vero proceres nostri dixerunt : « Nequaquam dimittemus urbem nostram : sed hic exspectamus, dum tecum de his quæ ad rem præsentem conducunt colloquamur : si ergo de pace nobiscum nolis agere, nos dimitte. » Hosque tum ille dimisit. Eadem porro ipsa nocte, quæ Dominicam præcedit, singulari benigni ac misericordis Dei providentia, ad Chaganum missi ii legati, dum per Chelas Chrysopolim trajiciunt, in nostras naves incidunt, quæ quosdam ex orphanotrophio vehebant, unusque ex illis Persis deprehensus est se ipsum in scapham, quam Scandalin vocant, pronum in faciem abjecisse, stragulisque sese operuisse, ita Chrysopolim trajicere conatum. At nauta qui in navi erat, eamque regebat, hoc animadverso, iis qui ex orphanotrophio erant, id dextra innuit, qui confestim reductis ac subleA σιος ὁ ἐνδοξότατος πατρίκιος. Καὶ δὴ ἀπελθόντων αὐτῶν ἤγαγεν εἰς ὄψιν αὐτῶν ὁ Χαγάνος τρεῖς Πέρσας φοροῦντας ὁλοσήρικα, πεμφθέντας πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ Σαλβάρα. Καὶ ἐκείνους μὲν παρεσκεύασεν καθεσθῆναι ἐπὶ αὐτοῦ, τοὺς δὲ ἡμετέρους πρεσβευτὰς παρίστασθαι [61]· καὶ εἶπεν, ὅτι « Ἰδοὺ οἱ Πέρσαι ἐπρέσβευσαν πρὸς ἐμὲ, ἑτοίμως ἔχοντες δοῦναί μοι τρεῖς χιλιάδας εἰς συμμαχίαν. Ἐὰν οὖν θέλετε λαβεῖν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς σάγιν καὶ κάμισιν, ποιεῖμεν σιγίλλιν [62] πρὸς τὸν Σαλβάραν [63]· φίλος γάρ μού ἐστιν, καὶ περάσατε [64] **395** πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀδικεῖ ὑμᾶς, καὶ ἐάσατέ [65] μοι τὴν πόλιν καὶ τὰς ὑποστάσεις ὑμῶν· ἄλλως γὰρ ὑμᾶς οὐκ ἔνι (37) σωθῆναι, μὴ ἰχθύες ἔχετε γενέσθαι καὶ διὰ θαλάσσης ἀπελθεῖν, ἢ πτερωτοὶ καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν. B Ἰδοὺ γάρ, ὡς λέγουσιν αὐτοὶ οἱ Πέρσαι, οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἐν Περσίδι εἰσῆλθεν, οὐδὲ ὁ στρατὸς ὑμῶν καταλαμβάνει. » Εἶπε δὲ αὐτῷ Γεώργιος ὁ ἐνδοξότατος, ὅτι « Οὗτοι ἐπιθέται εἰσὶν καὶ μίαν ἀλήθειαν οὐ λαλοῦσιν· ἐπεὶ ὁ στρατὸς ἡμῶν ἐνταῦθα καταλαμβάνει, καὶ ὁ εὐσεβέστατος ἡμῶν δεσπότης εἰς τὴν χώραν αὐτῶν ἐστιν ἐξολοθρεύων αὐτήν. » Ὁ εἷς οὖν τῶν Περσῶν διακνισθεὶς ὕβρισεν ἐπὶ τοῦ Χαγάνου τὸν εἰρημένον ἐνδοξότατον Γεώργιον. Καὶ αὐτὸς ἀνταπεκρίθη αὐτῷ, ὅτι « Σύ με οὐχ ὑβρίζεις ἀλλ' ὁ Χαγάνος. » Εἶπαν δὲ καὶ τοῦτο τῷ Χαγάνῳ οἱ πρὸς αὐτὸν ἐξελθόντες ἐνδοξότατοι ἄρχοντες, ὅτι « Τοσαῦτα πλήθη ἔχων, βοηθείας Περσῶν δέῃ. » Καὶ εἶπεν, ὅτι « Ἐὰν θελήσω, παρέχουσί μοι εἰς συμμαχίαν· φίλοι C γάρ μού εἰσιν. » Καὶ πάλιν εἶπον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν, ὅτι « Ἡμεῖς τὴν πόλιν οὐδέποτε ἐῶμεν· ἡμεῖς γὰρ προσδοκῶντες ὅ τι καίριόν τι λαλοῦμεν ἐξήλθαμεν [66] πρὸς σέ. Ἐὰν οὖν μὴ θέλῃς τὰ πρὸς εἰρήνην μεθ' ἡμῶν λαλῆσαι, ἀπόλυσον ἡμᾶς. » Καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς. Καὶ τῇ νυκτὶ εὐθέως τῇ ἐπὶ Κυριακὴν κατὰ δημιουργίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος Θεοῦ περιέπεσαν αὐτοὶ οἱ Πέρσαι οἱ πρεσβεύσαντες πρὸς τὸν Χαγάνον ἐν τῷ ἀντιπερᾶν αὐτοὺς διὰ Χαλῶν (38) ἐπὶ Χρυσόπολιν εἰς ἡμετέρους καράβους, ἐν οἷς ἦσάν τινες καὶ τῶν τοῦ ὀρφανοτροφείου (39)· καὶ ὁ εἷς ἐξ αὐτῶν τῶν Περσῶν ηὑρέθη βαλὼν ἑαυτὸν εἰς καράβιν [67] λεγόμενον σανδάλιν ἐπὶ ὄψιν καὶ ἐπάνω τὰ καταλέκτια, καὶ οὕτως ἀντιπερῶν ἐπὶ Χρυσόπολιν. Ὁ δὲ ναύτης ὁ ὢν ἐν αὐτῷ [68] τῷ καραβίῳ καὶ ἐλαύνων D ἔνευσεν εὐφυῶς τοῖς τοῦ ὀρφανοτροφείου, καὶ ἐπαν-

DUCANGII NOTÆ.

(37) *Ἔνι.* Holsten., ἐστί. Sed posterioribus Græcis ἔνι idem valet quod ἐστί.

(38) *Διὰ Χαλῶν.* Ita mox infra : locus porro olim dictus Χηλαί, a similitudine forcipum, sive brachiorum quibus portuum moles scalæque similes esse solent. Quam autem celebres essent hæ Chelæ, quarum præ cæteris meminit Dionysius Byzantius in Anaplo Bospori, declarant piscatores, qui ex tot oræ Bosporicæ nominibus vix paucula quædam retinentes, medium sinus fluxum Estiaco et Hermæo promontoriis clausum, etiamnum appellant Chelas, etc. Hæc ex Gyllio lib. II *De Bosporo Thracio*, cap. 11, ubi ille plura. Χηλῆς ἀμφιθαλασσιδίου φρουρίου, in eadem ora Bosporica meminit Pachymeres, lib. IX, cap. 15 ; lib. XIII, cap. 24.

(39) *Ὀρφανοτροφείου. Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 9, n. 19.

VARIÆ LECTIONES.

[61] περίστασθαι PV. [62] σύγγιλιν P. [63] Σάρβαρον P, Σάλβαρον R. [64] περάσετε P. [65] ἐάσετε P. [66] ἐξῆλθομεν P. [67] καράβην PV. [68] αὐτῷ om. R.

Digitized by Google

ἄξαντες καὶ ἐπαρόντες [49] τὰ καταλέκτια, καὶ εὑρόντες αὐτὸν τὸν Πέρσην τέλειον ὄντα καὶ κείμενον ἐπὶ ὄψιν, ἔσφαξαν καὶ ἐπῆραν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Τοὺς δὲ ἄλλους δύο Πέρσας εἰς ἄλλο πλοῖον ἀντιπερῶντας ἐχειρώσαντο μετὰ καὶ τοῦ ναύτου, καὶ τούτους ἔωθεν [50] ἤγαγον εἰς τὸ τεῖχος. Καὶ τοῦ μὲν ἑνὸς τῶν ζώντων κόψαντες τὰς δύο χεῖρας καὶ δήσαντες εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ τὴν [51] κεφαλὴν τοῦ σφαγέντος ἐν τῷ καράβῳ ἔπεμψαν οἱ [52] ἡμέτεροι πρὸς τὸν Χαγάνον. Τοῦ δὲ ἄλλου βληθέντος εἰς κάραβον καὶ ἀπενεχθέντος ζῶντος ἐπὶ Χαλκηδόνα, καὶ ἐπιδειχθέντος τοῖς Πέρσαις, ὡς ἔστιν [53] εἰς τὸν [54] **396** κάραβον, ἀπεκεφάλισαν αὐτὸν οἱ ἡμέτεροι, καὶ ἔρριψαν εἰς γῆν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ γραμμάτων ἐχόντων οὕτως· ὅτι « Ὁ [55] Χαγάνος μεθ' ἡμῶν πάκτα πεποιηκὼς ἔπεμψεν ἡμῖν τοὺς παρ' ὑμῶν πρὸς αὐτὸν ἀπεσταλέντας πρεσβευτάς, καὶ τοὺς μὲν δύο ἐν τῇ πόλει ἀπεκεφαλίσαμεν, τοῦ δὲ ἄλλου ἰδοὺ ὑμεῖς ἔχετε τὴν κεφαλήν. » Ἀπῆλθεν δὲ αὐτῇ τῇ Κυριακῇ ὁ ἐπικατάρατος Χαγάνος εἰς Χαλάς, καὶ ἔβαλεν εἰς θάλασσαν μονόξυλα ὀφείλοντα ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀντιπέραν (40) καὶ ἀγαγεῖν πρὸς ἑαυτὸν τοὺς Πέρσας κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτῶν. Τούτου δὲ γνωσθέντος, τῇ ἑσπέρᾳ [56] ἐξ ἡμῶν ἀνέπλευσαν κἂν σ' κάραβοι [57] (41) ἐπὶ Χαλάς, τοῦ ἀνέμου ὄντος ἐναντίου, εἰς τὸ μὴ συγχωρῆσαι τὰ μονόξυλα ἀντιπερᾶσαι. Καὶ ὑπέστρεψεν περὶ [58] ἑσπέραν ὁ ἐπικατάρατος Χαγάνος εἰς τὰ περὶ τὸ τεῖχος, καὶ ἐπέμφθησαν αὐτῷ ἀπὸ τῆς πόλεως βρώσιμά τινα καὶ οἰνάρια. Ἦλθεν δὲ Ἐρμίτζις ἔξαρχος τῶν Ἀβάρων εἰς τὴν πόρταν λέγων, ὅτι « Βαρὺ πρᾶγμα ἐποιήσατε τοὺς χθὲς μετὰ τοῦ Χαγάνου ἀριστήσαντας, ὅτι ἐφονεύσατε, καὶ πρὸς τούτοις ἐπέμψατε αὐτῷ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν ἄλλον ἀποκεχειρισμένον. » Καὶ εἶπαν, ὅτι « Ἡμεῖς οὐ προσέχομεν αὐτῷ. » Τῇ οὖν νυκτὶ δευτέρας διαφαούσης [59] ἠδυνήθησαν [60] αὐτῶν μονόξυλα διαλαθεῖν τὴν σκοῦλκαν ἡμῶν καὶ περᾶσαι πρὸς τοὺς ἐπόντισαν καὶ κατέσφαξαν πάντας τοὺς ἐν τοῖς μονοξύλοις εὑρεθέντας Σκλάβους.

A vatis stragulis, Persam sanum ac incolumem in faciem jacentem inventum interfecerunt, illiusque caput absciderunt. Alios vero duos Persas pariter in navi trajicientes, cum ipso nauta captos, intra mœnia adduxerunt : ac alterum quidem ex superstitibus, truncata prius utraque manu, ejusque collo alligata, una cum illius qui in navicula interfectus fuerat capite, ad Chaganum nostri transmisere. Alterum autem in navim conjectum, vivumque Chalcedonem deductum, ac Persis ostensum, in ipsa navi capite truncarunt, eo in continentem ejecto, cum hocce scripto : « Chaganus, initis nobiscum fœderibus, vestros ad eum missos legatos ad nos transmisit, quorum duobus capita in urbe amputari jussimus : alterius vero ecce habetote caput. » B Abominandus deinde Chaganus, hoc ipso die Dominico, ad Chelas abiit, et trabarias in mare demisit. quibus in oppositam regionem trajiceret, secumque Persas, secundum eorum pollicita, adduceret. Quo cognito, eadem ipsa die, quidam ex nostris, solverunt naves cum suis scaphis versus Chelas, vento licet contrario, quo trabarias a trajectu in ulteriorem ripam prohiberent. Ac sub vesperam reversus est abominandus Chaganus proxime ad urbis muros, cui ex urbe esculenta quædam et vina missa sunt. Veniens porro Ermitzis Avarum exarchus ad portam : « Atrox, inquit, perpetrastis facinus, cum illos, qui heri cum Chagano pransi sunt, occidistis : ac præterea ipsi unius caput, alterum vero manibus truncatum transmisistis. » Cui nostri : « Nobis, in- C quiunt, ille minime curæ est. » Nocte ergo feriæ secundæ, sub diluculum non potuere eorum trabariæ fallere nostras excubias, ac ad Persas trajicere, Sclavis omnibus qui in trabariis inventi sunt, vel in mare præcipitatis, vel a nostris interfectis.

Ἐξῆλθαν [61] δὲ καὶ οἱ Ἀρμένιοι τὸ τεῖχος Βλαχερνῶν, καὶ ἔβαλαν [62] πῦρ εἰς τὸν ἔμβολον τὸν παρεκεῖ τοῦ ἁγίου Νικολάου (42)· καὶ νομίσαντες οἱ ἐξελήσαντες [63] κολύμβῳ ἐκ τῶν μονοξύλων Σκλάβοι Ἀβάρους εἶναι τοὺς ἱσταμένους παρὰ θάλασσαν, ὡς ἐκ τοῦ πυρὸς, ἐκεῖ ἐξελθόντες ἐσφάγησαν ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων. Ἄλλοι δὲ ὀλίγοι Σκλάβοι ἐξελήσαντες κολύμβῳ, καὶ ἐξελθόντες ἐπὶ τὸ μέρος ἔνθα ἵστατο ὁ θεὸς Χαγάνος, ἐσφάγησαν κατ' ἐπιτροπὴν αὐτοῦ. Καὶ τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς

Sed et Armenii ex Blachernarum muro egressi, iguem in porticum, quæ ædi Sancti Nicolai adjacet, immiserunt. Cumque Sclavi, qui ex trabariis in mare natandi gratia se demiserant, Avares esse, qui ad mare stationem haberent, ex igne conjicerent, huc venere, ubi ab Armeniis sunt interfecti. Pauci verò alii ex Sclavis natatu evadentes, cum ad impii D Chagani castra pervenissent, illius jussu, trucidati sunt. Ac Deo postmodum ita volente, et intercessionibus Dominæ nostræ Deiparæ uno momento,

DUCANGII NOTÆ.

(40) *Ἀντιπέραν*. Const, Christ., sect. 10, n. 2.

(41) *Σκαφοκάραβοι*. Sic edidimus, cum Raderiana editio cum nota mendi (καν)οκάραβοι præferret : vel expungenda vox καν, quod vult Holstenius, et leg. οἱ κάραβοι.

(42) *Ἔμβολον παρεκεῖ τοῦ ἁγίου Νικολάου*. *Constantinopol. Christ.* lib. IV, sect. 6, n. 68.

VARIÆ LECTIONES.

[49] ἐπαίροντες P. Vide annot. ad Malalam, pag. 462, 19. [50] ἔσωθεν P. [51] καὶ τὴν P. [52] οἱ om. P. [53] ἔστιν. δὲ R. [54] τὸν om. P. [55] ὅτι γὰρ ὁ P. [56] ἡμέρα P. [57] κἂν σ' κάραβοι V (καν), σ', κάραβοι R, σκαφοκάραβοι P. [58] περὶ. ἐπὶ P. [59] διαφανούσης PV. [60] οὐκ addit ante ἠδυνήθησαν P ex conjectura Raderi. [61] ἐξῆλθον P. [62] ἔβαλον P. [63] ἐξηλάσαντες P, ἐξηλήσαντες V.

Digitized by Google

filius in mari accidit strages. Quippe universis trabariis in terram a nostris subductis, exsecrandus Chaganus in sua castra reversus, reduci præcepit machinas omnes quas ante muros statuerat, fossamque quam fecerat diruit, turresque castellis instructas, quas erexerat : ac vallis, et sudibus, ipsisque turribus castellatis ac testudinibus, corio prius nudatis, incensis, recessit.

Quidam aiunt Sclavos, cum quod actum fuerat, vidissent, castris relictis, recessisse, eoque et exsecrandum Chaganum reverti illosque sequi coactum fuisse.

Sed et illud dixit impius Chaganus, dum bellum flagraret : « Feminam ego conspicio egregie vestitam, absque ullo comitatu per mœnia discurrentem. » Quinetiam cum in procinctu esset ad recedendum, hæc nostris nuntiavit : « Nolite existimare me metu me recedere, sed inopia commeatus, et quod tempore minus idoneo vos fuerim aggressus. Proficiscor igitur, annonæ comparandæ operam daturus, ac postmodum rediturus, ea vobis facturus quæ in me perpetrastis. » Manserunt die Veneris extremi agminis custodes equites circa loca proxima mœnibus, eodemque die in multa suburbana usque ad horam septimam immisso igne, recesserunt ; incensis præterea æde Sanctorum Cosmæ et Damiani, et ecclesia Sancti Nicolai, locisque circumjacentibus. Ecclesiam vero Dominæ nostræ Deiparæ, et in sanctam Arcam, ingressi hostes, nihil omnino evertere vel labefactare potuerunt, Deo, intemeratæ illius Matris intercessionibus, ita permittente. Expetierunt autem in illius colloquium gloriosissimum commerciarium : quibus sic nuntiavit Bonus laudatissimus magister : « Hactenus quidem data mihi fuit potestas ut tecum agerem, ac tractarem de pace : nunc vero piissimi nostri domini frater una cum exercitu venit mox trajecturus, ac te in regionem tuam comitaturus, ubi invicem de pace tractabitis. »

627. (A. a M. C. 6135.) xvii. Ind. xv. Post cons. Heraclii Augusti XVI.

Et ab ipso die xxii mensis Januarii, scribitur, *Imperii Heraclii Constantini anno* xv.

A Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου, ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἡ διὰ θαλάσσης γέγονεν αὐτῷ πτῶσις. Ἐξέβαλον δὲ ὅλα τὰ μονόξυλα εἰς τὴν γῆν οἱ ἡμέτεροι, καὶ μετὰ τὸ ταῦτα γενέσθαι ὑπέστρεψεν ὁ ἐπικατάρατος Χαγάνος εἰς τὸ φωσᾶτον αὐτοῦ, καὶ ἤγαγεν τὰ μαγγανικὰ ἀπὸ τοῦ τείχους ἃ ἦν παραστήσας καὶ τὴν σοῦδαν ἣν ἐποίησεν, καὶ ἤρξατο καταλύειν τοὺς πυργοκαστέλλους οὓς ἐποίησεν, καὶ τῇ νυκτὶ ἔκαυσεν τὸ σουδᾶτον αὐτοῦ καὶ τοὺς πυργοκαστέλλους, καὶ τὰς χελώνας ἀποβυρσώσας ἀνεχώρησεν.

Τινὲς δὲ ἔλεγον, ὅτι οἱ Σκλάβοι θεωρήσαντες τὸ γεγονὸς ἐπῆραν[64] καὶ ἀνεχώρησαν (43), καὶ διὰ τοῦτο ἠναγκάσθη καὶ [65] ὁ κατάρατος Χαγάνος ἀναχωρῆσαι καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτοῖς.

B Καὶ τοῦτο δὲ[66] ἔλεγεν ὁ ἄθεος Χαγάνος τῷ 397 καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι « Ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα (44) σεμνοφορουσαν περιτρέχουσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν. » Ἐδήλωσε δὲ ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν ἀναχωρεῖν, ὅτι « Μὴ ὑπολάβητε ὅτι κατὰ φόβον ἀναχωρῶ, ἀλλὰ διὰ τὸ στενωθῆναί με εἰς δαπάνας[67] καὶ μὴ ἐπιστῆναί με[68] ὑμῖν ἐν ἐπιτηδείῳ καιρῷ. Ἀπέρχομαι δὲ καὶ φροντίζω δαπανῶν, καὶ ἔρχομαι ὀφείλων ποιῆσαι ὑμῖν εἴ τι εἰργάσασθε[69] εἰς ἐμέ. » Ἔμειναν δὲ[70] τῇ παρασκευῇ νωτοφύλακες καβαλλάριοι εἰς τὰ περὶ τὸ τεῖχος, βάλλοντες αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ λαμπρὰ εἰς πολλὰ προάστεια ἕως ὥρας ζ', καὶ ὑπεχώρησαν, ἔκαυσαν[71] δὲ καὶ[72] τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ ἐν Βλαχέρναις, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ἁγίου Νικολάου, καὶ ὅλα τὰ πέριξ. Εἰς μέντοι τὴν ἐκκλησίαν τῆς C Δεσποίνης ἡμῶν τῆς Θεοτόκου καὶ τὴν ἁγίαν σορὸν (45) εἰσελθόντες οἱ ἐχθροὶ οὐδὲν ἠδυνήθησαν παντοίως τῶν ἐκεῖσε καταβλάψαι, τοῦ Θεοῦ τῇ πρεσβείᾳ τῆς ἀχράντου Μητρὸς αὐτοῦ οὕτως εὐδοκήσαντος. Ἐπεζήτησεν[73] δὲ τὸν ἐνδοξότατον κομμερκιάριον εἰς τὸ διαλεχθῆναι αὐτῷ. Καὶ ἐδήλωσεν αὐτῷ Βόνος ὁ πανεύφημος μάγιστρος οὕτως· ὅτι μὲν « Μέχρι τοῦ παρόντος ἐγὼ τὴν ἐξουσίαν εἶχον τοῦ λαλῆσαι καὶ πακτεῦσαι μετὰ σοῦ· νῦν δὲ κατέλαβεν ὁ ἀδελφὸς (46) τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου μετὰ τοῦ Θεοφυλάκτου στρατοῦ. Καὶ ἰδοὺ ἀντιπερᾶ καὶ ἐπακολουθεῖ σοι ἕως τῆς χώρας σου. Κἀκεῖ λαλεῖτε μεταξὺ ἀλλήλων. »

Ἰνδ. ιε', ις', μετὰ ὑπ. Ἡρακλείου Αὐγούστου τὸ ις'.

D Καὶ ἀπὸ κβ' καὶ[74] αὐτῆς τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς γράφεται, *Τῆς βασιλείας Ἡρακλείου Νέου Κωνσταντίνου ἔτος*[75] *ιε'*.

DUCANGII NOTÆ.

(43) Ἀπῆρον καί. Sic reposuimus pro ἐπῆρον (καὶ) ἀνεχώρησαν.

	Placido et Romulo.	III.	Non.	April.		Arcadio VI et Probo.	XI.	Kal. Maii.
B.	Leontio et Sallustio.	XVII.	Kal.	Maii.		Theodosio II et Honorio VI.	VIII.	Idus April.
	Amantio et Albino.	VII.	Idus	April.	B.	Basso et Philippo.	V.	Kal. April.
	Post Amantio et Albino.	III.	Kal.	April.		Theodosio III et Honorio VII.	XV.	Kal. Maii.
	Rufino et Eusebio.	Prid.	Idus	April.		Varrane et	IV.	Non. April.
B.	**471** Philippo et Salia.	III.	Non.	April.			VII [q].	Kal. April.
	Limenio et Catulino.	VI [a].	Kal. [b]	April.				Idib. April.
	Sergio et Nigriniano.	XVII [c].	Kal.	Maii.				Non. April.
	Post Sergio et Nigriniano.	Prid [d].	Kal.	April.			XIII [r].	Kal. Maii.
B.	Constantio V et Constantio Jun.	XI [e].	Kal.	Maii.			III [s].	Idus April.
	Constantio VI et Constantio II.	III.	Idus	April.				Kal. April.
	Constantio VII et Constantio III.	VI.	Kal.	April.			XVII [t].	Kal. Maii.
	Arbitione et Lolliano.	XVI.	Kal.	Maii.		**472**	III.	Kal. April. [u]
B.	Constantio VIII et Juliano I.	VII.	Idus	April.			IV.	Idus April.
	Constantio IX et Juliano II.	III [f].	Kal.	April.			IV.	Non. April.
	Datiano et Cereale.	Prid.	Idus	April.			VII [v].	Kal. April.
	Valentiniano II et Valente II.	Prid [g].	Non.	April.			XVIII.	Kal. Maii.
B.	Valentiniano Nobiliss. et Victore.	XVI.	Kal.	Maii.			IV. [x]	Non. April.
	Valentiniano III et Valente III.	VI.	Idus	April.			XIV.	Kal. Maii.
	Gratiano II et Probo.	VI.	Idus	April.			IV.	Idus April.
	Modesto et Arintheo.	XVI [h].	Kal.	Maii.			VII.	Kal. April.
B.	Valentiniano IV et Valente IV.	VII.	Idus	April.				
	Gratiano III et Equitio.	III [i].	Kal.	April.				
	P. C. Gratiani III et Equitii.	Prid. [j]	Idus	April.				

[a] lege VII. [b] lege *Idibus* ex litt. Dominic. E. Buch. [c] lege IV. Id. [d] lege IV. Id. [e] lege XIII. [f] lege IV. Buch. [g] Desunt hic novem paria consulum. Hinc magna deinceps perturbatio. [h] Hoc Pascha et sequentia septem sunt eadem cum totidem præcedentibus, et hic vitiose repetuntur. Hinc major confusio. [i] lege IV. Buch. [j] lege XVIII. Buch. [k] lege XIII. Id. [l] VII. Id. [m] IX seu VIII. [n] V. [o] XV. [p] VIII seu IX. [q] VIII. [r] XIV. [s] IV. [t] XVIII. [u] Deest hic unius anni Pascha. [v] VIII. [x] Kal

Digitized by Google

XIX.

LATERCULUS FASTORUM CONSULARIUM,

AB AUSONII ET OLYBRII CONSULATU AD XVII POST-CONSULATUM BASILII.

CONS. ORDENARI POST SC HIRONIMV CONSTITUM.	A	Calepio et Ardabure.
Ausonio et Olybrio.		Postumiano et Zenone.
Gratiano V et Theudosio.		Valentiniano VII et Abieno
Syagrio et Eucherio.		Asterio et Protogene.
Antonio et Siagrio.		Valentiniano et Abieno.
Merobaude II et Saturnino.		Adelfio VC. CSL.
Ricomede et Cliarco.		Erculano VC. CSL. ullus (*sic*).
Arcadio et Bacone.		Opilione VC. CSL. Basilio.
Honorio et Evodio.		Aetio et Studio.
Valentiniano III et Eutropio.		Valentiniano VIII et Antemio.
Theudosio II et Cinegio.		Joanne et Suarane.
Timasio et Promoto.		Constantino et Rufo.
Valentiniano IIII et Euterio [Neoterio].		Leone et Majoriano.
Taciano et Simmacho.		Recimere et Patricio.
Arcadio II et Rufino.		Magno et Apollonio.
Theudosio III et Abundancio.		Severino et Gadalaifo.
Arcadio III et Honorio.		Leone Aug. II et Severo.
Olibrio et Rufino.		Basilio.
Arcadio IIII et Honorio III.	R	Olybrio.
Cæsario et Attico.		Basilico et Armaurico.
Honorio IIII et Euticiano.		Leone Aug. III.
Theudoro V C.		Psœo et Joanne.
Stelicone V C.		**473** Anthemio.
Vincentio et Fabrito [Fravita].		Martiano et Leone.
Arcadio II et Honorio II.		Severo.
Theodosio IIII [I] et Rumorido.		Leone IIII et Probiano.
Honorio VII [VI] et Aristeneto.et Aristone]		Festo et Marciano.
Stilicone II et Antemio.		Leone V.
Arcadio VII [VI] et Probo.		Leone Juniore.
Honorio VIII [VII] et Theudosio II.		Zenone.
Basso V C. et Philippo.		Basilico et Armato.
Honorio VIII et Theudosio III.		Zenone III.
Varone [Varane] V C.		Ullus.
Theodosio IIII.		Basilio.
Honorio VIII et Theudosio V.		Placido.
Lucio [Luciano] V C. COSL.		Severino.
Constantino et Constante.		Fausto.
Honorio X et Theudosio VI.	C	Venantio et Theuderico.
Theudosio VII et Palladio.		Symmacho.
Honorio XI et Constantio II.		Decio et Longino.
Honorio XII et Theodosio VIII.		Beotio.
Monaxio et Plinta.		Dynamio et Sifidio.
Theudosio VIIII et Constantio III.		Probino et Eusebio.
Agrecula et Eustathio.		Fausto et Longino.
Honorio XIII et Theudosio X.		His Conss. *Theodoricus rex intravit Italiam.*
Mariniano et Asclipiodoto.		PC.
Castino V C. CONSL.		Venantio.
Theudosio XII [XI] et Valentiniano I.		Venantio Basilio Juniore.
Theudosio XII et Valentiniano II.		Importuno.
Hierio et Ardabura.		Boetio.
Felice et Tauro.		Felice.
Florentio et Dionisio.		PC.
Theudosio XIII et Valentiniano III.		Probo.
Basso et Antiocho.		Senatore.
Aetio et Valerio.		Florentio.
Theudosio XIIII et Maximo.		Petro.
Aspare et Ariovindo.		Agapito.
Theudosio XV et Valentiniano IIII.	D	PC.
Isidoro et Senatore.		Euterico et Rusticiano.
Aetio et Segisvulto.		Valerio.
Theudosio XVI et Fausto.		Symmacho et Boetio.
Valentiniano V et Placido.		PC.
CaroVC. CSL.		Maximo.
Dioscoro VC. CSL.		Opilione.
Maximo II et Paterio.		Probe Juniore.
Theudosio XVIII et Albino.		Elebrio.
Valentiniano VI et Nomo.		Mavortio.
Aetio III et Symmacho.		PC. Mavortio.

Digitized by Google

Decio.
Lampadio et Oreste.
PC. Lampadio et Oreste.
Lampadio III et Oreste.
Paulino Juniore.
Paulino I et Bisilario I.
Paulino II et Bisilario II.
Paulino III et Bisilario III.
Paulino IIII et Joanne.
Paulino V et Joanne II.
Paulino VI et Appione.
Paulino VII et Appione II.
Basilio.
PC.
It. PC.

A

Ter, PC.
IIII PC.
V. PC.
VI. PC.
VII. PC.
VIII. PC.
VIIII. PC.
X. PC.
XI. PC.
XII. PC.
XIII. PC.
XIIII. PC.
XV. PC.
XVI. PC.
XVII. PC.

XX.

LATERCULUS ALTER CONSULUM,

POST CHRONICON SENATORIS.

Rusticus et Vitalis Augg. conss.
Valerius et Justinianus VV. CC.
Symmachus et Boetius VV. CC.
MaximusV. C.
Ophilio et Justinus Augg. VV. CC.
Probus et Filoxenus VV. CC.
Olibrius V. C.
Maburtius V. C.
Justianus Augg. II. V. C.
Decius V. C.
Lampadius et Orestis VV. CC.
PC. Lampadi et Orestis VV. CC.
Justinianus Aug. III conss.
Justinianus Aug. IIII et Paulinus conss.
Belisarius V. C.
P. C. Bilisari V. C.
It. P. C. Bilisari V. C.
Johannis V. C.
Appius V. C.

B

Justinus Junior V. C.
Basilius V. C.
P. C. Basili V. C.
Et It. P. C. Basili V. C.
III. P. C. Basili V. V.
IIII. P. C. Basili V. C.
V. P. C. Basili V. C.
VI. P. C. Basili V. C.
VII. P. C. Basili V. C.
VIII. P. C. Basili V. C.
VIIII. P. C. Basili V. C.
X. P. C. Basili V. C.
XI. P. C. Basili V. C.
XII. P. C. Basili V. C.
XIII. P. C. Basili V. C.
XIIII. P. C. Basili V. C.
XV. P. C. Basili V. C.
XVI. P. C. Basili V. C.
XVII. P. C. V. C.

C

XXI.

METHODUS

Qua invenitur cujusque mensis quæcunque dies, et in quam septimanæ feriam incurrit, et in quem annum incidit bissextus.

In expedito Ptolemæi canone post canones inerrantium stellarum, habentur etiam præterea et alii canones, quorum ope intelligi possit cujusvis mensis dies in quem septimanæ diem incurrit. Quoniam vero sine illis tabulis non poterit dies expetita reperiri, proinde methodum expeditiorem nos excogitavimus, qua inveniri facile possit, in quacunque indictione, cujuscunque mensis diem in quam septimanæ feriam conveniat; quin et illud quoque, in quo anno sit bissextus interpolandus. Ergo ab initio tertii anni nostri, quod Dei gratia administramus, imperii, repetendi sunt anni, inque unam summam colligendi, a prima vix. indictione, et collectæ annorum summæ pro quarto quoque anno, unitas per perpetuam regulam addenda. Qua facta additione unitatis quartæ, alia

D

474 ΜΕΘΟΔΟΣ

Δι' ἧς εὑρίσκεται ἑκάστου μηνὸς οἵα δήποτε ἡμέρα, καὶ εἰς ποίαν τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν, καὶ ποῖον ἐνιαυτὸν γίνεται τὸ βίσεξτον.

Ἐν τῷ προχείρῳ κανόνι τοῦ Πτολεμαίου μετὰ τοὺς κανόνας τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων ἔγκειται κανόνια, δι' ὧν δύναταί τις γνῶναι τὴν ἑκάστου μηνὸς ἡμέραν, εἰς ποίαν ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος καταντᾷ. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἄνευ τῶν τοιούτων κανονίων οὐ δύναταί τις εὑρίσκειν τὴν ἐπιζητουμένην ἡμέραν, ἐφεύρομεν ἡμεῖς συντομωτέραν μέθοδον, ὥστε χωρὶς τοῦ τοιούτου κανόνος εὑρίσκειν εὐχερῶς τὴν ἐν οἵᾳ δήποτε ἐπινεμήσει ἑκάστου μηνὸς ἡμέραν ἐν ποίᾳ τῆς ἑβδομάδος ἡμέρᾳ καταντᾷ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ δίσεξτον ἐν ποίῳ γίνεται ἔτει. Δεῖ τοίνυν λαμβάνειν τὰ συναγόμενα ἔτη ἀπὸ ἀρχῆς τοῦ γ' ἔτους τῆς[1] εὐδοκίας Θεοῦ ἡμετέρας βασιλείας, τουτέστι, ἀπὸ τῆς α' ἐπινεμήσεως, καὶ τῷ συναγομένῳ ποσῷ τῶν ἐτῶν ἀεὶ προστιθέναι τὸ ἴδιον δ' καὶ μετὰ τῆς [τὴν] πρόσθεσιν τοῦ δ', δέον ἑκάστῳ τὸ ἓν ἀφαιρεῖν, καὶ εἰθ'

VARIÆ LECTIONES.

[1] Marg. habent: ἤγουν γ' ἔτος τῆς εὐδοκίας Θεοῦ ἡμετέρας βασιλείας ἐστὶ τὸ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςρκ', quæ textui videntur inserenda.

Digitized by Google

οὕτω προσθεῖναι τὰς ἡμέρας τοῦ μηνὸς τὰς ἐπιζητουμένας ὡς κατ' Ἀλεξανδρεῖς, καὶ ἀριθμεῖν ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ὡς τοῦ ἐπιζητουμένου μηνός, πόσοι μῆνές εἰσι, καὶ τούτους διπλασιάζειν καὶ προσθεῖναι τῷ συναχθέντι ποσῷ, καὶ τὸ γινόμενον ποσὸν μερίζειν εἰς τὸν ζ'· καὶ ὅσαι ἡμέραι καταλειφθῶσι, πρὸς ἐκεῖνο τὸ ποσὸν λέγειν εἶναι τὴν ἐπιζητουμένην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος· εἴτε γὰρ μία ὑπολειφθείη Κυριακὴ πάντως ἡ ἡμέρα εὑρίσκεται, εἴτε δύο δευτέρα, καὶ ἐφεξῆς ὁμοίως ὡς τοῦ Σαββάτου. Ὑποδείγματος δὲ ἕνεκεν, ὑποκείσθω ἡμῖν ἡ ια' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς τῆς ἐνισταμένης ἑβδόμης ἐπινεμήσεως. Εἰσὶν οὖν ἀπὸ τῆς α' ἐπινεμήσεως ἕως[1] τούτου ἔτους τῆς ἡμετέρας κελεύσει Θεοῦ βασιλείας μέχρι τῆς ἑβδόμης αὐτῆς ἐπινεμήσεως ἔτη ζ', καὶ τὸ τέταρτον αὐτῶν ἐστιν α'. Τὰ γὰρ γ' τὰ ἀπονέμοντα δηλοῦσι τὰ ἔτη τὰ μετὰ τὸ δίσεξτον· καὶ τούτων τέως οὐ λαμβάνομεν **475** τὸ δ', ὡς οὐ θ'[2] ἀπαρτιθῶσιν, ἵνα τὸ δ' αὐτῶν γένηται ἓν· ὅταν γὰρ μεριζόμενος ὁ συναγόμενος τῶν ἐτῶν ἀριθμὸς ἀπὸ τῆς α' ἐπινεμήσεως εἰς τὸν δ' μηδὲν καταλείπῃ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ δίσεκτον γίνεται, ὥσπερ περὶ τῆς μελλούσης εἰσιέναι ἡ ἐπινεμήσεως εἰς τὸν τέσσαρα μεριζόμενος οὐδὲν καταλιμπάνει. Ὄγδοον γὰρ ὑπάρχει ἀπὸ τῆς αὐτῆς πρώτης ἐπινεμήσεως. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὸ ιβ' ἔτος τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως, καὶ εἰς τὸν ις', καὶ ἐφεξῆς ὡσαύτως. Τὰ γὰρ μετὰ τοῦ μερισμοῦ τοῦ δ', ὡς εἰκὸς, καταλιμπανόμενα αὐτὰ εἴσι τὰ ἔτη τὰ μετὰ τὸ δίσεξτον, εἴτε ἓν καταλειφθείη, εἴτε δύο, εἴτε τρία· ὄντινων, ὡς εἴρηται, τὸ δ' οὐ λαμβάνομεν μέχρι οὗ ὁ τῶν δ' ἐτῶν ἀριθμὸς πληρωθῇ, τότε καὶ τὸ δ' αὐτῶν ἓν γίνεται. Δεῖ οὖν τὸ ἓν τὸ ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ τοῦ δ' τῶν ζ' ἐτῶν ἀπὸ τῆς α' ἐπινεμήσεως μέχρι τῆς ἐνισταμένης ἑβδόμης γινόμενον προσθεῖναι τοῖς ζ' ἔτεσι. Γίνονται οὖν τὰ ἔτη σὺν τῇ προσθέσει τοῦ δ' τῷ ἀριθμῷ ηʹ· ἀφ' ὧν δέον ἀφελεῖν ἓν, καθὰ προδεδήλωται, καὶ πάλιν μενοῦσι τῷ ἀριθμῷ ζ'. Χρὴ οὖν τούτοις προσθεῖναι τὴν ἐπιζητουμένην ἡμέραν, τουτέστι, τὴν ι' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, ἥτις ἐστὶ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι ιε'. Δεῖ τοίνυν τὰς ιε' ταύτας προσθεῖναι τοῖς ἑπτὰ τοῖς μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ ἑνὸς, καὶ γίνονται κβ'. Δέον δὲ μετρῆσαι ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου πόσοι μῆνές εἰσιν ἕως τοῦ ἐπιζητουμένου μηνὸς, τουτέστι Ἀπριλλίου, καὶ εἰσὶ η'· καὶ τούτους διπλασιάζοντες, τὰ ις' προστίθεμεν τοῖς κβ', καὶ γίνονται τῷ ἀριθμῷ λη'. Τοῦτον οὖν τὰ τριάκοντα ὀκτὼ ἀριθμὸν, μερίζοντες τὰ ἑπτὰ, ἐκβάλλομεν ἑπτάδας πέντε, καὶ εὑρίσκομεν ἀπομενούσας γ', καὶ δηλοῦσι ὅτι ἡ ι' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς εἰς τρίτην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος καταντᾷ.

A vicissim unitas a summa quaque detrahenda erit. Tum et dies mensis, de quibus instituitur quæstio, in prædictam summam conferendi; quod tamen ita intelligendum ut pro Alexandrinorum more procedat calculus, a mense nempe Septembri proinde repetendus. Inde numerandi menses ad eum usque mensem cujus feriam quæris, mensiumque numerus duplicatus summæ jam collectæ adjiciendus. Ea summa ita aucta, in septenos distribuenda, et quæ dies reliqua fuerit, eam habeas pro die septimanæ expetita: seu anni una fuerit relicta, Dominica fuisse deprehenditur, seu duæ, feria secunda, et sic deinceps usque ad Sabbatum. Exempli gratia, proponatur Aprilis XI indictionis septimæ jam labentis. Sunt itaque a prima indictione ad hunc usque annum nostri, quod divino nutu administramus, imperii, indictionem nempe VII anni VII, quorum quarta pars unicam præbet unitatem. Tres enim reliqui eorum indicant B annorum numerum qui a bissexto fluxere. Horum itaque quartam partem non accipimus dum ad IX usque assurrexerint, ut alia rursus unitas pro quarta eorum parte accedat. Cum enim numero annorum a prima indictione per VI distributo, nihil restat reliquum, illi anno bissextus inserendus. Sic in futura indictione octava, numerus octonarius in IV distributus nihil facit reliquum. Est enim ille annus ab eadem prima indictione prorsus octavus. Similiter et in anno XII et in XVI a prima illa indictione, et in reliquis deinceps eodem ordine respondentibus. Qui enim reliqui supersunt (ut fieri solet) post divisionem per quatuor, illi sunt anni a bissexto, seu unus fuerit relictus, seu duo, seu tres. Horum, ut dixi, quartam non accipimus unitatem dum quatuor annorum numerus fuerit impletus. Tum pro quarta eorum parte unitas addenda. Quare unitatem illam ab annorum VII (a prima indictione ad eam quæ jam instat VII) per quatuor distributione relictam, VII illis annis oportebit adjicere. C Ea igitur adjecta parte quarta, prodibunt anni numero octo. Horum unus, uti jam ostendimus, subducendus. Ita rursus supererunt numero septem. His addenda dies de qua instituitur quæstio, Aprilis undecima, quæ eodem apud Alexandrinos XV est. Ergo septem illis, ablata unitate; relictis addere oportet quindecim, et fient XXII. Porro a Septembri menses numerabis ad quæsitum usque mensem, id est Aprilem, suntque octo. Hi duplicati faciunt sedecim. Illos adde prædictis XXII eruntque in universum XXXVIII. Ex hoc itaque numero XXXVIII per VII diviso, ejectis quinque septenariis, supererunt tres, e quibus intelligimus decimum Aprilis mensis diem in feriam septimanæ tertiam incurrere.

Ἀπόδειξις τίνος χαριζητοῦντες [χάριν ζητοῦντες] τοῦ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι μηνὸς τὴν ποστέαν ἡμέραν εὑρεῖν τρεῖς ἡμέρας πρὸ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός.

Demonstratio cur oporteat, quærentes quotam mensis Alexandrini diem, a tribus ante Septembrem diebus incipere. D

Ἐπειδὴ ἀναγκαῖόν ἐστι γνῶναι, ἤτοι γινώσκειν τίνος ἕνεκεν ζητούντων ἡμῶν εὑρεῖν ποστέαν ἔχει ὁ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι μὴν, τρεῖς ἡμέρας λαμβάνομεν πρὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Σεπτεμβρίου· ἰστέον ἡμῶν τῶν Ῥωμαίων τὴν ἀρχὴν τῶν μηνῶν ἀπὸ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς ψηφιζόντων, τῶν δὲ Ἀλεξανδρέων ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου **476**, τοῦ λεγομένου Θὼθ παρ' αὐτῶν· συνάγονται τέως τοῦ Αὐγούστου πληρουμένου τρεῖς ἡμέραι περισσαὶ πρὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Σεπτεμβρίου, ἑκάστου μηνὸς ἀπὸ λ' ἡμερῶν ψηφιζομένου, καθάπερ οἱ Ἀλεξανδρεῖς τοὺς μῆνας ψηφίζειν εἰώθασι. Συναγομένου γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, μέχρι τοῦ Αὐγούστου πληρουμένου, τουτέστι, τῶν ὀκτὼ μηνῶν ἀπὸ λ' ἡμερῶν, ὡς εἴρηται, καθὼς οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἀποτε-

Quoniam necessarium est ut sciamus, quoties Alexandrini mensis diem investigamus, cur tres accipiamus, ante Septembris initium, dies; sciendum nobis Romanis primum mensium numerari Januarium, Alexandrinis autem Septembrem, quem et Thot appellant. Huic itaque accensent tres Augusti supra numerum dies, singulis nimirum mensibus dies XXX concedentes: sic enim menses suos numerare solent Alexandrini. Si enim dies ab ineunte Januario ad Augusti finem, mensium nimirum octo, in unam summam colligamus, erunt dies CCXLIII. Subductis rursus VIII mensibus Alexandrinis, XXX dierum, ut dixi, singulis, reliqui invenientur dies tres ante mensem Romanum nonum, quem numerant primum Alexandrini.

VARIÆ LECTIONES.

[1] ἕως, vel ὡς. [2] η

Digitized by Google

Quem itaque Augusti diem nos XXXIX numeramus, eumdem Alexandrini primum sui Thoth (nostri), scilicet Septembris. Quem rursus nos Septembris primum censemus, eum ejusdem mensis IV Alexandrini. Ergo ut sciamus mensem Alexandrinum Thoth aut aliquem deinceps quemvis alium, et quo pacto sibi apud illos respondeant; tres hosce dies superfluos addere necesse est, atque ita a Septembri incipere, numerosque ad Augusti finem perducere, quem illi Mesori appellant. Sub finem itaque Augusti, VIII apud Alexandrinos dies redundantes deprehendemus. Tribus enim ante Septembrem additis, aliorum quoque mensium dies (qui quidem dies habent XXXI) redundantes unam e singulis oportebit adjicere, unam scilicet Octobris, Decembris unam, et unam Januarii. Ita erunt numero VI. Inde duobus pro Februario mense subductis, restabunt quatuor. Deinde manifestum est quatuor mensium, Martii, Maii, Junii, et Augusti pro singulis, diem unum esse adjiciendum. Hi enim omnes XXXI dies habent. His VI additis, fient, Augusto exeunte, VIII. Illis VIII diebus cum quinque dies detraxerint, unumque inde mensem conflarint Alexandrini, quem et πενθήμερον, id est quinque dierum, appellant, tres deinde relinquunt dies Septembri ineunti rursus adjiciendos, si quis velit Thoth Alexandrinum mensem reperire, qui illum excipit (diem dixi) πενθήμερον, dierumque trium auctarium complectitur. Ita rursus et menses numerare oportet, singulorumque mensium diebus singulis redundantibus tres illos augere. Quoties vero annus est bissextus, solent Alexandrini, in anno ante bissextum (id est quando supputationem impleverint) in illo (inquam) anno, et eo quidem solo, finito jam Augusto (quem illi Mesori vocant) pro quinque dierum mense, senum dierum illum conficere. Demptis itaque VI diebus ex VIII dierum numero (quem dixi) redundantium, reliquæ erunt duæ. Quapropter illo anno, et quidem bissexti illo solo, duæ dies adjiciendæ ante Septembrem; et pro Februario, non duæ, sed unica eximenda, quia Februarium in bissexto XXIX dierum faciunt Romani.

A

B

C

D

λοῦσι τοὺς μῆνας, μένουσιν ἡμέραι τρεῖς· καὶ εὑρίσκονται αἱ αὐταὶ τρεῖς ἡμέραι τοῦ ἐνάτου μηνὸς παρὰ Ῥωμαίοις, τουτέστι τοῦ Σεπτεμβρίου τοῦ παρ' Ἀλεξανδρεῦσι πρώτου. Ὅταν οὖν ἔχωμεν ἡμεῖς κθ' τοῦ Αὐγούστου, οἱ Ἀλεξανδρεῖς πρῶτον ἔχουσι τοῦ Θῶθ, τουτέστι, τοῦ Σεπτεμβρίου. Ὅταν δὲ ἡμεῖς πρῶτον ἔχωμεν τοῦ Σεπτεμβρίου, οἱ Ἀλεξανδρεῖς, τετάρτην ἔχουσιν τοῦ αὐτοῦ μηνός. Πρὸς τὸ οὖν γινώσκεσθαι τὸν κατ' Ἀλεξανδρεῦσι μῆνα τὸν Θῶθ, ἤτοιγε καὶ τοὺς ἐξῆς, καὶ πόστην ἔχοι παρ' αὐτοῖς ὁ μὴν, ἀνάγκη τὰς τρεῖς ταύτας τὰς περισσευούσας προστιθέναι, καὶ εἶθ' οὕτως ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ Σεπτεμβρίου, καὶ ψηφίζειν ἕως τοῦ Αὐγούστου πληρουμένου τοῦ ὀνομαζομένου παρ' αὐτοῖς Μεσωρί. Πληρουμένου οὖν τοῦ αὐτοῦ Αὐγούστου, εὑρίσκονται οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἡ' ἡμέρας ἔχοντες περισσάς. Τῶν γὰρ γ' προστιθεμένων πρὸ τοῦ Σεπτεμβρίου οὕτως ἑκάστου μηνὸς τῶν ἀπὸ λα' ἡμερῶν, τὴν περισσὴν μίαν ἡμέραν προστίθεμεν ταῖς τρισὶ ταύταις, τουτέστιν, Ὀκτωβρίου μίαν, Δεκεμβρίου μίαν, Ἰανουαρίου μίαν, ὡς γίνεσθαι τῷ ἀριθμῷ ς'· ὑπεξαιρουμένων δὲ δύο ὑπὲρ τοῦ Φευρουαρίου μηνὸς, μένουσι τέσσαρες. Προδήλως δὲ δεῖ προσθεῖναι τοῦ Μαρτίου καὶ τοῦ Μαΐου, καὶ τοῦ Ἰουλίου, καὶ τοῦ Αὐγούστου, τῶν τεσσάρων, ἀνὰ μίαν ἡμέραν. Οὗτοι γὰρ πάντες ἀπὸ λα' ἡμέρας ἔχουσι. Προστιθεμένων δὲ τῶν τεσσάρων, γίνονται ἡ' πληρουμένου τοῦ Αὐγούστου. Οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς ἐκ τῶν ἡ' ἀφαιροῦντες τὰς ε' ἡμέρας, καὶ ἐπιτελοῦντες ἕνα μῆνα τὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς πενθήμερον, καταλιμπάνουσι τρεῖς ἡμέρας, ἃς πάλιν τοῦ Σεπτεμβρίου ἀρχομένου δέον πάλιν προστίθεσθαι διὰ τὸ εὑρίσκεσθαι τὸν κατ' Ἀλεξανδρεῖς Θῶθ μῆνα τὸν μετὰ τὴν πενθήμερον ἀρξάμενον τρίτην ἡμέραν ἤδη τε πληρώματα ἔχοντα. Οὕτω δεῖ πάλιν ψηφίζειν τοὺς μῆνας, καὶ ἑκάστου μηνὸς τὴν μίαν ἡμέραν τὴν περιττὴν προστιθέναι τοῖς τρισί. Ὅτε δὲ δίσεξτόν ἐστιν ἐν τῷ πρὸ τοῦ δισέξτου ἐνιαυτῷ, τουτέστιν, ὅτε πληρωθῶσι οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐκείνῳ τῷ ἐνιαυτῷ, καὶ μόνῳ, μετὰ τὸν Αὔγουστον τὸν λεγόμενον παρ' αὐτοῖς Μεσωρί, ἀντὶ τοῦ πενθημέρου μηνὸς, **477** ἐξήμερον ἀποτελοῦσιν. Ἀφαιροῦντες δὲ αὐτῶν τὰς ς' ἡμέρας ἐκ τῶν η' τῶν περισσῶν ἡμερῶν εὑρίσκονται περισσαὶ β' ἡμέραι ὑπολιμπανόμεναι, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἐνιαυτῷ ἐκείνῳ, καὶ μόνῳ τῷ τοῦ δισέξτου δύο ἡμέραι προστίθενται πρὸ τοῦ Σεπτεμβρίου, καὶ ὑπὲρ τοῦ Φευρουαρίου οὐκ ἀφαιροῦνται [ἀφαιροῦντες] δύο, ἀλλὰ μίαν διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους ἐν τῷ δισέξτῳ κθ' ἡμέρας ποιεῖν Φευρουάριον.

Methodus qua Pascha, secundum ecclesiasticam traditionem, sit investigandum.

Dies omni cultu dignissima, qua vivificæ resurrectionis Domini nostri et veri Dei Jesu Christi festum celebramus a XXII mensis Martii incipit, ipsaque illa XXII et ad XXV mensis Aprilis pertingit, quam et ipsam includit XXV. Neque enim XXI Martii celebratur, neque Aprilis XXVI. Observari autem solet a luna XV et ea ipsa, usque ad lunam XXI et eam quoque ipsam. Nec enim luna XIV solet, nec etiam XXII. Hoc autem modo invenitur hujus festi dies secundum calculum ecclesiasticum: Quærere oportet imprimis epactas solis et lunæ. Sic autem invenientur epactæ solis. Ab indictione prima nuper præterita, tertio nimirum anno nostri Deo grati imperii, annos omnes oportet in unam summam collectos numerare. Ita usque ad indictionem, quæ jam adest, undecimam, colliguntur anni XI. Horum quartam partem, binarium scilicet, accipies addesque superioribus. Bis enim quatuor VIII. Reliqui sunt tres quorum quartam partem non accipies. Indicant enim tres illi reliqui tres annos a bissexto. Quarta enim parte detracta, quæ supererunt, seu unus, seu duo, seu tres, annos indicant, ut dictum est, qui ab ultimo bissexto transierint. Quare horum pars quarta accipienda non est. Ergo annorum a prima indictione collectorum pars quarta, uti diximus, indictioni semper addenda erit, ut in hac ipsa indictione, quæ jam adest, XI pars ejus quarta, nempe binarius; factaque additione, quartæ unius unitas rursus semper eximenda; tum reliqua per VII par-

Μέθοδος δι' ἧς τὸ Πάσχα εὑρίσκεται κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν.

Ἡ πάντιμος ἡμέρα τῆς ἑορτῆς τῆς ζωοποιοῦ ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἀληθεινοῦ Θεοῦ ἐπιτελεῖται ἀπὸ τῆς κβ' Μαρτίου μηνὸς, καὶ αὐτῆς τῆς κβ' ἕως τῆς κε' τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς καὶ αὐτῆς κε'. Οὐδὲν γὰρ κα' τοῦ Μαρτίου τελεῖται, οὐδὲ κς' Ἀπριλλίου. Γίνεται δὲ ἀπὸ τῆς ιε' τῆς σελήνης καὶ αὐτῆς ἕως τῆς κα' τῆς σελήνης καὶ αὐτῆς. Οὐ γὰρ τῇ ιδ' τῆς σελήνης γίνεται, οὐδὲ τῇ κβ'. Ἡ δὲ τοιαύτη ἑορταστικὴ ἡμέρα εὑρίσκεται διὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ψήφου τῷ τρόπῳ τούτῳ· Δέον ζητεῖν τὰς ἐπακτὰς τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης. Αἱ δὲ ἐπακταὶ τοῦ ἡλίου εὑρίσκονται. οὕτως. Ἀπὸ τῆς νυνὶ διελθούσης α' ἐπινεμήσεως τοῦ τρίτου ἔτους τῇ εὐδοκίᾳ Θεοῦ ἡμετέρας βασιλείας, δέον ἀριθμεῖν πάντας τοὺς συναγομένους ἐνιαυτοὺς, ὥσπερ νῦν μέχρι τῆς ἐνισταμένης ια' ἐπινεμήσεως συνάγονται ἔτη ια'. Καὶ δέον λαβεῖν τὸ δ' αὐτῶν καὶ προσθεῖναι αὐτοῖς ὅπερ ἐστὶ δύο· δ' γὰρ δύο γίνονται ἡ', ἀπομενοῦσιν γ', ὧντινων οὐ δέον τὸ δ' λαβεῖν· αὐτὰ γὰρ τὰ τρία τὰ μένοντα σημαίνουσι τὰ τρία ἔτη τὰ μετὰ τὸν δίσεξτον. Ὅσα γὰρ μένουσι μετὰ τὸ λαβεῖν τὸ δ', εἴτε ἕν, εἴτε δύο, εἴτε τρία, [εἴη] τὰ ἔτη, ὡς εἴρηται τὰ μετὰ τὸν δίσεξτον σημαίνουσι. Καὶ οὐ δεῖ τούτων λαμβάνειν τὸ δ'. Δέον οὖν, ὡς εἴρηται, τὸ δ' τῶν συναγομένων ἐτῶν ἀπὸ τῆς α' ἐπινεμήσεως πάντοτε προστιθέναι αὐτῇ, ὥσπερ νῦν τοῖς ια' ἔτεσι, τὸ δ' αὐτῶν, τουτέστιν, τὰ β', καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν πρόσθεσιν τοῦ ἑνὸς δ', δέον πάντοτε ἀφαιρεῖν ἐν καὶ μερίζειν εἰς τὸν ζ' ἀριθμὸν, καὶ τὰ γινόμενα

Digitized by Google

ἤτοι μένοντα, λέγειν τὰς ἐπακτὰς εἶναι τοῦ ἡλίου. Ὥσπερ οὖν εἰσι ια' ἔτη τὰ ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως, τὸ δ' τούτων β', προστιθεμένων τῶν β' γίνονται ιγ'. Ἀφελὸν α' πάντοτε, μένουσιν ιβ' καὶ μερίζοντες εἰς τὸν ζ' ἀριθμὸν, καὶ ποιοῦντες ἓν ζ', εὑρίσκομεν πέντε τὸν μένοντα **478** ἀριθμὸν, καὶ αὐταί εἰσιν αἱ ἐπακταὶ τοῦ ἡλίου, τῆς ια' ἐπινεμήσεως. Αἱ δὲ ἐπακταὶ τῆς σελήνης εὑρίσκονται οὕτως. Δέον ἀπὸ τῆς ἐπινεμήσεως τῆς ἐπὶ Μαυρικίου τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ λήξει, μερίζειν τοὺς χρόνους, οἵτινές εἰσι μέχρι τῆς ια' ἐπινεμήσεως λδ', καὶ δέον πάντοτε ὅσαι ἐννεακαιδεκαετηρίδες εὑρεθῶσι ὑπεξελεῖν ἐκ τῶν συναγομένων χρόνων, καὶ τοὺς ἀπομένοντας χρόνους πολλαπλασιάσαι εἰς τὸν ια' ἀριθμόν· καὶ δέον ἀφαιρεῖν ὅσοις ἂν εὕρομεν μῆνας ἀπὸ λ' ἡμερῶν· καὶ εὑρίσκεται ὁ καταλιμπανόμενος ἀριθμὸς αἱ ἐπακταὶ τῆς σελήνης. Ὥσπερ νῦν λαμβάνομεν ἀπὸ τῆς η', ὡς εἴρηται, ἐπινεμήσεως μέχρι τῆς ἐνισταμένης ια' ἐπινεμήσεως ἐνιαυτοὺς λδ'· καὶ ἀφαιροῦμεν τούτων τὴν μίαν ἐννεακαιδεκαετηρίδα, καὶ μένουσιν ἔτη ιε'. Ταῦτα πολλαπλασιάζοντες ἐπὶ τὴν ια' συνάγουσιν ρξε'. Ἀφαιροῦμεν ἀπ' αὐτῶν τοὺς ἀπὸ λ' ἡμερῶν μῆνας, τουτέστι ελ', ρν' ἡμέρας, καὶ μένουσιν ἡμέραι ιε', αἵτινές εἰσι αἱ ἐπακταὶ τῆς σελήνης. Καὶ δέον πάντοτε προστιθέναι τῆς σελήνης ὀκτὼ ἡμέρας. Ὥσπερ οὖν ἔχοντες ἐν τῇ ἐνισταμένῃ ἐν ια' ἐπινεμήσει τὰς ἐπακτὰς τῆς σελήνης ιβ'· προστίθεμεν αὐταῖς τὰς η' ἡμέρας, καὶ γίνονται τῶν ἀριθμῶν [τῷ ἀριθμῷ] κγ'. Καὶ δέον λαβεῖν πάντοτε τοῦ ἀριθμοῦ τούτου τὸν λείποντα εἰς τὰς μδ' ἡμέρας ἀριθμόν· εὑρίσκομεν γινόμενα τὸν ἀριθμὸν κα', καὶ σημαίνει ὅτι κα' Μαρτίου τῆς ἐνισταμένης ια' ἐπινεμήσεως, γίνεται ἡ ιδ' τῆς σελήνης. Εἴ τι γὰρ ἐπάνω η' ἀπομένοι μεταλαβεῖν εἰς τὰς μδ' μέρον [ἡμέρας] τοῦ Μαρτίου ἐστί. Καὶ οὕτω δεῖ τηρῆσαι τὴν ιδ' τῆς σελήνης. Ἔτι δὲ ἧττον τῶν η' εὑρεθῇ, εἰδέναι δέον ὅτι τοῦ Ἀπριλλίου ἐστὶν, ὅτι ἡ ιδ' τῆς σελήνης ἐστί. Καὶ ἐὰν ἔλαττον τῶν η' ἐστὶ τοῦ Ἀπριλλίου, δέον ἐξ αὐτῶν τῶν μεινάντων εἰς τὸν λείποντα εἰς τὸν μδ' ἀριθμὸν ἓν πάντοτε ἀφαιρεῖν, καὶ ὁ καταλιμπανόμενος ἀριθμός ἐστιν Ἀπριλλίου ἐν ᾧ ιδ' τῆς σελήνης εὑρίσκεται. Εἶτε ὁ λείπων εἰς τὸν μδ' ἀριθμὸν τῶν συναγομένων ἐπακτῶν τῆς σελήνης, δέον τὰ λα' ὑφεξαίρειν καὶ εἰδέναι ὅτι ὁ ἀπομένων ἀριθμὸς Ἀπριλλίου ἐστὶν, ἐν ᾧ ιδ' τῆς σελήνης εὑρίσκεται. Εἰ δὲ ἀναλυόμενοι οἱ χρόνοι ἀπὸ τῆς η' ἐπινεμήσεως τῆς ἐπὶ Μαυρικίου τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ λήξει τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος εἰς μηδὲν λήξουσιν, ἀλλὰ πάντες οἱ χρόνοι εἰς ἐννεακαιδεκαετηρίδας ἀναλυθῶσι· δέον τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ἀνέπακτον λέγειν, καὶ μόνον τὸν η' ἀριθμὸν πάντοτε προστιθέμενον ταῖς ἐπακταῖς τῆς σελήνης λαμβάνειν, καὶ τὸν λείποντα τούτῳ τῷ ἀριθμῷ εἰς τὸν μδ' αὐτῶν δέον τηρεῖν, καὶ ἀπὸ τούτου ἀφαιρεῖν λα', καὶ τότε λέγειν ιδ' τῆς σελήνης εἶναι. Τῆς γὰρ ἐπινεμήσεως ἐκείνης ἀνεπάκτου οὔσης ἔχομεν τὸν προστιθέμενον ταῖς ἐπακταῖς τὸν η' ἀριθμὸν, καὶ λαμβάνομεν τὰ λείποντα εἰς τὸν μδ', καὶ γίνεται ὁ μένων **479** ἀριθμὸς λς'. Ἀφαιροῦμεν οὖν, καθὰ ἀνωτέρω εἴρηται, τὸν λα' ἀριθμὸν, μετὰ [f. μένων] β' ἀριθμὸς σημαίνει ὅτι τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἀπριλλίου γίνεται ἡ ιδ' τῆς σελήνης, ὅτε ἀνέπακτός ἐστιν ἐκείνη ἡ ἐπινέμησις.

Εἰ μέντοι ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ὁποίας ἐστὶν ἐν ᾗ ιδ' τῆς σελήνης εὑρίσκεται, εἴτε εἰς Μάρτιον, εἴτε εἰς τὸν Ἀπρίλλιον τυχὸν αὐτῇ ἐμπίπτει, γινώσκεται τῷ τρόπῳ τούτῳ. Δέον τὰς ἐπακτὰς τοῦ ἡλίου προστιθέναι ταῖς ἡμέραις τοῦ μηνὸς ἐν ᾧ ἡ ιδ' τῆς σελήνης εὑρίσκεται. Ὥσπερ νῦν αἱ ἐπακταὶ τοῦ ἡλίου ἐγίνοντο τῶν ἀριθμῶν [τῷ ἀριθμῷ] ε', ἡ δὲ ιδ' τῆς σελήνης εἰκοστῇ πρώτῃ Μαρτίου ἐνέπεσε, ἐν ᾗ ἡ ιδ' τῆς σελήνης ἔφθασε, καὶ γίνονται κς' τῷ ἀριθμῷ. Καὶ δέον πάντοτε καθότε ἐστὶν ἐν Μαρτίῳ ἡ ιδ' τῆς σελήνης τέσσαρας προστιθέναι. Γίνονται δὲ ἐν τῇ ἐνισταμένῃ ἐν ια' ἐπινεμήσει, λ'. Ἐὰν δὲ εἰς Ἀπρίλλιον ἐμπέσῃ ἡ ιδ' τῆς σελήνης, οὐ δεῖ προστιθέναι τὰς δ'. Δέον τοίνυν μερίζειν τὸν γενόμενον ἀριθμὸν εἰς τὸν ζ'. Ὥσπερ νῦν μερίζοντες δ' ζ' κη', εὑρίσκομεν μενούσας ἐκ τῶν λ' δύο ἡμέρας, αἵτινες σημαίνουσιν ὅτι δευτέρα ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστὶν ἡ κα' τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἐν ᾗ ἡ ιδ' τῆς σελήνης ἔφθασε.

A tiere, et quæ deinde supererunt, ea solis epactas appellabis. Exempli gratia, jam XI est a prima indictione annus. Horum quarta pars duo quibus additis fiunt XIII. Rursus unitate, per perpetuam regulam, sublata, restant XII. His per VII divisis supererunt quinque pro XI indictione, solis epactæ. Sic autem reperiuntur epactæ lunæ. A Mauricii beatæ memoriæ principis indictione sepone annos usque ad XI indictionem XXXIV. Quotquot autem reperti fuerint XIX annorum cycli illi ex annorum prædicta collectione detrahendi, qui autem supererunt per XI multiplicandi, inde menses XXX dierum omnes detrahendi, numero reliquo epactæ lunæ reperientur. Sic ab octava, uti dictum, indictione ad illam, quæ jam instat, undecimam, annos accepimus XXXIV. His uno cyclo novemdecennali subducto, manebunt anni XV. Illos si per XI multiplices, dant annos CLXV. Hinc subducimus menses XXX dierum, id est quinquies triginta (seu, quod eodem redit), B dies CL; ita manebunt dies XV pro epactis lunæ. Porro epactis lunæ dies VIII semper addendæ sunt. Quare cum in ea quæ jam adest XI indictione epactas lunæ habeamus XV; octo præterea dies addimus, fientque numero XXIII. Pro hoc autem numero illum semper accipere oportet quo deficit a numero dierum XLIV, nempe numerum XXI, indicatque Martii XXI hujus indictionis XI lunam fore XIV. Et quidem lunæ XIV, ita observanda est. Seu enim octonarium superet, numerus ei geminus quo deficit a XLIV, pro die Martii accipiendus est; seu ab octonario deficiat, colligendum inde in Aprilem incidere lunam XIV. Et quidem si sit Aprilis VIII minor, e reliquo numero quo deficit ad XLIV semper unitas detrahenda est, reliquus erit Aprilis dies quo luna invenietur XIV. Sin vero collectæ lunæ epactæ cum additione supradicta numerum complementi, quo deficit XLIV relinquant mense majorem; demptis XXXI, reliquum scies numerum esse Aprilis quo luna C XIV invenienda sit. Quod si anni ab VIII indictione Mauricii beatæ memoriæ, per novemdecim annorum cyclos divisi nihil faciant reliquum, sed possint omnes in pares cyclos resolvi; nullas annus iste habebit epactas. Proinde solum octonarium accipies epactis lunæ, per perpetuam regulam, addendum: et quo superatur a XLIV numerum observabis, verum subductis XXXI, eoque die lunam dices XIV. Cum enim epactis illa careat indictio, habemus tamen numerum octonarium epactis adjiciendum, cujus et reliquum accipimus qui ei deest ad XLIV, estque ille reliquus XXXVI. Subductis itaque (uti jam superius diximus) XXXI, restant V ex quo discimus, quoties occurrit indictio epactis destituta, quintum Aprilis lunæ esse XIV.

Qua autem septimanæ feria luna illa XIV inveniatur, seu in mensem Martium, seu potius in Aprilem fortassis incurrerit, hoc modo investigamus. Diei mensis, quo luna XIV inventa est, epactæ solis addendæ. Epactæ solis jam V sunt, luna autem XIV in Martii incidit XXI, quo ipso die eam habet ætatem luna. Sic fient numero XXVI. Semper autem (quoties in Martium cadit luna XIV) (quatuor) addenda, fientque, nostra indictione XI, XXX. Quod si in Aprilem ea luna XIV inciderit, quatuor addenda non sunt. Ergo numerus inde conflatus per septena dividendus. Ita jam quater VII fiunt XXVIII. Reliquæ sunt e XXX duæ dies, id nempe indicantes secundam esse septimanæ feriam diem illam Martii XXI cui concurrit luna XIV. Cum itaque dies Martii XXI secunda sit septimanæ feria, reliquis præterea ad Dominicam usque diebus additis, Martii XXVII invenietur sancta et vivifica Resurrectionis dies pro indictione

Digitized by Google

XI. Ad eumdem modum, pro quocunque anno eadem sacra et vivifica dies Resurrectionis Domini nostri et veri Dei cupientibus innotescet, si quis velit, pro singulis indictionibus ab indictione nostri Deo auspice imperii unum semper annum adjicere, ad indagandas epactas solis ; et ab octava Mauricii beatæ memoriæ indictione, methodo prædicta procedere ad lunæ epactas similiter investigandas. Ita inveniemus vivificam Christi nostri Resurrectionis, pro apostolica sanctorum Patrum traditione celebrare, læti, et summa gloria efferentes sanctissimum illius nomen, cum ingenito Patre, et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A Τῆς οὖν κα' τοῦ Μαρτίου μηνὸς οδσης, ὡς εἴρηται, ἐν δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, καὶ προστιθεμένων τῶν ἡμερῶν τῶν μέχρι τῆς Κυριακῆς εὑρίσκεται τῇ κζ' τοῦ Μαρτίου ἡ ἁγιος καὶ ζωοποιὸς ἡμέρα τῆς Ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ ἀληθεινοῦ Θεοῦ τοῖς βουλομένοις γνωστὴ γίνεται, προδήλως τοῦ ἑνὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ πάντοτε προστιθεμένου καθ' ἕστον ἔνδικτον ἀπὸ τῆς ἐπινεμήσεως τῆς ἡμετέρᾳ σὺν Θεῷ βασιλείας εἰς τὸ γινώσκειν τὰς ἐπακτὰς τοῦ ἡλίου, καὶ ἀπὸ τῆς η' ἐπινεμήσεως τῆς ἐπὶ Μαυρικίου τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ λήξει εἰς τὸ εὑρίσκειν τὰς ἐπακτὰς τῆς σελήνης κατὰ τοὺς προειρημένους τρόπους. Καὶ εὑρισκόμεθα, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν τῶν ἁγίων Πατέρων παράδοσιν, τὴν ζωοποιὸν Ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐπιτελοῦντες, χαίροντες, καὶ δοξάζοντες τὸ πανάγιον αὐτοῦ ὄνομα σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXII.

VARIÆ LECTIONES

AD EPISTOLAM DIONYSII EXIGUI DE RATIONE PASCHÆ,

ex codd. Reg. 1445, *Colberteo* 240 *et Petaviano, ad editionem Bucherii pag.* 485.

Pag. 485 titul. *Incipit epistola Dionysii Exigui ad Petronium episcopum de ratione Paschali. Repetuntur.* Ita mss. *Singulari. Mss. sæculari. Et stabilem. Mss. ac.* etc. *Festivitatis unicæ. Mss. antiqua. Ordinantes.* Ita *Mss. Præferunt. Mss.* 480 *expræferent. Qui etiam.* Ita *Mss. Veneranda. Mss. reverenda. Desciverunt. Mss. discesserunt. Enneacaidecaetirida. Mss. enniacedecerida. Circulum. Mss. ciclum.*

Pag. 486. *Imo. Mss. immo. Et ultimum.* Sequitur, *per annos singulos unum numerare curabis, in eo tamen modo anno. Nos autem* CCXLVIII, etc. *Quod circulus iste. Mss. quod ciclus ipse. Propositam. Mss. præpositam. Ordinem.* Deest. *Annotatas. Mss. adnotatas. Decemnovennalem. Mss.... his. Hebdomadum. Mss. septimanæ. Domini. Mss. dominicus. Hebdomadum. Mss. septemanarum. In eo tantummodo. Mss. in eo tamen modo. Bissextus. Mss. bis sextus.* Sic alibi. *In illis solis. Mss. in his solis. Proposuimus. Mss. præposuimus. Dum temporis initium ignoratur.* Desunt in Mss.

Pag. 487. *Mensis iste.* Addunt Mss. *vobis. Legislator. Mss. lator legis. Commonet. Mss. ammonet. Noctu. Mss. nocte. Die.* Mss. add. *mensis. Vesperum. Mss. vesperam. Mensis hic. Mss. mensis iste. Legitur. Mss. intelligitur. Venerabiles* CCC *et* XVIII. *Exordium. Mss. initium. Tantorum. Mss. tantarum. Vernalis. Mss. vernales. Consequatur. Mss. non consequantur. Qui a duodecimo. Mss. quia* XII, etc. *In quo etiam,* etc. *Mss. secutus sanctioni signari dum alia supputationis in quo etiamsi luna* XIV *Sabbato contigerit, qui semel in* XCV *accedere manifestum est. Paschalis festi. Mss. paschali festo. Æstimantes. Mss. existimantes. Solarem annum. Mss. solares annos. Accommodant. Mss. adcom... Juxta hanc.* Vocem *hanc* omittunt Mss.

Pag. 488. *Sive potius sanctionis ignari.* Hæc desunt. *Perquirunt. Mss. perquirant. Recedunt. Mss. recesserunt. Ut quando. Mss. ut quam. Religionis.* Addunt Mss. *a tantorum pontificum constitutione. Prorsus.* Deest. *Observatione. Mss. devotione. Terrarum orbe. Mss. orbe terrarum. Labor est. Mss. est labor. Secundum. Mss. sanctum. Nicæum. Mss. Antiochiam. Protulerant. Mss. protulerunt. De Eccl. pelkndos. Mss. expellendos de Ecclesia. Seorsim. Mss.* B *seorsum. Sed plur. Mss. sed etiam. Exstiterit. Mss. exstit.. Illi qui. Mss. illos qui. Dei.* Abest. *Quid velit. Mss. aliquid. Ut oportet. Mss. sicut op.. Servantur. Mss. servantur.*

Pag. 489. *Indicitur. Mss. inditur. Despexerit. Mss. disp.. Relatione. Mss. revelatione. Athanasii.* Add. Mss. *Episcopi. epist. sancti Prot. Mss. Proterii epistola Alex.. Domini.* Add. Mss. *Nostri Jesu Christi. Sive. Mss. qui. Cæterique. Mss. cæteri æque. Simili. Mss. similes. Requirantur. Mss. requirentur.*

VARIÆ LECTIONES AD EPISTOLAM II DIONYSII DE RATIONE PASCHÆ, pag. 489.

Titulus. *Incipit disputatio Dionysii Exigui. Observantiæ. Mss. Reverentiæ. Oppugnationem. Mss. obpugnantiam. Chalced... Mss. Calcid. Huic præsenti. Mss. hæc pr.. Decreta. Mss. decrevit. Quod vero in.* C *Mss. quia vero scriptis.*

Pag. 490. *Volentibus.* Add. Mss. *veritatem. Paterna regulæ. Mss. paternæ regulæ. Digerere. Mss. degerere. Cyclo. Mss. circulo. Incipit,* etc. *Mss. incipit anno ciclo decemnovennali. Embolismis.* Mss. add. *vero. Quia. Mss. quod. Anni solaris. Mss. solis annum. Videtur solarem. Mss. sol. vid. Circuli. Mss. cicli. Trecenti. Mss. tric.. Octogeni. Mss. octuageni. Quadrans. Mss. quadrantes. Hendecadis. Mss. hendecades.*

Pag. 491. *Detrim. Comp. Mss. comp. detr. Dies unus. Mss. unus dies. Cycli. Mss. circuli. Finem ejus. Mss. ejusdem. Præfixos dies. Mss. dies non fixos. Ratiocinationis. Mss. rationis. Circulus* XI. *Mss. cyclus* XI. *Quot sunt dies. Mss. q. d. s. Diffinitionem. Mss. deff.*

Pag. 492. *Colligemus. Mss. colligentur. Quod quær. Mss. quam. Communis annus. Mss. an.. com.. Quia regula. Mss. quæ reg. anno dec..* Vox *anno*, deest, et *deinceps. Sunt dies. Mss. fiunt d.* D *Quia communis est. Mss. qui communis annus est.* Et sic deinceps, vel *qui embolismus annus est.* Ultima perioche deest in Mss. ac præsertim Colberteo, in quo sequentia subduntur.

Digitized by Google

XXIII.

DE PASCHATE JUDÆORUM.

Post biduum Pascha fiet, id est, congruum fuit Pascha Judæorum in æquinoctio, id est, in VII Kalend. Aprilis; ut in æquinoctio novissimo, mundi renovatio et redemptio per necem Christi; quia in æquinoctio mundi fuit contritio et compositio, ne dispar sibi invicem fieret utraque formatio. Deinde eadem longitudo facta est ex potentia Dei tribus primis diebus et noctibus. Sed addit sol cursum dierum quando illuxit in mundo IIII^to^ die. Luna contrario dempsit cursum noctium. Etenim ad venerationem et honorem æquinoctii novissimi et Paschæ Christi præsignata est et facta est mundi prima constructio in æquinoctio primo. In æquinoctio quoque solutio facta est et redemptio Israel de servitute Ægyptiorum, ut in eodem æquinoctio post XII Kalend. April. præcepit filiis Israel Pascha celebrare. Quod est typus Paschæ Christi futuri per omnia in finem ex initio. Typus namque Christi agnus qui occisus est. Et manducatur quotidie agnus a VII viris, hoc est, a VII gradibus Ecclesiæ. Tantum autem mysterium Dei scitote. Quidem non est mirum si acciderit judicium **481**, si convenerit æquinoctium, quod est VIII Kal. Aprilis, sexta feria, luna XIIII, et Resurrectio luna XVI post XII Kal. Aprilis, quod est æquinoctium vernale, hoc est initium anni solis, et ante hoc initium non facitur Pascha apud Hebræos et Græcos et Latinos, nisi in errore quod dies Dominica, in qua facta est lux, fuit ante XII Kal. Aprilis, quod est in nocte II feriæ in anno crucis, XI autem Kal. April. III feria, et X Kal. April. IIII feria, in quo dictum est: *Post biduum Pascha fiet.* Deinde consentiunt alii quod ita fiat post biduum, id est, completionem et integritatem duorum Testamentorum Pascha et transcensus ad regnum Dei, conveniente in VI feria æquinoctio, luna XIIII, et solemnitate Resurrectionis, in die Dominica autem totius generis humani, ex quo genere virga de radice Jesse exiit: quæ virga redemit Israel de Ægypto; quæ conversa est in serpentem, ut liberarentur Israelitæ ab Ægypto, qui serpens homini persuasit, hoc est, diabolus, mortem. Si ergo mors a serpente, virga in serpentem, Christus in mortem, serpens exaltatur in aere, ut sanaret vulnera corporum respicientium in serpentem æneum, et solveret servitutem Israelitarum famulantium in Ægypto. Sic homines Moysi a serpentibus sanabantur a venenis intuendo magnum sacramentum. Quid est intuendo sanari a serpente, nisi credendo in mortuum Christum, sanari a morte peccatorum, ut liberaretur populus ab Ægypto per virgam in serpentem conversam et agnum in Pascha occisum, hoc est, Christum in mortem. Ita liberatur totum humanum genus a Pascha Passionis; qui est verus serpens occidens serpentem diabolum, et devorans virgas magorum et philosophorum et ministrorum diaboli. Quid autem conversa virga in serpentem, et præcipiente Deo eam tenere, expavit Moyses et fugit; quoniam mortificatus est Christus, expaverunt et fugerunt discipuli. Caudam apprehende, posteriora apprehende, et ut illud, posteriora mea videbis. Primo factus est Christus serpens. Sed cauda retenta facta est virga. Primo occisus est, postea resurrexit. Cauda retenta, visus est Cephæ, deinde visus est XI. Et jam in cauda serpentis significatur finis sæculi, quia mortalitas generis humani ambulat per mortem diabolo illatam; sed in fine sæculi, sicut a cauda redimus ad manum Dei, et efficimur stabilitum regnum Dei. Post hæc autem omnia breviter dicamus, quod nunquam factum est Pascha apud Judæos ante XII Kal. Aprilis; quia luna nata in VIII Idus Martii, XIIII est in XII Kal. Aprilis. Observa igitur cursum lunarem juxta regulam Græcorum more Ægyptiorum, et non secundum epactas, id est, adjectiones lunares: quia ibi pervenitur a IIII luna ad XVI; hic autem ad XV, juxta compositionem Josephi, qui primus conscribit circulum X et VIII annorum, Athanasii, Theophili, Cyrilli, *Dionysiique Exigui* [1], usque dum scripsit Victorius Hilarii papæ urbis Romæ episcopi (?) Tunc cessaverunt Alexandrini disputatores et Antiocheni circulos post alios conscribere.

[1] Forte est glossema.

XXIV.

ARGUMENTA ÆGYPTIORUM,

QUORUM MEMINIT DIONYSIUS EXIGUUS IN EPISTOLA AD PETRONIUM, ET VICTORIUS IN CANONE PASCHALI.

Incipit calculatio quomodo reperire possit quota feria annis singulis XIIII luna paschalis, id est, primi circuli decennovalis anno primo, quia non habet epactas lunares pro eo quod cum noni decimi inferioris anni XVIII, et suas XI epactas, addito etiam ab Ægyptiis die uno, fierunt XXX, id est, luna mensis unius integra, et nihil remanet de epactis. Et quia in Aprilio mense incidit eo anno luna paschalis XIIII, tene regulares in eo semper XXXV. Subtrahe XXX, id est, ipsa luna integra, remanent V. Quinta die a Kalendis, hoc est, Nonis Aprilis, occurrit luna XIIII paschalis. Tene supra scriptos V. Adde et concurrentes ejusdem anni V. Fiunt X. Hos partire per VII, id est septies I, VII remanent. Igitur tertia feria incurrit luna paschalis XIIII, et Dominicus festi paschalis dies luna XVIII. Item præfati circuli annus secundus, a quo sumunt exordium epactæ XI, et incidit in eodem anno luna paschalis XIIII Martii. Tene XXXVI regulares in eo semper. Subtrahe epactas XI, remanent XXV. Vicesima quinta die mensis a Kalendis Martii, qua est VIII Kalend. Aprilis, occurrit luna paschalis, id est XIIII. Tene supra scriptos XXV. Adde concurrentes ejusdem anni VI, fiunt XXXI. Adde semper in fine hujus mensis regulares III. Hos partire per VII, id est septies quinque, XXXV, occurrit luna paschalis XIIII et Dominica dies festi paschalis luna XV. Iterum mense Aprili sæpe

Digitized by Google

dicti circuli primi anno III. Tene semper in eo mense in primis XXXV. Subtrahe epactas ejusdem anni, XXXII remanent. A XXXIII, XIII die mensis, id est, Id. Aprilis, occurrit luna **482** paschalis. Tene hos XIII. Adde concurrentes VII, fiunt XX. Adde in Aprili semper in inferius regulares VII, fiunt XXVII. Hos partire per VII, septem II, XIIII, remanent sex. VI feria erit XIIII luna paschalis, et Dominicus dies paschalis luna XVI. Ita singulis annis a primo anno usque ad XVIIII annum calculabis. Si quando mense Martio XIIII luna paschalis incurrit, XXXVI regulares in primis teneas, ex quibus epactas cujus volueris anni solaris deducas, et concurrentes adjicias, et in fine semper IIII regulares augmentis. Aprilis vero mense XXXV semper in capite tene; ex quibus ut supra deductas [deducas] epactas, et adjectis ejusdem anni concurrentibus suis, augmenta latius ac brevius omnia argumenta paschalia calculabis. Hoc tamen præterea lectori sit cognitum, quoties in utrosque menses supra scriptos in prima regula contingit ut deductas epactas amplius a XXX remaneant, dimitte XXX. Quod si unus aut duo seu amplius superfuerint, tot dies ipsius mensis a Kalendis fit luna paschalis XIIII. Quando autem deductas epactas infra XXX, ut puta XX, seu amplius minusve remanserint, item tot dies mensis a Kal. occurrit luna XIIII paschalis. Si enim deductas epactas XXI tamen remanserint, quod semel in decem et VIII annis accedere manifestum est, XXX die a Kalend. erit luna paschalis XIIII.

XXV.

DE TRIPLICI GRÆCORUM ÆRA,

ET EA QUA UTITUR AUCTOR PASCHALIS CHRONICI.

Ex Petavio, lib. IX De doctr. temp., c. 3.

Christianorum quidem veterum, qui ex LXX seniorum auctoritate mundi tempora digesserunt, opiniones sunt admodum variæ. Posterioribus sæculis ad duo vel tria fastigia omnis illa diversitas abiit. Itaque triplex Græcorum æra celebratur. Prima est quæ ab initio rerum ad natalem Christi putat annos 5493. Secunda anno mundi 5501 eumdem annum assignat. Tertia anno 5509. Postrema hæc omnium celeberrima, qua Constantinopolitana Ecclesia, eique subjectæ omnes utuntur. Itaque in Codice Juris Orientalis imperatorum edicta hac æra consignantur. Tum Alexandrinum Chronicon, ac Græci denique recentiores illam adhibent: secundam Georgius monachus, Theophanes, Nicephorus, et ante hos sanctus Maximus monachus usurpant, quam Africani antiqui scriptoris esse capite superiori diximus. Primam autem Panodorus Ægyptius monachus qui Arcadio imperante vixit, amplexus est, et, ut arbitror, illius auctor fuit. Hunc enim Georgius Syncellus refert anno mundi 5493 natum asseverasse Christum.

Et horum trium intervallorum origines, et in iis disputandis Scaligeri, et aliorum errata patefaciamus. Tria quædam in illis animadvertenda sunt. Primum annorum initium, quod alii ab autumno, alii a vere putare annos incipiunt. Alterum, Natalis Christi, in quem velut in communem terminum computi illi desinunt: tertium, cyclorum characteres annis singulis attributi. Horum διάρθρωσις in triplici Græcorum computo magnopere necessaria est, quorum ex neglectu vel ignoratione multiplex error admittitur.

Quod ad initium igitur annorum pertinet, alii, ut diximus, annos suos ab orbe condito ista dinumerant, ut eorum primordium in verno mense constituant. Chronici Alexandrini scriptor, qui tertiam æram sequitur, hoc est ultra 5500, Christi natalem extendit annum, caput annorum ab æquinoctio verno et Martii XXI deducere se profitetur: et imprudens tamen interdum orditur a Septembri, quæ res et Chronicon ipsum conturbat, et lectoris confundit ingenium.

Christum ecce baptizatum refert [pag. 209] anno mundi 5536. Januarii VI, Ind. I, Tiberii decimo quinto, Rufo et Rubellino coss. Paulo post vero annum sequentem 5537 a XXI Martii docet incipere [pag. 211], eadem indictione prima. Tum apertius deinde indictione II anno Tiberii XVI, notat [pag. 211] annum mundi 5538 ab orbe condito, et ejus initium repetit a XXI Martii.

Verum eadem pugna in qua primum Pascha tribuerat anno mundi 5537, quem et a XXI Martii die inchoari dixerat, subinde annum eumdem 5536 numerat [pag. 211]. Neque librarii hic error est: nam et illius numeri partitio per 19 ad cyclum eruendum, et epactarum solis investigatio demonstrant, ipsummet annum, quem ab orbis initio 5537 putaverat, mox statuit 5536.

Præterea auctor idem scribit [pag. 215] ab orbe condito, ad XXI Martii diem ejus anni, quo baptizatus est Christus, indictionis primæ, colligi annos 5537, ac statim indictione II, Tiberii XIV, annum 5538 iniri a XXI Martii anno nono cycli lunaris, solaris XXII. Manifeste annum 5538 incipit a XXI Martii, ejus **483** anni Juliani, in quo Christus a Joanne baptizatus est, quinque cyclis Romanis prælatus fuit, solis X, littera B, anno mundi 5537, et post tres menses, indictione II, anno Tiberii XVI, mundi 5538, primum Pascha celebrasse [pag. 210]: cujus decima quarta luna contigit Aprilis XV, feria VI. Fuit itaque cyclus idem, qui et antea, solis nimirum X, lunæ vero XI. Hæc ambo cum indictione II in alium annum competere nequeunt, quam 4742 periodi Julianæ, ut ex Methodo libro VII, cap. 9, intelligi potest. Igitur eodem anno Juliano desiit annus mundi 5537, die Martii XX et sequenti, annus 5538 iniit. Atqui annus idem ille 5538, nonnisi 5536 ab eo putabatur. Quocirca duplex initium anni in animo ille scriptor habuit, et utrumque per imprudentiam permiscuit. Annus Constantinopolitanus una cum indictione a Septembri incipit. Annus Christianus quo Chronici auctor uti se profitetur, init a XXI Martii, VI mensibus post civilem. Quare Christus baptizatus est anno mundi 5537, a Septembri; a Martio vero, 5536. Chronicon vero præpostere annum illum 5537 a Martio putavit [pag. 196 et 298]: unde sequentis Martii XXI die 5538 iniit. Quod enim ita se res habeat, ex eo patet, quoniam anno 5507 mundi currente natum asserit Christum Lentulo et Pisone coss. Post hos vero coss. paria XXXI subjicit: quorum in postremum, nempe Rufi et Rubellini, baptismum conjicit. Si ad annos 5507 currentes a Septembri addideris XXII, annus 5538 a Septembri ordietur. At ille scriptor, quasi annus 5537 a Martio procederet, 5538 non a Septembri sequente, sed a Martio putavit. Non aliter extricari istæ possunt, quam hac probabili con-

Digitized by Google

jectura. Quanquam in illa tota disputatione chronologica de natali et passione Christi mire perplexus est, et annos duos dissimulat ac supprimit, quod suo loco declarabitur. Ex eadem hallucinatione, indictiones, quas a Septembri inchoari scripserat, a Martio similiter orditur [pag. 187]. Quippe indictionem II, una cum anno Tiberii XVI, et mundi 5538, a XXI Martii proficisci docet [pag. 215].

XXVI.

DE DUABUS EPOCHIS CHRISTI,

EX SENTENTIA PANODORI ET DIONYSII, AC ISAACI, SEU RECENTIORUM SCRIPTORUM.

Ex eod. Petavio, lib. VIII *Auctarii, c.* 1, *p.* 293.

Erit qui ad illas duas tertiam putet adjungendam, quæ annum incarnationis et natalis computat ab Adamo 5507, quam adhibent auctores aliqui, ut Alexandrinum Chronicon, uno minus Cedrenus, qui anno 5506 id esse factum asserit; et qui anno 5500 ortum Christi, passionem 5533 assignant, errare contendit. Sed hanc æram ab illa, quæ est Isaaci, discrepare non arbitror, sed in eodem computo diversum annum incarnationis præstituere, puta biennio æram communem antevertere, et si de amborum illorum sententia nihil certe consequi possimus, præterea quod imperite omnia permiscent, et eos characterismos adhibent, qui conciliari invicem nequeunt. Adde cap. 5.

XXVII.

METHODUS EPACTARUM ET NOVILUNII INVESTIGANDI RATIO,

QUA UTITUR AUCTOR CHRONICI PASCHALIS.

Ex eodem Petavio, lib. XIX *De doctr. temp., c.* 5.

Chronicon Alexandrinum aliquot locis epactarum methodum ac novilunii investigandi rationem explicat [pag. 75]: quam quidem a Martio mense deducit, et ab ejus XXI die. Nam XX primos dies perpetua lege ad epactas adjicit. Epactas autem non eodem modo computat [pag. 199]. Quippe alibi populari calculo decem ad aureum cyclum lunæ labentem adjungit [pag. 216]: alias ex Dionysii, Bedæ, cæterorumque computistarum præscripto decem ad anni superioris cyclum addit. Exempli causa anno mundi 3838 quo Exodum consignat, cyclum lunæ XIX numerat, eique tribuit epactas XXX, hæc est plebeia epactarum methodus. At vero 5507 in quem natalem Christi confert, cyclum lunæ computat XVI, epactas vero XV. Ubi epactas appellat dies residuos ex anno superiore, ac jam præterito, quomodo et Dionysius ac Beda usurpare solent. Ita cyclo X epactas assignat IX, et cyclo IX epactas XXVIII. Hoc igitur modo cum et 484 a Martio epactarum ratiocinia procedant, et præteriti anni residui dies assumantur, falsa erit Scaligeriana methodus, quia idcirco decurtatam æram annis XIV existimat, ut a Septembri epactarum progressione facta, novilunia diebus suis redderentur. Nam in illa Chronici doctrina, epactæ solæ absque regularibus illis, cum diebus mensis copulatæ neomenias exhibent in primo mense. In cæteris regulares adhibentur: Aprili videlicet I, Maio II, etc., Septembri VIII. Doceamus hoc uno aliove exemplo. Esto cyclus Dionysianus XII, Constantinopolitanus X, epactæ ex Alexandrino Chronico erunt IX. Eæ porro cum XXII Martii die, dant XXXI sive novilunium. At in Septembri iisdem cyclis, epactæ IX cum XV die Septemb. et regularibus VII, totidem dies conficient, nempe XXXI. Item cyclo Dionysiano XI, Constantinopolitano IX, epactæ XXVIII, ex Alexandrini Chronici methodo cum tertio Martii dant novilunium. In Septembri eædem epactæ XV cum regularibus VII et IX diebus Septembris idem novilunium ostendunt. Apparet ergo nulla computi mutilatione opus esse ad lunares epactas procudendas, quæ cum ποστιαῖς mensis et regularibus neomenias exhibent: siquidem æra illa communis, cujus in annum 5509 Dionysianus Natalis competit, citra diminutionem ullam, idoneas ad lunarem methodum epactas efficit. Quod si epactarum calculus a Septembri initium sumeret, tum quidem additis ad cyclum Dionysianum tribus, epactæ propagarentur, quæ cum ποστιαῖς mensis et uno præterea regulari XXXI constarent. Sed ex eo minime sequitur Constantinopolitanos computum istum illius rei causa annis XIV mutilasse: cum, ut ostendimus, annus Natalis vulgaris non in annum 5495 æræ illius decurtatæ, sed in 5493 incidat. Postremo si in eadem æra cujus annus 5509 vulgari Natali congruit, epactas plebeio more formaveris, additis ad cyclum anni labentis decem, tum præter epactas, regulares assumendi erunt, et quidem plures: quemadmodum et in Dionysiano cyclo accidit, in quo epactæ quæ ex aureis numeris consurgunt, regulares omnibus numeris exigunt. Esto cyclus Dionysianus IX, Constantinopolitanus VII, epactæ XVII, cum XVIII die mensis, relinquunt V. Addendi igitur regulares XXVI. Sed hæc methodus minus est prioro illa probabilis.

XXVIII.

METHODUS AD PASCHALES TERMINOS, SIVE JUDAICA PASCHATA COGNOSCENDA,

QUO AUCTOR CHRONICI PASCHALIS UTITUR.

Ex eod. Petavio, lib. VIII *Auctarii, cap.* 11.

Est Græcorum Computatorum et alia methodus ad Paschales terminos, sive Judaica Paschata cognoscenda, quam Chronicon Alexandrinum sequitur: cui non multum dissimilis est ea quæ in Com-

Digitized by Google

puto Andreæ Hierosolymitani legitur, cujus declaratio ad ea quæ capitibus antecedentibus explicata sunt non parum conducet.

Annis ab Adamo per XIX distributis, cyclum lunæ, et ei congruentes epactas invenire jubet. His deinde dies XIII addere τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, quæ antecedunt luminaria. Item προσελήνους, *antelunares* VII. Tum ad complendam decimam quartam, quot opus est dies adjicere. Facilis est methodus, a Kalendis Martiis, ad VIII usque diem, quæ prima est Neomenia Paschalis, dies sunt VII. Ii propterea προσέληνοι vocantur, qui primam Neomeniam præcedunt. Inde ad XX Martii, dies XIII qui πρὸ τῶν φωστήρων appellantur, eo quod primam ac ultimam omnium decimam quartam proxime antecedunt, quæ est XXI Martii. Luminarium autem oppositio fieri ab illis putabatur in termino paschali. Itaque citra ambages, dies XXI ad epactas addendas esse præscribi poterat. Jam si conflata dierum summa minor sit quam XLIV, reliquos adjice, donec XLIV compleas : quidquid additum erit, post XX Martii putabitur, ostendetque paschalem terminum. Sin dies XLIV aut plures etiam numerentur, tantum adde dierum, quantum necesse est, ut diebus ablatis, quatuordecim resideant : et id ipsum quod adjeceris, post XXI Martii putare incipe. Etenim decima quarta quælibet citra Martii XXI incidens nondum paschalis est : ob id calculus ultra propagandus est. Esto cyclus Constantinopolitanus XIV, qui est Romanus XVII, epactæ sunt IV, quæ cum XX Martii conficiunt XXIV. Ut autem ablata integra syzygia, reliqui sint dies XIV, adde XX, fiunt XLIV dies. Porro addititii illi XX a XXI Martii ad IX Aprilis perveniunt : quo die XIV Paschalis convenit cyclo lunæ Nicæno XVII. Rursus cyclo V Constantinopolitano, Romano VIII, epactæ XXV, quæ cum XX diebus Martii dant XLV. Ut igitur LXXIV dies exsistant, addendi XXIX, fient LXXIV. Detractis LX, residui sunt XIV. Cæterum ad XX dies Martii additis XXIX, et ex summa XLIX deductis XXXI Martii, restat Aprilis XVIII, in quam terminus paschalis Nicænus congruit, cyclo VIII.

XXIX.

485 LATERCULUS MENSIUM MACEDONICORUM

QUOS SCRIPTOR CHRONICI PASCHALIS, UT ET MEDIÆ VETUSTATIS SCRIPTORES CHRISTIANI, CUM SYROMACEDONICIS SEU ANTIOCHENIS CONFUNDERE SOLENT.

Αὐδηναῖος,	Januarius.		Πάνεμος,	Julius.
Περίτιος,	Februarius.		Λῶος,	Augustus.
Δύστρος,	Martius.		Γορπιαῖος,	September.
Ξανθικὸς,	Aprilis.		Ὑπερβερεταῖος,	October.
Ἀρτεμίσιος,	Maius.		Δῖος,	November.
Δαίσιος,	Junius.	C	Ἀπελλαῖος,	December.

APPENDIX AD EDITIONEM REGIAM PARISIENSEM.

—

DE FASTIS CHRONICI CONSULARIBUS

USQUE AD ANNUM XVI TIBERII.

(*Anglice apud Clintonium*, Fast. Hellen., *volum.* II, *pag.* IV-IX.)

The Alexandrine Chronicle has a list of consuls differing in many respects from other lists.

The first consuls are placed in this Chronicle (1) at Ol. 85, 1. πε' Ὀλυμπιάς. Ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἤρξαντο οἱ Ῥωμαῖοι ὕπατοι χρηματίζειν καὶ διοικεῖν τὰ Ῥωμαϊκὰ πράγματα ἐπὶ ἔτη τιδ', τοῦτ' ἔστιν ἕως δευτέρου ἔτους καὶ αὐτοῦ ρπγ' Ὀλυμπιάδος, ὑπατείας Λεπίδου καὶ Πλάγκου, ἦγουν καὶ ἐπὶ τὸ α' ἔτους Γαΐου Ἰουλίου καὶ ἕκτου Κλεοπάτρας, Ὀνομασίαι τῶν ἐν Ῥώμῃ ὑπάτων λα' [31 st. *Artaxerxes Longimanus*], ὑπατεία Βρούτου καὶ Κολλατίνου. which is placed in Ol. 85, 1. This author fixes the first Olympiad nearly at its true date. B. C. 776, and the foundation of Rome at Ol. 7, 4. five years below the date of Varro (2) : so that in the date assigned to the first consuls there is a metachronism of about 65 years.

The consuls *Lævinus* and *Coruncanius*, who en-

(1) Apud Scalig., p. 218.

(2) He places the first Olympiad in the 51st of Uzziah, p. 238 [ed. Bonn. p., 193 15] : να' ἔτει — ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἥτις ἐστὶ τετραετηρίς. — Τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα ὁ Ἀφρικανὸς κατὰ Ἰωαθὰμ Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα βασιλέα συνάγει. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν κατὰ τὸν αὐτὸν παρίστησι. Γράφει δὲ ὁ Ἀφρικανὸς ὧδε πρὸς λέξιν· « Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξεν Ἀθηναίων διὰ βίου ἔτη κγ'. Ἐφ' οὗ Ἰωαθὰμ ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν ἐπὶ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα Ἰούδα συνείληφε. According to this computation, Ol. 1, 3 = 1st Jotham; and the 16th of Jotham is in A. M. 4749; μετὰ Ὀζίαν ἐβασίλευσεν — Ἰωαθὰμ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ις'. ὁμοῦ δ'μθ'. Therefore the 1st Jotham and Ol. 1, 3. would foll in A. M. 4734. and the 51st Uzziah and Ol. 1. 1. in A. M. 4732. The nativity of Christ is placed p. 263 [ed. Bonn. p. 194, 2]. Ἐπὶ τῶν ὑπάτων Λεντούλου καὶ Πίσωνος ἔτους ,εφζ' γενέσεως κόσμου. But 5507 — 4732 = 775. The dates therefore are consistent. His date for the

Digitized by Google

tered upon their consulship in the spring of B. C. 280, are placed by this Chronicle in Ol. 124, 4. which nearly agrees with their true position (3). But, in the following period, by the omission of four pairs of consuls (4), the consuls are thrown back above their actual date in the following manner.

Ol. 124. 4. [125. 1.] *Lævinus* and *Coruncanius*.
* B. C. 270. *Genucius* and *Cornelius* omitted.
127. 2. [127. 4.] *Gallus* and *Pictor*.
129. 3. [130. 1.] *Scipio* and *Duilius*.
* B. C. 237. *Caudinus* and *Flaccus* om. (5).
135. 3. [136. 2.] *Torquatus* and *Bulbus*.
* B. C. 174. *Albinus* and *Scævola* om. (6).
158. 3. [159. 3.] *Metellus* and *Maximus*.
* B. C. 141. *Servilius* and *Pompeius* om.
158. 4. [160. 1.] *Scipio* (*Cæpio*) and *Lælius*. after *Vatia* and *Pulcher* B. C. 79. he interpolates Κλαυδίου καὶ Σερβιλίου.
174. 3. [175. 3.] *Lepidus* and *Catalus*.
* B. C. 75. *Octavius* and *Cotta* om. (7).
175. 2. [176. 3.] *Lucullus* and (Aurelius).
182. 1. [183. 2.] *Calenus* and *Vatinius*.
183. 1 [184. 2.] *Pansa* and *Hirtius*.
184. 1. [185. 2.] *Censorinus* and *Sabinus*, omitted by the transcriber.
184. 3. [185. 4.] *Agrippa* and *Gallus*; 1st of *Augustus*.

The consulships by these omissions are gradually carried back till they are placed in the fifth year before their true date. Sometimes the facts recorded in the Chronicle remain fixed to their Olympic year, while the consuls have fallen back; and thus the transactions are disjoined from the consuls to which they belong, to the great confusion of history. The reign and death of *Cæsar* are thus described (8):

ρπγ' Ὀλυμπιάς.
ε'. [5th *Cleopatra*] ὑπ. Πάνσα καὶ Ἱρτίου.
Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρῶτος Ῥωμαίων ἠρέθη μονάρχης.
Τὰ Ῥωμαϊκὰ πράγματα ἐδιοικήθη ὑπὸ Βρούτου καὶ Κολλατίνου καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ὑπάτων ἐπὶ ἔτη τιγ', ἦγουν τοῦ παρόντος πέμπτου ἔτους Κλεοπάτρας, καὶ ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος καὶ τῶν προκειμένων ὑπάτων.
ρπδ' Ὀλυμπιάς.
θ'. [9th *Cleopatra*] 4th *year of Cæsar*. [the consuls are wanting].
ι'. [10 th *Cleop.*] ὑπ. Πούλχρου καὶ Φλάκου, 5th *year of Cæsar*,
Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ ἐν Ῥώμῃ ἐσφάγη.

A *metachronism* of five years in these events, as compared with the consulships to which they are B referred.

With the exception of these omissions (producing these consequences), the list of consuls in the Chronicle, from B. C. 280, to the reign of *Augustus*, corresponds with the list obtained from the other testimonies; with only such variations as might arise, for the most part, from a transcriber in expressing Roman names in Greek characters.

From the consulship of *Agrippa* and *Gallus*, the list of consuls in the Chronicle varies so much from the true list, that a view of both is necessary to be given. The following columns exhibit the true list of consuls and the list of the Alexandrine Chronicle. That list begins, as we have seen, five years too high: which produces a *metachronism* of five years in assigning the first year of *Augustus* (9).

Ol.	B. C.		C Ol.	*Aug.*	CHRON. ALEX.
185 4	37	*Agrippa* and *Gallus*.	184 3	1	*Agrippa* and *Gallus*.
186 1	36	*Poplicola* and *Nerva*.	4	2	*Poplicola* and *Nerva*.
2	35	*Cornificius* and *Pompeius*.	185 1	3	*Cornificius* and *Pompeius*.
3	34	*Libo* and *Antonius*.	2	4	*Antoninus* and *Libo*

foundation of Rome is given p. 259 [ed. Bonn. p. 204. 2] τῷ τετάρτῳ ἔτει ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος — Ῥῶμος καὶ Ῥῆμος κτίζουσι τὴν Ῥώμην. The date of Varro coincides with Ol. 6, 3, and of the Marbles with Ol. 6, 4. From another notice of this author, p. 280 [ed. Bonn. p. 529. 11], B. C. 751. results as his era for the foundation of Rome: Olymp. 277, 3. Ἔτους τα' τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου, καὶ κε' τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας Κωνσταντῖνος πόλιν πόλιν κτίσας, Κωνστ. κέκληκε πρὸ πέντε Ἰδῶν Μαΐων — τῇ ια' Ἀρτεμισίου μηνός. Εἰσὶν ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως οὗ Κ. πόλις ἀνεκαινίσθη ἔτη ,απ'. Constantinople was dedicated May 11, A. D. 330, U. C. Varr. 1083. But 1080 — 329 = B. C. 751. Africanus, according to Syncellus, placed the first Olympiad at the first year of Ahaz. It might therefore have commenced in the last year of Jotham. If the author of the Chronicle intended to express D that Africanus placed it in the beginning of Jotham's reign, he probably gave an erroneous representation. [It appears from the Armenian copy of Eusebius p. 519, that the author of the Chronicle transcribed this passage [ἡ πρώτη Ὀλυμπιάς, κ. τ. λ.] from Eusebius himself: who therefore gave this erroneous representation of the Chronology of Africanus. Ὁ ἡμέτερος κανὼν accordingly means the canon of Eusebius. See Scaliger prolegom. p. 6, 7 [*Addit.* p. 567].

(3) Their consulship in reality perhaps coincided with Ol. 124, and Ol. 25, 1, the end of the former year and the beginning of the latter.

(4) In reality, *five* years omitted: but, as one year is interpolated, this leaves an actual deficiency of four consulships.

(5) The three years,
Γράχχου καὶ Φάλκωνος,
Καυδίνου καὶ Φλάκου,
Καυδίνου καὶ Οὐάρου,
became
Γράχχου καὶ Φλάκου,
Κλαυδίου καὶ Οὐάρου.

(6) Perhaps Ἀλβίνου καὶ Σκεβόλου were omitted because Σκεβόλου preceded [B. C. 175.], and Ἀλβίνου followed [B. C. 173].

(7) On account of *Cotta* following [B. C. 74.] and *Octavius* preceding [B. C. 76],
Ὀκταβίου καὶ Κουρίωνος,
Ὀκταβίου καὶ Κούττου,
Λουκούλλου καὶ Κούττου,
D became
Ὀκταβίου καὶ Κουρίωνος,
Λουκούλλου καὶ Μικούττου.

(8) P. 260 [ed. Bonn. p. 353, 14].

(9) The Chronicle ascribes to *Cæsar* five years, and to *Augustus* 56; computing the reign of *Augustus* from the death of *Cæsar*. The two reigns therefore are 5 + 56 = 61 years. But these 61 years, being made to begin at the consulship of *Hirtius* and *Pansa* B. C. 43, instead of *Cæsar* and *Isauricus* B. C. 48, are compared throughout with the wrong consuls.

Digitized by Google

Ol.		B. C.	
	4	33	*Cæsar* II and *Tullus.*
187	1	32	*Ahenobarbus* and *Sossius.*
	2	31	*Cæsar* III and *Messala.*
	3	30	*Cæsar* IV and *Crassus.*
	4	29	*Cæsar* V and *Apuleius.*
188	1	28	*Cæsar* VI and *Agrippa* II.
	2	27	*Cæsar* VII and *Agrippa* III.
	3	26	*Cæsar* VIII and *Taurus.*
	4	25	*Cæsar* IX and *Silanus.*
189	1	24	*Cæsar* X and *Flaccus.*
	2	23	*Cæsar* XI and *Murena.*
	3	22	*Marcellus* and *Arruntius.*
	4	21	*Lollius* and *Lepidus.*
190	1	20	*Apuleius* and *Nerva.*
	2	19	*Sentius* and *Lucretius.*
	3	18	*Lentulus* and *Lentulus.*
	4	17	*Furnius* and *Silanus.*
191	1	16	*Ahenobarbus* and *Scipio.*
	2	15	*Libo* and *Piso.*
	3	14	*Crassus* and *Lentulus.*
	4	13	*Nero* and *Varus.*
192	1	12	*Messala* and *Quirinus.*
	2	11	*Tubero* and *Maximus.*
	3	10	*Antonius* and *Africanus.*
	4	9	*Drusus* and *Crispinus.*
193	1	8	*Censorinus* and *Gallus.*
	2	7	*Nero* II and *Piso* II.
	3	6	*Veter* and *Balbus.*
	4	5	*Augustus* XII and *Sulla.*
194	1	4	*Sabinus* II and *Rufus.*
	2	3	(10) *Lentulus* and *Messalinus.*
	3	2	*Augustus* XIII and *Sylvanus.*
	4	1	*Lentulus* and *Piso.*
195	1	A. D. 1	*Cæsar* and *Paullus.*
	2	2	*Vinicius* and *Varus.*
	3	3	*Lamia* and *Servilius.*
	4	4	(11) *Catus* and *Saturninus.*
196	1	5	*Magnus* and *Valerius.*
	2	6	*Lepidus* and *Amantius.*
	3	7	*Creticus* and *Nerva.*
	4	8	*Camillus* and *Nonius.*
197	1	9	*Sabinus* and *Camerinus.*
	2	10	*Dolabella* and *Silanus.*
	3	11	*Lepidus* and *Taurus.*
	4	12	*Germanicus* and *Capito.*
198	1	13	*Silius* and *Plancus.*
	2	14	*Sex. Pompeius* and *Sex. Apuleius.*
	3	15	*Drusus* and *Flaccus.*
	4	16	*Taurus* and *Libo.*
199	1	17	*Rufus* and *Flaccus.*
	2	18	*Tiberius* III and *Germanicus* II.
	3	19	*Silanus* and *Norbanus.*
	4	20	*Messala* and *Cotta.*
200	1	21	*Tiberius* and *Drusus.*
	2	22	*Agrippa* and *Galba.*
	3	23	*Pollio* and *Veter.*
	4	24	*Cethegus* and *Varro.*
201	1	25	*Lentulus* and *Agrippa.*
	2	26	*Sabinus* and *Gætulicus*
	3	27	*Piso* and *Crassus.*
	4	28	*Silanus* and *Nerva.*
202	1	29	*Rubell. Geminus* and *Fusius Geminus.*
	2	30	*Vinicius* and *Longinus.*

Ol.		*Aug.*	
A	3	5	*Octavianus Augustus* and *Cicero.*
	4	6	*Octav. Aug.* II and *Corvilius.*
186	1	7	*Octav. Aug.* III and *Crassus.*
	2	8	*Octav. Aug.* IV and *Crassus* II.
	3	9	*Ahenobarbus* and *Sossius.*
	4	10	*Octav. Aug.* V and *Apuleius.*
187	1	11	*Octav. Aug.* VI and *Agrippa.*
	2	12	*Octav. Aug.* VII and *Agrippa* II.
	3	13	*Octav. Aug.* VIII and *Taurus.*
	4	14	*Octav. Aug.* IX and *Silanus.*
188	1	15	*Octav. Aug.* X and *Flaccus.*
	2	16	*Octav. Aug.* XI and *Piso.*
	3	17	*Octav. Aug.* XII and *Arruntius.*
	4	18	(12) Κέλτος and *Tiberius.*
189	1	19	*Lollius* and *Lepidus.*
	2	20	*Apuleius* and *Nerva.*
	3	21	*Saturnilus* and *Lucretius.*
	4	22	*Lentulus* and *Lentulus.*
190	1	23	*Lentulus* II and *Cornelius.*
B	2	24	Φορνίκιος (*Furnius*) and *Silanus.*
	3	25	*Domitius* and *Ahenobarbus.*
	4	26	*Libo* and *Piso.*
191	1	27	*Crassus* and *Lentulus.*
	2	28	*Nero* and *Varus.*
	3	29	*Messala* and *Quirinus.*
	4	30	*Rubellius* and *Saturninus.*
192	1	31	*Maximus* and *Tubero.*
	2	32	*Africanus* and *Maximus* II.
	3	33	*Drusus* and *Crispinus.*
	4	34	*Censorinus* and *Gallus.*
193	1	35	*Nero* II and (13) *Scipio* II.
	2	36	*Balbus* and *Veter.*
	3	37	*Octavianus* XIII and *Sulla.*
	4	38	*Sabinus* and *Rufinus* (*Rufus*).
194	1	39	*Octav. Aug.* XIV and *Sylvanus.*
	2	40	*Lentulus* and *Piso.*
	3	41	*P. Cæsar* and *Paullus.*
	4	42	*Vinicius* and *Varus.*
C	195 1	43	*Lamia* and *Servilius.*
	2	44	*Magnus* and *Valerius.*
	3	45	*Lepidus* and *Plancus.*
	4	46	*Tiberius Cæsar* and *Capito.*
196	1	47	*Creticus* and *Nerva.*
	2	48	*Camillus* and *Quintilianus.*
	3	49	*Camerinus* and *Sabinus.*
	4	50	*Dolabella* and *Silanus.*
197	1	51	*Lepidus* and *Taurus.*
	2	52	*Tiberius Cæsar* II and *Scipio.*
	3	53	(14) *Flaccus* and *Silanus.*
	4	54	*Sextus* and *Sextus.*
198	1	55	*Pompeius* and *Apuleius.*
	2	56	*Brutus* (*Drusus*) and *Flaccus* II.
	3	*Tib.* 1	*Taurus* and *Libo.*
	4	2	*Crassus* (*Flaccus*) and *Rufus.*
199	1	3	(15) *Tiber.* IV and *Rufus* (*Drusus*) II.
	2	4	*Messala* and *Gratus.*
	3	5	*Tiberius Cæsar* IV and *Drusus.*
D	4	6	(16) . . . . .
200	1	7	*Agrippa* and *Galba.*
	2	8	*Pollio* and *Veter.*
	3	9	*Cethegus* and *Varus* (*Varro*).
	4	10	*Agrippa* II and *Lentulus.*
201	1	11	*Getulicus* and *Sabinus.*
	2	12	*Crassus* and *Piso.*
	3	13	*Silanus* and *Nerva.*
	4	14	*Geminus* and *Geminus.*
202	1	15	*Rufus* and *Rubellinus.*
	2	16	*Vinicius* and *Longinus.*

(10) Omitted in the Chronicle.
(11) Ibid.
(12) Κέλσου, Chron Pasch.
(13) Πίσωνος, Chron. Pasch.
(14) ΦΛΑΚΟΥ ΚΑΙ ΣΙΛΑΝΟΥ; perhaps a corruption for ΠΛΑΓΚΟΥ ΚΑΙ ΣΙΛΙΟΥ.

(15) *Tiber.* IV. Sic Scal. *Tiber.* III, Chron. Pasch.
(16) Perhaps *Silanus* and *Norbanus* were here omitted by the transcriber. In Chron. Pasch., p. 206 D, they are omitted at Ol. 199, 2. The editor observes p. 523: *Hic apponi debuit nota defectus, non vero, ut in ed. Scalig., post annum Tib.* IV *et Drusi.*

Digitized by Google

The deficiency of five years in the preceeding period is here compensated by the interpolation of five consulships (17). Four years ars restored to the reign of *Augustus* by four interpolations; and the *metachronism*, which was five years in the first year of his reign, in the 56th is reduced to one. *Taurus* and *Libo*, the second consuls of *Tiberius*, are in the Chronicle the first. Another interpolated year brings back the 16th of *Tiberius* to its true place; and *Vinicius* and *Longinus*, his 16th consuls, are also the 16th in the Chronicle. When these interpolations are struck out, the two lists will nearly correspond, except in a very few instances, where the Chronicle has transposed the consuls. In the strange error of dividing the two *Sexti* and the two *Gemini* each into two years, the author concurs with Epiphanius, who has done the same thing (18).

(17) In reality seven pairs of consuls are interpolated, which are marked thus *: but, as two are omitted, the overplus is thus reduced to five years.

(18) Epiphanius in part agrees with the list of the Chronicle in the thirty pairs of consuls from B. C. 2, U. C. 752, to A. D. 28, U. C. 781. Although he is more free from error than the Chronicle. Having given those thirty consulships down to *Silanus* and *Nerva* inclusive, Epiphanius proceeds thus, p. 446, B: ὑπατεία τῶν δύο Γεμηνῶν, εἶτα ἄλλη ὑπατεία Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος. Then followed μετὰ τὴν ὑπατείαν Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος ἡ Οὐιννικίου καλουμένη καὶ Λογγίνου Κασσίου. P. 448. B: τὰς δύο ὑπατείας τῶν τε δύο Γεμηνῶν καὶ τὴν Ῥούφου καὶ Ῥουβελλίωνος.

SYLLABUS AUCTORUM

QUI LAUDANTUR IN CHRONICO PASCHALI.

Numeri paginas indicant editionis Regiæ Parisiensis quas typis grandioribus expressimus.

Africanus, 104, 164, 165.
Apollinaris Hierapoleos episcopus, 6.
Apollonius historicus, 113.
Artabanus, 64.
S. Athanasius, 4, 221, 396.
S. Augustinus. 371.
S. Basilius. 203, 288, 355.
Berosus, 23.
Brutius, 38, 250.
Callimachi Ætesia [*Leg.* Aetia], 111.
Charax, 112.
Clemens Alexandrinus, 7, 137, 145, 219, 224, 232, 251.
Clementina, 23, 28.
S. Cyrillus, 48, 241, 242, 243, 350, 369.
Diodorus, 44
Dionysius Areopagita, 219.
Ecclesiastes, 3.
Enoch liber, 21.
Epiphanius Cypri episcopus, 23, 25, 26, 30, 255, 263, 266.
Eupolemus, 91, 164.
Euripides. 38, 43.
Eusebius Pamphili, 247, 255.
S. Gregorius Nazianzenus, 228, 353, 374.
S. Gregorius Nyssenus, 355.
Herodotus, 47.
Hesychius, 371.
Hippolytus martyr episcopus Portus, 6.
Homerus, 37.
S. Ignatius martyr, 212.
S. Joannes Chrysostomus, 233.
Josephus historic., 23, 94, 102, 207, 209, 217, 224, 228, 230, 233, 247, 248, 249.
S. Irenæus, 250, 251, 257.
S. Justinus martyr, 258.
Leontius Antiochiæ episcopus, 270.
Licinius historicus, 114.
Magnus chronographus, 379.
Melito Sardium episcopus, 259.
Menethon, 46.
Mercurius Trismegistus, 47.
Musanus, 260.
Nestorianus chronographus, 324.
Palæphatus, 44, 46.
S. Paulus apostolus, 20, *et alibi non semel.*
Pausanias, 40.
Petrus Alexandriæ episcopus, 1.
Philo Judæus [3 ed. Bonn.], 228, 230, 249.
Phlegon, 219, 222.
Polyænus historicus, 144.
Priscus Thrax, 318.
Semeronius Persa, 38.
Silvius historicus, 113.
Socrates historicus, 371.
Sosibius, 192.
Sozomenus, 371.
Suetonius Tranquillus, 117.
Synodus Nicæna, 8.
Tatianus, 91, 232, 261.
Tertullianus, 229.
Testamentum Vetus et Novum, *passim.*
Theophilus, 41.
Virgilius, 113.

MATTHÆI RADERI

ANIMADVERSIONES

AD CHRONICUM ALEXANDRINUM.

Quis auctor, cujusmodi scriptum.

Est qui laudatissimi hujus Chronici scriptorem putavit Georgium Pisiden Constantinopolitanæ hierarchiæ diaconum et chartophylacem, ævo Heraclii florentem, cujus res gestas, et Persica oratione

Digitized by Google

libera composuit, ut est apud Suidam; ratus ea verba, quibus opera illius enumerat, ad hoc Chronicon referenda : Ἑξαήμερον δι' ἰαμβῶν εἰς ἔπη τρισχίλια. Εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. Quasi Pisides cœptos ab O. C. usque ad Heraclium et Persicum bellum Heraclii annales prosecutus sit, ita enim τὸ [εἰς] interpretandum existimat, ut valeat non [de] Heraclio, sed usque ad Heraclium. Interpunctionem enim ante εἰς omnino tollit. Mihi, quo minus idem sentiam, tria obstant. Primum quod Suidas vere affirmet hexaemeron iambo scriptum fuisse; habemus enim adhuc in manibus illius operis versus mille octingentos octoginta, quasi proœmium quoddam totius argumenti, ut ex ms. cod. A. Bibliothecæ apparet, quod in hæc verba legitur : Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τοῦ Πισίδους προοίμιον τῆς ἑξαημέρου διὰ ἰαμβῶν στίχων. Opus ergo illud ἔμμετρον est, et versu conscriptum, nec amplius sex dierum spatium continet, unde et κοσμουργία, ἢ ἑξαήμερον inscribitur. Deinde apud Suidam post vocem τρισχίλια sequitur interpunctio, ut ostendat, sequentem de Heraclio historiam diversam a κοσμουργίᾳ, eamque λογάδην ait scriptam fuisse. Postremo refert auctor Chronici alterius ms. (ex bibliotheca Collegii Annæi) ex Piside et Cyrillo decerpti, apud Georgium Pisidem Adami filias primas, alteram Azuram, alteram Asuam nominari, cum in hoc Chronico nulla fiat mentio nec Asuæ, nec Azuræ. Hoc ergo Chronicon Pisidæ esse non potest. Hæc mihi videbantur, cui tamen prior sententia magis arriserit per me, quod volet, sentiet. Non ibo interim negatum, si vera est epigraphe illius Annæi Chronici ms. fuisse elaboratum a Piside Chronicon, sed soluta, non pedibus illigata oratione; ex Suida tamen id evinci non posse, qui illius nullam omnino facit mentionem.

Onuphrius Panvinius et castigator temporum anonymi nomine librum afficiunt, nisi quod hic Casaubonianum nonnunquam appellet in Thesauro Eusebiano. Fasti consulares inde deprompti, vulgo *Siculi*, aut *Tabulæ Siculæ* dicuntur, quod liber primum in Siciliæ perantiqua bibliotheca repertus sit.

Mihi vero similius videtur non unum Chronici hujus auctorem exstitisse, quod primum ex inscriptione, deinde præfatiuncula, postremo ex Cæsarum Syllabo conjicio. Panvinius inscriptionem legit, quæ promittit anno a conditu rerum continuationem, usque ad primum Heraclii. Noster codex, ex quo Casaubonus sua decerpsit, et Scaligero transmisit, continet omnes mundi annos usque ad XX Heraclii. Videntur ergo ab alio adjecta, quæ post primum Heraclii annum sequuntur.

Deinde imperatorum Romanorum nomenclatura, quæ Romanum monarchum ultimum nominat (quem anno Christi MXLV imperasse scribunt) ostendit exserte vel totum imperatorum catalogum ab alio insertum, vel auctum; cum post Heraclium triginta et amplius hic annumerentur imperatores.

Præfatiuncula vero inscriptum habet nomen Petri Alexandriæ, episcopi, reor, ita enim millies in scriptoribus Græcis, præsertim conciliis, nominatur : unde Chronicum potius *Alexandrinum* (1), quam *Siculum*, appellandum censeo, cum Petri Alexandriæ, sive episcopi, sive lectoris, sive alterius nomen præferat, et de agno typico ex paschalibus, ex Matheseos rationibus frequenter disputet. Quod Alexandrini episcopi olim eam curam habe-

A rent, ut Pascha totum per orbem vulgarent, et cyclos solis et lunæ accurate definirent.

Tres porro tantum Alexandriæ hoc nomine pontificatum gessere, ut ex Nicephori Chronico, quod ad DCCC annum perpetuatur, discis. Nisi posteriores addas, quorum catalogum non vidi. Petrus sanctissimus martyr sub paganis adhuc imperatoribus. Petrus qui a Valente proscriptus est, et Petrus Mongus hæreticus (2). Enimvero hoc Chronicon prorsus justum et catholicum est, unumque tantum vel alterum errorem habet, de quo suo loco monebimus. Atque hæc de auctore, qui vel is est Petrus præfationi inscriptus, vel plures. Possit etiam in Maximum monachum, qui Heraclio imperante vixit, suspicio cadere, ubi de Melchisedece agit anno LXXIV Abrahami se dicit auctor Salem vicum vidisse.

Laudatum est hoc Chronicon ab nostri sæculi scriptoribus, Carolo Sigonio primum in Comment.
B ad Fastos et triumphos Romanorum. Nos, inquit, Dionysium secuti sumus, quem Fasti quidam consulares Græce scripti, atque ex Sicilia (ut audio) advecti, et alii etiam Latini, quos citat Cuspinianus, sequuntur : in quibus consules deinceps collocantur, cognominibus eorum tantum allatis hoc modo, Βρούτου καὶ Κολλατίνου. Panvinio deinde, qui in generali præfatione Commentariorum ad Fastos ita scribit : *Novissimus omnium ex antiquis, qui Fastos consulares, quod sciam, scripserit, est alius sine nomine auctor, qui in universali Chronico a se Græce conscripto consulum quoque nomina adjecit ab exactis regibus ad primum Heraclii imperatoris annum. Is liber* (3), *vetustissimis litteris exaratus, inventus est in Sicilia, in antiqua bibliotheca, a Hieronymo Surita, operaque Antonii Augustini Rotæ auditoris factum est, ut ejus libri pars nobis transmitteretur, quæ consules continebat. Cujus auxilio multum sublevatus sum in his Fastis concinnandis.*

C Idem lib. II præfat. : *Nam Orosio, Cassiodoro, et Fastis illis Græcis nuper Romam ex Sicilia viri eruditissimi Antonii Augustini opera adductis, et quidem depravatissimis tantum usus sum in ordinandis consulibus.*

Et lib. III præfat. : *Nam usque ad Heraclii Augusti tempora Fasti Græci Antonii Augustini et Hieronymi Suritæ opera ex Sicilia in urbem advecti pertinent.*

Quanti idem fecerit Sylburgius testatur ipse, qui hunc ipsum codicem, quem ex bibliotheca Augustana habemus, triginta sex aureis solaribus a se emptum testatus est, illumque D. Hœschelio, Hœschelius reipubl. obtulit.

Descripsit inde magnam partem Casaubonus, quam Scaliger in suum temporum (an errorum?) thesaurum contulit, Græceque nuper primus edidit, itaque inscripsit : Ἐπιτομὴ χρόνων ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου ἕως κ' ἔτους τῆς βασιλείας Ἡρακλείου. *Compendium temporum auctoris innominati nunquam antea editum. Ab Adamo primo homine ad annum* XX *imperii Heraclii cum consulibus; opus utilissimum, quanquam scriptoris idiotæ, ex Bibliotheca V. C. Isaaci Casauboni.*

Commendat pluribus verbis idem alio loco, cum dicit : *Cæterum huic operi Eusebiano propter cognationem materiæ, attexuimus primum Chronicon* ἀνώνυμον (4), *hominis quidem idiotæ centonem, sed ex bonis aliquando pannis consutum, præsertim ex Eusebii et Africani analectis instructum. Fastos Siculos primus omnium, aut inter primos vocavit pater hi-*

(1) Nisi malis Petri Alexandrini Chronicon appellare.

(2) Nullus ex his auctor hujus Chron. propter temporum rationem esse potuit : in chronologia juris Græco-Romani lego Petrum Alexandrinum episcopum fuisse anno Christi 640. numero quinquagesimum, qui fuisse potuit auctor Chronici.

(3) Codex Augustanus non est antiqua littera scriptus.

(4) Miror appellari ἀνώνυμον, cum præfatiuncula præferat nomen Petri Alexandrini, seu Alexandriæ.

Digitized by Google

storiæ Onuphrius Panvinus, amicus noster, quia primum in Sicilia inventi in aliorum manus pervenerunt.

Nos Casaubonianum (5) *vocavimus, quia ille a Græculo quodam acceptum, et manu sua descriptum nobis communicavit. Quidquid igitur boni ex ea farragine hauriri poterit, illi acceptum feret, cum tenuis fructus non sit, qui ex hoc Chronico colligi potest. Errores orthographicos, qui in illo exstant, mutare noluimus, quod nos monemus, ne quis errata typographica putet. Unusquisque pro captu aut judicio suo ea emendare poterit.* Et ex Præfatione : *Quædam etiam a chronologo innominato, quos Fastos Siculos vocant, habemus.*

Intelligis ex his quid chronologi et temporum castigatores de hoc Chronico sentiant. Quod Scaliger centonem ex Eusebio potissimum, et Eusebio antiquiore Africano factum dicat, id affirmat nostram sententiam a pluribus illud auctoribus concinnatum, quando ex posteriore sæculo plura sunt adjecta.

Quæ ex hoc Chronico jam exstent.

Nudos fastos consulares primus Græce et Latine vulgavit Panvinius. Jos. Scaliger in Thesauro Eusebiano, chronologica usque ad XVIII annum Mauricii imperatoris excerptis passim et insertis historiis primus Græce tantum edidit, quæ pars trientem libri totius continet. Cur sequentes paginas omiserit vel ille, vel Casaubonus, divinare non possum, nisi quod de sacris imaginibus ibi multa mentio, quam opinor iconomachi refugere.

Nos totum opus ab orbe condito cœptum, et usque ad XIIX annum Heraclii deductum, Græce accepimus ex ms. bibl. Augustanæ, nostraque manu exscriptum versumque juris publici fecimus. Desunt duo duntaxat anni ad inscriptionis promissum, qui, uti testatur antiquarius Andreas Darmarius, vetustate aboliti fuere.

Adjecimus animadversiones et castigationes; cum enim, ut Panvinius et Scaliger experti sunt, codices mendis fœde fuisse depravatos animadvertissemus plurimum nobis in iis curandis et sanandis fuit laborandum; ubi tamen nulla certa vestigia medicinæ adhiberi potuerunt, immedicabile vulnus asterisco * † notavimus, ne ignoraret lector, et fidem nostram exploratam haberet. Quod si quis emendationem notarum suspectam habuerit, autographum ms. in biblioth. Reipubl. Augustanæ servari sciat, ad quod appellatio fieri poterit.

I. CIↃ.CIↃ.CCLXII *anno mundi cataclysmus fuit.*

Cum disciplina chronographica una sit omnium maxime impedita et prope inextricabilis, non tricabor cum scriptoribus; nostri chronographi duntaxat sententiam exponam, et quos habeat sententiæ suæ auctores, sectatores, laudatores exponam, quos item refragatores.

Primum constat hunc numerum ex Septuaginta sacrarum Litterarum metaphrastis acceptum. Qui pluribus patribus familiæ, seu generis humani conditoribus, centum annos plus tribuunt, quam Hebræi, præter Lamechi annos, ubi sex tantum annis distant, et Noethi, in cujus quingentesimo et 600 omnino conveniunt. Qua de re copiose disputat D. Augustinus, D. Hieronymus, et qui postea relicta Septuaginta Patrum sententia Hebræam et Latinam vulgarem cum Hieronymo et Augustino sunt secuti (6).

Ergo noster chronographus secutus est Septuaginta Interpretes veteris editionis Græcæ ms. quam Africanus legit et probavit, uti et Epiphanius, et Nicephorus patriarcha, Anastasius Bibliothecarius, Chronicon ex Pisida et Cyrillo, Honorius Augustodunensis, pro quorum decretis acerrime propugnat Antonius Contius, legum et temporum peritissimus observator et scriptor, qui planissimis verbis docet, totam Ecclesiam Græcam et Latinam primitus secutam esse Septuaginta Seniores usque ad tempora DD. Hieronymi et Augustini, hodieque in quibusdam sequi. Græcam vero nunquam ab iis defecisse, quorum interpretationem hodierna Ecclesia minime damnat, sed pro canonica agnoscit recipitque.

II. *PRIMA DECAS PATRUM FAMILIAS.*

Adamus CCXXX genuit Sethum.	Heb. CXXX.
Sethus natus annos CCV genuit Enos.	Heb. CV.
Enos CXC genuit Cainam.	Heb. XC.
Caina CLXX genuit Malaleelem.	Heb. LXX.
Malaleel CLXV genuit Jaredum.	Heb. LXV.
Jaredus CLXII genuit Enoch.	Heb. CLXII.
Enochus CLXV genuit Mathusalam.	Heb. LXV.
Mathusala CLXXXVII genuit Lamechum.	Heb. CLXXXVII.
Lamechus CLXXXIIX genuit Noe.	Heb. CLXXXII.
Noe D genuit Sem, Cham, et Japheth.	Heb. D.
Noe DC ingressus arcam.	Heb. DC. Diluvium.

Sequuntur ergo hanc scripturam quos supra nominavi, et accedunt his etiam recentiores. Pererius colligit tantum 2242, quia Mathusalæ XX annos ex auctoritate DD. Hieronymi et Augustini detrahit, qui apud Septuaginta jam corruptos eum numerum notarant. Cum Africanus utroque major legerit apud eosdem CLXXXVII, quem Græci Patres præsertim Hieronymi et Augustini (qui 167 legerant, et ad Hebræum codicem emendandum putarant) censura moti sunt secuti. Aldina tamen editio retinuit priscam et incorruptam lectionem CLXXXVII. Nicephorus, nostrum Chronicum Alexandrinum, Anastasius ms. Latine scriptus, Contius, et alii eamdem confirmant.

III. *Hic prophetavit.*

Liber Enochi, Ecclesiæ censura notatus, auctoritatem amisit, et inter scripta apocrypha relatus, non plane quidem est rejectus, nec plenum tamen veritatis testimonium meretur, quod sit a Judæis et hæreticis depravatus, uti et Moysis Apocalypses, Eliæ et Jeremiæ ἀπόκρυφα, et his pares, de quibus consule D. Augustinum *De civitate Dei* [l. XV, c. 23], D. Hieronymum ad Epistolam D. Pauli ad Ephesios. Non penitus autem proscripta hæc esse, et damnata, constat ex testimoniis apostolorum, qui inde quædam in sua scripta et epistolas transtulerunt, velut hic locus Judæ ex Enocho petitus est, et S. Paulus in Epistola prima ad Corinthios ex apocryphis Eliæ prophetæ transtulit illud : *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit*, etc. In Epistola rursum ad Galatas ex Apocalypsi Moysis : *Neque circumcisio est aliquid, nec præputium, sed nova creatura*, etc. Et ad Ephes. ex Jeremiæ apocryphis : *Surge qui dormis et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Pulcherrimus locus est apud Syncellum ab castigatore temporum adductus, quem transferam et transcribam. Ταῦτα μὲν (inquit) ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις, μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους, διά τε τὸ περιττά τινα καὶ ἀκριβῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, σπανίως ἐχρήσατό τισιν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ· « Τὰ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » καὶ

(5) Magna et gravis causa; ut si ego vocem *Raderianum* quod mea manu descripserim, transtulerim, ediderim, observationes addiderim. Nunquam tamen erit *Raderianum*, multo minus *Casauboni...num*.

(6) De varietate sententiarum circa hunc locum vide Jacobum Capellum, p. 1 et seq.

Digitized by Google

τὰ ἐξῆς Ἡλία ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωϋσέως Ἀποκαλύψεως· « Οὔτε περικοπή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων, « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός· » ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν, μὴ γένοιτο. Πολλοὶ γὰρ ἐβλάβησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες. Ὅθεν καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων ἐκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ γραφῇ. Καὶ ἡμεῖς τὰς προγραφείσας χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν ἐγρηγόρων παράβασιν, καὶ τὴν τῶν γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεῖος Μωσῆς μέμνηται, καὶ ὅτι δι' αὐτοὺς ὁ κοσμικὸς γέγονε κατακλυσμὸς παρεθέμεθα.

Quæ ita verto : « Hæc quidem e primo Enochi libro *De egregoris* seu *vigilibus*. Etsi non omni ex parte apocryphis fides habenda sit, præsertim a rudioribus, partim quod quædam contineant futilia et aliena a communi Ecclesiæ more seu traditione, partim quod a Judæis et hæreticis sint depravata. Enimvero et divus Paulus nonnunquam usus est testimoniis ex apocryphis quibusdam, veluti cum in prima ad Corinthios dicit : *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit*, et quæ ex divi Eliæ apocryphis sequuntur. Idem rursum ad Galatas ex Apocalypsi Moysis : *Neque circumcisio est aliquid, nec præputium, sed nova creatura.* Et ad Ephesios ex Jeremiæ apocryphis quæ appellantur : *Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Proinde hæc a nobis dicta sunt, non ad eorum temeritatem confirmandam, qui hæc sine discrimine et judicio volunt legere, absit hoc ! multi enim dum omnia vera quæ iis continentur, crediderunt, magnum inde detrimentum accepere. Unde et sancta Dei Ecclesia, et universus Patrum senatus hæc, perinde atque reliquam sacram Scripturam, vulgo legi vetuit, a simplicibus nempe et indoctis. Nos ergo testimonia supra scripta tantum ad hoc adhibuimus, ut ostenderemus egregorum seu ducum scelera, et gigantum impietatem, de qua et divinus Moyses meminit, cum propter illam mundum aquis inundatum fuisse scribit. » Hæc ex Syncello. Egregorii porro ducenti memorantur, quorum duces seu decuriones numerantur xx, quos in Thesauro Eusebiano ex primo Enochi libro nominat castigator temporum Semixas, Atarcuph, etc., ubi multa de egregoris, quamvis a Judæis et hæreticis depravata.

IV. *Videntes angeli Dei filios hominum.* Prorsus orthodoxe noster chronographus disputat, et refellit eos, qui angelos cœlestes spiritus, quos proprie angelos appellamus interpretantur, quod impium sentire cum universa Ecclesia affirmat, quæ homines pios ex Setho natos angelos et filios Dei vocat. Notat Suidas ex veteri scriptore filios Dei, seu angelos illos, esse filios Sethi, Enochi, et Enosi, verba sunt hæc : Οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼχ καὶ Ἐνὼς παῖδες υἱοὶ Θεοῦ νοείσθωσαν, οἵτινες ἀλόντες ἀκολασίᾳ πρὸς τὰς θυγατέρας Καὶν εἰσῆλθον, ἐξ ὧν οἱ ἐκ τῆς καταλλήλου μιαιγαμίας γίνονται γίγαντες διὰ μὲν δίκαιον ἰσχυροὶ καὶ μέγιστοι, διὰ δὲ τὸν ἄδικον καὶ βέβηλον, πονηροὶ καὶ κάκιστοι. Sethi, Enochi, Enosi liberi intelligantur *filii Dei* dicti, qui capti amore filiarum Caini incestas cum illis nuptias copularunt, ex quibus nati sunt gigantes, propter patres quidem justos, fortes et procerissimi, propter Cainum vero iniquum et sanguine fratris inquinatum, improbi pessimique.

Quod Scripturam attinet apud Septuaginta legebatur olim ἄγγελοι Θεοῦ, quæ hodie in Carafiana non exstat, sed ita scriptum fuisse testatur D. Augustinus, Cyrillus et alii. Aquila vertit *filios deorum*, id est, angelorum vel sanctorum. Symmachus, *filii principum*, υἱοὶ τῶν δυναστευόντων. Auctor nostri Chronici utramque lectionem agnoscit, sed eamdem utriusque explicationem. Damnat vero qui cœlestes spiritus docent amore feminarum captos. Fuere enim qui dicerent sanctos angelos de cœlo puellarum amore saucios descendisse ; eosque ex naturalibus et suis, non simulatis corporibus compositos esse. Fuere alii, qui dæmones interpretarentur lapsos, sed corpore item suo vestitos. Alii dæmonas, assumpta corporum forma ex aere fictorum vocatos, *Dei filios* existimant, feminasque iniisse, quod utrum fieri et homo inde procreari possit, disputat fuse N. Serarius, quæst. 4, c. 6, ad Tobiam. Angelos ex mente et corpore concretos existimabat Philo de gigantibus qui genios appellat aereo corpore indutos ; cum hoc facit Joseph. l. I *Antiquit.* ; Justinus martyr ; Clemens Alexandrinus, l. III *Strom.* ; Tertullianus, *De cultu muliebri* ; Lactantius, l. II, c. 15. Hinc existimant exstitisse fabulas poetarum, qui metamorphoses et connubia, et adulteria deorum cum hominibus confinxerunt, ut tradit Euseb. *Præpar. evang.* c. 4, l. I ; Julianus, teste Cyrillo. Sed de hac quæstione hic per transennam sat dictum. Lege doctissimos Pererii Commentarios ad Gen. c. VI, de diluvii causis.

Cur autem Sethus appellatus fuerit Deus, causas reperio tres : primam hausi e fragmento Chronici ex Palatina bibliotheca ab Hœschelio accepti, Sethum quadragesimo anno ætatis, hoc est, CCLXX Adami, subito raptum ab angelo, et quadraginta diebus (ut Moses) non visum, quo tempore divinitus didicit, filios suos, egregoros dictos, quos et filios Dei nominabant, peccaturos, et orbem universum aquis inundatum iri, ac (præter paucos) periturum, venturum etiam salutis auctorem Christum, atque hæc omnia parentibus Adamo Evæque quæ ab angelo accepisset, exposuisse ; in illo ergo cum angelo congressu cœlesti circumfusum splendore quem per reliquam vitam retinuerit, uti et Moyses quadraginta annis totis faciem velavit. Hanc ergo primam ferunt causam, cur Sethus fuerit dictus Deus, quam ego in medio relinquo, veritus ne ex Sethianorum, qui hæretici fuere, libris sint decerpta, qui raptum ferebant Sethum, quanquam alia absurda, quæ hic non tanguntur, attexuerint. Lege Epiphan. hær. 39 et 40, contra Sethianos et Archonticos. Alteram affert Suidas in voce Σήθ, ubi ostendit Sethum Dei nomine dignatum, propter summam pietatem et justitiam et sanctitatem. Tertiam addit ob rerum cœlestium siderumque cognitionem et scientiam.

Enimvero nomen Dei non referunt ad Sethum, sed ad ipsum Deum, quod boni et justi alias quoque in sacris Litteris *filii Dei* nominentur : *Ego dixi : Dii estis et filii Excelsi omnes.* Pari ratione angeli vocantur *filii Dei*, ut est apud Jobum, et apud Joannem I, aliis multis locis.

V. *Apud Chaldæos primus illorum dux Alorus.* Berosus primus edidit Chaldæorum principum nomina, qui ante diluvium imperarunt, quamvis aliter sentiente Syncello.

Fuit Berosus, Tatiano teste, Alexandro Macedonum rege imperante Babylone, natus sacerdos Beli, sub Antiocho III, post Seleucum, scripsit de rebus Chaldæorum et regibus libros tres. Secuti sunt hunc Abydenus, Apollodorus, Alexander Polyhistor, Josephus, quorum fragmenta in Thesauro Eusebiano leguntur. De Beroso vero et supposititio exstat singularis disputatio, quam tamen non omnes sequuntur. Falsum præter alios Goropius tradit.

VI. *Alorus* (7). Ex Apollodoro decem primi duces numerantur.

1. Alorus.
2. Alasparus vel Alaparus vel Alparus mendose credo.
3. Amilon.

(7) Eusebium adi ἐν πρώτῳ Χρονικῶν λόγῳ, ex Abydeno.

Digitized by Google

4. Amenon.
5. Metalarus.
6. Daorus.
7. Aedorachus.
8. Amphis.
9. Otiortes.
10. Xixuthrus.

Hos auctor Chronici nostri putat fuisse gigantes illos, de quibus divinæ Litteræ meminere, sed ante diluvium claros tunc apud omnes.

VII. *Quod multa malitia esset hominum super terram.* Occulta Enochi referunt gigantes præter alia veneficia scelera et flagitia humanas carnes degustasse, et anthropophagos fuisse. Μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων· plura enumerat S. Methodius martyr, quem non nemo frustra refutat propter ἀλογιστίαν chronologiæ. Animadvertendum, in temporum ratione nullum esse errorem apud Methodium, sed apud enarratorem ejus Comestorem (et qui illum sequuntur) qui, pessime intellecta Methodii ratiocinatione, tot chiliades finxit, quot Methodius nunquam cogitavit. Recitabo ipsa verba Methodii, et subjungam falsa Comestoris glossemata. « Sciendum namque est (8), inquit Methodius, exeuntes Adam et Evam de paradiso virgines fuisse. Anno autem tricesimo expulsionis eorum de paradiso genuerunt primogenitum et sororem ejus Deboram. Anno autem tricesimo centesimo vitæ Adæ occidit Cain fratrem suum Abel, et fecerunt planctum super eum. Adam quoque et Eva annis centum. Ducentesimo autem tricesimo anno primi millenarii quod est primum sæculum, natus est Seth vir gigas in similitudinem Adæ.

« Quingentesimo vero anno in eadem prima chiliade, filii Cain abutebantur uxoribus fratrum suorum in fornicationibus nimiis. Sexcentesimo autem anno ipsius millenarii, viri magno stupro amoris et fornicationis, et istorum mulieres collapsæ sunt vel diffusæ, et in vesaniam versæ sunt, etc. Octingentesimo vero anno vitæ Adæ dilatatum est super terram fornicationis inquinamentum a filiis fratricidæ Cain. Mortuus est autem Adam anno nongentesimo et tricesimo vitæ suæ in primo millenario. Et tunc distinctæ sunt generationes ab invicem, ut puta generatio Seth a cognatione Cain. Et abstulit Seth suam cognationem sursum in quemdam montem, qui erat proximus paradiso. Porro Cain et hujus cognatio in campo habitabant, in quo et nefandum fratris homicidium perpetravit. »

Animadvertis, lector, juste a Methodio expensa annorum tempora, septuaginta Patrum numerum secuto. Sed Petrus ille Comestor sus deque vertit omnia, cum illa Methodii verba exposuit : quingentesimo anno primæ chiliadis, id est, inquit Petrus, post primam chiliadem, quod a mente et verbis Methodii tantum abest, quantum a Gadibus Ganges, aut cœlum a terra. Methodius enim primam chiliadem appellat annos ab Adamo cœptos, et in millesimo finitos. Illa ergo verba (quingentesimo anno primæ chiliadis) sunt referenda ad quingentesimum annum vitæ Adami, non ad millesimum quingentesimum post Adamum. Sequitur enim Adamum in primo millenario, non post primum millenarium esse mortuum, mortuus est enim anno 930. Defuerunt adhuc ad primam chiliadem plenam septuaginta anni. Subjungit postea Methodius.

Quadragesimo autem anno temporibus Jareth pertransit primum millenarium seu prima generatio. Rectissime; nam Malaleel anno mundi 960 genuit Jaredum, Jaredi ergo quadragesimo ætatis anno pertransiit prima chilias annorum.

Sequitur in Methodio.

« Anno autem quadringentesimo Jareth (ita legen-

A dum ordo ipse et Græcum exemplar docent; non tricesimo quadragesimo, uti librarii, non Methodii, manifestus error) secundi millenarii surrexerunt viri malæ artis inventores iniqui, et omni nequitia pleni ex filiis Cain, ut Jobeth Tholucel filii Lamech, qui fuit cæcus, qui et Cain interfecit; in quos dominatus diabolus, convertit eos postea in omnem artem magicam, et omnem speciem musicam componendi.

« Anno autem quingentesimo secundi millenarii adhuc etiam exarserunt in nefandam fornicationem omnes homines in castris Cain, etc.; septingentesimo autem ab anno temporis Jareth, scilicet vitæ suæ, in secunda chiliade, composuit malignus et infestus diabolus bellum fornicationis adjungere filiis Seth, ut concupiscerent filias Cain, et profusi apparuerunt gigantes super terram de Seth, qui in peccati foveam lapsi atrocissimi fuerunt. Et iratus Dominus Deus in expletione secundi millenarii factum est diluvium aquarum, » etc.

B Legisti secunda chiliade expleta factum esse diluvium, hoc est, bis millesimo ducentesimo quadragesimo secundo [MMCCLXII], ut apud Septuaginta hodie legitur, et olim legebatur, et chronographi præstantissimi scribuit, quanquam Hebræi et hodie Latini legant MDCLVI. Methodius ergo minus potius quam plus pro Græcæ Ecclesiæ consuetudine et ratione ponit, cum in expleta secunda chiliade, hoc est bis millesimo, accidisse diluvium scribit. Interpres Methodii rudis et barbarus fuit; numeri mendosissime editi, fortasse etiam ab interprete non intellecti. Auctor Methodius vir ingentis ingenii, doctrinæ, sanctitatis, qui, teste Suida, Olympi filius, Pataris in Lycia natus, Tyri fuit episcopus, et Decio ac Valeriano in Christianos sævientibus, pro Christo Chalcide occubuit. Laudatur a D. Hieronymo, Photio, Suida. In hunc Methodii libellum capita quinque conscripsit jam olim Wolfgangus
C Aitinger Augustæ Vindel. clericus, ut ipse in fine libri suum nomen ascripsit. Sed de causis diluvii omnes tam Græci quam Latini fuse, ut hic operæ non sit verbum addere. An porro libellus hic sit Methodii germanus partus, non disputo, tantum de iniqua Comestoris interpretatione questus sum, qua alios etiam in errorem induxit.

VIII. *A diluvio usque ad molitionem turris censentur anni* DCLIX. Nicephorus duos addit. Post diluvium, inquit, anno secundo Semus filius Noe natus annos centum genuit Arphaxad. Sed Nicephorus non constat sibi, cum supra dixerit Semum anno quingentesimo Noethi natum esse, et sexcentesimo factum diluvium, quo anno Semus egit centesimum. Non ergo genuit anno centesimo Arphaxadum, sed centesimo secundo, qui annus est DCLXI. Enimvero ex Contii translatione codex Græcus Nicephori juste habet centum annos. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ υἱὸς Νῶε γενόμενος ρ' ἐτῶν γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ. Eod.
D modo ms. Athanasii codex ipsum centesimum Semi annum ponit. Ut mirer hoc loco Contium addere duos annos. Cum ex Gen. cap. XI, Moyses affirmet quidem a Semo, anno secundo post diluvium genitum Arphaxadum, sed Semum non ait egisse tum CII, sed centesimum tantum, quanquam anno DC Noe fuisse diluvium narrent sacræ Litteræ, quo anno jam Semus erat centum annorum, ergo biennio post CII. An Moses, neglectis duobus annis, rotundum numerum est secutus?

Illud hoc loci alba notandum gemma, Lucam in Christi genealogia recensenda, cum septuaginta septem patres familiæ numerat, secutum esse LXX Seniorum Scripturam, quando Arphaxadi filium scripsit Cainam, qui nec in Hebræis postea codicibus, nec vulgatis editionibus Latinis repertus est, quam controversiam cum divinarum Litterarum interpretes tractant, mirum quantum inter se dissen-

(8) Ex antiquo interprete.

Digitized by Google

tiant; singulorum fere opinationes noster Pererius ad VI cap. Geneseos ponit, et diligenter exponit, tandemque concludit ineluctabilem videri difficultatem. Toletus cardinalis ad Lucam iisdem sententiis enumeratis et expeditis ita decernit: *Existimarem potius dicendum esse in Hebræo deesse illam generationem, quæ revera legebatur; et a Septuaginta conversa est in Græcum; non est credibile Septuaginta non solum numerasse Cainam, sed etiam annos vitæ ejus, si non legissent in Hebræo. Legerunt ergo, et exemplaria illa ita habebant, nec novum est illos alia atque alia etiam tunc legisse, quæ nunc non habentur vitio scriptorum, quod etiam in vulgato dicendum est; credere enim debemus evangelistæ id affirmanti, minusque periculum est dicere exemplaria Hebraica ea in parte non haberi perfecta, quam asserere in Evangelio errorem seu mendacium vel minimum reperiri.* Eamdem sententiam amplexus Salmeron in quatuor evangelistis, qui ex Abulensi et Alberto Magno copiose super ea re disputat. Contius hic τοὺς ἑβραΐζοντας triumphat, et nimis acerbe in codices Hebræos invehitur. Sane ex hoc loco, et evangelista Luca auctoritas Septuaginta Patrum mirifice confirmatur, quam non immerito utraque Orientis et Occidentis, Græca et Latina Ecclesia, et hoc et aliis quibusdam in locis præ Hebraica, secuta est, ita tamen, ut universe plus semper tribuerit tribuatque Hebraicæ velut fonti, quam Græcæ inde derivatæ. Hoc miror, ab non nemine affirmari generationem illius Cainæ, de quo hic quæritur in Carafiana editione non legi, cum bis legatur et decimo et undecimo cap. Geneseos. Recitabo ipsa verba Græca. Decimo cap.: Οὗτοι υἱοὶ Χὰμ, ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν, κατὰ γλώσσας αὐτῶν, ἐν ταῖς χώραις αὐτῶν, καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτῶν. Καὶ τῷ Σὴμ ἐγεννήθη καὶ αὐτῷ πατρὶ πάντων τῶν υἱῶν Ἑβερ, ἀδελφῷ Ἰάφεθ τοῦ μείζονος. Υἱοὶ Σὴμ, Ἐλὰμ, καὶ Ἀσσοὺρ, καὶ Ἀρφαξὰδ, καὶ Λοὺδ, καὶ Ἀρὰμ, καὶ Καϊνᾶν. Καὶ υἱοὶ Ἀρὰμ, Οὖξ, καὶ Οὖλ, καὶ Γατὲρ, καὶ Μοσόχ. Καὶ Ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Καὶ Καϊνᾶν ἐγέννησε τὸν Σαλά. Σαλὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἔβερ. Et undecimo: Καὶ ἔζησε Σὴμ, μετὰ τὸ γεννῆσαι Ἀὐτὸν τὸν Ἀρφαξὰδ ἔτη πεντακόσια. Καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας. Καὶ ἀπέθανε. Καὶ ἔζησεν Ἀρφαξὰδ ἑκατὸν τριακονταπέντε ἔτη. Καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν. Non est ergo, quod narrat ille, cum dicit: *Antiqui et emendati codices Septuaginta Interpretum (qualis est, qui Romæ nuper auctoritate et cura illustriss. cardinalis Carafæ prodiit) non habent generationem Cainam.* Præterea quod ex Epiphanio ex hæresi 55 contra Melchisedecianos affert, non videtur firmum, cum idem Epiphanius in Ancyrato disertissime ponat ejus nomen his verbis: Σὴμ ὁ πλεονεκτηθεὶς γεννᾷ τὸν Ἀρφαξὰδ, ὡς εἴπομεν. Ἀρφαξὰδ γεννᾷ τὸν Κινᾶ (Καϊνᾶ lege), Κινᾶ τὸν Σάλα, Σάλα τὸν Ἔβερ, καὶ γίνεται ἡ πυργοποιΐα. Semus prærogativa donatus gignit Arphaxadum, Arphaxadus Cinam (sive Cainam), Caina gignit Salam, Sala Heber, sub quo turris molitio cœpta. Eodem modo in *Panario*: Σὴμ τοίνυν γεννᾷ τὸν Ἀρφάξαδ, Ἀρφάξαδ τὸν Κηνᾶ, Κηνᾶ τὸν Σαλᾶ, Σαλᾶ τὸν Ἔβερ, etc. Quod autem in 55 hæresi omiserit Καϊνὰ, fecisse videtur ob Samaritas, contra quos ibi disputat ex eorum volumine, qui Hebraicis utebantur exemplaribus, in quibus Καϊνὰ deest. Lege Græcum Eusebii Chronicon, in quo verba ex Samaritarum exemplari ponuntur.

IX. *Qui ergo fuerint, et quas orbis partes divisi habitarint.* Quæ sequitur orbis terræ partitio ex Epiphanio, Eusebio, Josepho, Africano, et aliis est deprompta. Unde et anonymi duo Latini seu barbarolatini chronographi suas terræ divisiones descripserunt, quorum alter secundo tomo Antiquæ lectionis Henrici Canisii continetur cum hac inscriptione: *Collectio historica chronographica ex anonymo qui sub Alexandro Severo imperatore vixit, collectore Gallo quodam Caroli magni temporibus.* Alter in Thesauro Eusebiano cum hoc titulo: *Excerpta utilissima ex priore libro Chronologico Eusebii et Africano, et aliis Latine conversa ab homine barbaro*, etc. Prorsus gemina sunt, quæ hic in nostro Chronographo et illis duobus leges, quantum quidem ad has primorum hominum migrationes et colonias pertinet. Omitto hic qui in Genesin Commentarios scripsere, nec exoticos Pausanias, Ptolemæos, Strabones, Phrynichos, Stephanos, Plinios, Solinos, Melas, et alios recenseo, qui terras suis definiere libris, populos, colonias deduxere, quæ disciplina geometrarum et geographorum est.

X. *De astronomia.* Sequitur mythicum sæculum seu fabulosum apud exoticos scriptores, in quo si Latini cum Græcis, et Græci inter se non conveniant, mirum videri non debet, quia fabulosum. Sacra historia singillatim per familias patrum Hebræorum continuatur.

XI. *E Semi stirpe.* E Chami sanguine Chusum natum divinæ Litteræ tradunt, corrigo ergo nostrum Chronicum. Cedrenus hoc loco eadem cum nostro de Saturno, Pico, Fauno, Mercurio, Venere, Belo, Zoroastre, Marte, Perseo et aliis narrat, multoque plura addit: nisi quod in Zoroastre noster auctor sibi non constet quod eumdem modo Chami, modo Semi progeniem affirmet. Faciunt eorumdem alii Græci mentionem. Unde porro simulacra copiose Epiphanius tractat.

XIII. *Thara* LXX *genuit Abrahamum.* a M. C. 3334.

Variant mirum in modum chronographi Latini et Græci in annis ab Adamo usque ad Abrahamum (9).

D. Hieronymi vulgata ex Hebræo editio ponit annos 1948. Judæi propter complendum jubilæum quadragesimum nonum, et quinquagesimum inchoandum apponunt duos dies. In quo multis modis vehementer Contius fallitur. Primum si 1950 per 50 dividas, non colliges nisi triginta novem jubilæos, cum Contius ponat quadraginta novem. Deinde Eusebius non ponit quadraginta novem, ut Contius affirmat, sed duos annos addit ad 1948 ut fiant 1950, qui ex falsa putatione numerat quadraginta Jubilæos, cum tantum sint triginta novem.

Præterea periodus Jubilæi constat septies septenis annis, qui efficiunt 49 non 50; si dividas 1950 per 49, colliges jubilæos 39 $\frac{39}{49}$.

Itaque si vera ratione putes annos Jubilæos, hoc est, per septies septem, sive per quinquaginta annos nunquam prodibit quadragesimus jubilæus. Erravit ergo Contius totis decem jubilæis. Eusebius uno, si quinquaginta solidos annos jubilæo complectitur. Si proprie, nihilominus decennio.

Editio Hebraica (inserta tamen ex Mariani Scoti sententia Cainana familia) hoc est, 130 annis, numerat ab Adamo ad Abrahamum annos MMCLXXVIII.

Apud Septuaginta, ut hodie leguntur, MMMCCCXIV, ex Origenis emendatione.

XII. *Unica lux erat intelligens.* Librarii vitio locus hic penitus est depravatus, quem tamen exprimere voluimus, ut in Cod. ms. hodie legitur. Sed hic juvat Æsculapium adhibere, et affecta Scripturæ loca ex aliis scriptoribus, Cedreno, inquam, Suida, et maxime ex D. Cyrillo, unde hoc ex Trismegisto testimonium transcriptum est, persanare. Audiamus Cyrillum, sed Latinum, nam Græci codicis instrumentum defuit. *Una sola erat lux mentalis ante lucem mentalem, et est semper mens mentis fulgida, et nihil aliud erat, quam hujus unitas semper in seipsa exsistens: semper sua mente, et luce, et spiritu omnia continet.* (Et post alia dicit): *Extra illum non Deus, non angelus, non dæmon, non substantia aliqua alia. Omnino enim est Dominus, et pater, et Deus, et fons, et vita,*

(9) Jacobum Capellum consule.

Digitized by Google

et veritas, et lux, et mens, et spiritus, et omnia in ipso et sub ipso sunt. (Et supra) : *Verbum enim ejus procedens perfectum existens et fecundum, et opifex, in fecundam naturam cadens, et fecunda aqua fecundam aquam fecit.* Ex hoc Cyrilli loco facile erit mendosum librarii calamum emaculare. Nam unam vocem illam πρόφωτος separo et inclusa distinguo, πρὸ φωτὸς, uti et apud Suidam legitur. Sequitur : *et est semper* (apud Suidam legitur ἦν pro ἐστὶ), *et erat mens mentis fulgida*; tollatur ergo (καὶ) interjectum inter νοῦς et νοὸς, uti et hic apud Cyrillum non reperitur, nec apud Suidam. Ergo emendate scribes hoc modo : Καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινός. Quæ sequuntur penitus corrupta sunt, sed retinent vestigia per quæ ad veram scripturam perveniamus. Καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἐν ᾧ τῆς, lege, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἑνότης ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν. *Et nihil aliud erat* (nempe νοῦς) *quam huius unitas semper in seipso exsistens.* Corrige rursum quod sequitur ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοεῖ, scribe νοῖ *semper sua mente.* Illud πάντων γὰρ Κύριος legit interpres Cyrilli πάντως omnino. Sed æque commode πάντων retinetur, *omnium enim Dominus.*

Precatio Trismegisti a Cyrillo, Orpheo, non Trismegisto ascribitur.

Cælum adjuro te Dei magni sapiens opus.
Vocem adjuro te Patris, quam locutus est primum,
Quando mundum universum suis firmavit consiliis.

Hæc prolocutum Cyrillus ait Orpheum ad Musæum, ubi exsecratus idololatriam, quam prius contra mentem in celebrandis diis secutus fuerat, meliorem de Deo sensum concepit. Alii hæc eadem ut Suidas et Cedrenus cum nostro Trismegisto transcribunt. Hos Orphei versus inter ejus opera ab Henrico Stephano edita non reperio, sed Argonautica, hymnos deorum, et de lapidibus pretiosis tantum. Laudantur et alia ex testamento illius a Clemente Alexandrino et Justino martyre. Suidas totum hunc locum paulo aliter ponit, ut hic legis.

Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοὸς φωτεινὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἑνότης. Καὶ Πνεῦμα πάντα περιέχειν, ἐκτὸς τούτου, οὐ Θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐκ οὐσία τις ἄλλη. Πάντων γὰρ Κύριος, καὶ Πατὴρ, καὶ Θεὸς, καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ὁ γὰρ Λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὢν καὶ γόνιμος ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησε. Καὶ ταῦτα εἰρηκὼς ἡῦξατο λέγων· *Ὀρκίζω σε, οὐρανὲ Θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον, ὀρκίζω σε φωτὴν Πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, ἥτικα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο. Ὀρκίζω σε κατὰ τοῦ μογγεροῦς Λόγου καὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ περιέχοντος πάντα, ὕλεως ἔσο.* Variat et Cedrenus nonnihil. Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοὺς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης, ἀεὶ ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἀεὶ τῷ ἑαυτῷ νοῖ, καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. Et mox : Καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν, etc. Et : *Ὀρκίζω σε, οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα*, etc.

Illa porro ex Orpheo : *Vocem* [verbum] *adjuro te Patris quam locutus est primum, quando mundum universum suis firmavit consiliis*, D. Cyrillus his verbis exponit : *Vocem autem Patris quam locutus est primum, unigenitum ejus Verbum dicit, quod semper cum Patre exsistit. Non enim erat tempus quando absque sermone proprio intelligeretur exsistens Deus et Pater : in ipso autem et omnium conditorem esse Deum demonstravit.*

XIV. *De Melchisedece.* Cedrenus et Glycas Sidarege Ægypti filio natum affirmat, ubi et ejus Etymon affert. Epiphanius lib. II, t. II, ger. 67, Melchisedecem ex stirpe Sidonis et Chananæis oriundum scribit. Samaritæ putant hunc esse ipsum Semum, Noethi filium, alii Eraclam patrem; Asdaroth sive Asteriam matrem Melchisedecis aiunt. Epiphanius, hæresi 55, Hieracitæ Spiritum sanctum crediderunt, quos refellit Epiph. Origenes et Didymus angelum fuisse putarunt, alii Filium Dei. De hoc fuse et A multis paginis Pererius, c. XIV ad Gen. tom. III, p. 713 et seq. Villalpandus, t. III, P. I, c. 1, p. 52 et seq., ostendit cum Samaritis Melchisedecem fuisse ipsum Sem filium Noe, sed Ignatium quoquo modo refutat. Vide et Dionysium Areopagitam. De Salem vero urbe erudite idem Villalpandus, t. III, P. I, c. 7 et seq. Melchisedecem cælibem et incorruptum decessisse tradit sanctus Ignatius et Ignatium secuti.

XV. XXVI. *Primum enim ceperunt Josephum.* Adverte, lector, numeros, qui decem Josephi tentationibus respondent in principio versus esse, post enumeratos casus Josephi simul ponendos, non eo ordine, quo in autographo, quod in ipso contextu mutare noluimus, positi sunt. Neque enim verum est iis annis accidisse singulos, quibus ascribitur numerus. Sacræ quippe Litteræ contra veniunt Gen. XXXVII, ubi Josephus uno eodemque die ad necem a fratribus destinatus in cisternam missus et venditus legitur, cum hic tres anni his tribus malis tribuantur. Eadem ratione cap. 39 alia falsa deprehenduntur. Proinde sic numeri collocandi sunt post illa verba : sequuntur decem Josephi afflictiones.

Anno Levi XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII.

1. Primum enim invidentes ceperunt illum fratres ejus.
2. Deinde accusarunt.
3. Decreverunt illum occidere.
4. Miserunt illum in cisternam.
5. Venditur Ismaelitis.
6. Ab Ismaelitis venditus est, in Ægypto Butiphari.
7. Dein cœpit domina illius pudicitiæ insidiari et nudari coram illo, et sollicitare illum.
8. Cum solum deprendisset, clausis omnibus januis nuda invasit illum, et vim adhibuit.
9. Deserta ab illo domina, reum peregit apud herum.
10. Datus est in custodiam.

CC. *Annus promissionis.*

XXXIX. Hoc anno Levi CXXII Jacobi, Josephus natus annos XXXI.

XVI. *Assistit Pharaoni.* Imo hoc accidit anno sequenti. Nam Gen. XLI diserte narratur pincernam Pharaoni post duos primum annos memorem fuisse Josephi interpretis sui. Sed de hujusmodi anachronismis in præfatione ad lectorem monui.

XVI. *Poculi initiationes.* Usitatas in Perside et Ægypto jam inde a Pici seu Jovis temporibus, per scyphum, pelves, aquam, et hoc genus alia divinationes exercendi, cum Brutius historicus, tum sacræ Litteræ in historia S. Josephi docet, *scyphus quem furati estis, ipse est, in quo bibit Dominus meus, et in quo augurari solet.* Scyphorum et pelvium ferme ead. ratio augurandi fuisse videtur ei de qua Plinius, lib. XXX. Refert de pelvi magica Nicephorus prodigium ingens his verbis : *Minime vero abs re fuerit, si celeberrimæ martyris istius prodigio admirandæ Glyceriæ et ipsius martyris miraculum conjunxero. Vir quidam cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifesto in impostorum et maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic et mago argentea fuit pelvis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum exsecrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate flagitante argentariis vendidit. Qui pretio numerato lancem eam receperunt, venalemque et ipsi pro foribus cuivis prætereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerunt. Accidit autem ut Perinthius antistes Byzantii esset, et pelvim eam, ita ut venundabatur compararet. Itaque cum vasculo empto se in sedem suam recepit, et ob reverentiam unguenti martyris Glyceriæ, sublato priore vase æneo, argenteum istud reposuit, cultui divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc sic fecit. Rivus autem unguenti constitit.*

Digitized by Google

Martyr enim ipsa piaculum detestata, gratiam et donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens enim dicebat, ut mundum immundo contingeretur. Hoc post quam diebus plurimis fieri cognovit episcopus, oppido quam graviter tulit, variasque curas in animo ipse suo, si ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutavit. Proinde ad lacrymas et preces conversus, Deo supplicavit, ut rem tam gravem auferret, et facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero rite abominationem eam amoliens, et inscitiam misericordia legitime prosequens, antistiti in somnis lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, et priorem illam æream; perinde atque puram et quasi virginem atque immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi, derepente unguentum rursus scaturit, et miraculorum latex denuo exundat. Piaculum autem exsecrandum manifesto in apertum producitur, et non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbique gloria sua redditur. Ea res ubi ad imperatoris aures, per primariæ sedis episcopum (Joannes is Jejunus erat) *relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est* (nam is resipiscentia atque pœnitentia crimen corrigere voluit); *judicium igitur maximum cogitur, et maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem actus, turpiter vitam finiit : cum prius cœdis filii sui spectator fuisset. Siquidem et hunc abunde impiæ imposturæ et maleficii portentis imbuerat. Atque hoc ita gestum.* Joannes quoque apud Cedrenum patriarcha Lecanomantis fuit, ut Cedrenus in Theophilo scriptum reliquit, et Nicetas de Andronico Engastrimythos consuluit, qui ex pelvi vaticinabantur. Legatur Delrius, *Magic. disq.* lib. IV, c. 2, q. 6, sect. 4, et superiore de cyatho.

De Pico porro et fabuloso sæculo fabularumque origine et deorum cultu omnes fere chronographi et mythologi.

XVIII. *Quando decima primi mensis inciderit.* Tria docet hic chronographus ex matheseos disciplina, primum qua via luna decima primi mensis investiganda sit, deinde decima quarta, postremo ipsa feria, qua primum Pascha celebratum est. Fundamenti loco tanquam fixum et confessum ponit, more Græcorum, a conditu mundi usque ad primum Pascha fluxisse annos 3838. Hanc annorum epocham dividit per enneadecaeteridem, sive novemdecim annorum conversionem, quam alumni mathematicorum cyclum lunæ novemdecennalem nuncupant, quod post novemdecim annos ad primum redeant, sicut in periodo solis post 28, et indictionis epinemesi post 15. Jubet porro novemdecim duci in 200, quod in tribus millibus et octingentis enneadecaeteris exhauriat millesimum et centesimum numerum epochæ. Relinquuntur 38. Triginta octo non dividit per dyadem, sed monadem, ut remaneant 19. Alioqui totus numerus 38 exhauriretur, et cum illo simul aureus numerus, qui nunquam tollendus est. Si ergo 19 ducantur in monadem, exsistunt 19 totidemque relinquuntur. Aureus ergo numerus illius anni 3838 est 19. Huic aureo numero 19 respondet, ex chronologi definitione, epacta*, seu tricesima (in Romano tamen antiquo, ponitur epacta 29) cui si addas 31 dies Martii, colligentur dies 61; abjice ex 61 quoties continetur triginta, remanebit 1; ergo is est 31 Martii. hoc est, ultimus Martii, qui mihi designat neomeniam post vernum æquinoctium. Crescat jam luna per primos novem dies Aprilis cum ultimo Martii, habebis nono Aprilis decimam A lunam primi mensis, et, quod inde sequitur, 13 Aprilis 14 lunam mensis, qua primum Pascha fuit celebratum. Eodem enim modo 14 luna sicut 10 quæritur, nisi quod pro 9 Aprilis ponam 13. Maximus monachus brevissime rem docet. Ut novam lunam vel ejus ætatem pernoscas, adde epactæ dies 11 a Kal. Martii. Summam divide per 29 et ½ (noster chronologus per 30 partitur); annorum ergo 3838 epacta est*, sive 30; dies a Kalendis Martiis usque ad 9 Aprilis 40, summa 70; si 70 dividas per 29 ½, relinquuntur 11. Cadet ergo ex Maximi sententia in 9 Aprilis luna 11 : sed si dividamus 70 per 50, uti chronologus noster, restant tantum 10. Tredecim autem priores vocat τὰς πρὸ τῶν φωστήρων, dies anteluminaria, sive dies qui post æquinoctium plenilunium præcedunt, sequentes septem προσελήνους antelunares, quod proxime lunam plenam præcedant. Atque hæc de neomenia, et luna 10 atque 14. Nunc feriam primi Paschæ hoc modo quærit. Epochæ annorum additur quadrans, hoc est, anni bissexti, cum B quarto quoque anno intercaletur unus dies post 24 Febr. His adduntur dies anni currentis, denique alii quidam numeri summæ adduntur vel detrahuntur propter feriarum radicem. Ergo noster auctor feriam primi Paschæ celebrati hoc modo indagat. Epochæ 3838 addit quadrantem ex annis bissextis 959. Ab æquinoctio vero quod fuit 21 Martii, usque ad 13 Aprilis, hoc est 14 lunam, dies fluxere 24, quibus adde tres antelunares præcedentes; collige summam ex omnibus 4824; partire per 7, relinquetur 1; hæc est feria prima, sive dies Dominicus. Primum ergo Pascha ex nostri scriptoris ratiocinatione die Dominico, quæ feria prima est, celebratum ostenditur.

Ita infra docet sanctum Joannem Baptistam anno mundi 5507, Junii 24 die lunæ natum esse. Epactæ uni addit, dies Aprilis 30, Maii 31, Junii 24; unde colliguntur 86, quæ divisa per 7 producunt 12 — 2. 12 multiplicata per 7, generant 84, remanent C duo, quæ feriam secundam indicant.

Pari modo probat 25 Martii Deum a Virgine conceptum. Epactæ 15 adde 13, et alias 7 et 5, nascentur 40. Abjice triginta, remanebunt 10. Decima ergo luna incidit in 25 Martii, quo jussus est agnus parari. Ergo 15 fuit neomenia 25, decima luna, 29 Pascha. Eadem ratione disputat de natali die Christi, de baptismo et in cœlum ascensu.

XIX. *Prometheus.* Eusebius Pamphili lib. postr. Chronicorum Prometheum, Epimetheum et Atlantem, Argum, Io, ponit 431 anno regni Assyriorum, sub quintum annum Moysis nati, quanquam idem docet ab aliis ætate Cecropis, a nonnullis LX aut XC annis ante Cecropem vixisse, noster multo posterius et rectius, ad Triopam quoque alii referunt.

XX. *Nomenclatura consulum.*

Ordinem, varietatem et auctorum diversas opiniones in Romanis fastis multi prodiderunt. Tu præter antiquos Fastos Capitolinos ac Dionysium Halicar- D nass. Victorem, Marcellinum, Cassiodorum, consule Sigonium, Cuspinianum, Panvinium, Contium, Baronium; de Scaligero nihil dico, cum emendationes ejus temporum ab Ecclesia sint proscriptæ.

XXI. *Elias Thesbites.* Hæ sanctissimorum vatum vitæ reperiuntur in Dorothei Synopsi, et copiosius a Perionio descriptæ. Epiphanium, quem noster auctor laudat, desideravi.

Has ego Animadversiones ad finem usque pertexuissem, nisi majorum auctoritas opera mea aliis in negotiis usa esset, utereturque hodie. Hic est status et conditio sociorum, ut et inchoare, et inchoata relinquere pro usu et necessitudine rerum cogamur, ostendantusque ex omni genere studiorum, nobis id maxime studendum, ut obsequi studeamus.

Digitized by Google

ANNO DOMINI DCXXX

GEORGIUS PISIDA

DIACONUS CONSTANTINOPOLITANUS.

Prodierunt scripta Pisidæ quæ infra recensentur, in *Historiæ Byzantinæ nova Appendice*, opera ipsius Pisidæ, Theodosii diaconi et Corippi Africani complectente, Gr. et Lat. cum notis, edita a Petro Franc. Fogginio. Romæ 1777 fol. Pisidæ autem peculiaris editor est Jos. Maria Querci, ut patet ex inscriptione : *Georgii Pisidæ de expeditione Heraclii contra Persas acroases tres; ejusdem Bellum Abaricum; ejusdem hymnus acathistus; ejusdem in sanctam Jesu Christi Domini nostri resurrectionem; ejusdem Heracliadis acroases duæ; ejusdem Hexaemeron, sive de opere sex dierum; ejusdem de vanitate vitæ; idem contra Severum; ejusdem encomium in Anastasium martyrem; ejusdem Senariorum fragmenta. Quæ omnia versibus descripta ex mss. collegit, emendavit et Latine vertit notisque illustravit Jos. Mar. Querci, Florentinus.* — Scripta Pisidæ historica, id est *Expeditio Persica*, *Bellum Avaricum*, et *Heraclias*, ab Immanuele Bekkero recognita edita sunt in nova recensione Scriptorum Historiæ Byzantinæ, consilio B. G. Niebuhrii C. F. instituta, auctoritate Academiæ litterarum Regiæ Borussicæ continuata. Bonnæ 1837.

JOSEPHI MARIÆ QUERCII

FLORENTINI

DE GEORGIO PISIDA EJUSQUE SCRIPTIS PRÆFATIO.

Georgius, qui postea diaconus Cpolitanus fuit, a Pisidia, quæ erat Asiæ minoris regio inter Lydiam, Phrygiam et Cariam constituta, habuit originem, unde cognomento Pisida dictus est. Plures, nec parvi quidem nominis urbes a veteribus geographis memorantur in Pisidia : sed cum nullibi Georgius patriam prodiderit suam, ab ipsa potius regione *Pisida* quam aliter ab aliqua civitate nominandus venit : id autem cognominis diversimode scriptum in mss. codicibus invenitur, Πισσίδου, Πισίδου, Πισιδίου, Ηησίδου, Πησίδη, Πισσίδους, Πισίδους, ac Stephanus quidem Byzantinus *De urbibus* eos, qui e Pisidia orti essent, Πισίδας et Πισιδεῖς appellari ostendit, quod Lucas Holstenius in suis ad eumdem Stephanum castigationibus confirmavit, referens apud Pyrrhum Ligorium exstare nummum, in quo Minerva duos leones tenet, cum epigraphe ΠΙΣΙΔΑΙΩΝ. In Strabone autem lib. I, p. 60 etiam Πισιδικοί, qui e Pisidia essent, denominantur. At a Clemente Alex. tom. I, p. 61, Cleanthes philosophus Stoicus, quod e Pisidia, ut noster Georgius, esset oriundus, Πισαδεύς appellatur ; proinde non recte Sylburgius et Menagius putarunt ibi Ἀσσεύς pro Πισαδεύς substitui debere, quamvis certum sit ex Asso Lyciæ urbe ortum esse Cleanthem : maluit enim Clemens eum a provincia *Pisadeum* quam a patria urbe *Asseum* vocare. Cæterum una omnium consentiens vox est, Pisidas fuisse quondam *Solymos* nuncupatos ; ac suis quoque temporibus quosdam in Lycia habitasse populos βαρβαρικώτερον Τζελύμους ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλουμένους, testatum reliquit Eustathius *Comment. in Iliad. II*, 876, *edit. Polit.*, *p.* 802 ; sed quæ recta esset hujus gentis appellatio, videtur definiisse idem Eustathius in Dionysium Periegetam, v. 858, dicens : Πισιδέων πεδίον, οὓς καὶ Σολύμους τινές φασι, λιπαρὸν λέγει.... ἀπὸ Πισίδου δέ τινος ὀνομασθῆναι λέγονται οἱ Πισίδαι δι' ἑνὸς σ ἐκφερόμενοι, καὶ ποτὲ μὲν ἐν συστολῇ, ποτὲ δὲ ἐν ἐκτάσει τὴν ἄρχουσαν. Perperam igitur Georgium nostrum alii Pisidam, alii Pisidem, Pisidium alii, et alii Pisidensem vel Pisidiam appellant ; nos Pisidam vel Pisidem nominabimus. Vivebat ille clarus circa annum Christi 630, temporibus [p. IV] Sergii patriarchæ et Heraclii imperatoris, cujus rei fidem faciunt indubiam ejus scripta, in quibus laudes in eos usque ad satietatem aggerit. Utriusque plane gratiam iniisse dicendum est eum, qui e Pisidia ortus in magna ecclesia Cpolitana dignitates postea consecutus est. Fuit enim in æde sanctæ Sophiæ diaconus, et scevophylax, quibus titulis occurrit insignitus in cod. Vat. 1126. Equidem scio circa hæc tempora clerum Cpolitanum tantum excrevisse, ut Heraclius sua sanctione *in Novellis* 2, 4, cum diaconos tum alios ordines in immensum auctos, ut jam eis assignatæ στάσεις vel sedes vix sufficerent, ad certum numerum redigere decreverit. Quare mirarer minus Georgium Pisidam in ecclesia majori receptum fuisse, si inter diaconos tantummodo fuisset cooptatus . sed cum scevophylax etiam fuerit, majorem plane injicit nobis de se opinionem. Nam σκευοφύλαξ, *cimeliorum* vel *vasorum ecclesiæ custos*,

Digitized by Google

tertia erat post magnum œconomum et magnum sacellariorum dignitas inter ἐξωκατακοίλους vel majores ecclesiæ officiales, ἄρχοντας quoque propterea appellatos, ut videre est in Codino *De offic. CP*, lib. I, qui in ipsa ecclesia et in publicis consessibus patriarchæ semper assistebant, et episcopos ipsosque metropolitas præcellebant. Scevophylacis munia, recenset Allatius *De utriusque Eccl. cons.* lib. III, c. 8: Ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήκεται, ὅταν λειτουργῇ ὁ ἀρχιερεύς, ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου· καὶ εἴ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροὺς καὶ ἀλλαγὰς, ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας· ἔχων δὲ καὶ τὰς χειρουμένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς κληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοῖς ταῦτα. Sed cum plures tunc essent in ecclesia Sophiana scevophylaces (quatuor enim erant ex ipsius Heraclii præscripto presbyteri, diaconi sex, lectores duo), non admodum facile quis concedet Georgium nostrum inter eos, qui eadem dignitate donati essent, primas tenuisse, et *magnum scevophylacem* a nobis nullo bono jure vocari contendet. Argumenta plane non suppetunt, quibus scevophylacii præfecturam Georgio asserere possimus, sed suspicionem movit tum ipse titulus, tum ea qua Sergium et Heraclium attingebat summa necessitudo. Nam Sergium quidem ita sæpe laudat, ut ei multa familiaritate conjunctus videatur. *Hexaemeron* ei dicat, idque operis ipso monente se suscepisse demonstrat statim in principio, v. 32: Ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου. Et paulo post, v. 49, ejus favore fretum et incitatum stimulis opus aggredi testatur: [p. V.] Πρὸς τὸν σκοπὸν τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις. In fine autem v. 1879 patriarcham ipsum pro salute imperatoris et regni felicitate multas lacrymas, precesque ad Deum fundentem se vidisse affirmat: ἔγνωμεν αὐτὸν, κἂν δοκῇ λεληθέναι. Quid simile occurrit in *Abaricis* legendum: ibi enim, v. 235, Sergium contra Barbaros lacrymis et suspiriis dimicantem repræsentat Georgius, quasi omnium rerum ipse esset conscius, quæ a patriarcha gerebantur. Quod autem ad Heraclium spectat, aliqua certe in existimatione apud eum fuisse Georgium demonstrant *Acroases* in eum scriptæ eique confidenter oblatæ. Ita enim *acroas.* 1, 37 *De exped.* imperatorem alloquitur: Μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους· ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκθωπευμάτων, ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει. Quod sane confirmat *acroas.* 3, 374, dicens: Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω. Id autem recte admodum affirmabat Heraclio Pisida: non enim ille de rebus longe peractis et a se multo temporis vel loci intervallo semotis, sed de iis quorum ipse fuerat αὐτόπτης et oculatus testis, loquebatur. Quippe dubium omnino non est eum fuisse comitem Heraclii in prima expeditione contra Persas: ita enim ea quæ acta sunt narrat, vel potius describit, ut singulis interfuisse, statim legenti pateat. Sed eum ipsum audire juvat de se loquentem. Ait enim *acroas.* 2, 122, belli præludia inspexisse: Πόθῳ δέ μοί τις ἐνθάδε προσήρχετο ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης πρωΐλια. Apertius autem suam inter arma præsentiam declarat, *acroas.* 3, 131, dicens milites pro imperatoris salute collacrymantes vidisse, unque simul eum illis flevisse: Τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήθην εἰκότως καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον, τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων. At in eadem acroasi, v. 343, Heraclium [p. VI] ipsum, qui primo bello jam confecto e Perside in urbem erat reversurus, de susceptis laboribus gaudentem suis auribus audivisse sic refert: Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτράνους ὅτι βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥᾳθυμίᾳ ἔζησα ταύτας τῷ Θεῷ τὰς ἡμέρας. In fine tandem ejusdem acroaseos, v. 353, hydræ, hoc est erroris late apud Persas serpentis, unum caput se vidisse testatur: Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον. Itaque si Pisida, ut est apertum, Heraclium in Perside dimicantem comitatus est, eumque suæ pietatis virtutisque testem habere imperator non est dedignatus, quali in pretio apud ipsum regem, necnon in tota aula Byzantina fuerit, satis inde, opinor, elucet. Neque enim ut gregarius miles ducem suum, sed ut poeta principem ac dominum secutus est, ut quæ ab ipso gererentur inspiceret et scripto mandaret. Quo quis factum fortasse credat, æque charum fuisse Heraclio Pisidam ac olim fuit Scipioni Africano Ennius, quem morte obita in sepulcro Scipionum esse constitutum e marmore tradit Cicero *Pro Archia*. Nimirum si verum est, quod teste Allatio *Liatr. de Georgiis* affirmat Hamartolus in Chronico adhuc inedito et ex Hamartolo Cedrenus, Heraclio in hoc bellum profecturo et in ecclesia Magna opem a Deo contra hostes petenti fausta apprecatum esse coram omnibus Pisidam, non immerito inde colligi posse putamus eum, qui ingenii laude clareret et aliquo honoris titulo præfulgeret insignitus, inter comites imperatoris jam tunc fuisse allectum. Ipse autem, quod nosset quanta esset sui nominis commendatio, poetica quadam licentia, nisi malis divino furore percitus, bonis ominibus Heraclium prosequi non dubitavit. Ait enim Cedrenus, p. 420: Ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος πρὸς Περσίδα χωρεῖν.... εἰσελθὼν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενος καὶ πρηνὴς πεσὼν ηὔξατο.... ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης ταύτης ταπεινώσεως ἔφη· Ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον εἰλίξας τόδε βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων. Ex quibus quinque iambis duos tantum suum ad ingenium effinxisse Cedrenum plane ducebar ad suspicandum. Verum cum celeberrimi sint et omnium recentiorum Græcorum ore vulgati illi duo senarii, præterea etiam in cod. Vaticano 1126 et in aliis codicibus seorsim scripti ac repetiti [p. VII] legantur, quod ex nostris adnotationibus in *Fragmenta* Pisidæ v. 20 apparet, ut fictam fabellam hanc de Georgio et Heraclio narratiunculam prorsus rejicere non audebam. Neque enim ignorabam usum in aula Byzantina quondam invaluisse, ut poetæ suas elucubrationes coram ipsis regibus et patriarchis recitarent, easque ἀκροάσεις (*auscultationes* diceres) ap-

Digitized by Google

pellarent, quod populo audiente publice et palam legerentur. Testem adhibebo Paulum Silentiarium, qui suæ de æde Sophiana descriptionis primam partem in regio palatio coram Justiniano imperatore, secundam autem in episcopio coram Eutychio patriarcha recitavit, ut ex iambis et titulis poematio inscriptis fit manifestum. Quod autem magis adhuc Cedreno fidem conciliare videatur, mos ille est olim Cpoli receptus de acclamandis perpetuo imperatoribus, quod persæpe etiam fiebat iambis, ut videre est in Constantino Porphyrogenito *De cæremon. aulæ Byzant.* ab Joan. Henrico Leichio et Joan. Jac. Reiskio superioribus annis edito. Ibi enim, p. 16, legitur quod imperatore magna pompa procedente in sancta et magna Dominica ad sacra, factionum acclamationes fiunt, et Venetæ notarius adest, καὶ δεῖ αὐτὸν περιπατεῖν ὄπισθεν τῶν δεσποτῶν πλησίον, καὶ λέγειν τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, deinde ἄρχεται ἰαμβίζειν ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων μαΐστωρ. Tum ὁ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων μαΐστωρ ἄρχεται ἰαμβίζειν, donec ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων νοτάριος ἄρχεται καὶ αὐτὸς ἰαμβίζειν ἕως τοῦ ἁγίου φρέατος. Id autem in omnibus solemnibus pompis fieri solitum passim ostendit idem Constantinus. Unde quamvis satis appareat iambos qui a factionum magistris recitabantur, hymnum vel cantiunculam fuisse, qua ipsi alternis vicibus fausta adprecarentur imperatori, nihilo tamen minus inde fit probabilius Pisidam iambis a Cedreno laudatis Heraclium in magno templo orantem de improviso salutasse.

Verum qualecunque sit sapientum virorum hac de re judicium, id unum ex hactenus præmissis colligo, Pisidam, si non ut magnum scevophylacem, certe ut unum ex diaconis scevophylacibus, apud Sergium et Heraclium plane gratiosum hominem exstitisse, utpote qui multum polleret ingenio et scribendi facultate. Sed non audiendi sunt omnino qui eum modo chartophylacem modo referendarium faciunt. Suidas quidem in v. Γεώργιος diaconum et chartophylacem, Nicephorus Callistus autem *Hist.* 18, 48, referendarium eum appellat. Maxima etiam codicum mss. est inconstantia in titulo et dignitate designanda Pisidæ : nam in codicibus biblioth. Regiæ Parisiensis et in quibusdam etiam Vaticanis diaconus tantummodo vocatur ; et in cod. Vindobonensi 209 apud Lambecium, lib. v, p. 19, diaconus et referendarius, et lib. vi, p. 162, diaconus et chartophylax ; itemque in biblioth. Taurinensis cod. 304, chartophylax ; et in codice 360 referendarius dicitur. Perperam autem doctissimus Fabricius lib. vii, p. 691, utrumque titulum conjunxit, et Georgium nostrum chartophylacem et referendarium declaravit : nam quæcunque fuerit ejus dignitas, certe una simul chartophylax et referendarius esse non potuit, quod chartophylacis et referendarii duo essent munera in ecclesia Cpolitana distincta, quæ non unus obiret [p. VIII], sed quæ viritim in duo capita distribuerentur. Melius Allatius testimonio Suidæ fretus, et Oudinus Allatium secutus, diaconum et chartophylacem Georgium nominarunt. At Guillelmus Cave minus accurate scribens, et in toto articulo de Pisida texendo turpiter allucinatus, eum fecit et rhetorem et chartophylacem Magnæ ecclesiæ Cpolitanæ, deinde etiam metropolitam sive archiepiscopum Nicomediensem. Si pro rhetore poetam dixisset Pisidam, nulla esset controversia : at nulla ejus exstant opera rhetorum more scripta, nec quid simile unquam elaborasse traditum est, sed rhetorem et archiepiscopum Nicomediensem fecit Cave eodem errore ductus, quo ante eum alii decepti sunt, Georgium Pisidam cum Georgio Nicomediensi confundentes, quod invenissent utrumque pluribus in codicibus et Georgium et chartophylacem appellatum ; quamvis nemo, quod sciam, Pisidam rhetorem nominavit præter Cave, qui, ut videtur, fucum sibi fieri passus est vel a codice biblioth. Antonii Augustini, in quo oratio εἰς τὸ Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ, sub Georgii rhetoris episcopi Nicomediæ nomine legebatur, vel a codicibus Vindobonensibus apud Lambecium, lib. v, p. 144 et 277, et lib. viii, p. 222, in quibus omnibus illa eadem oratio venit sub nomine Γεωργίου ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας τοῦ ῥήτορος. Cum autem ex duobus Georgiis unum ipse facere semel statuisset, rhetoris titulum Nicomediensi tributum ad Pisidam transferre minime dubitavit. Cæterum multæ sunt notæ quibus hi duo Georgii inter se facile distinguantur : nam Pisida, ut dictum est, sub Heraclio vivebat ac fuit diaconus et scevophylax et poeta, Nicomediensis autem, ex quo temere et Lambecio reclamante, lib. i, p. 135, et lib. iv, p. 21 *Nicomedium* quemdam conflavit Possevinus in Appendice *Apparatus sacri*, tempore Photii floruit, ex rhetore et monacho, si fides adhibenda est codicum titulis ab Allatio in eadem diatriba *De Georgiis* relatis, archiepiscopus Nicomediæ postea factus. Combefisius omnium primus videtur deceptus in recte dignoscendis duobus hisce Georgiis : sed errorem ille suum agnovit ac fassus est in *Bibl. concionat.*, in qua sermones Georgii Nicomediensis, quos Græce et Latine, tom. I *Auctarii novi* dederat, plerosque ex interpolata, nonnullos etiam ex nova sua versione exhibet tantum Latine. Sed ne quid intactum hac in re definiendo relinquamus, juvabit audire Allatium, qui de Georgio nostro scribens disertis verbis ait : *An postea in episcopatum Nicomediensem promotus idem cum Georgio Nicomediensi fuerit, cui plures nec illaudabiles orationes panegyricæ tribuuntur*, quas Allatius ibidem de Georgio Nicomediensi agens enumerat, *in dubium nec immerito verti poterit. Alium tamen hunc a Georgio Nicomediensi, qui temporibus Photii Photio ipsi operam navarat suam in Photiana synodo, annorum ipsa spatia abunde probant : a Sergio enim patriarcha, cui Pisida Hexaemeron opus inscripsit, ad Photiana tempora anni ducenti et quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomediensis episcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. Et fuisse episcopum, illo forsan non male suaderi possumus : nam oratio in verba Joannis « Stabant juxta crucem Jesu mater illius et soror matris, » cujus initium est* πρὸς ὑψηλοτάτην *περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος, in mss. codicibus Georgio Nicomediensi ascripta, in codice alio ms. quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fusior ac multo amplior legitur, Pisidæ cognomen Georgio Nicomediensi adjungit : sic enim legitur*, Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισσίδη· *exscriptoris lapsum*, cui ista

Digitized by Google

non placuerint, in codice esse [p. IX], *et puerilem oscitantiam, qualia multa in titulis præfigendis pueri amant, fatebitur. Non contra ibo; imo lapsum concedo.* Πισσιδείας *namque, cum in exemplari, ut verisimillimum est, legeretur, in Pissidem ad pauca intentus exscriptor transmutavit. Diversusque est etiam ab alio Georgio Pisidiæ episcopo, cujus memoriam Græcorum fasti die 19 Aprilis celebrant, fastu ac tyrannide Iconomachorum martyre, cum hic Antiochiæ Pissidenæ fuerit antistes :* Οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν εἰκονομάχων, ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Ἀντιοχείας τῆς Πισσιδείας. *In re tamen obscurissima non diutius memorandum mihi esse censeo.* Ita Allatius ; qui qua de causa rem obscuram vocet, quam ipse adeo luculenter explanavit, ignoro. Patet enim Georgium Pisidam a Nicomediensi esse diversum, et pro uno a quibusdam tantummodo doctis viris fuisse acceptum, quod uterque in codicibus et Georgius et chartophylax inscriberetur. At nos jam tandem, ne ulla amplius dubitandi sit occasio, chartophylacis titulum Georgio Nicomediensi relinquamus, Georgium autem Pisidam scevophylacem nominamus, auctoritate freti codicis Vaticani, quo plane in tot bibliothecis non exstat alter vel antiquius vel nitidius scriptus, ut infra erit dicendum. Minime autem hujus codicis auctoritatem, quam nos sequendam ducimus, Suidæ et Nicephori labefactat auctoritas, qui Georgium vel chartophylacem vel referendarium dixerunt : nam Suidæ lexico plura esse addita a recentioribus Græcis certum est, Nicephorus autem adeo negligenter loquitur de Pisida (quod ex v. 535 *Poem. contra Severum* et ex *Fragment.* v. 184, patet) ut neutiquam videatur attendendus.

Verum cum nullum exstet antiquius de Pisidæ scriptis testimonium quam quod in eodem Suida invenitur, præstabit hoc ipsum legentium oculis sistere et paulo attentius considerare : quamvis enim Allatius, Kusterus et Fabricius singula verba Suidæ multum accurate perpenderint, nonnulla tamen adhuc observari nobis continget. Verba hæc sunt : Γεώργιος διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης, ἐξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ἔτι τε Ἀβαρικά · καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον. Igitur quæ teste Suida scripsit noster Georgius, hæc sunt : 1. *Hexaemeron*, 2. *in Heraclium*, 3. *De bello Persico*, 4. *Abarica*, et 5. *Encomium Anastasii martyris :* atque id quidem non satis recte definitum est a Suida. alia enim ejusdem auctoris opuscula nobis invenire contigit, quæ a Suida non memorantur, vel quod eorum ipse nullam habuerit notitiam, vel quod, ut tamen minus vero esse simile nobis videtur, ea esse contemnenda putaverit. Ac 1. *De Hexaemero*, quod affirmat longum fuisse poema, quod tribus mille senariis constaret, dubitarem omnino, an id unquam verum esse potuerit, cum nullibi appareat Hexaëmeron esse mutilum, et ex omnibus codicibus diligenter excussis atque evolutis vix duo millia iamborum nobis colligere licuerit. Quare tot versus intercidisse persuadere mihi non poteram, ac potius mendum in Suidæ textum irrepsisse mecum ipse cogitabam, ut pro τρισχίλια [p. X] legendum esset δισχίλια. Verum, si placet quosdam etiam versiculos ex hoc poemate avulsos desiderari, non negabo : cum enim totum constet multis quasi particulis et membris, nil plane facilius quam ut exscriptorum incuria una vel altera perierit et efluxerit ex illis descriptionibus, quas de lapidum plantarumque et animalium qualitatibus fortasse exhibebat auctor. Id autem codices ipsi confirmare videntur, in quibus omnibus, si unum Vaticanum 1126 excipias, perperam scriptum, interpolatum ac mutilum Hexaemeron deprehendes. 2. *In Heraclium imp.*, quæ Suidas testatur scripsisse Pisidam, sunt plane acroases tres, quæ statim in principio hujusce tomi occurrent sub hoc titulo : Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Hoc opus una cum aliis, quæ deinceps a Suida laudantur, intercidisse omnium primus arbitratus est Kusterus, ac post eum Cave, qui etiam de suo nobis obtrudit acroases de Heraclio agentes *Historiam rerum ab Heraclio gestarum et belli Persici* continere. Utinam historiam potius quam jejunos versiculos scripsisset Pisida, ex quibus sæpe divinare vix possis quid ipse sentiat. Oudinus omnia Pisidæ opera a Suida memorata exstare in bibliotheca Vaticana ex Maltreti præfatione in Procopium didicerat, sed ipse quoque cum Cave in errorem adductus *Historiam de rebus Heraclii* nobis reliquisse Pisidam existimavit. Inde, ut sentio, eorum ortus est error, quod ante Maltretum ex Suidæ textu non satis liqueret, quæ noster Georgius metro astricta et quæ soluta oratione scripta posteris tradidisset, ut mox dicemus. 3. *De bello Persico* quod addit Suidas scripsisse Pisidam, ad geminas acroases referendum est, quas grandi ac nimis turgido *Heracliados* titulo insignitas sub numero v operum Pisidæ hic invenies. Allatius *Heracliadem* unum esse opus cum superiore perperam censuit; et plane mirum videtur tantum virum decipi potuisse, qui *De Georgiis* ageret ex professo, qui de Pisida tam diserte scripsit, qui bibliothecæ Vaticanæ fuit præfectus meritissimus ac nulli plane secundus qui tandem, quod vel maximum est, præfecturæ hujus munere tam laudabiliter functus est post Holstenium, a quo Maltretus ipsius Pisidæ opuscula acceperat. Verum omnino dicendum est Allatium, qui omnes ejus bibliothecæ thesauros investigarat, hunc tamen, nescio quo casu, latuisse codicem, ex quo primum Holstenius ac nos deinde Georgii scripta deprompsimus : neque enim ullibi illius codicis mentionem facit. 4. Ad *Abarica* quod spectat a Suida quarto loco laudata, a nobis autem in secundo reposita, certum est æque ac alia tria, de quibus egimus, opera iambis scripta esse. Qui enim cum Cave et Oudino hæc omnia prosa effudisse Pisidam putarunt, omnino falsi sunt, quod in Suidæ editionibus prioribus excusum legissent ἔτι τε Ἀβαρικὰ καταλογάδην. Sed vocem καταλογάδην ad sequentia esse referendam primum recte conjecit Kusterus ex ms. Parisiensi, ac deinde a Maltreto edoctus confirmavit Fabricius; quare textus ille prorsus ita est interpungendus : ἔτι τε Ἀβαρικά. Καταλογάδην ἐγκώμιον, etc. Nam quod pro quinto opere Pisidæ proponit Suidas, *Encomium Anastasii martyris*, vere

Digitized by Google

καταλογάδην *prosa* scriptum est, ac vere etiam de Anastasio Persa agit, non de aliquo Athanasio, ut suspicionem movit Kusterus ex ms. Parisiensi Suidæ, in quo pro εἰς τὸν Ἀναστάσιον legi affirmat εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, quæ sane lectio vulgatæ nequaquam est præferenda.

[p. XI] Jam vero de omnibus operibus Pisidæ, ac de ordine quo illa edenda esse censuimus, pauca dicamus : fusius enim in monitis peculiaribus ad unumquodque poemation præfixis hæc pertractata sunt. Igitur quæ hactenus reperiri potuerunt (si qua tamen alia præter ea quæ proferimus in lucem scripsit Georgius) hæc sunt.

1. Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως· *De expeditione Heraclii imp. contra Persas*, tres sunt acroases, 1098 iambos continentes, in quibus virtus et religio Heraclii immodicis fere laudibus extolluntur, quod ille actus Chosroæ regis impietate et perfidia in Persidem arma moverit : Κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἀπληστίας; ἀλλ' ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους, ut ait acroas. 1, v. 106. Itaque Heraclius Paschate celebrato et Servatoris imagine munitus navem conscendit, ab Heræi promontorio solvit, ac tempestate primum jactatus in Ciliciam appellit. Ibi habito militum delectu omnes ad arma instruit, instructos in Persas impellit, de quibus statim relata victoria intus in Persidem irrumpere molitur : sed cum Barbari de more ruptis fœderibus de invadenda regia urbe cogitarent, Byzantium redire cogitur : Ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ, καὶ τῷ στρατηγῷ τὸν στρατὸν συναρμόσας, καὶ τῷ Θεῷ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας, πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις. Ita Pisida acroas. 3, 336, suas de prima expeditione Heraclii in Persas Acroases concludit, in quibus satis diligenter omnia persequitur : scribebat enim quæ sub ejus oculis acta erant, ut superius observatum est. Verum frustra Pagius in Baronium ann. 626, 4, ex his sperabat se posse supplere quæ a chronographis in Historia Heraclii omissa sunt, quod crederet Pisidam de bello Persico scribentem historici, non poetæ munere esse functum diligenter. Ait enim : *Omissio illa nonnisi ex Georgio Pisidio auctore coævo, qui edidit libros tres De bello Persico, quos Holstenius habuit, suppleri potest. Quare cum is omnia manuscripta sua Eminentiss. card. Francisco Barberino legaverit, rogavi V. C. Schelestratium bibliothecæ Vaticanæ præfectum ut pro sua in me benevolentia ex Pisidio describere vellet, quæ anno sexto belli Persici gesta fuisse narrat. Sed ad me rescripsit vir eruditissimus se omnia mss. bibliothecæ Barberinæ, præsertimque quæ fuerunt Holstenii, ibidem separatim asservata, studiose percurrisse, sed nihil sibi Georgii Pisidii occurrisse. Quare alia via nobis ineunda erit, ut integram belli hujus historiam exhibere valeamus.* Ita plane : nam nec Pisida ea omnia quæ ad bellum Persicum spectant persecutus est, nec Pisidæ libros in bibliothecam Barberinam intulit Holstenius, sed ex Vaticana exscriptos misit Maltreto [p. XII]. Cæterum hoc poemation, de quo plura alibi dicta sunt, omnium opusculorum Pisidæ primum est, ac proinde prima in sede collocandum fuit. Quæ sequuntur enim pertinent ad ea quæ acta sunt post annum 12 imperii ejusdem Heraclii, Christi 622; in quem incidit memorata Persica expeditio prima.

2. Εἰς τὴν γενομένην ἔφοδον τῶν Βαρβάρων καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἀστοχίαν, ἤτοι ἔκθεσις τοῦ γενομένου πολέμου εἰς τὸ τεῖχος τῆς Κωνσταντινουπόλεως μεταξὺ Ἀβάρων καὶ τῶν πολιτῶν· *De incursione facta a Barbaris ac de frustrato eorum consilio, sive expositio belli quod gestum est ad mœnia Cpoleos inter Abares et cives.* Hujus poematis, quod constat 541 senariis, nullam mentionem ingessit Allatius; quod plane confirmat codicem Vaticanum, ex quo depromptum est eum non vidisse. De Abaribus, qui cum aliis feris gentibus Romanorum ditionem invadere ac vi et ferro vastare iterum iterumque moliti sunt, pluribus agunt scriptores Byzantini. Nos in monito et notis ad hoc poemation, quantum satis est, diximus. Heraclius secundo bello contra Chosroam suscepto adeo præclare rem statim gesserat, ut anno vertente 626 fere in desperationem actus Chosroes *advenis*, ut ait Theophanes, p. 263, *civibus et famulis, ex omni nimirum genere viris allectis*, ultima experiri decreverit. *Sarbarum vero cum reliquo exercitu Cpolin versus misit, ut initis pactis cum Hunnis (Abares eos vocant) Abaribus, Sclavis, et Gepidibus, una simul omnes urbem impressione facta adorirentur.* Sed ut in Perside, sic etiam ad Chalcedonem Persarum spes conciderunt, Abaresque eorum fœderati, Dei ac Virginis Deiparæ ope, fusi ac cæsi sunt. Nimirum Pisida urbem a Barbarorum insidiis non tantum arte et armis quantum miraculo servatam fuisse contendit. Hujus enim belli contra Abares principem ducem statuit fuisse Virginem ac deinde Sergium patriarcham, qui Virginis mandata in preces et lacrymas effusus exciperet atque exsequeretur. Propterea enim sic alloquitur, v. 254 : Ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων ἀντεστρατήγεις ἐξ ἄθλου καρδίας τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις. Τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα, πύργους δὲ πίστιν, καὶ βέλη τὰ δάκρυα. Sed quod verum est, acriter pugnatum est terra et mari, ut ex Chronico paschali, p. 391 et seqq., intelligitur. Quamvis autem cives Cpolitani strenue se gesserint in hoc bello, et Heraclius in Perside detentus de salute urbis valde fuerit sollicitus (v. 278), nihilominus illud plane ultimum [p. XIII] fuisset urbis exitium, nisi præsens de cœlo advenisset præsidium et munimen. Porro, si fides habenda est auctori Chronici paschalis, ipse Abarum dux Chaganus nonnisi territus destitit ab urbis expugnatione, quod Deiparam vidisset pro Cpolitanis dimicantem : Καὶ τοῦτο ἔλεγε τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι « Ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν. »

Digitized by Google

3. Ἀκάθιστον ὕμνον, *Hymnum acathistum*, qui ob victoriam de Abaribus in recens memorato bello relatam scriptus fuit, nemo, quod fateor, inter opera Pisidæ recensuit. Nos qua ratione ducti vel quibus argumentis freti id faciendum duxerimus, suo loco exposuimus. Si cui tamen nimis infirmæ ac leves nostræ conjecturæ videbuntur, is plane cuivis potius quam Pisidæ hunc hymnum attribuat. Verum scripsisse Pisidam, ut cætera omittam, inde etiam fieri possit probabilius, quod ipse in superiori poemate post descriptionem belli Abarici populum Cpolitanum ad hymnum concinendum hortatur v. 502.

4. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *In sanctam Jesu Christi Dei nostri resurrectionem*. Breve est poematium, constans 429 senariis, in quo Pisida, sumpta occasione a magno Paschatis festo, Christianis præceptis imbuit filium Heraclii, Flavium Constantinum, eumque ad imitanda præclara gesta patris inflammat. Scribebat hæc poeta circa annum 627, quo tempore Heraclius iterum in Persidem profectus Chosroam penitus devicit. Hortatur enim filium, v. 112, ut eloquentiæ studio incumbat, qua munitus possit patri redûci gratulari ejusque virtutem et pietatem commendare : Ἀλλ' εὐτρέπιζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα, ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς πρωτοστάτης φράζων ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους οὓς ἀντὶ πάντων ἐκτελεῖ καθ' ἡμέραν.

5. Ἡρακλιάς, ἤτοι εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου βασιλέως, *Heraclias sive de extremo Chosroæ Persarum regis excidio*. Duæ sunt acroases, in quibus Pisida raptim et cursim [p. XIV] res omnes ab Heraclio cum domi tum bello gestas enarrat, quæ causa, opinor, fuit ut *Heracliados* titulum ipsis imponeret : nam quod ad ultimam cladem Chosroæ vel ad secundum contra Persas bellum spectat, id quidem satis leviter attingit, quamvis hic sit præcipuus argumenti scopus atque illuc a principio sermonem intendat ; sed cum ipse primæ, non autem secundæ expeditioni adfuerit, et ut res actæ essent admodum obscure nosset, in laudes Heraclii excurrere atque vagari coactus est, ea quæ magis dictu et scitu digna erant prætermittens. Nimis enim impatiens moræ hoc opus, ut videtur, aggressus, statim ac nuntium de Persis subactis et de Chosroa occiso Cpolim allatum est, ipse suis hisce versiculis victori domino lætus et gaudens voluit occurrere. Rem plane gratiorem, et quæ plus haberet utilitatis, fecisset Pisida, si operam suam usque ad id tempus distulisset, quo in urbem se recepit imperator : tunc enim ea ipse audire ac nobis tradere potuisset, quæ jam sciri desperandum est. Nunc autem adeo leviter res innuit, ut sæpe divinandum sit quo mens ejus spectet. Allatius, qui, ut jam dictum est, *Heraclidem* cum opere superius laudato *De expeditione* unum esse censuit, quædam ex eo desumpta referri affirmat ab Joanne Tzetza in chiliade 3, hist. 66 : *Ibi*, enim ait, *octo Pisidæ iambos producit, qui more illius poetæ elegantissimi sunt*. Sed præterquam quod frustra septem hos iambos (septem enim sunt) quæras in Pisida, certum est eos esse ipsius Tzetzæ, ut recte ante nos observavit Fabricius et fusius a nobis demonstratur in notis acroas. 1, 23, et 2, 236.

6. Ἑξαήμερον ἢ κοσμουργία, *Hexaemeron sive de mundi opificio*. Hoc carmen, quod sane cæteris præstat operibus Pisidæ, edidit omnium primus Fridericus Morellius Friderici filius, typographus regius, una cum senariis *De vanitate vitæ* aliisque fragmentis Gr. Lat. *Lutetiæ*, 1584, 4, ejusque cura et diligentia factum est statim ut Pisidæ nomen jam a multis sæculis oblivioni traditum cœperit reviviscere ac per ora virum φιλελλήνων volitare. At quod mirere, Hieronymus Brunellus S. J. paucis post annis idem opus Hexaemeri sub Cyrilli Alexandrini nomine typis vulgavit, una cum Nazianzeni quibusdam carminibus, et hymnis Synesii, Græce tantum hoc titulo : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, *Romæ apud Franciscum Zannettum*, 1590, 8. Verum an recte esset Cyrillo attributus liber, videtur dubitasse idem Brunellus : ita enim ait : In *Præf. poema iambicum* de plantarum et animalium proprietatibus, *adjecimus quod a D. Gonsalvo Ponce de Leons, viro non minus eruditione quam generis nobilitate præstanti, munus acceperam, ipse vero ex Guilelmi Sirleti cardinalis exemplo describendum curaverat. Ascribitur quidem, ut videtur, Cyrillo Alexandrino, qui fuit olim et adhuc est ob ingenii, doctrinæque monumenta præclara non modo Græciæ totius, verum Ecclesiæ universæ orthodoxæ lumen. Neque meum ego de hujus opusculi auctore judicium interpono; sed certe cujuscunque sit, a veterrimis gravissimisque Patribus aut verborum lepore et elegantia aut, quod caput est, pia religiosaque doctrina nulla ex parte videtur abhorrere. Ita enim præstantis illius divinæque naturæ majestatem infinitam, singularem in omnes mortales beneficentiam, admirabilem sapientiam, potissimum, quæ in rebus creatis elucet, incredibilem in rebus omnibus maximis et minimis tuendis regendisque* [p. XV] *providentiam paternamque procurationem ostendit, ut legentium animos ad Dei veri cognitionem traducere atque ad ejus amorem inflammare facile possit. Ita porro singulas plantarum vires et animantium facultates eleganti concinnoque versu prosequitur, ut non modo Theophrasti libros et Aristotelis, verum etiam Dionysii Areopagitæ ac reliquorum Patrum scripta de Dei augustissima natura Christique liberatoris nostri mysteriis in pauca quodam modo conferat et sub uno prope ponat aspectu*. Hæc ex Brunello nobis placuit referre, cum quia satis belle ea omnia in Hexaemeron Pisidæ dicta sunt, tum etiam quia ad Pisidam ipsum spectant laudes in auctorem operis congestæ. Nam quod Brunellus de Georgio nostro ne minimam quidem ingesserit suspicionem, id plane factum est eo quia Morellianæ editionis nullam, ut videtur, habuit notitiam, ipse autem in codicem incidit qui falsum præferebat Cyrilli titulum, ut apertius demonstrabitur cum de codicibus opera Pisidæ continenti-

Digitized by Google

storiæ Onuphrius Panvinus, amicus noster, quia primum in Sicilia inventi in aliorum manus pervenerunt.

Nos Casaubonianum (5) *vocavimus, quia ille a Græculo quodam acceptum, et manu sua descriptum nobis communicavit. Quidquid igitur boni ex ea farragine hauriri poterit, illi acceptum feret, cum tenuis fructus non sit, qui ex hoc Chronico colligi potest. Errores orthographicos, qui in illo exstant, mutare noluimus, quod nos monemus, ne quis errata typographica putet. Unusquisque pro captu aut judicio suo ea emendare poterit.* Et ex Præfatione : *Quædam etiam a chronologo innominato, quos Fastos Siculos vocant, habemus.*

Intelligis ex his quid chronologi et temporum castigatores de hoc Chronico sentiant. Quod Scaliger ceptonem ex Eusebio potissimum, et Eusebio antiquiore Africano factum dicat, id affirmat nostram sententiam a pluribus illud auctoribus concinnatum, quando ex posteriore sæculo plura sunt adjecta.

Quæ ex hoc Chronico jam exstent.

Nudos fastos consulares primus Græce et Latine vulgavit Panvinius. Jos. Scaliger in Thesauro Eusebiano, chronologica usque ad XVIII annum Mauricii imperatoris excerptis passim et insertis historiis primus Græce tantum edidit, quæ pars trientem libri totius continet. Cur sequentes paginas omiserit vel ille, vel Casaubonus, divinare non possum, nisi quod de sacris imaginibus ibi multa mentio, quam opinor iconomachi refugere.

Nos totum opus ab orbe condito cœptum, et usque ad XIIX annum Heraclii deductum, Græce accepimus ex ms. bibl. Augustanæ, nostraque manu exscriptum versumque juris publici fecimus. Desunt duo duntaxat anni ad inscriptionis promissum, qui, uti testatur antiquarius Andreas Darmarius, vetustate aboliti fuere.

Adjecimus animadversiones et castigationes; cum enim, ut Panvinius et Scaliger experti sunt, codices mendis fœde fuisse depravatos animadvertissemus plurimum nobis in iis curandis et sanandis fuit laborandum; ubi tamen nulla certa vestigia medicinæ adhiberi potuerunt, immedicabile vulnus asterisco * † notavimus, ne ignoraret lector, et fidem nostram exploratam haberet. Quod si quis emendationem notarum suspectam habuerit, autographum ms. in biblioth. Reipubl. Augustanæ servari sciat, ad quod appellatio fieri poterit.

I. cp.CIↃ.CCLXII *anno mundi cataclysmus fuit.*

Cum disciplina chronographica una sit omnium maxime impedita et prope inextricabilis, non tricabor cum scriptoribus; nostri chronographi duntaxat sententiam exponam, et quos habeat sententiæ suæ auctores, sectatores, laudatores exponam, quos item refragatores.

Primum constat hunc numerum ex Septuaginta sacrarum Litterarum metaphrastis acceptum. Qui pluribus patribus familiæ, seu generis humani conditoribus, centum annos plus tribuunt, quam Hebræi, præter Lamechi annos, ubi sex tantum annis distant, et Noethi, in cujus quingentesimo et 600 omnino conveniunt. Qua de re copiose disputat D. Augustinus, D. Hieronymus, et qui postea relicta Septuaginta Patrum sententia Hebræam et Latinam vulgarem cum Hieronymo et Augustino sunt secuti (6).

Ergo noster chronographus secutus est Septuaginta Interpretes veteris editionis Græcæ ms. quam Africanus legit et probavit, uti et Epiphanius, et Nicephorus patriarcha, Anastasius Bibliothecarius, Chronicon ex Pisida et Cyrillo, Honorius Augustodunensis, pro quorum decretis acerrime propugnat Antonius Contius, legum et temporum peritissimus observator et scriptor, qui planissimis verbis docet, totam Ecclesiam Græcam et Latinam primitus secutam esse Septuaginta Seniores usque ad tempora DD. Hieronymi et Augustini, hodieque in quibusdam sequi. Græcam vero nunquam ab iis defecisse, quorum interpretationem hodierna Ecclesia minime damnat, sed pro canonica agnoscit recipitque.

II. *PRIMA DECAS PATRUM FAMILIAS.*

Adamus CCXXX genuit Sethum.	Heb. CXXX.
Sethus natus annos CCV genuit Enos.	Heb. CV.
Enos CXC genuit Cainam.	Heb. XC.
Caina CLXX genuit Malaleelem.	Heb. LXX.
Malaleel CLXV genuit Jaredum.	Heb. LXV.
Jaredus CLXII genuit Enoch.	Heb. CLXII.
Enochus CLXV genuit Mathusalam.	Heb. LXV.
Mathusala CLXXXVII genuit Lamechum.	Heb. CLXXXVII.
Lamechus CLXXXIIX genuit Noe.	Heb. CLXXXII.
Noe D genuit Sem, Cham, et Japheth.	Heb. D.
Noe DC ingressus arcam.	Heb. DC. Diluvium.

Sequuntur ergo hanc scripturam quos supra nominavi, et accedunt his etiam recentiores. Pererius colligit tantum 2242, quia Mathusalæ XX annos ex auctoritate DD. Hieronymi et Augustini detrahit, qui apud Septuaginta jam corruptos eum numerum notarant. Cum Africanus utroque major legerit apud eosdem CLXXXVII, quem Græci Patres præsertim Hieronymi et Augustini (qui 167 legerant, et ad Hebræum codicem emendandum putarant) censura moti sunt secuti. Aldina tamen editio retinuit priscam et incorruptam lectionem CLXXXVII. Nicephorus, nostrum Chronicum Alexandrinum, Anastasius ms. Latine scriptus, Contius, et alii eamdem confirmant.

III. *Hic prophetavit.*

Liber Enochi, Ecclesiæ censura notatus, auctoritatem amisit, et inter scripta apocrypha relatus, non plane quidem est rejectus, nec plenum tamen veritatis testimonium meretur, quod sit a Judæis et hæreticis depravatus, uti et Moysis Apocalypses, Eliæ et Jeremiæ ἀπόκρυφα, et his pares, de quibus consule D. Augustinum *De civitate Dei* [l. XV, c. 23], D. Hieronymum ad Epistolam D. Pauli ad Ephesios. Non penitus autem proscripta hæc esse, et damnata, constat ex testimoniis apostolorum, qui inde quædam in sua scripta et epistolas transtulerunt, velut hic locus Judæ ex Enocho petitus est, et S. Paulus in Epistola prima ad Corinthios ex apocryphis Eliæ prophetæ transtulit illud : *Quæ nec oculus vidit, nec auris audivit*, etc. In Epistola rursum ad Galatas ex Apocalypsi Moysis : *Neque circumcisio est aliquid, nec præputium, sed nova creatura*, etc. Et ad Ephes. ex Jeremiæ apocryphis : *Surge qui dormis et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Pulcherrimus locus est apud Syncellum ab castigatore temporum adductus, quem transferam et transcribam. Ταῦτα μὲν (inquit) ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνὼχ περὶ τῶν ἐγρηγόρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρὴ προσέχειν ἀποκρύφοις, μάλιστα τοὺς ἁπλουστέρους, διά τε τὸ περιττά τινα καὶ ἀκριβῆ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, σπανίως ἐχρήσατό τισιν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ· « Τὰ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » καὶ

(5) Magna et gravis causa; ut si ego vocem *Raderianum* quod mea manu descripserim, transtulerim, ediderim, observationes addiderim. Nunquam tamen erit *Raderianum*, multo minus *Casauboni..num.*

(6) De varietate sententiarum circa hunc locum vide Jacobum Capellum, p. 1 et seq.

Digitized by Google

nos nec ea verba deprehendimus in codice Vaticano, neque ex sensu ipso aliquid desiderari intelleximus, quanquam adhuc alia argumento congruentia addi potuisse a Pisida nemo negabit; verum utrum ille id fecerit necne, plane incertum : opus, ut nunc est, constat iambis 262. Oudinus 20 capita continere, nonumque Joannem Philoponum tacito nomine arguere asseverat : sed quibus rationibus ductus id affirmet, ignoramus. Nam nec ulla capitum distinctio apparet in poemate, nec de Joanne Philopono leve quoddam ullibi est judicium. Quare errasse Oudinum nobis certum est, qui quod alii de *Hexaemero* tulerunt judicium, ad hoc opus arbitratu suo transferre non dubitavit. Cæterum hoc etiam poemation Sergio patriarchæ est inscriptum, quem de more Pisida ingentibus effert laudibus, et contra superbos et tumidos homines veluti quoddam insigne humilitatis exemplar proponit, v. 233 : Εἰ καὶ πέτῃ γὰρ καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις, ταπεινὸς ἦσθα καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω. Nulla autem est nota temporis, ex qua conjicias quando Pisida hoc opusculum scripserit. Quamobrem cum nullam certam sedem sibi reposcat, ab Hexaemero sejungere nolumus, cujus quædam veluti appendix, si argumenti similitudinem spectes, videri possit. Antiquam versionem Morellii, quod item servatum est in Hexaemero, retinendam censuimus, novam textui subjecimus, operis perspicuitati, quantum in nobis erat, consulentes.

8. Κατὰ δυσσεβοῦς Σευήρου Ἀντιοχείας, *contra impium Severum Antiochiæ*. Carmen est constans iambis 731, sæpe adeo obscurum et implexum, ut sæpe etiam stylum vertere et caput scabere mihi contigerit, cum de eo reddendo cogitarem. Auctorem operis esse Pisidam plane non est dubitandum : nam præterquam quod stylus idem est ac Georgio plane conveniens, in cod. Vaticano aliis ejusdem scriptis adnectitur hoc titulo Τοῦ αὐτοῦ κατὰ δυσσ., ac præterea ipse Pisida sibi testis est amplissimus in principio et in fine poematis dicens se nimis fortasse imprudenter gessisse, qui a rebus ab Heraclio in bello gestis describendis ad dogmaticas quæstiones exiliter pertractandas animum traduxerit : Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν Βαρβάρων καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις, ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν εὐεργέτης ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς [p. XVIII] χειρουργίας τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον. Quibus iambis, quos legas in operis exordio, v. 24, Pisida bellum Abaricum et Persicum ab Heraclio feliciter susceptum atque a seipso descriptum aperte designat. Sed clarius hoc etiam demonstrat in fine v. 693, ad eumdem imperatorem conversus dicens : Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις. Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους, ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις πτώσεις τυράννων καὶ τροπὰς ἐναντίων καὶ τοὺς πολυσχεδεῖς τε καὶ πολυτρόπους τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους. Georgium Pisidam esse, qui de Heraclio ac de seipso ita scriberet, nemo plane negabit : sed tamen erunt quibus ea primum inde orietur admiratio, quod altum sit de hoc poemate silentium in Suida, qui alioquin satis diligens videtur in recensendis operibus Pisidæ; deinde autem quod nec Maltretus ipse, qui de iisdem omnibus operibus edendis cogitarat, aliquam de eo fecerit mentionem. Verum Suidas, vel qui in Suidam intulit articulum de Georgio Pisida, omnia ejus scripta minime novit : nam nec de opusculis superius laudatis εἰς ἀνάστασιν et εἰς τὸν μάταιον βίον aliquid dixit; nec de aliis, quæ forsan exciderunt, ut ex fragmentis colligere licet, aliquam nobis suspicionem ingessit. Maltretus autem, qui, ut videtur, nonnisi ex Suida intellexerat quæ scripsisset Georgius, ea ipsa quæ descripta invenerat in Suida sibi mitti petiit ab Holstenio, eaque tantum recepta se editurum promisit. Itaque Pisida hoc scripsit poemation circa annum 630, quo tempore a bello Persico expeditus Heraclius ad sedandas turbas a Monophysitis excitatas in Ecclesia se converterat : aperte enim id declaratur, v. 72 : Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου ἡ πρακτική τε καὶ σοφὴ στρατηγία πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων, ὅπως ὁ πείσας ἠρεμεῖν [p. XIX] τοὺς Βαρβάρους πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἠρεμεῖν τὰς αἱρέσεις. Contra quem autem et qua mente hæc scripserit Georgius, multis disputavimus in Monito, quod hoc ipsum poemation præcedit. Recte quidem in Severum habet titulum : nam quemlibet esse dicas eum quem sub hoc nomine exagitat Pisida, Monophysismi errores plane hic refutantur, cujus hæreseos idem Severus maximus patronus fuit. Sed nostra quidem sententia est, sub nomine Severi episcopum aliquem intelligi, qui Severi placita et doctrinam contra catholica dogmata tum temporis acriter tueretur, et hujus sectæ post Severum aliosque ejus asseclas caput et pater exsisteret; nam eum esse Joannem Philoponum, qui Severi tempore florebat et a Severi partibus primum stetit, deinde vero ab eo discedens Tritheismi sectam constituit, ut in Prolegomenis ad *Hexaemeron* declaratum est, non concedimus Allatio allisque, qui ejus auctoritatem secuti sunt. Et cur enim malis Philoponum, de quo nihil in toto poemate occurrit, quam Severum ipsum, qui diserte nominatur, suis hisce iambis petere Pisidam? Sed Allatium aliosque in errorem adduxit Nicephor. Callist., inter eos qui contra Philopon. scripserunt Georg. nostrum sic adnumerans, l. XVIII, c. 48 : Ἐπὶ δὲ τούτῳ (id est, post Leontinum monachum) καὶ ὁ θαυμάστος διάκονος καὶ ῥεφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισσίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβάς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννύς, οὕτω πως διεξέρχεται, σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον. Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν· εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν, γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις. Ὁ δέ φησι, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁμολογεῖς, φησί, φιλοπονώτατε καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ, μίαν τῆς θεότητος καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος· εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συν-

Digitized by Google

ἐληλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησὶ· μία γὰρ καὶ μία δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. Γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγοροίη [p. XX] τινὰ, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. Hæc autem omnia recte a Nicephoro ad Pisidæ verba explananda dicta esse fatemur, sed Pisidam ipsum hic impugnare Philoponum negamus. Error enim Philoponi præcipuus fuit ut hypostases a naturis non distingueret, ac proinde tres naturas in SS. Trinitate affirmaret, unde tritheita passim audit; ad quam sententiam refutandam nil faciunt iambi quos ex Pisida profert Nicephorus. Error autem Severi atque omnium Monophysitarum fuit ut unam ex duabus in Christo naturam post unionem, hoc est in incarnatione, assererent; cujus deliramenti præstigias nequeas melius detegere atque impugnare, quam si cum Pisida dicas : *Heus tu, Severe, si tenon repugnante altera est divinitatis, altera vero humanitatis in Christo natura, quomodo alteram et alteram unam esse dicis? Nonne hoc etiam pueris ridendum erit, qui plane norunt ex una et una non unam, sed duas coalescere naturas?* Atque hæc ita plane accipienda esse operis contextus demonstrat : ita enim atque hoc plane sensu laudati a Nicephoro iambi in Severum intorquentur, ut videre est, v. 633 et seqq. Inde autem etiam colligas evidenter omnes post Nicephorum hallucinatos esse scriptores, qui eo duce dixerunt Pisidam hisce senariis Philoponum lacessere. Itaque Allatius primum hoc testimonio Nicephori fretus asserere non dubitavit Georgium nostrum aliquo scripto Joannem Philoponum ejusque sectatorum hæresim oppugnasse; Caveus autem et Oudinus ejusdem Nicephori auctoritate et fide moti in Philoponum scripsisse Pisidam pro re certa habuerunt; sed cum quod hoc esset opus in Philoponum scriptum ignorarent, omnia perperam miscentes et in unum confundentes, non aliud quam Hexaemeron illud esse judicarunt : cum autem in eo poemate Proclum nominari animadvertissent, nullam aliam esse rationem autumarunt conciliandi Pisidæ cum Nicephoro, quam si dicerent sub tecto Procli nomine Philoponum intelligi. Sed Fabricius nec Oudino et Caveo concedit idem unumque esse opus in Philoponum cum Hexaemero, nec cum Allatio consentit, qui singulare poema adversus eumdem Philoponum admittit, sed potius existimat Pisidam tribus illis tantummodo versiculis tritheismum Philoponi ejusque computandi in divinis temeritatem perstrinxisse. Sed hæc omnia ex ingenio unumquemque suo minus recte affirmasse jam constat ex hoc poemate *in Severum*, in quo Pisida Severum ipsum, non Philoponum insectatur. Utrum autem Niceta Choniates, quem Allatius ait lib. x *Thesauri orthodoxæ fidei adversus Monophysitas*, eosdem tres versus laudare, dicat esse illos contra Philoponum scriptos, plane nescio; quanquam enim multum studiose hujus Thesauri codices in Romanis bibliothecis conquisiverim, nullibi tamen mihi contigit eos invenire; ut omnino admirarer unde hoc Nicetæ testimonium hausisset Allatius. Nuper autem cum Florentiam fausto clementissimi principis adventu cohonestatam venissem, codicem bibliothecæ Medico-Laurentianæ Thesaurum Nicetæ continentem diligenter evolvi, et librum decimum iterato legi, nec uspiam tamen memorari Pisidam deprehendi. Quare suspicio mihi orta est, in eo codice forsan aliqua esse omissa ex iis quæ in Allatiano legebantur. Fatear enim, sicuti mentionem Pisidæ ingessit Niceta, id plane facere debuit eo in libro quem Allatius designat : ibi enim multum apposite variorum auctorum de Monophysismo sententiæ referuntur.

9. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον· *Encomium martyris Anastasii*, [p. XXI] quod olim fuisse ms. in bibliotheca Antonii Augustini testatur Allatius. Nos diu quæsitum tandem invenimus in nuper laudata bibliotheca Medico-Laurentiana, plut. 9, n. 13 : sed nonnisi magno pretio nobis licuit ejus apographum obtinere, et quod durius est, opus etiam fuit illud Florentiam iterum mittere et cum autographo conferre, propterea quod amanuensis inutili ac plane ridicula quadam diligentia codicis characteres nexus litterarumque ductus omnes conatus exprimere, ea ne legi possent effecerat. Ex qua re mirum quot mihi sunt ortæ molestiæ : nam quinque integri anni deinceps elapsi sunt, antequam hoc grande negotium absolutum reciperem. Encomii vel orationis auctorem esse Pisidam faciunt ut credamus et nota temporis et rerum affinitas et styli cum stylo nativa germanitas; quæ omnia, ut nobis quidem videtur, satis aperte demonstrantur. Cæterum unum hoc exstat Pisidæ opusculum soluta oratione scriptum : nam alia quidem hoc modo eum scripsisse nec affirmare possumus nec negare. Sed hoc ipsum e tenebris in lucem nunc prodire forsan gaudebunt viri eruditi, apud quos certum et inconcussum jam erit Suidæ de Pisida testimonium dicentis scripsisse nostrum præter cætera καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, non autem εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον· quod jam præter cæteros antea viderat Alex. Politus in *Martyrologio Rom. illustr.* p. 367, dicens : *Suidas inter scripta Georgii Pisidæ refert* ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον; *qua de lectione non erat quod inquireret Kusterus, quod sciolus nescio quis ibi fecerat* εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. *Scripsit etiam Georgius Pisida*, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. *Unde magis fit verisimile scripsisse etiam Pisidam encomium in S. Anastasium martyrem fortissimum atque celebratissimum.*

10. Ἐπιγράμματα καὶ ἀποσπασμάτια, *Epigrammata et fragmenta*, quæ multo studio et diligentia ex libris cum editis tum ineditis collegimus, ut videre est in fine : nihil enim hic juvat repetere ea quæ alibi fusius exposita ac pertractata sunt.

Hæc itaque sunt indubia Opera Pisidæ, quæ usque ad hunc diem nobis obtigit reperire ac reperta vulgare. Sed ex iis alia ipsum scripsisse conjicimus : cum enim inter fragmenta occurrant plures iambi, qui in recensitis opusculis non inveniuntur, ad aliquem deperditum libellum eos pertinere manifestum est. Id autem ipse Pisida suo testimonio videtur confirmare : ait enim, acreas. 3, 381, *De exped.* : Ὅμως δὲ μι-

Digitized by Google

κρῷ καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος ἥμαρτον οὐδὲν μὴ διαπλεύσας ἅλμην. Si autem assuetus erat in Heraclium excurrere μικρῷ σκάφει, hoc est parvis poematiis de eo scribere, profecto alia jam ediderat, antequam hasce acroases vulgaret; sed nullum ejus exstat opus, quod acroases ipsas præcesserit : igitur si quid scripsit, deperditum est. Quin etiam in *Abaricis*, v. 307, pacis tempore se plura dicturum pollicetur de gestis Heraclii ; sed [p. XXII] quæ post pacem cum Persis sancitam edidit, sunt poemata in *Hexaemeron* et *in Severum*, in quibus pauca admodum attingit de Heraclio. Neque suam fidem omnino liberasse Pisidam dixeris in *Heracliade* : quamvis enim eo in poemate omnia imperatoris gesta complecti voluisse videatur, quam leviter tamen ea pertractarit ipse sensit, ac fassus est, dicens in fine acroas. 1, 238, rerum copia urgeri ac premi, et pauca tantum e multis delibare, donec ipse imperator in urbem reversus liberiorem ei præbeat dicendi facultatem. Ut igitur nostra fert opinio, præter ea quæ nunc prodeunt in lucem Opera Pisidæ, alium quemdam libellum iambico metro ὥσπερ εἴθιστο exaravit, in quo res ab Heraclio in Oriente gestæ fortasse accuratius expendebantur : quam nostram sententiam etiam Michaelis Pselli auctoritas videtur confirmare, ut dicetur infra, cum de stylo Pisidæ agemus.

Nunc autem, an alia etiam scripserit, videndum est; nam Possevinus quidem in catalogo mss. Græcorum ad calcem tom. III sui *Apparatus* ait in bibliotheca Vallicellana asservari codicem, in quo Pisidæ *De gestis imperatorum Cpolitanorum* historia continetur. Joannes autem Georgius Herwartus ab Hoemberg in suis *De re chronologica* capitibus, Usserius aliique non dubitarunt Georgio nostro attribuere celeberrimum illud chronicon, quod primum Fastorum Siculorum ac deinde Chronici Alexandrini et Paschalis lemmate vulgatum est. Sed quod ad bibliothecam Vallicellanam spectat, quam Patrum Oratorii humanitate sæpe adire et totam perlustrare mihi licuit, plane assentior Leoni Allatio, qui Possevini auctoritatem ita convellit: *Licet anxie librum quæsiverim, sæpegue indicem et potissimam librorum partem pervolverim, ad hunc tamen diem nusquam tale opus occurrit. O utinam, quod non credo, esset! Errorem inde natum existimo : nam qui librorum Græcorum indicem confecit, cum in cod.* B. 112, *antiquo satis et optimæ notæ, sed parvæ molis libro, historiam de imperatoribus Cpolitanis in principio reperisset, eam tamen ἀκέφαλον plurimarum pagiarum amissione, quam postea opus in Hexaemeron Georgii Pisidæ excipiebat, nec, ut par erat, animadvertisset historiam primam de imperatoribus Constantini Manassæ synopsim esse, eam Georgio Pisidæ, sequentis operis auctori, sed oscitanter nimis, donavit et harum rerum anxiis fucum fecit.* Quod autem Herwartus ex Suida probare contendit, Chronici paschalis scriptorem fuisse Pisidam, qui, ut ipse ait, ævo Heraclii florebat ejusque res gestas, et Persica bella oratione libera composuit, quam sit ridiculum [p. XXIII], apparet ex iis quæ de testimonio Suidæ superius dicta sunt. Nam Herwartus ea ipsa Suidæ verba, Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια· εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ad hoc Chronicon significandum inani conatu detorquet, quasi Pisida uno tantum opere cœptos ab orbe condito usque ad Heraclium et Persicum bellum Heraclii *Annales* prosecutus sit. Ita enim τὸ εἰς interpretatur, ut valeat non *de Heraclio* sed usque *ad Heraclium*, interpunctione ante εἰς omnino sublata. Hoc autem vanum esse Herwarti commentum demonstravit Matthæus Raderus in Præf. ad hoc ipsum Chronicon, quod Alexandrinum inscripsit atque edidit, ex ipso Suida satis aperte evincens Hexaemeron Pisidæ esse opus a cæteris distinctum. Sed et Raderus ipse de Pisidæ scriptis loquens hallucinatus est: nam primum ex manusc. cod. A. bibliothecæ Augustanæ, in quo legitur Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας τοῦ Πισίδους προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου δι' ἰάμβων στίχων, recte omnino colligit hoc opus esse ἔμμετρον et versu conscriptum, sed perperam deinde statuit mille octingentos octoginta ejusdem operis versus, quos habuisse præ manibus editos affirmat, aliud non esse quam quoddam totius argumenti proœmium, quod etiam Vossius *De hist. Græc.* tom. IV, pag. 143, Raderi auctoritate motus, imprudenter asseruit. Equis enim non intelligit in codice Augustano vocem προοίμιον idem plane sonare ac ἀρχὴ τοῦ Ἑξαημέρου, hoc est *initium Hexaemeri*, vel *incipit Hexaemeron*? quis autem credat operi trium millium versuum, ut placet Suidæ, mille octingentorum et octoginta esse affixum proœmium? Sed et legenti patet Hexaemeri proœmium constare tantum quinquaginta prioribus iambis, post quos statim incipit poema eo versu, πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία. Secundum erravit Raderus, quod Pisidam scripsisse *Historiam de Heraclio* καταλογάδην dicat, ejusque rei testem Suidam exhibeat, quod esse falsum alibi demonstratum est. Nam quæ Suidas ait scripsisse Pisidam de Heraclio, iambis contineri vidimus, nec ullam aliam historiam lexicographus memorat, ad quam Chronicon paschale referri posset. Itaque cum Herwartus tum Raderus in Suidæ textu explanando falsi sunt : sed turpius Herwartus, qui ex eo gloriatur in suis *Capitibus Chron.* detexisse ejusdem Chronici paschalis auctorem esse Pisidam, nec sensit quam sit ineptum hoc affirmare, cum Suidas dicat Pisidam iambico metro esse usum, et Chronicon paschale soluta oratione sit exaratum. At Raderus contra nullo modo ex Suida affingi posse Pisidæ hoc Chronicon recte contendit, sed male ipsum Pisidam historiæ cujusdam Heraclianæ esse auctorem concedit. Quin etiam Chronicon scripsisse Pisidam non audet omnino negare : nam aliud Chronicon anonymum ms. in bibliotheca collegii Annæi Augustana se vidisse testatur, quod ex Pisida et Cyrillo decerptum dicitur in Epigraphe, statimque in

Digitized by Google

principio refert apud Georgium Pisidam Adami filias primas, alteram Azuram, alteram Asuam nominari; unde Raderus conjiciebat Chronicon Pisidæ, si quod unquam fuit, a paschali Chronico esse diversum, in quo nec Asuæ nec Azuræ ulla fit mentio. Nos autem nullum unquam Chronicon scripsisse Pisidam existimamus : nam etsi concedere velimus Radero exstare codicem in collegio Annæo, cui titulus sit *Chronicon ex Pisida et Cyrillo decerptum*, quis tamen tantam habebit titulo fidem ut ei acquiescat, nec potius addubitet ea nomina amanuensis arbitrio apposita esse libro, cum nec quis fuerit Cyrillus nec quod sit Chronicon Pisidæ attributum aliunde innotescat? Sed alias etiam de hoc [p. XXIV] fictitio Chronico redibit sermo. In Chronicon paschale autem nihil de suo contulisse Pisidam confidenter asserimus : quamvis enim (ut cum Du-Fresnio, qui novam hujusce chronici editionem adornavit, loquar Præf. p. 8) negari fere non possit ejus operis continuatorem sub Heraclio vixisse, tum quod libri titulus in cod. Vaticano et in codd. bibliothecæ Regis Catholici illud in annum 20 Heraclii, vel certe in illius tempora desinere innuat, tum quod quæ de eodem Augusto ejusque gestis narrantur, ac denique exscriptæ prolixiores epistolæ ad Persarum regem vel toparchas, etc. Id suadeant omnino, tamen non inde sequitur Georgium Pisidam, quod eodem Heraclio imperante vixerit, Chronici auctorem haberi debere. Duo autem sunt quæ faciunt ut libenter Du Fresnio assentiamur, primum quod in iis, quæ de Heraclio in Chronico fuse narrantur, ne una quidem vox occurrat a Pisida de iisdem rebus agente usurpata, ut cuivis narrationem Chronici de bello Abarico, p. 392, Pisidæ conferenti fiet manifestum; præterquam quod Chronici stylus tam rudis est et incomptus, ut quantum licet historicum poetæ comparare, nullo modo videatur Pisidæ convenire. Deinde autem, ut par est credere, si nostri Georgii opus esset Chronicon paschale, non is ad annum 20 Heraclii tantum illud protraxisset, et res Persicas post interjectam illam de Abaribus longam et minutam narratiunculam tam sicco pede transisset, sed plura omnino de gestis Heraclii in Chosroam congessisset, et alia quæ post bellum Persicum evenere, memoratu plane digna, attigisset; cum ex poemate in Severum pateat, quanti idem Pisida facienda esse censuerit, quæ pro ecclesiasticis controversiis componendis post pacem cum Siroe Persarum rege firmatam egit imperator. Jam vero chronographum non fuisse Pisidam facile, opinor, sibi quisque persuadebit : sed iambographum egisse nemo sanus negabit. Quare quid respondebimus Q. Septimio Florenti Christiano, qui idcirco ei attribuit poemation astronomicum *De sphæra*, quod antea sub Empedoclis vel Demetrii Triclinii nomine ediderat Parisiis an. 1564 Fridericus Morellius? Cum enim ille, doctissimus omnino vir, anno 1687 statuisset luci donare ejusdem poematii versionem, de eo hoc judicium interposuit : *Empedoclis hos esse versus nunquam in animum induxi ut crederem, et qui credunt, sunt sane quam* ταχυπειθεῖς, *nulloque, ut mihi videtur, probabili nituntur argumento. Ab iis temporibus longissime absunt, qui Triclinio Demetrio imputant; sed conjectura tamen scopum veritatis propius attingunt. Quamvis enim materia hæc sit vetus, recentiorum est forma, et meruit nihilominus antiquam obtinere; profecto poesis ista non longe discedit a Pisidæ vel stylo vel ætate, quod judicium facio aliorum et eruditiorum*, etc. Ego vero Pisidam esse auctorem non credo, et plane libenter assentior Fabricio, qui *Bibl. Græc.* tom. II, pag. 477, hunc ipsum *De sphæra* libellum, jam raro obvium, iterum impressum cum docti interpretis notis non inconsultus nobis obtulit legendum, sed cuivis potius alteri quam Pisidæ adjudicandum censuit, quod Christianismum ejus et religionem neutiquam spirent hi v. 75 et seqq. Τοιᾶδε τάξει σχηματίζοντ' ἀστέρες, θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων. Εἶτ' οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὥρισε βροτοῖς, εἴθ' ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν, Θεῶν τὸ μηχάνημα. Quinam enim [p. XXV] fieri possit ut Pisida, qui in Hexaemero omnia ad pietatem et veram religionem nimium etiam studiose deflexit contra Græcos, si de sphæra et stellis egisset, earum ordinem et cursum a fabulosis gentium numinibus diceret esse constitutum? profecto hæc una difficultas tanti momenti mihi visa est, ut opus ipsum attentius expendere et stylum stylo conferre supervacaneum esse duxerim. Restat tandem ut etiam illud moneam, ne *Commentarios* quidem *in Epistolas Pauli*, quos Græce exstare in bibliotheca Vindobonensi ex Frisio et Possevino refert Le-Longius *Bibl. Sacr.* tom. II, p. 907, sub nomine *Piscidii* vel *Pisidii* Græci, Georgio Pisidæ tribuendos esse; quem talia scripsisse nec auctoritatibus nec conjecturis evinces. Sed et Frisio et Possevino etiam fides in hoc negari posse videtur, cum Lambecius et Reimannus, qui catalogos bibliothecæ Vindobonensis longe accuratius confecerunt, hujus Piscidii vel Pisidii in Paulum scribentis nullam ingerant mentionem.

Itaque cum jam sit apertum quæ sint opera falso attributa Pisidæ, non abs re quidem erit nunc aliquid dicere de codicibus, in quibus ejus genuina scripta contineri aut vidimus aut legimus. In bibliotheca Vaticana quinque sunt hujusmodi codices, quorum primus signatur num. 121; in eo præter Cleomedis, Dionysii Periegetæ, Theodori Prodromi aliorumque opera sunt Γεωργίου διακόνου καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Ἡσιόδου στίχοι εἰς τὴν Ἑξαήμερον. Codex est minutissimus, sed elegantibus litteris exaratus : iambi singulis paginis in quatuor columnas digeruntur, non ita tamen ut tota columna prima legenda sit, antequam ad secundam quis progrediatur, sed a singulis cujusque columnæ primis versibus incipiendum sit, et sic deinde veniendum ad secundos, tertios, quartos, atque eo ordine continuandum usque ad finem paginæ. Cæterum multis scatet erroribus, ac plures in eo desunt versus, plures sunt extra ordinem transpositi,

Digitized by Google

Secundus codex Vaticanus est 166, non inceleganter sed multum mendose scriptus, cum emendationibus a recentiori manu appositis in margine. Titulus est : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ ῥεφερενδαρίου τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, κυρίου τοῦ Πισίδου, στίχοι ἰαμβικοὶ πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Σέργιον, hoc est *in Hexaemeron Sergio dicatum*. Ex hoc codice decem illos iambos supplevimus in principio v. 22, qui sunt in laudem ejusdem Sergii · desinit in versum 1627 : Οὕτως ἕκαστα συμφερόντως ἡ χάρις, sed pro χάρις habet κτίσις. Tertius codex Vaticanus est 867, in quo 419 iambi tantum ab Hexaemero excerpti leguntur, qui sunt de animalium proprietatibus : incipit enim a versu 938 : Τίς ταῦρον ἐκράτυνεν, et desinit in versum 1357 : Πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν ἀναστρέφει. Totus est negligenter et a barbara manu exaratus, ut non dubites eum a sequioris sæculi quodam Græco emanasse. Titulus est : Γεωργίου τοῦ σοφωτάτου καὶ διακόνου τοῦ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι. In fine legitur τέλος τῶν στιχείων. Interea, quod mirere, iambi non sunt στιχηρῶς, sed in modum prosæ orationis scriptæ. Quartus codex Vat. est 1126, membranaceus, ejus formæ quam dicimus in 16, nitide et eleganter [p. XXVI] et, ut videtur, circa sæculum XIII a perito calligrapho scriptus. Is est codex ex quo fuerunt exscripta opuscula Pisidæ ab Holstenio missa Maltreto, quem Allatius non vidit, a quo apographum bibliothecæ Corsinianæ formatum est, et quo demum nos in hac editione procuranda usi sumus. In eo enim continentur omnia Pisidæ carmina hoc titulo atque ordine : Στίχοι Γεωργίου διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Πισίδου εἰς τὴν Ἑξαήμερον · *In Hexaemeron. Epigrammata, Heraclias, de vanitate vitæ, contra Severum, de expeditione Heraclii, de bello Abarico, in Anastasium.* Sequuntur anonymi iambi in S. Mariam Ægyptiacam, ac deinde plurima Philæ carmina. Nec Hexaemeron nec Poemation de vanitate vitæ exinde colligas esse mutilum : omnes enim versus utrobique sibi succedunt suo ordine conjuncti, nulla litura apparet in medio, neque in fine, quod apponi solet cum aliquid desideratur, λείπει τάλλα legitur, ut est in Morellio. In margine sunt tituli ex minio rerum capita indicantes, quales idem Morellius exhibuit in sua editione Parisiensi. Codex, ut videtur, e Columnensium domo ad bibliothecam Vaticanam transivit : habet enim in principio hæc verba, *Hoc volumen est mei Nicolai Bartholomæi de Columnis.* Quintus codex Vat. est 1281, bombycinus, extra et intus præferens stemma domus Caraffæ : in prima pagina legitur *Antonii card. Caraffæ bibliothecarii munus ex testamento;* sequitur hic titulus : Τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην κύριον Σέργιον. Sed a manu recentiori, quæ videtur esse Allatii, ibidem recte est annotatum Γεωργίου τοῦ Πισίδου. Post versum 80 : Σιγῶσι Πρόκλοι, legitur, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ · Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε · πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, e quibus verbis, si tanta esset codicis auctoritas, hæc duo firma haberentur, et quod sit Hexaemeri principium, et quem sibi ducem in eo scribendo legerit Pisida. Verum hic plane est ille codex, cujus epigraphe deceptus Hieronymus Brunellus Hexaemeron Pisidæ edidit Romæ anno 1590 sub nomine Cyrilli, ut supra dictum est : omnia enim respondent ad amussim, cum titulus tum iamborum numerus, qui sunt 1864. Cæterum totus corruptus est et prorsus inemendatus, quanquam non ineleganter scriptus initio sæculi XV. In margine ad versum 474 hujusmodi est inscriptio Περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου, *De sacro morbo*, quam in nullo alio codice reperi. Sed et Morellius eamdem glossam marginalem apposuit, cujus vim plane non assequor, nec antea assecutus fuit editor Bibliothecæ Patrum Paris. 1589, ait enim : *Inscriptionem* De morbo sacro *non capio : malim* De certaminibus et præmiis martyrum Christi. Hos quinque codices Vaticanos, quoniam licebat, non piguit jamdiu conferre et variantes lectiones hinc inde colligere : spes namque inerat uberrimum diligentiæ nostræ fructum nos esse relaturos ; sed exhausti laboris tandem nos pœnituit, ubi intelleximus eos omnes esse tam imperite et oscitanter scriptos, ut nullam utilitatem ex eorum lectione capere possis, si tamen laudatum codicem 1126 excipias, quem unum perlustrasse et expendisse accuratius satis fuisset. Sed et alium codicem bibliothecæ Vallicellanæ signatum B 115 conferre voluimus, quem Fulvius Ursinus dono dedit Achilli Statio, ut in eodem notatum animadverti ; ne cum esset ad manus, eo vel neglecto vel omisso officio nostro videremur defuisse. Codex est membranaceus, in quo statim veniunt iambi Pisidæ in duas columnas pulcherrime digesti et nitido characteri conspicui, sed [p. XXVII] multis mendis fœdati et perturbato ordine dispositi ; quin et desunt non pauci : nam hexaemeron illic versibus 1651 continetur. Titulus est : Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς πατριάρχην Σέργιον περὶ τῆς Ἑξαημέρου. Cum autem paucis ante annis patrios revisurus lares Florentiam venissem, ibi mihi libuit per otium videre ac manibus versare codicem 10, plut. 5, bibliothecæ Mediceo Laurentianæ, quamvis nec ætate nec ulla scriptionis specie commendabilem, in quo habentur Γεωργίου διακόνου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Πισίδου στίχοι ἴαμβοι, videlicet in Hexaemeron, qui sunt tantum numero 1427 : plures enim versus omisit scriptor, ac præsertim in fine, quorum ultimus occurrit, qui nobis est 1823 : Ἕτοιμος οἶνος. Id autem antea observaverat diligentissimus editor catalogi ejusdem bibliothecæ, p. 25, hæc subdens : *In codice accedunt hi quinque mendosi versus, qui desiderantur in editione Lectii :* Δόξα δὲ πάντων τῷ Θεῷ καὶ Δεσπότῃ τῷ ζῶντι καὶ μένοντι εἰς ἀεὶ πρέπει. Ἀμὴν, ἀμὴν γένοιτο τῷ ἐν τοῖς πᾶσι χρόνοις τε καί γ' ἔτεσι τοῖς ἀμετρήτοις, εἴτε δὲ τοῖς ἀναξίοις ἡμῖν ἐν πᾶσι καιροῖς. At non sen it, quod tamen facile erat intelligere, putidos illos versiculos non esse Pisidæ, sed im-

Digitized by Google

periti scriptoris, qui cum scribendi finem fecisset, amanuensium more hæc effutivit de suo. Qua de re tantum abest ut in editionibus Hexaemeri hæ nugæ desiderentur, ut essent potius, si forte illuc irrepsissent, expungendæ. Venio nunc ad bibliothecam regii Taurinensis Athenæi, in qua, prout ex ejus catalogo colligitur, duo sunt codices opera Pisidæ continentes, videlicet 304 et 360. Id cum ego legissem, statim per epistolam rogavi cl. Patrem Beccariam, ejusdem Athenæi professorem celeberrimum et ex tempore, quo nos ambo degebamus Panormi, amicum suavissimum, ut qua ratione et modo posset, horum codicum notitiam ampliorem quam quæ in catalogo esset mihi communicaret; is autem hanc spartam, quo nihil optatius mihi contingere potuit, dedit alteri bibliothecæ custodi Francisco Bertæ, viro doctissimo atque humanissimo, qui sponte et ultro, et nulla vilis mercedis spe ductus, injucundum onus subiit, unum ex duobus codicibus contulit, suasque in utrumque observationes ad me liberaliter misit. Sed, ut ipse fatetur, uterque codex mendose scriptus est sæculo xv, idque ex variantibus inde excerptis abunde patet. Titulus codicis 304 hic est: Γεωργίου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Πισίδου, προοίμιον εἰς τὴν Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων, qui titulus in Catalogo, p. 393, sic legitur Latine tantum expressus: *Georgii diaconi et chartophylacis sanctissimæ Dei Ecclesiæ C. P. Pisidensis, carmen in Hexaemeron;* sed melius et ad verbum reddas, *Georgii*, etc., *sanctissimæ et magnæ Dei Ecclesiæ cognomento Pisidæ, in Hexaemeron iambis conscriptum proœmium.* Is est codex cujus variæ lectiones laudatissimi viri Francisci Bertæ beneficio apud me sunt, e quibus tamen nullum adjumentum capere nobis licuit vel ad emaculandum vel ad locupletandum Pisidæ textum: omnia enim illic sunt interpolate et barbare scripta: sed in eo etiam occurrunt decem illi senarii in laudem Sergii, quos diximus superius ex cod. Vat. 166 exceptos in Hexaemeron nos comportasse post versum 21. Quin etiam hoc in codice [p. XXVIII] Taurinensi præter decem hi alii duo adduntur versiculi: Ἡ προγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων ἔρως προσευχῆς καὶ θεότρωτος λόγος, quos in textum non recepimus, quia nobis videbantur esse nimis inficeti et Pisidæ neutiquam convenire. Sed qui volet recipiat, dummodo pro θεόπρωτος, quæ putida vox est et barbara, legat θεοπρεπὴς λόγος. Alterius autem codicis 360 titulum, cujus characteres adeo esse evanidos me monuit amice idem Berta ut vix legi possint, proferam ex Catalogo, in quo, p. 485, hæc habentur: Γεωργίου διακόνου τῆς Μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὸ Ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου· *Georgii diaconi Magnæ ecclesiæ et referendarii, cognomine Pisidæ, iambici versus politici in Hexaemeron magni Basilii*, quorum initium ὦ παντός. Sed hoc in titulo erravit cum codicis scriptor, qui versus politicos appinxit Pisidæ, tum auctor catalogi, qui eos iambicos politicos appellat: nam, ut inferius notabimus, iambis quidem scripsit Pisida, et omnino eleganter, non versibus politicis; iambicos autem versus nullo modo possis appellare politicos, cum maximum sit inter iambos ipsos et politicos discrimen. Quod autem ibi deinde legitur, suos iambos scripsisse Pisidam in *Hexaemeron Basilii*, id quam levi innitatur fundamento, ostendimus in *Monito* ad ipsum poema *De opificio mundi*. Sed hoc in codice præter Hexaemeron habentur etiam primum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μάταιον βίον καὶ καθ' ὑπερηφάνων, *ejusdem de vanitate vitæ et adversus superbos*, iambi, quorum initium: Ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς κόρας, deinde vero στίχοι τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *ejusdem versus de Christi Domini nostri resurrectione*, quorum initium: Λευχειμονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις· τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδάσκεται χρέος.

Hi sunt codices in Italiæ bibliothecis asservati, in quibus opera Pisidæ continentur; nec alii sunt Georgii τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, quos Conradus Gesnerus in sua Bibliotheca dicit alicubi exstare in Italia; ac proinde non immerito irridetur ab Allatio, quod ita scripserit: Γεωργίου πόνημα τοῦ καὶ Πισίδου. *Inscriptio trimetra iambica libri, qui nescio qua in Italiæ bibliotheca latet, varia opuscula continens, de æstate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de sensibus nostris; physiologiam de plantis, avibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus et herbis; de generibus animalium; de locusta, de hirundine, de malo punica;* quæ omnia Hexaemeri partem constituunt: verum *en*, subjungit Allatius, *quomodo unum et continuatum tractatum in plures v r iste discerpit. Annon etiam hac ratione et carmen quandoque unicus tractatus et opusculum erit?* At vero longe plures sunt operum Pisidæ codices, qui in bibliothecis extra Italiam exstant: nam in sola regia Parisiensi, qua nulla post Vaticanam plane ditior est, quinque sunt codices, ut patet ex catalogo, videlicet 854, 1277, 1302, 2831, 2871, iambica carmina in *Hexaemeron*, sive *De opificio mundi*, complectentes sub aperto nomine Pisidæ. Sed ibidem alii quinque exstant codices, id est 2745, 2746, 2869, 2870, 2893, in quibus idem opus sub falso nomine Cyrilli Alexandrini. In codice autem 1630 leguntur Pisidæ iambi *De vita humana*, quorum ἀρχοτέλειαν nobis rogatus misit perhumaniter cl. vir Capperonnerius bibliothecæ [p. XXIX] Regiæ custos, qualem hic libenter subjicimus, cum quod ibi alia aliter ac in editis legantur, tum quod nihil deesse in fine hujus poematis, ut superius dicebamus, confirmetur: Τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων ἔμμετρα ἰαμβικά.

Τὸ πρόγραμμα πρὸς Χριστόν. Ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς πτύχας, ὁ τοῦ δνου πρὶν ἐξανοίξας τὸ

Digitized by Google

tertia erat post magnum œconomum et magnum sacellarium dignitas inter ἐξωκατακοίλους vel majores ecclesiæ officiales, ἄρχοντας quoque propterea appellatos, ut videre est in Codino *De offic. CP*, lib. I, qui in ipsa ecclesia et in publicis consessibus patriarchæ semper assistebant, et episcopos ipsosque metropolitas præcedebant. Scevophylacis munia, recenset Allatius *De utriusque Eccl. cons.* lib. III, c. 8: Ὁ μέγας σκευοφύλαξ στήκεται, ὅταν λειτουργῇ ὁ ἀρχιερεὺς, ἔμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου· καὶ εἴ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἀποδίδει, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηροὺς καὶ ἄλλαγὰς, ὑποχρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς καὶ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας· ἔχων δὲ καὶ τὰς χρεωμένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτοῦ ἐπίσκεψιν, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα· ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις, φυλάττων καὶ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοὺς κληρικοὺς μέχρι τοῦ διανέμειν αὐτοῖς ταῦτα. Sed cum plures tunc essent in ecclesia Sophiana scevophylaces (quatuor enim erant ex ipsius Heraclii præscripto presbyteri, diaconi sex, lectores duo), non admodum facile quis concedet Georgium nostrum inter eos, qui eadem dignitate donati essent, primas tenuisse, et *magnum scevophylacem* a nobis nullo bono jure vocari contendet. Argumenta plane non suppetunt, quibus scevophylacii præfecturam Georgio asserere possimus, sed suspicionem movit tum ipse titulus, tum ea qua Sergium et Heraclium attingebat summa necessitudo. Nam Sergium quidem ita sæpe laudat, ut ei multa familiaritate conjunctus videatur. *Hexaemeron* ei dicat, idque operis ipso monente se suscepisse demonstrat statim in principio, v. 32: Ἥκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου. Et paulo post, v. 49, ejus favore fretum et incitatum stimulis opus aggredi testatur: [p. V.] Πρὸς τὸν σκοπὸν τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις. In fine autem v. 1879 patriarcham ipsum pro salute imperatoris et regni felicitate multas lacrymas, precesque ad Deum fundentem se vidisse affirmat: ἔγνωμεν αὐτὸν, κἂν δοκῇ λεληθέναι. Quid simile occurrit in *Abaricis* legendum: ibi enim, v. 235, Sergium contra Barbaros lacrymis et suspiriis dimicantem repræsentat Georgius, quasi omnium rerum ipse esset conscius, quæ a patriarcha gerebantur. Quod autem ad Heraclium spectat, aliqua certe in existimatione apud eum fuisse Georgium demonstrant *Acroases* in eum scriptæ eique confidenter oblatæ. Ita enim *acroas.* 1, 37 *De exped.* imperatorem alloquitur: Μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους· ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκθωπευμάτων, ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει. Quod sane confirmat *acroas.* 3, 374, dicens: Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω. Id autem recte admodum affirmabat Heraclio Pisida: non enim ille de rebus longe peractis et a se multo temporis vel loci intervallo semotis, sed de iis quorum ipse fuerat αὐτόπτης et oculatus testis, loquebatur. Quippe dubium omnino non est eum fuisse comitem Heraclii in prima expeditione contra Persas: ita enim ea quæ acta sunt narrat, vel potius describit, ut singulis interfuisse, statim legenti pateat. Sed eum ipsum audire juvat de se loquentem. Ait enim *acroas.* 2, 122, belli præludia inspexisse: Πόθῳ δέ μοί τις ἐνθάδε προσήρχετο ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια. Apertius autem suam inter arma præsentiam declarat, *acroas.* 3, 151, dicens milites pro imperatoris salute collacrymantes vidisse, unaque simul eum illis flevisse: Τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήθην εἰκότως καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον, τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων. At in eadem acroasi, v. 343, Heraclium [p. VI] ipsum, qui primo bello jam confecto e Perside in urbem erat reversurus, de susceptis laboribus gaudentem suis auribus audivisse sic refert: Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκι τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτράνους ὅτι βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥᾳθυμίᾳ ἔζησᾳ ταύτας τῷ Θεῷ τὰς ἡμέρας. In fine tandem ejusdem acroaseos, v. 353, hydræ, hoc est erroris late apud Persas serpentis, unum caput se vidisse testatur: Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον. Itaque si Pisida, ut est apertum, Heraclium in Perside dimicantem comitatus est, eumque suæ pietatis virtutisque testem habere imperator non est dedignatus, quali in pretio apud ipsum regem, necnon in tota aula Byzantina fuerit, satis inde, opinor, elucet. Neque enim ut gregarius miles ducem suum, sed ut poeta principem ac dominum secutus est, ut quæ ab ipso gererentur inspiceret et scripto mandaret. Quo quis factum fortasse credat, æque charum fuisse Heraclio Pisidam ac olim fuit Scipioni Africano Ennius, quem morte obita in sepulcro Scipionum esse constitutum e marmore tradit Cicero *Pro Archia*. Nimirum si verum est, quod teste Allatio *Liatr. de Georgiis* affirmat Hamartolus in Chronico adhuc inedito et ex Hamartolo Cedrenus, Heraclio in hoc bellum profecturo et in ecclesia Magna opem a Deo contra hostes petenti fausta apprecatum esse coram omnibus Pisidam, non immerito inde colligi posse putamus eum, qui ingenii laude clareret et aliquo honoris titulo præfulgeret insignitus, inter comites imperatoris jam tuno fuisse allectum. Ipse autem, quod nosset quanta esset sui nominis commendatio, poetica quadam licentia, nisi malis divino furore percitus, bonis ominibus Heraclium prosequi non dubitavit. Ait enim Cedrenus, p. 420: Ὁ δὲ βασιλεὺς βουλόμενος πρὸς Περσίδα χωρεῖν.... εἰσελθὼν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενος καὶ πρηγὴς πασῶν ηὔξατο.... ὃν ἰδὼν Γεώργιος ὁ Πισίδης ταύτης ταπεινώσεως ἔφη· Ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον εἱλίξας τόδα βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων. Ex quibus quinque iambis duos tantum suum ad ingenium effinxisse Cedrenum plane ducebar ad suspicandum. Verum cum celeberrimi sint et omnium recentiorum Græcorum ore vulgati illi duo senarii, præterea etiam in cod. Vaticano 1126 et in aliis codicibus seorsim scripti ac repetiti [p. VII] legantur, quod ex nostris adnotationibus in *Fragmenta* Pisidæ v. 20 apparet, ut fictam fabellam hanc de Georgio et Heraclio narratiunculam prorsus rejicere non audebam. Neque enim ignorabam usum in aula Byzantina quondam invaluisse, ut poetæ suas elucubrationes coram ipsis regibus et patriarchis recitarent, easque ἀκροάσεις (*auscultationes* diceres) ap-

Digitized by Google

pellarent, quod populo audiente publice et palam legerentur. Testem adhibebo Paulum Silentiarium, qui suæ de æde Sophiana descriptionis primam partem in regio palatio coram Justiniano imperatore, secundam autem in episcopio coram Eutychio patriarcha recitavit, ut ex iambis et titulis poematio inscriptis fit manifestum. Quod autem magis adhuc Cedreno fidem conciliare videatur, mos ille est olim Cpoli receptus de acclamandis perpetuo imperatoribus, quod persæpe etiam fiebat iambis, ut videre est in Constantino Porphyrogenito *De cæremon. aulæ Byzant.* ab Joan. Henrico Leichio et Joan. Jac. Reiskio superioribus annis edito. Ibi enim, p. 16, legitur quod imperatore magna pompa procedente in sancta et magna Dominica ad sacra, factionum acclamationes fiunt, et Venetæ notarius adest, καὶ δεῖ αὐτὸν περιπατεῖν ὄπισθεν τῶν δεσποτῶν πλησίον, καὶ λέγειν τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, deinde ἄρχεται ἰαμβίζειν ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων μαΐστωρ. Tum ὁ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων μαΐστωρ ἄρχεται ἰαμβίζειν, donec ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων νοτάριος ἄρχεται καὶ αὐτὸς ἰαμβίζειν ἕως τοῦ ἀγίου φρέατος. Id autem in omnibus solemnibus pompis fieri solitum passim ostendit idem Constantinus. Unde quamvis satis appareat iambos qui a factionum magistris recitabantur, hymnum vel cantiunculam fuisse, qua ipsi alternis vicibus fausta adprecarentur imperatori, nihilo tamen minus inde fit probabilius Pisidam iambis a Cedreno laudatis Heraclium in magno templo orantem de improviso salutasse.

Verum qualecunque sit sapientum virorum hac de re judicium, id unum ex hactenus præmissis colligo, Pisidam, si non ut magnum scevophylacem, certe ut unum ex diaconis scevophylacibus, apud Sergium et Heraclium plane gratiosum hominem exstitisse, utpote qui multum polleret ingenio et scribendi facultate. Sed non audiendi sunt omnino qui eum modo chartophylacem modo referendarium faciunt. Suidas quidem in v. Γεώργιος diaconum et chartophylacem, Nicephorus Callistus autem *Hist.* 18, 48, referendarium eum appellat. Maxima etiam codicum mss. est inconstantia in titulo et dignitate designanda Pisidæ : nam in codicibus biblioth. Regiæ Parisiensis et in quibusdam etiam Vaticanis diaconus tantummodo vocatur ; et in cod. Vindobonensi 209 apud Lambecium, lib. v, p. 19, diaconus et referendarius, et lib. vi, p. 162, diaconus et chartophylax ; itemque in biblioth. Taurinensis cod. 304, chartophylax ; et in codice 360 referendarius dicitur. Perperam autem doctissimus Fabricius lib. vii, p. 691, utrumque titulum conjunxit, et Georgium nostrum chartophylacem et referendarium declaravit : nam quæcunque fuerit ejus dignitas, certe una simul chartophylax et referendarius esse non potuit, quod chartophylacis et referendarii duo essent munera in ecclesia Cpolitana distincta, quæ non unus obiret [p. VIII], sed quæ viritim in duo capita distribuerentur. Melius Allatius testimonio Suidæ fretus, et Oudinus Allatium secutus, diaconum et chartophylacem Georgium nominarunt. At Guillelmus Cave minus accurate scribens, et in toto articulo de Pisida texendo turpiter allucinatus, eum fecit et rhetorem et chartophylacem Magnæ ecclesiæ Cpolitanæ, deinde etiam metropolitam sive archiepiscopum Nicomediensem. Si pro rhetore poetam dixisset Pisidam, nulla esset controversia : at nulla ejus exstant opera rhetorum more scripta, nec quid simile unquam elaborasse traditum est, sed rhetorem et archiepiscopum Nicomediensem fecit Cave eodem errore ductus, quo ante eum alii decepti sunt, Georgium Pisidam cum Georgio Nicomediensi confundentes, quod invenissent utrumque pluribus in codicibus et Georgium et chartophylacem appellatum ; quamvis nemo, quod sciam, Pisidam rhetorem nominavit præter Cave, qui, ut videtur, fucum sibi fieri passus est vel a codice biblioth. Antonii Augustini, in quo oratio εἰς τὸ Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ, sub Georgii rhetoris episcopi Nicomediæ nomine legebatur, vel a codicibus Vindobonensibus apud Lambecium, lib. v, p. 144 et 277, et lib. viii, p. 222, in quibus omnibus illa eadem oratio venit sub nomine Γεωργίου ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας τοῦ ῥήτορος. Cum autem ex duobus Georgiis unum ipse facere semel statuisset, rhetoris titulum Nicomediensi tributum ad Pisidam transferre minime dubitavit. Cæterum multæ sunt notæ quibus hi duo Georgii inter se facile distinguantur : nam Pisida, ut dictum est, sub Heraclio vivebat ac fuit diaconus et scevophylax et poeta, Nicomediensis autem, ex quo temere et Lambecio reclamante, lib. i, p. 135, et lib. iv, p. 21 *Nicomedium* quemdam conflavit Possevinus in Appendice *Apparatus sacri*, tempore Photii floruit, ex rhetore et monacho, si fides adhibenda est codicum titulis ab Allatio in eadem diatriba *De Georgiis* relatis, archiepiscopus Nicomediæ postea factus. Combefisius omnium primus videtur deceptus in recte dignoscendis duobus hisce Georgiis : sed errorem ille suum agnovit ac fassus est in *Bibl. concionat.*, in qua sermones Georgii Nicomediensis, quos Græce et Latine, tom. I *Auctarii novi* dederat, plerosque ex interpolata, nonnullos etiam ex nova sua versione exhibet tantum Latine. Sed ne quid intactum hac in re definiendo relinquamus, juvabit audire Allatium, qui de Georgio nostro scribens disertis verbis ait : *An postea in episcopatum Nicomediensem promotus idem cum Georgio Nicomediensi fuerit, cui plures nec illaudabiles orationes panegyricæ tribuuntur*, quas Allatius ibidem de Georgio Nicomediensi agens enumerat, *in dubium nec immerito verti poterit. Alium tamen hunc a Georgio Nicomediensi, qui temporibus Photii Photio ipsi operam navarat suam in Photiana synodo, annorum ipsa spatia abunde probant : a Sergio enim patriarcha, cui Pisida Hexaemeron opus inscripsit, ad Photiana tempora anni ducenti et quinquaginta plus minus intercedunt. Si Nicomediensis episcopus fuit, alius ergo ab hoc omnino erit. Et fuisse episcopum, illo forsan non male suaderi possumus : nam oratio in verba Joannis « Stabant juxta crucem Jesu mater illius et soror matris, » cujus initium est* πρὸς ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἡμῖν ὁ λόγος, *in mss. codicibus Georgio Nicomediensi ascripta, in codice alio ms. quem Chii videre contigit, in quo eadem oratio fusior ac multo amplior legitur, Pisidæ cognomen Georgio Nicomediensi adjungit : sic enim legitur*, Γεωργίου μητροπολίτου Νικομηδείας τοῦ Πισσίδη· *exscriptoris lapsum, cui ista*

Digitized by Google

non placuerint, in codice esse [p. IX], *et puerilem oscitantiam, qualia multa in titulis præfigendis fieri amant, fatebitur. Non contra ibo; imo lapsum concedo.* Πισσιδείας *namque, cum in exemplari, ut verisimillimum est, legeretur, in Pissidem ad pauca intentus exscriptor transmutavit. Diversusque est etiam ab alio Georgio Pisidiæ episcopo, cujus memoriam Græcorum fasti die 19 Aprilis celebrant, fastu ac tyrannide Iconomachorum martyre, cum hic Antiochiæ Pissidenæ fuerit antistes :* Οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ τῶν χρόνων ἦν τῶν εἰκονομάχων, ἐκ βρέφους τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένος, καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπίσκοπος χειροτονεῖται Ἀντιοχείας τῆς Πισσιδείας, *In re tamen obscurissima non diutius immorandum mihi esse censeo.* Ita Allatius ; qui qua de causa rem obscuram vocet, quam ipse adeo luculenter explanavit, ignoro. Patet enim Georgium Pisidam a Nicomediensi esse diversum, et pro uno a quibusdam tantummodo doctis viris fuisse acceptum, quod uterque in codicibus et Geprgius et chartophylax inscriberetur. At nos jam tandem, ne ulla amplius dubitandi sit occasio, chartophylacis titulum Georgio Nicomediensi relinquamus, Georgium autem Pisidam scevophylacem nominamus, auctoritate freti codicis Vaticani, quo plane in tot bibliothecis non exstat alter vel antiquius vel nitidius scriptus, ut infra erit dicendum. Minime autem hujus codicis auctoritatem, quam nos sequendam ducimus, Suidæ et Nicephori labefactat auctoritas, qui Georgium vel chartophylacem vel referendarium dixerunt : nam Suidæ lexico plura esse addita a recentioribus Græcis certum est, Nicephorus autem adeo negligenter loquitur de Pisida (quod ex v. 535 *Poem. contra Severum* et ex *Fragmem.* v. 184, patet) ut neutiquam videatur attendendus.

Verum cum nullum exstet antiquius de Pisidæ scriptis testimonium quam quod in eodem Suida invenitur, præstabit hoc ipsum legentium oculis sistere et paulo attentius considerare : quamvis enim Allatius, Kusterus et Fabricius singula verba Suidæ multum accurate perpenderint, nonnulla tamen adhuc observari nobis continget. Verba hæc sunt : Γεώργιος διάκονος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας καὶ χαρτοφύλαξ, τὸ ἐπίκλην Πισίδης, ἐξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔπη τρισχίλια, εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον, ἔτι τε Ἀβαρικά · καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον. Igitur quæ teste Suida scripsit noster Georgius, hæc sunt : 1. *Hexaemeron*, 2. *in Heraclium*, 3. *De bello Persico*, 4. *Abarica*, et 5. *Encomium Anastasii martyris :* atque id quidem non satis recte definitum est a Suida. alia enim ejusdem auctoris opuscula nobis invenire contigit, quæ a Suida non memorantur, vel quod eorum ipse nullam habuerit notitiam, vel quod, ut tamen minus vero esse simile nobis videtur, ea esse contemnenda putaverit. Ac 1. *De Hexaemero*, quod affirmat longum fuisse poema, quod tribus mille senariis constaret, dubitarem omnino, an id unquam verum esse potuerit, cum nullibi appareat Hexaëmeron esse mutilum, et ex omnibus codicibus diligenter excussis atque evolutis vix duo millia iamborum nobis colligere licuerit. Quare tot versus intercidisse persuadere mihi non poteram, ac potius mendum in Suidæ textum irrepsisse mecum ipse cogitabam, ut pro τρισχίλια [p. X] legendum esset δισχίλια. Verum, si placet quosdam etiam versiculos ex hoc poemate avulsos desiderari, non negabo : cum enim totum constet multis quasi particulis et membris, nil plane facilius quam ut exscriptorum incuria una vel altera perierit et efluxerit ex illis descriptionibus, quas de lapidum plantarumque et animalium qualitatibus fortasse exhibebat auctor. Id autem codices ipsi confirmare videntur, in quibus omnibus, si unum Vaticanum 1126 excipias, perperam scriptum, interpolatum ac mutilum Hexaemeron deprehendes. 2. *In Heraclium imp.*, quæ Suidas testatur scripsisse Pisidam, sunt plane acroases tres, quæ statim in principio hujusce tomi occurrent sub hoc titulo : Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Hoc opus una cum aliis, quæ deinceps a Suida laudantur, intercidisse omnium primus arbitratus est Kusterus, ac post eum Cave, qui etiam de suo nobis obtrudit acroases de Heraclio agentes *Historiam rerum ab Heraclio gestarum et belli Persici* continere. Utinam historiam potius quam jejunos versiculos scripsisset Pisida, ex quibus sæpe divinare vix possis quid ipse sentiat. Audimus omnia Pisidæ opera a Suida memorata exstare in bibliotheca Vaticana ex Maltreti præfatione in Procopium didicerat, sed ipse quoque cum Cave in errorem adductus *Historiam de rebus Heraclii* nobis reliquisse Pisidam existimavit. Inde, ut sentio, eorum ortus est error, quod ante Maltretum ex Suidæ textu non satis liqueret, quæ noster Georgius metro astricta et quæ soluta oratione scripta posteris tradidisset, ut mox dicemus. 3. *De bello Persico* quod addit Suidas scripsisse Pisidam, ad geminas acroases referendum est, quas grandi ac nimis turgido *Heracliados* titulo insignitas sub numero v operum Pisidæ hic invenies. Allatius *Heracliadem* unum esse opus cum superiore perperam censuit ; et plane mirum videtur tantum virum decipi potuisse, qui *De Georgiis* ageret ex professo, qui de Pisida tam diserte scripsit, qui bibliothecæ Vaticanæ fuit præfectus meritissimus ac nulli plane secundus qui tandem, quod vel maximum est, præfecturæ hujus munere tam laudabiliter functus est post Holstenium, a quo Maltretus ipsius Pisidæ opuscula acceperat. Verum omnino dicendum est Allatium, qui omnes ejus biblio hecæ thesauros investigarat, hunc tamen, nescio quo casu, latuisse codicem, ex quo primum Holstenius ac nos deinde Georgii scripta deprompsimus : neque enim ullibi illius codicis mentionem facit. 4. Ad *Abarica* quod spectat a Suida quarto loco laudata, a nobis autem in secundo reposita, certum est æque ac alia tria, de quibus egimus; opera iambis scripta esse. Qui enim cum Cave et Oudino hæc omnia prosa effudisse Pisidam putarunt, omnino falsi sunt, quod in Suidæ editionibus prioribus excusum legissent ἔτι τε Ἀβαρικὰ καταλογάδην. Sed vocem καταλογάδην ad sequentia esse referendam primum recte conjecit Kusterus ex ms. Parisiensi, ac deinde a Maltreto edoctus confirmavit Fabricius; quare textus ille prorsus ita est interpungendus : ἔτι τε Ἀβαρικά. Καταλογάδην ἐγκώμιον, etc. Nam quod pro quinto opere Pisidæ proponit Suidas, *Encomium Anastasii martyris*, vere

Digitized by Google

καταλογάδην *prosa* scriptum est, ac vere etiam de Anastasio Persa agit, non de aliquo Athanasio, ut suspicionem movit Kusterus ex ms. Parisiensi Suidæ, in quo pro εἰς τὸν Ἀναστάσιον legi affirmat εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, quæ sane lectio vulgatæ nequaquam est præferenda.

[p. XI] Jam vero de omnibus operibus Pisidæ, ac de ordine quo illa edenda esse censuimus, pauca dicamus. Fusius enim in monitis peculiaribus ad unumquodque poemation præfixis hæc pertractata sunt. Igitur quæ hactenus reperiri potuerunt (si qua tamen alia præter ea quæ proferimus in lucem scripsit Georgius) hæc sunt.

1. Εἰς τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως· *De expeditione Heraclii imp. contra Persas*, tres sunt acroases, 1098 iambos continentes, in quibus virtus et religio Heraclii immodicis fere laudibus extolluntur, quod ille actus Chosroæ regis impietate et perfidia in Persidem arma moverit: Κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἀπληστίας; ἀλλ' ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους, ut ait acroas. 1, v. 106. Itaque Heraclius Paschate celebrato et Servatoris imagine munitus navem conscendit, ab Heræi promontorio solvit, ac tempestate primum jactatus in Ciliciam appellit. Ibi habito militum delectu omnes ad arma instruit, instructos in Persas impellit, de quibus statim relata victoria intus in Persidem irrumpere molitur: sed cum Barbari de more ruptis fœderibus de invadenda regia urbe cogitarent, Byzantium redire cogitur: Ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ, καὶ τῷ στρατηγῷ τὸν στρατὸν συναρμόσας, καὶ τῷ Θεῷ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας, πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις. Ita Pisida acroas. 3, 336, suas de prima expeditione Heraclii in Persas Acroases concludit, in quibus satis diligenter omnia persequitur: scribebat enim quæ sub ejus oculis acta erant, ut superius observatum est. Verum frustra Pagius in Baronium ann. 626, 4, ex his sperabat se posse supplere quæ a chronographis in Historia Heraclii omissa sunt, quod crederet Pisidam de bello Persico scribentem historici, non poetæ munere esse functum diligenter. Ait enim: *Omissio illa nonnisi ex Georgio Pisidio auctore coævo, qui edidit libros tres De bello Persico, quos Holstenius habuit, suppleri potest. Quare cum is omnia manuscripta sua Eminentiss. card. Francisco Barberino legaverit, rogavi V. C. Schelestratium bibliothecæ Vaticanæ præfectum, ut pro sua in me benevolentia ex Pisidio describere vellet, quæ anno sexto belli Persici gesta fuisse narrat. Sed ad me rescripsit vir eruditissimus se omnia mss. bibliothecæ Barberinæ, præsertimque quæ fuerunt Holstenii, ibidem separatim asservata, studiose percurrisse, sed nihil sibi Georgii Pisidii occurrisse. Quare alia via nobis ineunda erit, ut integram belli hujus historiam exhibere valeamus.* Ita plane: nam nec Pisida ea omnia quæ ad bellum Persicum spectant persecutus est, nec Pisidæ libros in bibliothecam Barberinam intulit Holstenius, sed ex Vaticana exscriptos misit Maltreto [p. XII]. Cæterum hoc poemation, de quo plura alibi dicta sunt, omnium opusculorum Pisidæ primum est, ac proinde prima in sede collocandum fuit. Quæ sequuntur enim pertinent ad ea quæ acta sunt post annum 12 imperii ejusdem Heraclii, Christi 622; in quem incidit memorata Persica expeditio prima.

2. Εἰς τὴν γενομένην ἔφοδον τῶν Βαρβάρων καὶ εἰς τὴν αὐτῶν ἀστοχίαν, ἤτοι ἔκθεσις τοῦ γενομένου πολέμου εἰς τὸ τεῖχος τῆς Κωνσταντινουπόλεως μεταξὺ Ἀβάρων καὶ τῶν πολιτῶν· *De incursione facta a Barbaris ac de frustrato eorum consilio, sive expositio belli quod gestum est ad mœnia Cpoleos inter Abares et cives.* Hujus poematis, quod constat 541 senariis, nullam mentionem ingessit Allatius; quod plane confirmat codicem Vaticanum, ex quo depromptum est eum non vidisse. De Abaribus, qui cum aliis feris gentibus Romanorum ditionem invadere ac vi et ferro vastare iterum iterumque moliti sunt, pluribus agunt scriptores Byzantini. Nos in monito et notis ad hoc poemation, quantum satis est, diximus. Heraclius secundo bello contra Chosroam suscepto adeo præclare rem statim gesserat, ut anno vertente 626 fere in desperationem actus Chosroes *advenis*, ut ait Theophanes, p. 263, *civibus et famulis, ex omni nimirum genere viris allectis*, ultima experiri decreverit. *Sarbarum vero cum reliquo exercitu Cpolin versus misit, ut initis pactis cum Hunnis (Abares eos vocant) Abaribus, Sclavis, et Gepidibus, una simul omnes urbem impressione facta adorirentur.* Sed ut in Perside, sic etiam ad Chalcedonem Persarum spes conciderunt, Abaresque eorum fœderati, Dei ac Virginis Deiparæ ope, fusi ac cæsi sunt. Nimirum Pisida urbem a Barbarorum insidiis non tantum arte et armis quantum miraculo servatam fuisse contendit. Hujus enim belli contra Abares principem ducem statuit fuisse Virginem ac deinde Sergium patriarcham, qui Virginis mandata in preces et lacrymas effusus exciperet atque exsequeretur. Propterea enim sic alloquitur, v. 254: Ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων ἀντεστρατήγεις ἐξ ἄδλου καρδίας τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις. Τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα, πύργους δὲ πίστιν, καὶ βέλη τὰ δάκρυα. Sed quod verum est, acriter pugnatum est terra et mari, ut ex Chronico paschali, p. 391 et seqq., intelligitur. Quamvis autem cives Cpolitani strenue se gesserint in hoc bello, et Heraclius in Perside detentus de salute urbis valde fuerit sollicitus (v. 278), nihilominus illud plane ultimum [p. XIII] fuisset urbis exitium; nisi præsens de cœlo advenisset præsidium et munimen. Porro, si fides habenda est auctori Chronici paschalis, ipse Abarum dux Chaganus nonnisi territus destitit ab urbis expugnatione, quod Deiparam vidisset pro Cpolitanis dimicantem: Καὶ τοῦτο ἔλεγε τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι « Ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν. »

Digitized by Google

3. Ἀκάθιστον ὕμνον, *Hymnum acathistum*, qui ob victoriam de Abaribus in recens memorato bello relatam scriptus fuit, nemo, quod fateor, inter opera Pisidæ recensuit. Nos qua ratione ducti vel quibus argumentis freti id faciendum duxerimus, suo loco exponemus. Si cui tamen nimis infirmæ ac leves nostræ conjecturæ videbuntur, is plane cuivis potius quam Pisidæ hunc hymnum attribuat. Verum scripsisse Pisidam, ut cætera omittam, inde etiam fieri possit probabilius, quod ipse in superiori poemate post descriptionem belli Abarici populum Cpolitanum ad hymnum concinendum hortatur v. 502

4. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *In sanctam Jesu Christi Dei nostri resurrectionem*. Breve est poematium, constans 129 senariis, in quo Pisida, sumpta occasione a magno Paschatis festo, Christianis præceptis imbuit filium Heraclii, Flavium Constantinum, eumque ad imitanda præclara gesta patris inflammat. Scribebat hæc poeta circa annum 627, quo tempore Heraclius iterum in Persidem profectus Chosroam penitus devicit. Hortatur enim filium, v. 112, ut eloquentiæ studio incumbat, qua munitus possit patri redùci gratulari ejusque virtutem et pietatem commendare : Ἀλλ' εὐτρέπιζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα, ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς πρωτοστάτης φράζων ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους οὓς ἀντὶ πάντων ἐκτελεῖ καθ' ἡμέραν.

5. Ἡρακλιάς, ἤτοι εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου βασιλέως, *Heraclias sive de extremo Chosroæ Persarum regis excidio*. Duæ sunt acroases, in quibus Pisida raptim et cursim [p. XIV] res omnes ab Heraclio cum domi tum bello gestas enarrat, quæ causa, opinor, fuit ut *Heracliados* titulum ipsis imponeret : nam quod ad ultimam cladem Chosroæ vel ad secundum contra Persas bellum spectat, id quidem satis leviter attingit, quamvis hic sit præcipuus argumenti scopus atque illuc a principio sermonem intendat ; sed cum ipse primæ, non autem secundæ expeditioni adfuerit, et ut res actæ essent admodum obscure nosset, in laudes Heraclii excurrere atque vagari coactus est, ea quæ magis dictu et scitu digna erant prætermittens. Nimis enim impatiens moræ hoc opus, ut videtur, aggressus, statim ac nuntium de Persis subactis et de Chosroa occiso Cpolim allatum est, ipse suis hisce versiculis victori domino lætus et gaudens voluit occurrere. Rem plane gratiorem, et quæ plus haberet utilitatis, fecisset Pisida, si operam suam usque ad id tempus distulisset, quo in urbem se recepit imperator : tunc enim ea ipse audire ac nobis tradere potuisset, quæ jam sciri desperandum est. Nunc autem adeo leviter res innuit, ut sæpe divinandum sit quo mens ejus spectet. Allatius, qui, ut jam dictum est, *Heraclidem* cum opere superius laudato *De expeditione* unum esse censuit, quædam ex eo desumpta referri affirmat ab Joanne Tzetza in chiliade 3, hist. 66 : *Ibi*, enim ait, *octo Pisidæ iambos producit, qui more illius poetæ elegantissimi sunt*. Sed præterquam quod frustra septem hos iambos (septem enim sunt) quæras in Pisida, certum est eos esse ipsius Tzetzæ, ut recte ante nos observavit Fabricius et fusius a nobis demonstratur in notis acroas. 1, 23, et 2, 256.

6. Ἑξαήμερον ἢ κοσμουργία, *Hexaemeron sive de mundi opificio*. Hoc carmen, quod sane cæteris præstat operibus Pisidæ, edidit omnium primus Fridericus Morellius Friderici filius, typographus regius, una cum senariis *De vanitate vitæ* aliisque fragmentis Gr. Lat. *Lutetiæ*, 1584, 4, ejusque cura et diligentia factum est statim ut Pisidæ nomen jam a multis sæculis oblivioni traditum cœperit reviviscere ac per ora virum φιλελλήνων volitare. At quod mirere, Hieronymus Brunellus S. J. paucis post annis idem opus Hexaemeri sub Cyrilli Alexandrini nomine typis vulgavit, una cum Nazianzeni quibusdam carminibus, et hymnis Synesii, Græce tantum hoc titulo : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν, διὰ στίχων ἰαμβικῶν, *Romæ apud Franciscum Zannettum*, 1590, 8. Verum an recte esset Cyrillo attributus liber, videtur dubitasse idem Brunellus : ita enim ait : In *Præf. poema iambicum* de plantarum et animalium proprietatibus, *adjecimus quod a D. Gonsalvo Ponce de Leons, viro non minus eruditione quam generis nobilitate præstanti, munus acceperam, ipse vero ex Guilelmi Sirleti cardinalis exemplo describendum curaverat. Ascribitur quidem, ut videtur, Cyrillo Alexandrino, qui fuit olim et adhuc est ob ingenii, doctrinæque monumenta præclara non modo Græciæ totius, verum Ecclesiæ universæ orthodoxæ lumen. Neque meum ego de hujus opusculi auctore judicium interpono ; sed certe cujuscunque sit, a veterrimis gravissimisque Patribus aut verborum lepore et elegantia aut, quod caput est, pia religiosaque doctrina nulla ex parte videtur abhorrere. Ita enim præstantis illius divinæque naturæ majestatem infinitam, singularem in omnes mortales beneficentiam, admirabilem sapientiam, potissimùm, quæ in rebus creatis elucet, incredibilem in rebus omnibus maximis et minimis tuendis regendisque* [p. XV] *providentiam paternamque procurationem ostendit, ut legentium animos ad Dei veri cognitionem traducere atque ad ejus amorem inflammare facile possit. Ita porro singulas plantarum vires et animantium facultates elegantì concinnoque versu prosequitur, ut non modo Theophrasti libros et Aristotelis, verum etiam Dionysii Areopagitæ ac reliquorum Patrum scripta de Dei augustissima natura Christique liberatoris nostri mysteriis in pauca quodam modo conferat et sub uno prope ponat aspectu*. Hæc ex Brunello nobis placuit referre, cum quia satis belle ea omnia in Hexaemeron Pisidæ dicta sunt, tum etiam quia ad Pisidam ipsum spectant laudes in auctorem operis congestæ. Nam quod Brunellus de Georgio nostro ne minimam quidem ingesserit suspicionem, id plane factum est eo quia Morellianæ editionis nullam, ut videtur, habuit notitiam, ipse autem in codicem incidit qui falsum præferebat Cyrilli titulum, ut apertius demonstrabitur cum de codicibus opera Pisidæ continenti-

Digitized by Google

bus agemus. Neque enim excusandus Allatius, qui eodem in loco editionem Hexaemeri a Brunello procuratam Romæ statuit esse anteriorem editioni per Morellium factam Parisiis, et tamen fatetur Romanam esse anni 1590 et Parisiensem anni 1584. Sed de hac ipsa editione Parisiensi, quam Allatius anno 1584, Fabricius autem 1585 consignat, ne quid omittam quod dubium creare possit, illud etiam monebo, me duo vidisse exemplaria in bibliotheca Vaticana, quorum unum præfert annum 1584, alterum 1585, sed nulla inter utrumque vel minima est differentia. Non sane par est credere eumdem librum bis fuisse editum duobus annis sibi proxime subsequentibus, sed ipsam potius editionem sub finem anni 1584 inceptam usque ad initium 1585 protractam fuisse, quod ejusdem Morellii epistola nuncupatoria ad Sirletum cardinalem videtur suadere : data est enim die tertia mensis Octobris exeuntis anni 1584. Porro paucis post annis idem opus ad amussim, sed minus eleganter recusum est ex editione Morelliana Heidelbergæ hoc titulo : Ἑξαήμερον ἤτοι ἡ κοσμουργία τοῦ Πισίδου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας. Τοῦ αὐτοῦ ἰαμβεῖα εἰς τὸν μάταιον βίον· *Opus sex dierum, seu mundi opificium Georgii Pisidæ diaconi et referendarii Cpolitanæ Ecclesiæ poema. Ejusdem senarii de vanitate vitæ, e typographio H. Commelini anno* 1596, 8; quo in titulo cur Pisida, qui Græce inscribitur χαρτοφύλαξ, Latine dicatur *referendarius*, plane non assequor; verum hic error fuit Morellii, qui primus pro *chartophylace* reddidit *referendarium*. Præter has autem non novi alias esse factas divisim ejusdem *Hexaemeri* editiones, conjunctim autem cum aliis poetis vel Patribus iterum iterumque prodiit in lucem. Exstat enim Græce et Latine in corpore poetarum Græcorum tragicorum et comicorum, *Genevæ*, 1614, tom. II, p. 241, necnon in appendice Bigneana Bibl. Patrum Paris. 1624, p. 387, et in edit. Bibl. Patrum Morelliana, Paris. 1644—1654, tom. XIV, Latine autem tantum in Bibl. Patrum, Paris. 1589, tom. VIII, p. 318, et in tomo XII Bibl. Patrum edit. Lugduni, p. 323. Verum nemo ex iis, qui toties recudendis operibus Pisidæ manum admoverunt, a Morellio paulisper discedere nec quidquam addere vel immutare ausus est, omnesque in ejus fide omnino acquieverunt. Nos autem de Morellii diligentia in edendo Græco textu nil querimur : ipse enim non ex eodem Sirleti codice, quo postea usus est Brunellus, quod imprudens asseruit Fabricius [p. XVI] t. VII, p. 692, suam adornavit editionem, sed plures codices undique conquisivit ac recensuit, quod ipse affirmat in laudata epistola nuncupatoria. Verum non satis probamus ejus e Græco versionem, quam dura admodum lege sibi præscripta, ut Pisidæ iambos totidem Latinis iambis exprimeret, obscuram adeo et inficetam pluribus in locis reddidit, ut non unum audiverim gravem virum, Græcis litteris non imbutum, confitentem se nihil omnino ex ea ad intellectum capere adjumenti. Itaque novam ex integro versionem instituere decrevi. Sed ne videremur nostris nimium plaudentes aliena vituperare, e regione textus Morellianam apposuimus, nostram autem in ora extrema libri subjecimus, ut quam quisque malit legat et sequatur. Ac mens quidem nostra etiam erat iambos iambis reddere, sed veriti ne id quod vitio vertimus Morellio, nobis quoque eveniret (difficile enim esse novimus obscuri poetæ versus totidem versibus velle declarare), idcirco de sensu et vi verborum tantum solliciti paulo liberiorem confecimus versionem. Multam autem operam in *Hexaemero* illustrando insumpsimus : nam et prolegomena præmisimus et adnotationes adjecimus, ut quod maximum est opus Pisidæ, integrum ex omni parte prodiret in lucem, ac nullam aliam in posterum desideraret manum adjutricem. In editione Græca Brunelli constat poema iambis 1860, in Græco-Latina Morellii 1880. Nostra usque ad 1910 versus exhibet : aliquos enim senarios alibi omissos et hinc inde ex codicibus excerptos suis locis restitui curavimus. Neque, ut videtur, sperandum est amplius ut in majorem numerum excrescant hi senarii, etsi Suidas testetur, ut superius dictum est, ter mille olim constitisse *Hexaemeron*, et Labbeus, p. 385 Bibl. novæ mss. ex Catalogo Scipionis Tettii memoret Pisidæ Cosmopœiam ter mille versus complectentem. Opus est Sergio patriarcha suadente susceptum, eique multa laudum commendatione dicatum. In eo, sub tecto Procli nomine, Joannem Philoponum peti in mentem venit primum Caveo, ac deinde etiam Oudino, quod a nobis in Prolegomenis latius expenditur : sed perperam inde ipse Cave et Oudinus judicarunt idem hoc esse opus cum poemate, quod a Georgio nostro μέτροις ἀρίστοις ὥσπερ εἰθίστο γράφειν, contra Philoponum exaratum esse prodit Nicephorus, lib. XVIII, cap. 48; nam et errasse Nicephorum et falsam omnino esse conjecturam a Caveo inde petitam mox demonstrabimus, cum de poemate in Severum agemus. Cæterum Pisidæ Cosmopœia tota referta est piis sententiis, quibus ad divinam majestatem contemplandam ex rebus creatis mens humana maxime erigitur. Scriptum est, ut videtur, hoc opus circa annum 629, quo tempore Heraclius secundo bello confecto jam Persidem subegerat. Ita enim Pisida Sergium pro Heraclio orantem v. 1845 : Καὶ ὃς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος τὸν κοσμοράστην, τὸν διώκτην Περσίδος, μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα, ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφήλιον τόπον [p. XVII]. Ac paucis aliis interjectis iambis v. 1856 : Οὕτω γὰρ ἕξει πιστὰ νικητήρια νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας, ὡς τοὺς ἀδούλους πυρπολήσας Βαρβάρους.

7. Εἰς τὸν μάταιον βίον, *de vanitate vitæ*, carmen iambicum, quod iambis Latinis redditum edidit cum *Hexaemero* Morellius, ac toties recusum est deinde quoties *Hexaemeron* ipsum iterum typis mandatum est. Mutilum et imperfectum esse omnes tradiderunt post Morellium, qui, ut videtur, in eo codice, quo usus est, ea verba invenit in fine quæ operis defectum apud Græcos significant, hoc est λείπει τάλλα. At

Digitized by Google

nos nec ea verba deprehendimus in codice Vaticano, neque ex sensu ipso aliquid desiderari intelleximus, quanquam adhuc alia argumento congruentia addi potuisse a Pisida nemo negabit; verum utrum ille id fecerit necne, plane incertum : opus, ut nunc est, constat iambis 262. Oudinus 20 capita continere, neumque Joannem Philoponum tacito nomine arguere asseverat : sed quibus rationibus ductus id affirmet, ignoramus. Nam nec ulla capitum distinctio apparet in poemate, nec de Joanne Philopono leve quoddam ullibi est judicium. Quare errasse Oudinum nobis certum est, qui quod alii de *Hexaemero* tulerunt judicium, ad hoc opus arbitratu suo transferre non dubitavit. Cæterum hoc etiam poemation Sergio patriarchæ est inscriptum, quem de more Pisida ingentibus effert laudibus, et contra superbos et tumidos homines veluti quoddam insigne humilitatis exemplar proponit, v. 233 : Εἰ καὶ πέτῃ γὰρ καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις, ταπεινὸς ἦσθα καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω. Nulla autem est nota temporis, ex qua conjicias quando Pisida hoc opusculum scripserit. Quamobrem cum nullam certam sedem sibi reposcat, ab Hexaemero sejungere noluimus, cujus quædam veluti appendix, si argumenti similitudinem spectes, videri possit. Antiquam versionem Morellii, quod item servatum est in Hexaemero, retinendam censuimus, novam textui subjecimus, operis perspicuitati, quantum in nobis erat, consulentes.

8. Κατὰ δυσσεβοῦς Σευήρου Ἀντιοχείας, *contra impium Severum Antiochiæ*. Carmen est constans iambis 731, sæpe adeo obscurum et implexum, ut sæpe etiam stylum vertere et caput scabere mihi contigerit, cum de eo reddendo cogitarem. Auctorem operis esse Pisidam plane non est dubitandum : nam præterquam quod stylus idem est ac Georgio plane conveniens, in cod. Vaticano aliis ejusdem scriptis adnectitur hoc titulo Τοῦ αὐτοῦ κατὰ δυσσ., ac præterea ipse Pisida sibi testis est amplissimus in principio et in fine poematis dicens se nimis fortasse imprudenter gessisse, qui a rebus ab Heraclio in bello gestis describendis ad dogmaticas quæstiones exiliter pertractandas animum traduxerit : Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν Βαρβάρων καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος ἀπαλλαγέντας ἡρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις, ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν εὐεργέτης ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς [p. XVIII] χειρουργίας τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον. Quibus iambis, quos legas in operis exordio, v. 24, Pisida bellum Abaricum et Persicum ab Heraclio feliciter susceptum atque a seipso descriptum aperte designat. Sed clarius hoc etiam demonstrat in fine v. 693, ad eumdem imperatorem conversus dicens : Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις. Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους, ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις πτώσεις τυράννων καὶ τροπὰς ἐναντίων καὶ τοὺς πολυσχεδεῖς τε καὶ πολυτρόπους τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους. Georgium Pisidam esse, qui de Heraclio ac de seipso ita scriberet, nemo plane negabit : sed tamen erunt quibus ea primum inde orietur admiratio, quod altum sit de hoc poemate silentium in Suida, qui alioquin satis diligens videtur in recensendis operibus Pisidæ; deinde autem quod nec Maltretus ipse, qui de iisdem omnibus operibus edendis cogitarat, aliquam de eo fecerit mentionem. Verum Suidas, vel qui in Suidam intulit articulum de Georgio Pisida, omnia ejus scripta minime novit : nam nec de opusculis superius laudatis εἰς ἀνάστασιν et εἰς τὸν μάταιον βίον aliquid dixit; nec de aliis, quæ forsan exciderunt, ut ex fragmentis colligere licet, aliquam nobis suspicionem ingessit. Maltretus autem, qui, ut videtur, nonnisi ex Suida intellexerat quæ scripsisset Georgius, ea ipsa quæ descripta invenerat in Suida sibi mitti petiit ab Holstenio, eaque tantum recepta se editurum promisit. Itaque Pisida hoc scripsit poemation circa annum 630, quo tempore a bello Persico expeditus Heraclius ad sedandas turbas a Monophysitis excitatas in Ecclesia se converterat : aperte enim id declaratur, v. 72 : Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου ἡ πρακτική τε καὶ σοφὴ στρατηγία πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων, ὅπως ὁ πείσας ἡρεμεῖν [p. XIX] τοὺς Βαρβάρους πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἡρεμεῖν τὰς αἱρέσεις. Contra quem autem et qua mente hæc scripserit Georgius, multis disputavimus in Monito, quod hoc ipsum poemation præcedit. Recte quidem in Severum habet titulum : nam quemlibet esse dicas eum quem sub hoc nomine exagitat Pisida, Monophysismi errores plane hic refutantur, cujus hæreseos idem Severus maximus patronus fuit. Sed nostra quidem sententia est, sub nomine Severi episcopum aliquem intelligi, qui Severi placita et doctrinam contra catholica dogmata tum temporis acriter tueretur, et hujus sectæ post Severum aliosque ejus asseclas caput et pater exsisteret; nam eum esse Joannem Philoponum, qui Severi tempore florebat et a Severi partibus primum stetit, deinde vero ab eo discedens Tritheismi sectam constituit, ut in Prolegomenis ad *Hexaemeron* declaratum est, non concedimus Allatio allisque, qui ejus auctoritatem secuti sunt. Et cur enim malis Philoponum, de quo nihil in toto poemate occurrit, quam Severum ipsum, qui diserte nominatur, suis hisce iambis petere Pisidam? Sed Allatium aliosque in errorem adduxit Nicephor. Callist., inter eos qui contra Philopon. scripserunt Georg. nostrum sic adnumerans, l. XVIII, c. 48 : Ἐπὶ δὲ τούτῳ (id est, post Leontinum monachum) καὶ ὁ θαυμάσιος διάκονος καὶ ῥεφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισσίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἰθίστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιδίκ, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διεξέρχεται, σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον. Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν· εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν, γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις. Ὁ δέ φησι, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁμολογεῖς, φησί, φιλοπονώτατε καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ, μίαν τῆς θεότητος καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότητος· εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συν-

Digitized by Google

ἐλήλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί· μία γὰρ καὶ μία δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. Γέλως γοῦν εἰ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγορίᾳ [p. XX] τινὰ, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. Hæc autem omnia recte a Nicephoro ad Pisidæ verba explananda dicta esse fatemur, sed Pisidam ipsum hic impugnare Philoponum negamus. Error enim Philoponi præcipuus fuit ut hypostases a naturis non distingueret, ac proinde tres naturas in SS. Trinitate affirmaret, unde tritheita passim audit; ad quam sententiam refutandam nil faciunt iambi quos ex Pisida profert Nicephorus. Error autem Severi atque omnium Monophysitarum fuit ut unam ex duabus in Christo naturam post unionem, hoc est in incarnatione, assererent; cujus deliramenti præstigias nequeas melius detegere atque impugnare, quam si cum Pisida dicas: *Heus tu, Severe, si te non repugnante altera est divinitatis, altera vero humanitatis in Christo natura, quomodo alteram et alteram unam esse dicis? Nonne hoc etiam pueris ridendum erit, qui plane norunt ex una et una non unam, sed duas coalescere naturas?* Atque hæc ita plane accipienda esse operis contextus demonstrat: ita enim atque hoc plane sensu laudati a Nicephoro iambi in Severum intorquentur, ut videre est, v. 633 et seqq. Inde autem etiam colligas evidenter omnes post Nicephorum hallucinatos esse scriptores, qui eo duce dixerunt Pisidam hisce senariis Philoponum lacessere. Itaque Allatius primum hoc testimonio Nicephori fretus asserere non dubitavit Georgium nostrum aliquo scripto Joannem Philoponum ejusque sectatorum hæresim oppugnasse; Caveus autem et Oudinus ejusdem Nicephori auctoritate et fide moti in Philoponum scripsisse Pisidam pro re certa habuerunt; sed cum quod hoc esset opus in Philoponum scriptum ignorarent, omnia perperam miscentes et in unum confundentes, non aliud quam Hexaemeron illud esse judicarunt: cum autem in eo poemate Proclum nominari animadvertissent, nullam aliam esse rationem autumarunt conciliandi Pisidæ cum Nicephoro, quam si dicerent sub tecto Procli nomine Philoponum intelligi. Sed Fabricius nec Oudino et Caveo concedit idem unumque esse opus in Philoponum cum Hexaemero, nec cum Allatio consentit, qui singulare poema adversus eumdem Philoponum admittit, sed potius existimat Pisidam tribus illis tantummodo versiculis tritheismum Philoponi ejusque computandi in divinis temeritatem perstrinxisse. Sed hæc omnia ex ingenio unumquemque suo minus recte affirmasse jam constat ex hoc poemate *in Severum*, in quo Pisida Severum ipsum, non Philoponum insectatur. Utrum autem Niceta Choniates, quem Allatius ait lib. x *Thesauri orthodoxæ fidei adversus Monophysitas*, eosdem tres versus laudare, dicat esse illos contra Philoponum scriptos, plane nescio; quanquam enim multum studiose hujus Thesauri codices in Romanis bibliothecis conquisiverim, nullibi tamen mihi contigit eos invenire; ut omnino admirarer unde hoc Nicetæ testimonium hausisset Allatius. Nuper autem cum Florentiam fausto clementissimi principis adventu cohonestatam venissem, codicem bibliothecæ Medico-Laurentianæ Thesaurum Nicetæ continentem diligenter evolvi, et librum decimum iterato legi, nec uspiam tamen memorari Pisidam deprehendi. Quare suspicio mihi orta est, in eo codice forsan aliqua esse omissa ex iis quæ in Allatiano legebantur. Fatear enim, sicuti mentionem Pisidæ ingessit Niceta, id plane facere debuit eo in libro quem Allatius designat: ibi enim multum apposite variorum auctorum de Monophysismo sententiæ referuntur.

9. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον· *Encomium martyris Anastasii*, [p. XXI] quod olim fuisse ms. in bibliotheca Antonii Augustini testatur Allatius. Nos diu quæsitum tandem invenimus in nuper laudata bibliotheca Medico-Laurentiana, plut. 9, n. 13: sed nonnisi magno pretio nobis licuit ejus apographum obtinere, et quod durius est, opus etiam fuit illud Florentiam iterum mittere et cum autographo conferre, propterea quod amanuensis inutili ac plane ridicula quadam diligentia codicis characteres nexus litterarumque ductus omnes conatus exprimere, ea ne legi possent effecerat. Ex qua re mirum quot mihi sunt ortæ molestiæ: nam quinque integri anni deinceps elapsi sunt, antequam hoc grande negotium absolutum reciperem. Encomii vel orationis auctorem esse Pisidam faciunt ut credamus et nota temporis et rerum affinitas et styli cum stylo nativa germanitas; quæ omnia, ut nobis quidem videtur, satis aperte demonstrantur. Cæterum unum hoc exstat Pisidæ opusculum soluta oratione scriptum: nam alia quidem hoc modo eum scripsisse nec affirmare possumus nec negare. Sed hoc ipsum e tenebris in lucem nunc prodire forsan gaudebunt viri eruditi, apud quos certum et inconcussum jam erit Suidæ de Pisida testimonium dicentis scripsisse nostrum præter cætera καταλογάδην ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, non autem εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον· quod jam præter cæteros antea viderat Alex. Politus in *Martyrologio Rom. illustr.* p. 367, dicens: *Suidas inter scripta Georgii Pisidæ refert* ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον; *qua de lectione non erat quod inquireret Kusterus, quod sciolus nescio quis ibi fecerat* εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον. *Scripsit etiam Georgius Pisida*, εἰς Ἡράκλειτο τὸν βασιλέα καὶ εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον. *Unde magis fit verisimile scripsisse etiam Pisidam encomium in S. Anastasium martyrem fortissimum atque celebratissimum.*

10. Ἐπιγράμματα καὶ ἀποσπασμάτια, *Epigrammata et fragmenta*, quæ multo studio et diligentia ex libris cum editis tum ineditis collegimus, ut videre est in fine: nihil enim hic juvat repetere ea quæ alibi fusius exposita ac pertractata sunt.

Hæc itaque sunt indubia Opera Pisidæ, quæ usque ad hunc diem nobis obtigit reperire ac reperta vulgare. Sed ex iis alia ipsum scripsisse conjicimus: cum enim inter fragmenta occurrant plures iambi, qui in recensitis opusculis non inveniuntur, ad aliquem deperditum libellum eos pertinere manifestum est. Id autem ipse Pisida suo testimonio videtur confirmare: ait enim, aereas. 3, 381, *De exped.*: Ὅμως δὲ με-

Digitized by Google

κρῷ καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος ἥμαρτον οὐδὲν μὴ διαπλεύσας ἔλην. Si autem assuetus erat in Heraclium excurrere μικρῷ σκάφει, hoc est parvis poematiis de eo scribere, profecto alia jam ediderat, antequam hasce acroases vulgaret; sed nullum ejus exstat opus, quod acroases ipsas præcesserit : igitur si quid scripsit, deperditum est. Quin etiam in *Abaricis*, v. 307, pacis tempore se plura dicturum pollicetur de gestis Heraclii ; sed [p. XXII] quæ post pacem cum Persis sancitam edidit, sunt poemata in *Hexaemeron* et *in Severum*, in quibus pauca admodum attingit de Heraclio. Neque suam fidem omnino liberasse Pisidam dixeris in *Heracliade* : quamvis enim eo in poemate omnia imperatoris gesta complecti voluisse videatur, quam leviter tamen ea pertractarit ipse sensit, ac fassus est, dicens in fine acroas, 1, 238, rerum copia urgeri ac premi, et pauca tantum e multis delibare, donec ipse imperator in urbem reversus liberiorem ei præbeat dicendi facultatem. Ut igitur nostra fert opinio, præter ea quæ nunc prodeunt in lucem Opera Pisidæ, alium quemdam libellum iambico metro ὥσπερ εἴθισστο exaravit, in quo res ab Heraclio in Oriente gestæ fortasse accuratius expendebantur : quam nostram sententiam etiam Michaelis Pselli auctoritas videtur confirmare, ut dicetur infra, cum de stylo Pisidæ agemus.

Nunc autem, an alia etiam scripserit, videndum est; nam Possevinus quidem in catalogo mss. Græcorum ad calcem tom. III sui *Apparatus* ait in bibliotheca Vallicellana asservari codicem, in quo Pisidæ *De gestis imperatorum Cpolitanorum* historia continetur. Joannes autem Georgius Herwartus ab Hoemberg in suis *De re chronologica* capitibus, Usserius aliique non dubitarunt Georgio nostro attribuere celeberrimum illud chronicon, quod primum Fastorum Siculorum ac deinde Chronici Alexandrini et Paschalis lemmate vulgatum est. Sed quod ad bibliothecam Vallicellanam spectat, quam Patrum Oratorii humanitate sæpe adire et totam perlustrare mihi licuit, plane assentior Leoni Allatio, qui Possevini auctoritatem ita convellit: *Licet anxie librum quæsiverim, sæpegue indicem et potissimam librorum partem pervolverim, ad hunc tamen diem nusquam tale opus occurrit. O utinam, quod non credo, esset! Errorem inde natum existimo : nam qui librorum Græcorum indicem confecit, cum in cod.* B. 112, *antiquo satis et optimæ notæ, sed parvæ molis libro, historiam de imperatoribus Cpolitanis in principio reperisset, eam tamen ἀκέφαλον plurimarum paginarum amissione, quam postea opus in Hexaemeron Georgii Pisidæ excipiebat, nec, ut par erat, animadvertisset historiam primam de imperatoribus Constantini Manassæ synopsim esse, eam Georgio Pisidæ, sequentis operis auctori, sed oscitanter nimis, donavit et harum rerum anxiis fucum fecit.* Quod autem Herwartus ex Suida probare contendit, Chronici paschalis scriptorem fuisse Pisidam, qui, ut ipse ait, ævo Heraclii florebat ejusque res gestas, et Persica bella oratione libera composuit, quam sit ridiculum [p. XXIII], apparet ex iis quæ de testimonio Suidæ superius dicta sunt. Nam Herwartus ea ipsa Suidæ verba, Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων εἰς ἔτη τρισχίλια· εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα, καὶ εἰς τὸν κατὰ Πέρσῶν πόλεμον, ad hoc Chronicon significandum inani conatu detorquet, quasi Pisida uno tantum opere cœptos ab orbe condito usque ad Heraclium et Persicum bellum Heraclii *Annales* prosecutus sit. Ita enim τὸ εἰς interpretatur, ut valeat non *de Heraclio* sed usque *ad Heraclium*, interpunctione ante εἰς omnino sublata. Hoc autem vanum esse Herwarti commentum demonstravit Matthæus Raderus in Præf. ad hoc ipsum Chronicon, quod Alexandrinum inscripsit atque edidit, ex ipso Suida satis aperte evincens Hexaemeron Pisidæ esse opus a cæteris distinctum. Sed et Raderus ipse de Pisidæ scriptis loquens hallucinatus est: nam primum ex manusc. cod. A. bibliothecæ Augustanæ, in quo legitur Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας τοῦ Πισίδους προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου δι' ἰάμβων στίχων, recte omnino colligit hoc opus esse ἔμμετρον et versu conscriptum, sed perperam deinde statuit mille octingentos octoginta ejusdem operis versus, quos habuisse præ manibus editos affirmat, aliud non esse quam quoddam totius argumenti proœmium, quod etiam Vossius *De hist. Græc.* tom. IV, pag. 143, Raderi auctoritate motus, imprudenter asserit. Equis enim non intelligit in codice Augustano vocem προοίμιον idem plane sonare ac ἀρχὴ τοῦ Ἑξαημέρου, hoc est *initium Hexaemeri*, vel *incipit Hexaemeron*? quis autem credat operi trium millium versuum, ut placet Suidæ, mille octingentorum et octoginta esse affixum proœmium? Sed et legenti patet Hexaemeri proœmium constare tantum quinquaginta prioribus iambis, post quos statim incipit poema eo versu, πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία. Secundum erravit Raderus, quod Pisidam scripsisse *Historiam de Heraclio* καταλογάδην dicat, ejusque rei testem Suidam exhibeat, quod esse falsum alibi demonstratum est. Nam quæ Suidas ait scripsisse Pisidam de Heraclio, iambis contineri vidimus, nec ullam aliam historiam lexicographus memorat, ad quam Chronicon paschale referri posset. Itaque cum Herwartus tum Raderus in Suidæ textu explanando falsi sunt : sed turpius Herwartus, qui ex eo gloriatur in suis *Capitibus Chron.* detexisse ejusdem Chronici paschalis auctorem esse Pisidam, nec sensit quam sit ineptum hoc affirmare, cum Suidas dicat Pisidam iambico metro esse usum, et Chronicon paschale soluta oratione sit exaratum. At Raderus contra nullo modo ex Suida affingi posse Pisidæ hoc Chronicon recte contendit, sed male ipsum Pisidam historiæ cujusdam Heraclianæ esse auctorem concedit. Quin etiam Chronicon scripsisse Pisidam non audet omnino negare : nam aliud Chronicon anonymum ms. in bibliotheca collegii Annæi Augustana se vidisse testatur, quod ex Pisida et Cyrillo decerptum dicitur in Epigraphe, statimque in

Digitized by Google

rincipio refert apud Georgium Pisidam Adami filias primas, alteram Azuram, alteram Asuam nominari; nde Raderus conjiciebat Chronicon Pisidæ, si quod unquam fuit, a paschali Chronico esse diversum, in uo nec Asuæ nec Azuræ ulla fit mentio. Nos autem nullum unquam Chronicon scripsisse Pisidam exi- timamus : nam etsi concedere velimus Radero exstare codicem in collegio Annæo, cui titulus sit *Chro- icon ex Pisida et Cyrillo decerptum*, quis tamen tantam habebit titulo fidem ut ei acquiescat, nec potius ddubitet ea nomina amanuensis arbitrio apposita esse libro, cum nec quis fuerit Cyrillus nec quod sit Chronicon Pisidæ attributum aliunde innotescat? Sed alias etiam de hoc [p. XXIV] fictitio Chronico red- bit sermo. In Chronicon paschale autem nihil de suo contulisse Pisidam confidenter asserimus : quam- vis enim (ut cum Du-Fresnio, qui novam hujusce chronici editionem adornavit, loquar Præf. p. 8) negari ere non possit ejus operis continuatorem sub Heraclio vixisse, tum quod libri titulus in cod. Vaticano et in codd. bibliothecæ Regis Catholici illud in annum 20 Heraclii, vel certe in illius tempora desinere in- nuat, tum quod quæ de eodem Augusto ejusque gestis narrantur, ac denique exscriptæ prolixiores epi- stolæ ad Persarum regem vel toparchas, etc. Id suadeant omnino, tamen non inde sequitur Georgium Pisidam, quod eodem Heraclio imperante vixerit, Chronici auctorem haberi debere. Duo autem sunt quæ faciunt ut libenter Du Fresnio assentiamur, primum quod in iis, quæ de Heraclio in Chronico fuse nar- rantur, ne una quidem vox occurrat a Pisida de iisdem rebus agente usurpata, ut cuivis narrationem Chronici de bello Abarico, p. 392, Pisidæ conferenti fiet manifestum; præterquam quod Chronici stylus tam rudis est et incomptus, ut quantum licet historicum poetæ comparare, nullo modo videatur Pisidæ convenire. Deinde autem, ut par est credere, si nostri Georgii opus esset Chronicon paschale, non is ad annum 20 Heraclii tantum illud protraxisset, et res Persicas post interjectam illam de Abaribus longam et minutam narratiunculam tam sicco pede transisset, sed plura omnino de gestis Heraclii in Chosroam congessisset, et alia quæ post bellum Persicum evenere, memoratu plane digna, attigisset; cum ex poe- mate in Severum pateat, quanti idem Pisida facienda esse censuerit, quæ pro ecclesiasticis controversiis componendis post pacem cum Siroe Persarum rege firmatam egit imperator. Jam vero chronographum non fuisse Pisidam facile, opinor, sibi quisque persuadebit : sed iambographum egisse nemo sanus nega- bit. Quare quid respondebimus Q. Septimio Florenti Christiano, qui idcirco ei attribuit poemation astro- nomicum *De sphæra*, quod antea sub Empedoclis vel Demetrii Triclinii nomine ediderat Parisiis an. 1564 Fridericus Morellius? Cum enim ille, doctissimus omnino vir, anno 1687 statuisset luci donare ejusdem poematii versionem, de eo hoc judicium interposuit : *Empedoclis hos esse versus nunquam in animum in- duxi ut crederem, et qui credunt, sunt sane quam* ταχυπειθεῖς, *nulloque, ut mihi videtur, probabili nituntur argumento. Ab iis temporibus longissime absunt, qui Triclinio Demetrio imputant; sed conjectura tamen scopum veritatis propius attingunt. Quamvis enim materia hæc sit vetus, recentiorum est forma, et meruit nihilominus antiquam obtinere; profecto poesis ista non longe discedit a Pisidæ vel stylo vel ætate, quod ju- dicium facio aliorum et eruditiorum*, etc. Ego vero Pisidam esse auctorem non credo, et plane libenter assentior Fabricio, qui *Bibl. Græc.* tom. II, pag. 477, hunc ipsum *De sphæra* libellum, jam raro obvium, iterum impressum cum docti interpretis notis non inconsultus nobis obtulit legendum, sed cuivis potius alteri quam Pisidæ adjudicandum censuit, quod Christianismum ejus et religionem neutiquam spirent hi v. 75 et seqq. Τοιᾶδε τάξει σχηματίζοντ' ἀστέρες, θεῶν βροτοῖσι τὴν χάριν δωρουμένων. Εἶτ' οὖν ἀμήτωρ Παλλὰς ὥρισε βροτοῖς, εἴθ' ἥλιος τηλωπὸν ἀστέρων θέσιν, Θεῶν τὸ μηχάνημα. Quinam enim [p. XXV] fieri possit ut Pisida, qui in Hexaemero omnia ad pietatem et veram religionem nimium etiam studiose de- flexit contra Græcos, si de sphæra et stellis egisset, earum ordinem et cursum a fabulosis gentium numi- nibus diceret esse constitutum? profecto hæc una difficultas tanti momenti mihi visa est, ut opus ipsum attentius expendere et stylum stylo conferre supervacaneum esse duxerim. Restat tandem ut etiam illud moneam, ne *Commentarios* quidem *in Epistolas Pauli*, quos Græce exstare in bibliotheca Vindobonensi ex Frisio et Possevino refert Le-Longius *Bibl. Sacr.* tom. II, p. 907, sub nomine *Piscidii* vel *Pisidii* Græci, Georgio Pisidæ tribuendos esse; quem talia scripsisse nec auctoritatibus nec conjecturis evinces. Sed et Frisio et Possevino etiam fides in hoc negari posse videtur, cum Lambecius et Reimannus, qui catalogos bibliothecæ Vindobonensis longe accuratius confecerunt, hujus Piscidii vel Pisidii in Paulum scribentis nullam ingerant mentionem.

Itaque cum jam sit apertum quæ sint opera falso attributa Pisidæ, non abs re quidem erit nunc aliquid dicere de codicibus, in quibus ejus genuina scripta contineri aut vidimus aut legimus. In bibliotheca Va- ticana quinque sunt hujusmodi codices, quorum primus signatur num. 121; in eo præter Cleomedis, Dionysii Periegetæ, Theodori Prodromi aliorumque opera sunt Γεωργίου διακόνου καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι εἰς τὴν Ἑξαήμερον. Codex est minutissimus, sed elegantibus litteris exaratus : iambi sin- gulis paginis in quatuor columnas digeruntur, non ita tamen ut tota columna prima legenda sit, antequam ad secundam quis progrediatur, sed a singulis cujusque columnæ primis versibus incipiendum sit, et sic deinde veniendum ad secundos, tertios, quartos, atque eo ordine continuandum usque ad finem paginæ. Cæterum multis scatet erroribus, ac plures in eo desunt versus, plures sunt extra ordinem transpositi.

Digitized by Google

Secundus codex Vaticanus est 166, non inceleganter sed multum mendose scriptus, cum emendationibus a recentiori manu appositis in margine. Titulus est : Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ ῥεφερενδαρίου τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, κυρίου τοῦ Πισίδου, στίχοι ἰαμβικοὶ πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Σέργιον, hoc est *in Hexaemeron Sergio dicatum*. Ex hoc codice decem illos iambos supplevimus in principio v. 22, qui sunt in laudem ejusdem Sergii : desinit in versum 1627 : Οὕτως ἕκαστα συμφερόντως ἡ χάρις, sed pro χάρις habet κτίσις. Tertius codex Vaticanus est 867, in quo 419 iambi tantum ab Hexaemero excerpti leguntur, qui sunt de animalium proprietatibus : incipit enim a versu 938 : Τίς ταῦρον ἐκράτυνεν, et desinit in versum 1357 : Πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν ἀναστρέφει. Totus est negligenter et a barbara manu exaratus, ut non dubites eum a sequioris sæculi quodam Græco emanasse. Titulus est : Γεωργίου τοῦ σοφωτάτου καὶ διακόνου τοῦ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι. In fine legitur τέλος τῶν στιχείων. Interea, quod mirere, iambi non sunt στιχηρῶς, sed in modum prosæ orationis scriptæ. Quartus codex Vat. est 1126, membranaceus, ejus formæ quam dicimus in 16, nitide et eleganter [p. XXVI] et, ut videtur, circa sæculum XIII a perito calligrapho scriptus. Is est codex ex quo fuerunt exscripta opuscula Pisidæ ab Holstenio missa Maltreto, quem Allatius non vidit, a quo apographum bibliothecæ Corsinianæ formatum est, et quo demum nos in hac editione procuranda usi sumus. In eo enim continentur omnia Pisidæ carmina hoc titulo atque ordine : Στίχοι Γεωργίου διακόνου καὶ σκευοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας τοῦ Πισίδου εἰς τὴν Ἑξαήμερον· *In Hexaemeron. Epigrammata, Heraclias, de vanitate vitæ, contra Severum, de expeditione Heraclii, de bello Abarico, in Anastasium.* Sequuntur anonymi iambi in S. Mariam Ægyptiacam, ac deinde plurima Philæ carmina. Nec Hexaemeron nec Poemation de vanitate vitæ exinde colligas esse mutilum : omnes enim versus utrobique sibi succedunt suo ordine conjuncti, nulla litura apparet in medio, neque in fine, quod apponi solet cum aliquid desideratur, λείπει τἄλλα legitur, ut est in Morellio. In margine sunt tituli ex minio rerum capita indicantes, quales idem Morellius exhibuit in sua editione Parisiensi. Codex, ut videtur, e Columnensium domo ad bibliothecam Vaticanam transivit : habet enim in principio hæc verba, *Hoc volumen est mei Nicolai Bartholomæi de Columnis.* Quintus codex Vat. est 1281, bombycinus, extra et intus præferens stemma domus Caraffæ : in prima pagina legitur *Antonii card. Caraffæ bibliothecarii munus ex testamento;* sequitur hic titulus : Τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Κυρίλλου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ ζώων ἰδιότητος καὶ φυτῶν διὰ στίχων ἰαμβικῶν, πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην κύριον Σέργιον. Sed a manu recentiori, quæ videtur esse Allatii, ibidem recte est annotatum Γεωργίου τοῦ Πισίδου. Post versum 80 : Σιγῶσι Πρόκλοι, legitur, Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, e quibus verbis, si tanta esset codicis auctoritas, hæc duo firma haberentur, et quod sit Hexaemeri principium, et quem sibi ducem in eo scribendo legerit Pisida. Verum hic plane est ille codex, cujus epigraphe deceptus Hieronymus Brunellus Hexaemeron Pisidæ edidit Romæ anno 1590 sub nomine Cyrilli, ut supra dictum est : omnia enim respondent ad amussim, cum titulus tum iamborum numerus, qui sunt 1864. Cæterum totus corruptus est et prorsus inemendatus, quanquam non inceleganter scriptus initio sæculi XV. In margine ad versum 474 hujusmodi est inscriptio Περὶ τῆς ἱερᾶς νόσου, *De sacro morbo*, quam in nullo alio codice reperi. Sed et Morellius eamdem glossam marginalem apposuit, cujus vim plane non assequor, nec antea assecutus fuit editor Bibliothecæ Patrum Paris. 1589, ait enim : *Inscriptionem* De morbo sacro *non capio : malim* De certaminibus et præmiis martyrum Christi. Hos quinque codices Vaticanos, quoniam licebat, non piguit jamdiu conferre et variantes lectiones hinc inde colligere : spes namque inerat uberrimum diligentiæ nostræ fructum nos esse relaturos ; sed exhausti laboris tandem nos pœnituit, ubi intelleximus eos omnes esse tam imperite et oscitanter scriptos, ut nullam utilitatem ex eorum lectione capere possis, si tamen laudatum codicem 1126 excipias, quem unum perlustrasse et expendisse accuratius satis fuisset. Sed et alium codicem bibliothecæ Vallicellanæ signatum B 115 conferre voluimus, quem Fulvius Ursinus dono dedit Achilli Statio, ut in eodem notatum animadverti ; ne cum esset ad manus, eo vel neglecto vel omisso officio nostro videremur defuisse. Codex est membranaceus, in quo statim veniunt iambi Pisidæ in duas columnas pulcherrime digesti et nitido characteri conspicui, sed [p. XXVII] multis mendis fœdati et perturbato ordine dispositi ; quin et desunt non pauci : nam hexaemeron illic versibus 1651 continetur. Titulus est : Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς πατριάρχην Σέργιον περὶ τῆς Ἑξαημέρου. Cum autem paucis ante annis patrios revisurus lares Florentiam venissem, ibi mihi libuit per otium videre ac manibus versare codicem 10, plut. 5, bibliothecæ Mediceo Laurentianæ, quamvis nec ætate nec ulla scriptionis specie commendabilem, in quo habentur Γεωργίου διακόνου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Πισίδου στίχοι ἴαμβοι, videlicet in Hexaemeron, qui sunt tantum numero 1427 : plures enim versus omisit scriptor, ac præsertim in fine, quorum ultimus occurrit, qui nobis est 1823 : Ἕτοιμος οἶνος. Id autem antea observaverat diligentissimus editor catalogi ejusdem bibliothecæ, p. 23, hæc subdens : *In codice accedunt hi quinque mendosi versus, qui desiderantur in editione Lectii :* Δόξα δὲ πάντων τῷ Θεῷ καὶ Δεσπότῃ τῷ ζῶντι καὶ μένοντι εἰς ἀεὶ πρέπει. Ἀμὴν, ἀμὴν γένοιτο τῷ ἐν τοῖς πᾶσι χρόνοις τε καὶ γ' ἔτεσι τοῖς ἀμετρήτοις, εἴτε δὲ τοῖς ἀναξίοις ἡμῖν ἐν πᾶσι καιροῖς. At non sensit, quod tamen facile erat intelligere, putides illos versiculos non esse Pisidæ, sed im-

Digitized by Google

scriti scriptoris, qui cum scribendi finem fecisset, amanuensium more hæc effutivit de suo. Qua de re antum abest ut in editionibus Hexaemeri hæ nugæ desiderentur, ut essent potius, si forte illuc irresissent, expungendæ. Venio nunc ad bibliothecam regii Taurinensis Athenæi, in qua, prout ex jus catalogo colligitur, duo sunt codices opera Pisidæ continentes, videlicet 304 et 360. Id cum go legissem, statim per epistolam rogavi cl. Patrem Beccariam, ejusdem Athenæi professorem celeberrimum et ex tempore, quo nos ambo degebamus Panormi, amicum suavissimum, ut qua ratione et modo posset, horum codicum notitiam ampliorem quam quæ in catalogo esset mihi communicaret; is autem hanc spartam, quo nihil optatius mihi contingere potuit, dedit alteri bibliothecæ custodi Francisco Bertæ, viro doctissimo atque humanissimo, qui sponte et ultro, et nulla vilis mercedis spe ductus, injucundum onus subiit, unum ex duobus codicibus contulit, suasque in utrumque observationes ad me liberaliter misit. Sed, ut ipse fatetur, uterque codex mendose scriptus est sæculo xv, idque ex variantibus inde excerptis abunde patet. Titulus codicis 304 hic est: Γεωργίου διακόνου καὶ χαρτοφύλακος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Πισίδου, προοίμιον εἰς τὴν Ἑξαήμερον δι' ἰάμβων, qui titulus in Catalogo, p. 393, sic legitur Latine tantum expressus: *Georgii diaconi et chartophylacis sanctissimæ Dei Ecclesiæ C. P. Pisidensis, carmen in Hexaemeron;* sed melius et ad verbum reddas, *Georgii*, etc., *sanctissimæ et magnæ Dei Ecclesiæ cognomento Pisidæ, in Hexaemeron iambis conscriptum proœmium.* Is est codex cujus variæ lectiones laudatissimi viri Francisci Bertæ beneficio apud me sunt, e quibus tamen nullum adjumentum capere nobis licuit vel ad emaculandum vel ad locupletandum Pisidæ textum: omnia enim illic sunt interpolate et barbare scripta: sed in eo etiam occurrunt decem illi senarii in laudem Sergii, quos diximus superius ex cod. Vat. 166 exceptos in Hexaemeron nos comportasse post versum 21. Quin etiam hoc in codice [p. XXVIII] Taurinensi præter decem hi alii duo adduntur versiculi: Ἡ προγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων ἔρως προσευχῆς καὶ θεότρωτος λόγος, quos in textum non recepimus, quia nobis videbantur esse nimis inficeti et Pisidæ neutiquam convenire. Sed qui volet recipiat, dummodo pro θεόπρωτος, quæ putida vox est et barbara, legat θεοπρεπὴς λόγος. Alterius autem codicis 360 titulum, cujus characteres adeo esse evanidos me monuit amice idem Berta ut vix legi possint, proferam ex Catalogo, in quo, p. 485, hæc habentur: Γεωργίου διακόνου τῆς Μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας καὶ ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδου στίχοι πολιτικοὶ εἰς τὸ Ἑξαήμερον τοῦ μεγάλου Βασιλείου· *Georgii diaconi Magnæ ecclesiæ et referendarii, cognomine Pisidæ, iambici versus politici in Hexaemeron magni Basilii*, quorum initium ὦ παντός. Sed hoc in titulo erravit cum codicis scriptor, qui versus politicos appinxit Pisidæ, tum auctor catalogi, qui eos iambicos politicos appellat: nam, ut inferius notabimus, iambis quidem scripsit Pisida, et omnino eleganter, non versibus politicis; iambicos autem versus nullo modo possis appellare politicos, cum maximum sit inter iambos ipsos et politicos discrimen. Quod autem ibi deinde legitur, suos iambos scripsisse Pisidam in *Hexaemeron Basilii*, id quam levi innitatur fundamento, ostendimus in *Monito* ad ipsum poema *De opificio mundi*. Sed hoc in codice præter Hexaemeron habentur etiam primum τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν μάταιον βίον καὶ καθ' ὑπερηφάνων, *ejusdem de vanitate vitæ et adversus superbos*, iambi, quorum initium: Ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς κόρας, deinde vero στίχοι τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀνάστασιν, *ejusdem versus de Christi Domini nostri resurrectione*, quorum initium: Λευχειμονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις· τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδάσκεται χρέος.

Hi sunt codices in Italiæ bibliothecis asservati, in quibus opera Pisidæ continentur; nec alii sunt Georgii τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας στίχοι, quos Conradus Gesnerus in sua Bibliotheca dicit alicubi exstare in Italia; ac proinde non immerito irridetur ab Allatio, quod ita scripserit: Γεωργίου πόνημα τοῦ καὶ Πισίδου. *Inscriptio trimetra iambica libri, qui nescio qua in Italiæ bibliotheca latet, varia opuscula continens, de æstate, de mari, ad eos qui leges non metuunt, de augmento, de sensibus nostris; physiologiam de plantis, avibus, volatilibus, natatilibus, feris, reptilibus et herbis; de generibus animalium; de locusta, de hirundine, de malo punica;* quæ omnia Hexaemeri partem constituunt: verum *en*, subjungit Allatius, *quomodo unum et continuatum tractatum in plures ver iste discerpit. Annon etiam hac ratione et carmen quandoque unicus tractatus et opusculum erit?* At vero longe plures sunt operum Pisidæ codices, qui in bibliothecis extra Italiam exstant: nam in sola regia Parisiensi, qua nulla post Vaticanam plane ditior est, quinque sunt codices, ut patet ex catalogo, videlicet 854, 1277, 1302, 2831, 2871, iambica carmina in *Hexaemeron*, sive *De opificio mundi*, complectentes sub aperto nomine Pisidæ. Sed ibidem alii quinque exstant codices, id est 2745, 2746, 2869, 2870, 2893, in quibus idem opus sub falso nomine Cyrilli Alexandrini. In codice autem 1630 leguntur Pisidæ iambi *De vita humana*, quorum ἀρχοτέλειαν nobis rogatus misit perhumaniter cl. vir Capperonnerius bibliothecæ [p. XXIX] Regiæ custos, qualem hic libenter subjicimus, cum quod ibi alia aliter ac in editis legantur, tum quod nihil deesse in fine hujus poematis, ut superius dicebamus, confirmetur: Τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Πισίδου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερηφάνων ἔμμετρα ἰαμβικά.

Τὸ πρόγραμμα πρὸς Χριστόν. Ἄνοιξον ἡμῶν τοῦ λογισμοῦ τὰς πτύχας, ὁ τοῦ δένου πρὶν ἐξανοίξας τὸ

Digitized by Google

στόμα. Εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπταις παντάσι τῇ τοῦ καθ' ἡμῶν εὐδιαγνώστου βίου. Ὅμως ἐκείνοις χρώμενος διδασκάλοις ἐμαυτὸν, ὡς ἔνεστιν, ἐμμέτρως γράφων δι' ἧς πέπομφα τῶν παθῶν ἀμετρίαν γραφὴς ἐμαυτοῦ καὶ κατηγορημένων. Ἀρχὴ τῶν ἐμμέτρων· Τὴν τοῦ βίου ῥέουσαν εἰκόνα γράφων. Τέλος· Ὄχημα λαμπρὸν ἐκ Θεοῦ πεπηγμένον, δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον. At in eodem codice 1650 sub nomine Pisidæ veniunt n. 77, *versus heroici de eodem argumento*, videlicet, *de vanitate vitæ*; n. 78, *iambi in templum quod est in Blachernis*, et n. 79, *epigrammata in Davidem, in theologum, in Horologium et in legum synopsin*; quæ omnia falso esse ascripta Pisidæ me monuit laudatus Capperonnerius, cujus auctoritatem sequor non invitus : sed cum iambos *in ædem Blachernianam* Georgii esse judicaverint alii doctissimi viri, ego eos inter *Fragmenta* recensere non dubitavi una cum aliis carminibus *in Deiparam et sanctum Thomam aliosque*, quæ ex codice 2831 exscripta tanquam genuina Pisidæ opuscula, nobis communicavit idem Capperonnerius. Nil autem loquar de homilia *in beatam Virginem, ac de vivifica ac salutari passione*, quæ in cod. 1207 Georgio Pisidæ episcopo Nicomediensi tribuitur : satis enim de hac nominum Georgii Pisidæ et Georgii Nicomediensis confusione dictum est, nunc autem a Regia bibliotheca Parisiensi (*a*) ad Cæsaream Vindobonensem gradum facientes tres ibi codices asservari intelleximus ex catalogis Lambecii Nesselii et Reimmanni, Pisidæ nomen præferentes. Ii autem sunt primum cod. 209 *theologicus*, de quo Lambecius lib. v, p. 18, et Reimmannus, p. 338. In eo, n. 7, venit *Hexaemeron* sub hoc titulo : Γεωργίου διακόνου ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδη εἰς τὴν Ἑξαήμερον, sed pertingit tantum usque ad locum *de vermibus sericis*, cujus illic hoc est principium : Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα σηρικονόμος. Secundus codex est qui in classem medicorum relatus signatur n. 48; de eo Lambecius, lib. vi, p. 162, et Reimmannus, p. 493. Titulus est : Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου τοῦ Πισίδους περὶ ζώων, *Sapientissimi domini Georgii Pisidæ poema iambicum de animalibus*, quod est Hexaemeron : sed hujus tituli respectu, ut Lambecius ait, fit ejus operis inter medicos mentio tanquam ad historiam animalium pertinentis, quod omnino melius ad classem theologicam referas. Circa finem hujus poematis, nempe e regione v. 1856 : Καὶ δός, in margine codicis hæc ascripta sunt verba, πρὸς Ἡράκλειτον λέγει, et paulo post e regione [p. XXX] v. 1880 : Ὁ πατριάρχης, item hæc leguntur, πρὸς Σέργιον λέγει. Tertius codex est, ex quo Nesselius, part. iv, p. 83, et Reimmannus, part. ii, lib. ii, p. 72, hunc titulum proferunt : *Poema vel versus iambici de animalibus, avibus, plantis et herbis, forte Georgii Pisidæ vel Psselli, sed ab initio mutili.* Id ego cum legissem, nec plane scirem unde ea oriretur circa Pisidam et Psellum dubitatio, optimum virum Nicolaum Forlosiam, unum e custodibus bibliothecæ Vindobonensis, cujus consuetudine utebar jucundissima, dum essem Viennæ, nunc autem morte subreptum cum bonis doleo, datis litteris rogavi ut ejus codicis accuratiorem descriptionem ad me mitteret. Is autem humaniter rescripsit codicem nec optimæ notæ esse, quod placuit Reimmanno asserere, nec nitide scriptum; continere autem variorum auctorum opuscula male farta et assuta, quorum primum esset carmen iambicum in duas columnas digestum, characte.e barbaro et prorsus evanido exaratum, cujus est initium : Χλωρὰν δὲ τὴν ἄγρωστιν εἰ φάγει κύων. Sed hic est versus 961 *Hexaemeri* Pisidæ; itaque nil habet hic quod agat Psellus. At vero præter hosce tres codices Vindobonenses Hexaemeron Pisidæ continentes duo alii memorantur a Lambecio, in quibus occurrunt nostri Georgii fragmenta : nam in lib. iv, p. 208, dicit in codice 188, n. 22, haberi *Expositionem psalmi* cui : Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, ab anonymo auctore collectam ex Eusebio Pamphili, S. Maximo, etc., et Georgio Pisida, cujus citantur iambi ex poemate *De opificio mundi* desumpti; et in lib. v, p. 106 ait in codice 241 exstare Joannis patriarchæ Antiocheni *Ecloga ascetica* ex variis scriptoribus ecclesiasticis collectas, quos inter laudantur Evagrius, Περὶ κενοδοξίας, sive *De vana gloria*, et Georgius Pisida, qui de eodem argumento scripsit. Sed restat adhuc alter codex plane non omittendus, qui in Nesselio, part. v, p. 174 est 124, et in Reimmanno part. ii, lib. ii, p. 701, est 54 : namque ex eo videtur confirmari id quod superius concedere noluimus Radero, Pisidam præter cætera etiam *Chronicon* scriptum reliquisse. Ejus codicis descriptionem primum Nesselius, ac deinde ex eo ad verbum sic dedit Reimmannus : *Codex ms. historicus Græcus, chartaceus, recenti manu scriptus, olim ad bibliothecam cl. viri Davidis Hoeschelii pertinens, quo Georgii Pisidæ, diaconi et chartophylacis Magnæ ecclesiæ Cpolitanæ, et Cyrilli monachi Breviarium chronographicum ex variis historiis concinnatum, ab orbe condito usque ad Constantinum imp. Leonis Sapientis continetur filium, cum interpretatione Latina e regione posita.* Sed cum hæc mihi viderentur inter se non convenire, a nuper laudato viro Nicolao Forlosia petii ut eumdem codicem paulo attentius consideraret, et saltem titulum inde exscriptum ad me mitteret. Ille autem τόδε μοι κρήηνεν ἐέλδωρ, ad omnia paucis rescribens : *Codex est recentissime scriptus, et fortasse anno 1573 : nam in fine cujusdam paginæ hæc lego :* Ὑπὸ Ἀνδρέου Λαρμαρίου τοῦ Ἐπιδαυρίου τέλος λαβοῦσα ,αφξ'. *Titulus autem, quem puto ab imperito et rudi scriptore affictum libro, hic est :* Γεωργίου τοῦ Πισίδου, καὶ Κυρίλλου. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου χρονογραφικὸν σύντομον, ὅτερ ὑπὸ διαφόρων ἱστορικῶν συνελέξατο. Στίχος ἴαμβος. Δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον. Ὁ μὲν

(*a*) Vide infra Immanuelis Bekkeri Præfationem quam opusculis historicis Pisidæ præfixit. Ea enim tantum complectitur Scriptorum historiæ Byzantinæ recensio novissima Bonnensis. EDIT

Digitized by Google

οὖν Ἀδὰμ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου, κ. τ. λ. *In chronico nulli occurrunt iambi, qui Pisidam detegant. Cæterum tuum esto hisce de rebus judicium.* Hæc Forlosia. Ego autem mihi videor, quod satis est, ex hoc ipso titulo colligere, quem ita vertas : *Georgii Pisidæ* [p. XXXI] *et Cyrilli. Sancti Patris nostri Cyrilli Breviarium chronographicum, quod ex variis historicis collectum est. Versus iambicus.* Δρόμον χρονικὸν ἐξ Ἀδὰμ συλλαμβάνον *cursum resumens ex Adamo temporis. Igitur cum Adam ejectus esset e paradiso*, etc. Jam, ut statim apparet, nihil putidius hoc titulo, ex quo vix intelligas quid voluerit scriptor præmonere. Sed, ut mea sententia est, duo sunt tituli una simul hic perperam conjuncti. Prima verba, *Georgii Pisidæ et Cyrilli*, primum titulum constituunt, quæ codici scriptor apposuit, quod fortasse vellet eo in libro quædam ex Cyrillo et Pisida selecta transcribere; nisi malis hunc titulum statim fecisse libro eo quia de Hexaemero Pisidæ scribendo primum cogitaverit; cum autem ex codicibus, quos habebat præ manibus, videret modo Georgio, modo autem Cyrillo illud attribui, idcirco utrumque nomen ibi recte apponi posse duxerit. Quæ deinde sequuntur verba, *S. Patris Cyrilli Breviarium*, etc., ad secundum titulum spectant, in qua cum nulla amplius fiat Pisidæ mentio, inde fit manifestum illud Chronicon ad eumdem Pisidam neutiquam pertinere, quem in partem operis non vocat idem scriptor. Nec rudis ille versiculus, qui postea succedit, est Pisidæ, sed amanuensis, qui in fronte libri monuit *Chronicon ab Adamo exordiri :* statim enim incipit : *Igitur cum Adamus ejectus esset e paradiso*, etc., quæ tamen verba Chronici aliquid deesse in principio demonstrant. Nonne enim antea debuit esse sermo de creatione Adami? quod autem ad S. Cyrillum attinet, cui Chronicon ascribitur, nil habeo aliud quod dicam, nisi temere hoc nominis ibi a scriptore fuisse effictum : nam, ut videtur, hoc Chronicon quod S. Cyrilli dicitur, non est diversum ab eo quod a Ducangio in *Dissert. de Hebdomo ad calcem not. in Zonaram*, ut anonymum ita frequenter allegatur, *Chronicon ms. ab Adamo ad Leonem Sapientem.* Sed hic Cyrillum nil moror, ac de Pisida tantum sollicitus id statuo, primum nullam auctoritatem tribuendam esse hujus codicis titulo, deinde vero quanquam fidem ei dandam esse quis autumet, nullo modo ex eo deduci posse Pisidam esse ejus Chronici auctorem, quod vere Cyrillo tantum inscribitur. Hæc autem mihi paulo fusius explananda erant, ut Radero occurrerem, quem supra vidimus ex epigraphe codicis Augustæ in collegio Annæo quondam exstantis ab ascribendo Chronicon Pisidæ non fuisse alienum; quandoquidem, ni fallor, codex quem Augustæ vidit Raderus, idem ille est quem apertæ falsitatis in titulo nuper arguimus, ex bibliotheca Davidis Hoeschelii civis Augustani, ad quem antea Nesselio et Reimmanno testibus pertinebat, in bibliothecam Vindobonensem, ut videtur, postea translatus. Sed ut hæc adhuc clarius innotescant, non omittam id quod doctissimus Montfauconius in catalogo bibliothecæ Coislinianæ adnotavit ad codicem 305, in quo habetur Chronicon cujusdam Georgii monachi, qui se *Hamartolum*, hoc est peccatorem, appellat : namque idem plane esse chronicon Coislinianum cum Augustano et Vindobonense inde satis apparet. Titulus Coisliniani hic est : Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας. *Inc.* : Πολλοὶ τῶν ἔξω φιλολόγων καὶ λογογράφων. Quæ inscriptio quanquam cum inscriptione codicis Vindobonensis non videatur ad amussim concordare, attamen a sententia minime nos dimovet [p. XXXII] : nam ipso Montfauconio teste codex initio et aliis locis a recentiore manu est restauratus, quin et prologus ibidem additus, qui in aliis codicibus desideratur, ut facile conjicias huic Chronico scriptores ex ingenio unumquemque suo titulum fecisse. Sed rem patere melius agnosces ex ipsius Chronici initio, quod esse hujusmodi discimus ex Montfauconio : Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ἣ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς καὶ θυγατέρας δύο, τὸν Καΐν, καὶ τὸν Ἀβέλ, καὶ τὸν Σήθ, καὶ τὴν Ἀζοῦραν, καὶ τὴν Ἀσουάμ. Habes igitur in hoc chronico Coisliniano fabellam de duabus filiabus Adam, quam in chronico Augustano, ut superius observatum est, Raderus dixit se legisse tanquam Pisidæ testimonio et nomine firmatam. Verum hic nomen Pisidæ non apparet. Itaque vel Raderus, dum ea legeret, hallucinatus est, vel scriptoris inscitia hoc ipsum nomen Pisidæ illuc irrepsit. Cæterum monet Montfauconius Chronicon scatere fabulis et narratiunculis ridiculis, totumque esse contextum ex longis Patrum laciniis, quos inter citatur S. Cyrillus, quod scriptori codicis Augustani et Vindobonensis ansam fortasse præbuit ut Chronicon Cyrillo inscriberet. Id autem fiet aliquando certissimum, si quis hæc duo Chronica inter se conferre suscipiat, nec tertium prætermittat, quod Allatius, p. 313, et Caveus, p. 583, dixerunt haberi ms. in bibliotheca Scoriacensi hoc titulo : Γεωργίου χαρτοφύλακος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας Χρονικόν, quod, ut videtur, ipsissimum Chronicon est a quodam Georgio hinc inde corrasum atque compilatum. Plurimum autem juvabit, si tanti rem esse quis credat, ea diligentius expendere quæ fuse disputavit Allatius agens de Georgiis monachis, p. 323 : cum enim ille tot Chronica Georgiorum nomine inscripta memorari passim vidisset, conatus est nodum solvere, et Chronicon a Chronico, Georgium a Georgio distinguere, et veritatem, si fieri posset, e puteo aucupari; quod tamen ei non multum feliciter cessisse nobis videbatur. Sed quisnam rem implicatissimam sine omnium codicum αὐτοψίᾳ et consideratione melius extricasset? Verumtamen certum est Allatium nullum unquam ex tot Chronicis Georgio Pisidæ vindicasse. Ego autem cum intellexissem Allatium ipsum Georgii Hamartoli Chronicon e Græca lingua in

Digitized by Google

Latinam olim vertisse, quod tamen nunquam vidit lucem, codices Vaticanos 153 et 154, e quibus versionem paravit suam, attentius consideravi, atque ex iis aperte deprehendi Chronicon Hamartoli a Chronicis supra memoratis, quæ in aliarum bibliothecarum codicibus aliis Georgiis tribuuntur, nihil aut valde parum differre, idemque omnino esse ac Coislinianum a Montfauconio laudatum. Nam præter prologum, Πολλοὶ μὲν τῶν ἔξω φιλολόγων, quem p. 331 totum exscripsit Allatius, codices Vaticani eumdem etiam præferunt titulum, idemque de duabus filiabus Adam commentum his verbis: Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων, ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλαττεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς καὶ θυγατέρας δύο, τὸν Καΐν, καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σήθ, καὶ τὴν Ἀζύραν, καὶ τὴν Ἀσουάμ. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ κατὰ κέλευσιν Θεοῦ ἐπέθηκεν ὀνόματα πᾶσι τοῖς τετραπόδεσι, καὶ πετεινοῖς, καὶ ἀμφιβίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἰχθύσι, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ τέκνοις· τὸ δὲ αὐτοῦ ὄνομα καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἄγγελος Κυρίου εἶπεν αὐτοῖς. Καὶ ὁ μὲν Καΐν ἔλαβε [p. XXXIII] γυναῖκα τὴν πρώτην ἀδελφὴν αὐτοῦ Ἀζύραν, ὁ δὲ Σὴθ τὴν δευτέραν Ἀσουάμ. Καὶ ὁ μὲν Ἄβελ, κ. τ. λ. Itaque vel omnia hæc Chronica unum eumdemque habent auctorem Georgium, si placet, Hamartolum, vel sunt ex aliis Chronicis a quolibet Georgio compilata, quem esse Pisidam nemo sanus cum Radero posthac dixerit. Sed hæc nimis fortasse longa sunt, ut intelligas Pisidam nec codicum nec auctorum fide chronographicis scriptoribus esse annumerandum. Jam tandem vero nulli alii supersunt codices ejusdem Pisidæ recensendi, quam qui in bibliotheca Bavarica, num. 51, Spitzelio teste, asservatur, et qui in Augustana, plut. 3, n. 75, ita inscribitur: Γεωργίου διακόνου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, τοῦ Ἡσιόδου, προοίμιον τῆς Ἑξαημέρου διὰ ἰάμβων στίχων, de quo etiam supra locuti sumus.

Hactenus de operibus, et de codicibus in quibus opera Pisidæ continentur: nunc autem de ipsorum operum stylo aliquid dicendum est. Iambi, quibus in scribendo usus est Georgius, ut plurimum, concinni sunt atque elegantes. Perrari enim occurrunt tribrachi dactyli aliique pedes immisti, quibus iamborum nitor et venustas elanguet; quod crimen jam diu objecit Horatius, *Poet.* 260 et seqq. sui temporis scriptoribus comicis, quorum fuit in fingendis iambis licentia, ut maximum inde oriretur auribus fastidium. Verum iambi Pisidæ omnes numerose incidunt in aures, et in animum illabuntur jucunde. Qua de re minus patienter illud supra, pag. 23, (col. 1185) ferebam, quod in catalogo bibliothecæ Taurinensis Pisidæ iambi vocarentur *politici*, quos non injuria, sed recte et merito Joan. Matthias Gesnerus, in libro *De eruditione Græcorum qui hodie vivunt*, meram stultitiam appellat, impolitos ac rudes, fossoribusque et caprimulgis quam politicis digniores. Vere enim horum carminum rationem, in quibus syllabarum numerus, non quantitas spectatur, sola barbaries inter Græcos sequioribus sæculis invexit, ut testis est Allatius *Diatriba de Simeonibus*, p. 166, cui subscripserunt Fabricius *Bibl. Græc.* vol. X, p. 253 et 318, et card. Quirinius, *Diatr. in orthod. vet. Græciæ officia*, p. 47, ait enim: *Ratio ista confingendorum carminum non nunc primum in ea natione, sed multa abhinc sæcula, laboris forsan pertæsa, ante et barbarie omnia occupante (adde quoque rerum similium ignorationem), in usu fuisse comperitur, ut videmus in Photii patriarchæ, Pselli, Manassæ, Philippi Solitarii, Manuelis Philæ et Tzetzæ poematiis*, in quibus sæpe occurrunt politici versus, quorum artificium in eo totum videtur positum, ut quindecim syllabas nunquam excedant, et si quæ ultra videntur, eas per aphæresim vel synalœpham decurtent et absumant, dummodo in iambum exeant in fine: idcireo *politici* vel *demotici* dicti, quod vulgares, vel ut idem Allatius declarat, *communes omnium civium sunt, usuique eorum accommodati*. Itaque [p. XXXIV] tantum abest ut iambi Pisidæ hoc squalore et sorde vilescant, ut potius nimia quædam festivitas in eis insit, quæ quidem facilius auribus dijudicari quam verbis demonstrari potest, quamque in vertendis alia lingua sententiis servare nemini liceat: nam sonus et numeri, quibus tota constat venustas, interpretatione dissolvuntur, et ipsæ quoque sententiæ ex sola complexione et forma verborum nitentes conciduntur et enervantur. Sed hoc ipsum nimium in consectandis flosculis et salibus studium, quod sensim obrepente barbarie et nativo eloquentiæ nitore depercunte sophistarum peculiare fuit, vitio potius quam laudi vertendum Pisidæ non negabimus: scimus enim ut ætas posterior novis et exquisitis ornamentis ita scripta resperserit, ut dum sermonem eximia suavitate condiret, vigorem extenuarit et nervos robustæ sanæque dictionis inciderit. Quare nil mirum recentiorum Græcorum palato tantum sapuisse iambos Pisidæ, ut eos aliis præferre non dubitaverint: nam Gregorius Corinthi episcopus in libro Περὶ συντάξεως λόγων, *De constructione orationis*, qui exstat ms. in Vaticana bibliotheca, carmen iambicum Pisidæ tale esse existimavit, ut ex eo tanquam absolutissimo exemplum petere præ cæteris debeamus: Ἐπεὶ οὖν τὰ ἰαμβεῖα λογογραφία τίς ἐστιν εὔρυθμος, ζηλούσθω σοι καὶ ἐνθυμηματικὸν ἐν αὐτοῖς. Ἔχεις ἀρχέτυπον τὸν Ἡσίδην, νεωτέρους τὸν Καλλικλῆν, τὸν Πτωχοπρόδρομον, καὶ εἴ τις τοιοῦτος. Ἐν τοῖς παλαιοῖς τὸν θεολόγον, τὸν Σοφοκλῆν, ἐκτὸς τῶν ποιητικῶν ἰδιωμάτων αὐτῶν, τὰ εὐφραδέστερα τοῦ Λυκόφρονος; καὶ εἴ τι τοιοῦτον (*b*). Sed quanta fuerit Pisidæ ejusque carminum apud eosdem Græcos æstimatio, longe melius addiscas ex Allatio, qui in *Diatriba de Georgiis*, p. 310, testem adhibet Psellum, quod plerique Pisidam Euripidi comparare, multi anteponere non sine animi contentione, lite etiam mota.

(*b*) Bekkeri *Anecdot* p. 1082.

Digitized by Google

præsumpserint. [p. XXXVI] Nil plane hac laude Pselli in Pisidam honorificentius esse possit. Verum non adeo facile est ea omnia, quæ laudat Psellus, in Pisida invenire; nam quo in libro vel poemate tam diserte ac particulatim noster Georgius agit de aurigis ac de aurigatione, de jugis, rotis et modiolis? vel quænam est inter ejus carmina de phalangibus, de equitum peditumque ac sagittariorum varia ratione tam accurata descriptio? num alia quam quæ hodie exstant scripta Pisidæ Psellus commendat, et librum deperditum commonstrat? Equidem fateor, id mihi statim multum probabile esse visum : sed cum accuratius Pselli verba ejusque dicendi modum perpenderem, tum demum sensi ea quæ Pisida summatim attigisset, a Psello mirifice exornari atque amplificari. Nam quod is ait *de morbis et remediis*, certum est ad v. 1553 et seqq. Hexaemeri esse referendum, et quod *de catena*, ad primos versus poematis *in Severum;* quod autem *de horis* in choream se moventibus idem Psellus refert, habes in Hexaemero v. 289, et quod iterum *de horis* quadriga prodeuntibus et in orbem redeuntibus inquit ille, invenies ibidem v. 338; denum quod est in Psello *de phalangibus et militaribus copiis*, ad acroases *de expeditione Heraclii contra Persas* trahere commode possis, in quibus similia passim occurrunt. At vero quanquam ego a Psello minime dissentiam ejusque laudibus dignum omnino existimem esse Pisidam, nunquam tamen hunc præferam Euripidi alterive ex antiquioribus iambographis Græcis. Dicam enim quod verum est. Etsi plurimis in locis Pisidæ carmen ita elucet, ut veterum poetarum gratiam et venustatem non desideres, sæpe etiam ita frigescit, ut in scribendo dormitasse auctorem non modo sentias, sed etiam indigneris quam maxime. Cæterum quantum ille sublimitate carminis assurgere et se efferre potuerit, præcipue ostendit in Hexaemero, in quo omnia sententiarum floribus et urbanitatis quodam sale conspersa sunt. In omnibus [p. XXXVII] autem ejus operibus contemplari licebit adumbratam pii scriptoris imaginem, suavissimos mores, eximiam probitatem, qua se, dum numerose cadens versus leniter affluit, legentium auribus inculcat atque commendat.

Hæc habebam quæ dicerem de Georgio Pisida, non parvi nominis apud recentiores Græcos poeta, in quo cum plura invenias quæ non invitus demireris, nihil tamen, opinor, spectandum magis est quam ejus in tuendis Christianæ religionis dogmatibus constantia et sincera fides : nam cum in ea tempora incidisset quibus Sergius patriarcha omnem machinam movit, ut Orientem universum a Monophysismo ad Monothelismum vafro consilio et malis technis pertraheret, ipse autem Sergium ejusque pietatem et doctrinam suspiceret maxime et coleret, nihilo tamen minus sibi fucum fieri nullatenus passus est, et suam fidem puram integramque servavit; quod ex omnibus hisce libellis, ac præsertim ex carmine *in Severum*, luculenter patet.

De Pisida mentionem faciunt inter antiquos Theophanes, Suidas, Cedrenus, Nicephorus Callisti, Joannes Tzetza ejusque frater Isaacus Tzetza; inter recentiores autem, præter Morellium, Kusterum, Herwartum, Raderum, Allatium, Maltretum, Fabricium, Caveum, Oudinum, quorum sententias hactenus expendimus, quamplurimi alii scriptores celeberrimi, qui in ferendo de ejusdem Pisidæ scriptis judicio ex Suidæ verbis male acceptis et intellectis allucinati sunt. Nam Baronius, ad an. 627-29, et post eum Pagius, soluta oratione scripsisse Pisidam aiunt quæ iambico metro astricta leguntur. Ita plane etiam Bellarminus et Labbeus, *De script. ecclesiasticis*, historiam *De rebus Heraclii imp.* Pisidæ tribuunt, a quibus non dissentit Bandurius, *Antiq. CP.* p. 868. Sed eo in errore hi ducem habuerunt Vossium, *De historicis Græcis*, tom. IV, p. 143; et Possevinum, in *App. sacro*, tom. I, p. 538. Nihil autem peccarunt de Pisida loquentes Guillelmus Crowæus, in *Elencho Scriptorum in S. scripturam*, p. 149; Joan. Henricus Bœclerus *De script. Græcis et Latinis*, p. 85; Adrianus Bailletius, *Jugemens des sçavans*, tom. IV, p. 546; Jac. Lelongius, *Bibl. sacra*, tom. II, p. 741; et Joan. Jac. Scheuchzerus, *Physica sacra*, tom. I, *in princ.*, vel quod nullum aliud ejus opus præter Hexaemeron noverint, vel quod de aliis suum judicium interponere noluerint. Isaacus Casaubonus. *Animad. in Athenæum*, p. 823, pium et elegantem Georgium nostrum æquus judex appellat, sed emendationem in eum proponit quam ut minus necessariam recipiendam esse non credimus, ut patet ex v. 240 *de vanitate vitæ*. Laurentius Crassus, *Istoria de' poeti Greci*, p. 262, Suidam tantum exscripsit, nec in eo quod reprehenderet vel emendaret invenit. Eodem plane modo etiam Franciscus Xaverius Quadrius, *Ragione d'ogni poesia*, tom. II, p. 124, Suidam secutus est, sed perperam Encomium, quod est in S. M. Anastasium Persam, ipse dicit a Pisida in Heraclium scriptum fuisse, quod etiam confirmat, tom. IV, p. 505. Nil autem minus accuratum quam quod Dupinius, *Bibl. des auteurs ecclés.*, *siècle* VII, p. 62, et Morerius, qui Dupinii verba in suum Dictionarium transtulit, necnon J. Grancolas, *Critique des auteurs ecclés.*, tom. II, p. 64, de Georgio nostro dixerunt. Longe autem melius omnibus de eo scripsit D. Remigius Ceillerius, *Hist. des auteurs ecclés.*, tom. XVII, p. 532 : nam vel omnino recta sunt vel saltem probabilibus conjecturis firmata, quæ ad rem profert ac decernit.

Digitized by Google

IMMANUELIS BEKKERI

PRÆFATIO

Pisidæ operibus historicis præmissa in Corpore scriptorum Historiæ Byzantinæ. Lipsiæ, 1836.

—

Georgii Pisidæ carmina ea quorum aliqua esset ad historiam Byzantinam utilitas, cum libro manuscripto contulit Mauricius Pinderus. Hujus ego industria ac diligentia magnopere adjutus iambos et male natos et a librariis pejus depravatos a compluribus mendis ita purgavi, ut receptis e codice, quæ manifesto præstarent, lectionibus antiquas et abolitas ne mentione quidem ulla dignarer. Quem autem versavit Pinderus codicem, Parisiensis est, Regius, supplementi 139, *membranaceus, forma quam dicimus* 12, *foliis* 158. *Insunt Georgii et quæ nos damus carmina, et Hexaemeron, et quod de vanitate vitæ, quod contra Severum, quod denique in Christi resurrectionem scripsit; insuper* τοῦ Προυσοὺχ εἰς τὴν ὁσίαν Μαρίαν τὴν Αἰγυπτίαν *et postremo loco* περὶ τῶν μέτρων τῶν στίχων.

Scrib. Berolini Aprili exeunte a. 1836.

QUERCII DE EXPEDITIONE PERSICA MONITUM.

—

Luctuosissimum ac pene deploratum fuisse rei publicæ statum tum cum, exstincto Phoca, Heraclius regno potitus est, unanimi omnium scriptorum consensione confirmatum est. Nimirum cives inter se divisi intestinis flagrabant odiis et mutuis cædibus madebant; Abares in proxima loca recepti et veluti civitatis jure donati, sed animo semper agrestes et crudeles, novas in dies turbas ciebant; barbari e Scytharum genere in Romanas provincias undique confluentes incredibiles calamitates in unum comportabant; ac Persæ quidem Mesopotamia universa, Syria, Ægypto, Palæstina et Phœnicia occupatis, Chalcedonem usque delati, tam dira Cpolitanis minabantur, ut parum abfuerit quin totum imperium una cum ipso nomine penitus deleretur. Igitur in tanta temporum calamitate et nequitia imperatorem desiderabat res publica, qui plurimum polleret pietate, consilio, et militari scientia. Hujusmodi plane virum, qualem rerum conditio postulabat, ac verum heroa Homericis heroibus longe anteferendum et ipso Alexandro majorem fuisse Heraclium contendit Pisida in hisce tribus *Acroasibus*, in quibus de prima in Chosroam hujus nominis secundum Persarum regem expeditione agit. Equidem fateor me ad majorem animo concipiendam de Heraclii virtute opinionem ex hujusce poematii lectione fuisse excitatum, quamvis mecum ipse reputarem esse fortasse nonnulla, quæ ex ingenio scribentis ornata et poeseos coloribus illustrata plus nimio mentem animumque percellerent. Non enim est negandum Pisidam plerumque uti stylo turgido et inflato, ac tum præcipue ampullari in arte, cum Heraclium et Sergium laudat, quamvis sæpe tamen profiteatur et auribus inculcet, se non modo quid falsi Heraclii laudibus nunquam addere, sed nonnihil potius ex ipsis deterere (Acroas. 1, 43). Cæterum, ne de malis Ecclesiæ loquar, utinam, quam fuit regni Heraclii gloriosum initium, fuisset et finis; et quantum ipse imperator fuit in debellandis Persis fortis et accensus, tantum etiam de Mahumedanis reprimendis, statim ac in perniciem Christiani nominis erumpere cœperunt, sollicitus exstitisset! verum quod ad Pisidam spectat, quæ ipse nobis hic refert, αὐτόπτης; quidem narrat: fuit enim comes Heraclii in hac prima expeditione, ut ex variis locis harumce acroaseων patet clarissime. Quare non videtur ei fides deneganda in iis quæ in primo bello Persico acta fuisse memorat. Certe Theophanes, qui res ab Heraclio gestas persequitur, non modo testem adhibet Pisidam, sed ejusdem verba et sententias in suam rem transfert tanta fiducia, ut ejus integros iambos suæ narrationi intexere atque consuere non dubitaverit; quod ex nostris adnotationibus fiet manifestum. Bellum, quod Pisida describit, prope fines Persicos ultra montem Taurum, anno imperii Heraclii 12, Christi 622 actum est Heraclio

Digitized by Google

autem in urbem post annum reverso noster Georgius, qui imperatorem fuerat secutus, de re feliciter gesta hoc tripartito libello, ut videtur, gratulatus est, quem in plenum suæ erga ipsum observantiæ veritatisque testimonium ei lætus obtulit : ait enim acroas. 3, 379 : σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω. Atque hæc quidem, ut alia plurima non poetice tantum, sed pompose, splendide et πανηγυρικῶς dicta esse facile quisque intelliget. Ac, ut mea plane est sententia, sive materiem sive formam spectes operis, panegyricus inscribi et vocari merito posset hoc poemation. Nimirum jam diu ante Pisidam in more receptum erat ut poetæ, quibus ad longum poema conficiendum pares vires non erant, poematia scriberent, quæ modestiore titulo ornata *panegyricos*, *carmina et silvas* vocabant. Fidem faciunt apud Latinos silvæ Statii, varia carmina Claudiani et panegyricus Coripp i; quæ omnia parum aut nihil differunt ab acroasibus Pisidæ. Ἀκρόασις quidem proprie sonat *auscultatio*, perraro tamen hæc vox eo sensu usurpata invenitur. At sophistæ, cum quid magnum se esse dicturos pollicerentur, ἀκροάσεις ἐπαγγέλλειν et ποιεῖσθαι, *quid dignum, quod audiretur, enuntiare et tradere* dicebantur : unde patet ἀκροάσεις fuisse sophistarum *declamationes* et de quacunque re illustres expositiones, quod late demonstratur a Cresollio in *Theatro vet. rhet.* lib. II, c. 5. Sed hunc plane titulum adhibuit Pisida, non quod sophistarum more ingenii sui vires extolleret, sed quod jamdiu usus invaluerat ut hujusmodi poematia ἀκροάσεις, id est *recitationes*, vocarentur, eo quia sæpe in magna populi frequentia, et coram iis ad quos laudes ipsæ pertinebant, recitabantur.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΚΑΙ ΣΚΕΥΟΦΥΛΑΚΟΣ ΤΗΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΚΑΤΑ ΠΕΡΣΩΝ ΕΚΣΤΡΑΤΕΙΑΝ ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΚΡΟΑΣΕΙΣ ΤΡΕΙΣ.

—

GEORGII PISIDÆ

MAGNÆ ECCLESIÆ DIACONI ET SCEUOPHYLACIS

DE EXPEDITIONE HERACLII IMPERATORIS CONTRA PERSAS ACROASES TRES.

—

Λ.

Β τὰς ἀΰλους τῶν ἄνω στρατευμάτων
Τριὰς διευθύνουσα φωσφόρῳ λόγῳ
Πρὸς ἔμπυρόν τε καὶ πεπηγμένην στάσιν

Α (Λόγῳ γὰρ αὐτῶν ἐκπυροῦσα τὰς φύσεις
Ὕλην ἄϋλον δεικνύειν ἐπίστασαι)
Τοὺς οὐρανοὺς πληροῦσα, καὶ τὸν αἰθέρα

I.

O quæ superos spiritales exercitus tuo trias dirigis, irradiante verbo per igneam et firmam stationem

(nam verbo incendens eorum naturas (5) materiam materia expertem reddere nosti), cœlos implens, et

DUCANGII NOTÆ.

ACROAS. 1 v. 1. τὰς ἀΰλους id est φύσεις, οὐσίας vel τάξεις, *immateriales substantias*; hoc est angelos, quos dum *materia expertes* vocat poeta, materiem terrestrem, qua nostra corpora constituuntur, ex ipsis excludere voluisse certum est : eodem enim sensu ἀΰλους hic appellat, quo alii scriptores ecclesiastici ipsos ἀσωμάτους nominarunt. Secutus est enim veterum Patrum sententiam, qui circa angelorum substantiam definiendam hæsitantes, omni materia expertes nunquam, sed vel cœlestibus vel aereis corporibus præditos dixerunt. Rem luculentissime demonstrat Joannes Lamius in Dissert. contra Burnetium, quæ adjecta est epist. 7 Mich. Glycæ inter *Delic. erudit.* p. 200. Ita autem visum esse Pisidæ, constat ex v. 167 et seq. Hexaem. Ibi enim qua ratione describeret angelos ignorans, ἀΰλους οὐσίας eos appellavit; et ibid. v. 903 ὕλην ἄϋλον, *materiem immaterialem*, eosdem nominavit, ut materia quidem, sed subtili et a communi ac terrestri plane diversa, eos constare declararet, quod mox v. 4 confirmat.

4. Confer *Hexaem.* 902.

5. Vide quæ de verbo δεικνύειν adnotavimus ad *Hexaem.* 168.

6. Hexaem. v. 164 : διαχλέγων μὲν καὶ πυρῶν τὸν αἰθέρα.

Digitized by Google

Πυροῦσα, καὶ σφίγγουσα τὴν οἰκουμένην,
Καὶ πανταχοῦ παροῦσα μὴ κινουμένη,
Καὶ μηδαμοῦ χωροῦσα, καὶ χωρουμένη
Ὅπου δέησις ἐκ βάθους ἀνάπτεται,
Δὸς τοῖς ἀμυδροῖς τῶν λογισμῶν ὀργάνοις
Σάλπιγγος ἦχον καὶ λαλοῦσαν ἀσπίδα.
Δίδαξον ἡμᾶς εὔστοχον κινεῖν ξίφος,
Γλῶσσαν κατ' ἐχθρῶν, ὅπλον ἠκονημένον.
Ἴδυνον ἡμᾶς ἔνδοξα τῆς ἐξουσίας
Τῆς σῆς ἔνεστι συγγράφειν τὰ θαύματα.
Σῷ γὰρ πεποιθὼς ὁ βασιλεὺς προστάγματι
Πρὸς τοὺς ἀγῶνας τῶν ἀθέσμων βαρβάρων
Ἑαυτὸν ἀντέταξεν, οἷς τὰ κτίσματα
Ὑπὲρ σὲ τὸν κτίσαντα προσκυνεῖν νόμος·
Οἷς γνήσιον μὲν ἀντέχεσθαι τῶν νόθων,
Νόθον δὲ πάντη πρσβαλεῖν τοῖς γνησίοις·
Παρ' οἷς θεός τις ἀφρόνως νομίζεται

A

Ἔνοπλος ἵππος προσκυνούμενος μάτην,
Ὃς εἰς ἔλεγχον τοῦ πλάνου σεβάσματος
Νῦν προσκυνεῖται καὶ πάλιν μαστίζεται.
Ὦ καρδίας σύμπτωσις ἠθλιωμένη!
Πῶς τῷ παρ' αὐτῶν δυσσεβῶς τιμωμένῳ
Τιμὴν ὁμοῦ νέμουσι καὶ τιμωρίαν;
Καὶ τῆς μὲν οὐ μετέσχε προσκυνούμενος;
Τῇ δὲ προσαλγεῖ πυκνὰ μαστιγούμενος.
Ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ, τὰς ἐναντίας φύσεις,
Θεοὺς παρεισάγουσιν ἀλληλοφθόρους,
Λύσιν σέβοντες πραγμάτων ἐναντίων.
Ἀλλ', ὦ στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Μετ' εὐμενείας τοὺς ἐμοὺς δέχου λόγους,
Ἐλεύθεροι γάρ εἰσιν ἐκ θωπευμάτων,
Ἐκ σοῦ μαθόντες μὴ λαλεῖν ὑποκρίσει.
Ὡς οὖν ἀληθὴς τῶν ἀληθῶν πραγμάτων
Κριτὴς φάνηθι τῆσδε τῆς στρατηγίας·

æthera inflammans, et complectens totum orbem, et ubique præsens, et tamen non movens se, et nullibi circumscripta, et tamen recepta loco! (10) Si preces ex imo sursum evolant, da debilibus nostræ mentis organis tubæ sonum, et scutum eloquentiæ. Fac nos recta ad scopum movere ensem, linguam, contra hostes telum acutum. (15) Dirige nos, quo potentiæ tuæ licet describere miracula. Tuo enim rex obediens mandato ad bella adversus impios barbaros se objecit, quibus res creatas (20) super te, qui creasti, adorare lex est; quibus proprium est adhærere falsis et falsum semper veris adjicere; apud quos stulte habetur, ut quidam deus, armatus equus, cultus inaniter; (25) qui in argumentum falsæ adorationis modo adoratur modo vero cæditur. O cordis exitium lacrymabile! Quomodo apud ipsos impie culto numini honorem simul præstant et pœnam? (30) et illius non est particeps, dum colitur, hac vero dolet, cum frequenter cæditur. Aquam vero et ignem, contrarias naturas, deos introducunt, qui se invicem destruunt, dissolutionem colentes rerum oppositarum.

B

C

(35) Ast, o dux sapientium consiliorum, clementer meos excipe sermones: longe enim sunt a blandimentis, edocti ex te non loqui ficte. Ut verus igitur veritatis æstimator, (40) judex adesto hujusce

D

VARIÆ LECTIONES.

ὃς
25 οἷς P. (i. e. codex Parisiensis).

NOTÆ.

7. Simili modo Dei immensitatem describit *ibid.* 895 et seqq.

21. Persarum impietatem circa idolorum cultum exagitans, ludit in voce γνήσιον *legitimum* et νόθον *spurium*. Legitimum est vera religio, spurium est superstitio. Ad verbum verteres: *quibus* lex est *pro legitimo* retinere quæ sunt spuria, et spurium ubique admiscere legitimis. Vide infra v. 32. Cæterum Persas reprehendit quod divinæ veritati, quam ex sacris Scripturis haustam receperant, superstitionum tenebras offuderint. Neque enim inficiandum videtur ethnicos historiam sacram ad impias fabulas detorsisse; quod Augustinus Steuchus in suis *De perenni philosophia* libris luculenter ostendit. Ac plures quidem ex SS. Patribus idem antea evicerant. Hinc Græci philosophi κλέπται καὶ λῃσταὶ passim audiunt apud Clementem Alex., qui *Strom.* lib. v, p. 560 *eos a Mose et prophetis præcipua dogmata non grate accepisse* concludit. Sed perspectissime cum Pisidæ sententia consonant, quæ Theophylactus Simocatta habet p. 142 7 ed. Bonn.

24. Antiquissimis temporibus Persas veneratos esse solem ex multis auctorum testimoniis colligitur. Ea religio retenta est a Parthis, qui Persarum imperio potiti sunt. Equum autem soli gratissimam hostiam immolabant. Causam assignat Ovidius *Fast.* I, 386. Vide Brissonium, *De reg. Pers. princip.* lib. II. Nemo tamen, quod sciam, dixit quod Pisida affirmat, equum apud Persas habitum esse deum. Herodotus quidem lib VII, p. 401, equos quosdam Jovi sacros in Perside fuisse narrat. Nec ab Herodoto dissentit Justinus, qui lib. I, 10, 5 equos soli sacratos habuisse Persas testatur. Sed cum Pisida fere concordat Curtius, qui III, 3 pompam et ordinem, quo agmen Darii procedebat, describens ait: *Currum deinde Jovi sacratum albentes vehebant equi. Hos eximiæ magnitudinis equus, quem solis appellabant, sequebatur.*

26. Ne hujus quidem ritus ullum inveni vestigium. Verum si Pisidæ auctoritas non est omnino contemnenda, quem rerum sui temporis ignarum nunquam dixero, id ita accipiendum puto ut equum Persæ, si bene eis res eveniret, adorarent, si vero male, virgis cæderent.

32. Ignem et aquam ad hæc usque tempora Persas adorare testantur, qui de Persarum moribus in suis ὁδοιπορικοῖς scripserunt. Quam autem antiquis legibus ea esset inter eos recepta et constituta religio, præter Herodotum et Strabonem aliosque veteres scriptores, tradunt Brissonius *loc. cit.* et Thomas Hyde, *De vet. Pers. relig.*, cap. 8, qui tamen non est audiendus in eo quod assumit veteres Persas ex Abraham veram religionem petiisse, iniquique et soli civilem tantum cultum exhibuisse; quæ sententia ut nova et falsa disertissime refutatur a Montfauconio *Antiquit. illustr.* tom. II, part. II, p. 38: facile enim Hydæo concesserimus unius omnipotentis Dei cognitionem habuisse Persas, dummodo ipse contra, superstitiosum fuisse cultum quo ejus majestatem prosequebantur, non deneget. Nam, ut

Digitized by Google

Γενοῦ δικαστὴς Κελτικοῦ Ῥήνου πλέον,
Γενοῦ δικαστής· ἀλλὰ συγγνώμην δίδου.
Οἶμαι γάρ, οὐδὲν ἐξελέγξεις ὡς νόθον,
Ἐφ' οἷς δι' ἡμῶν ζημίαν ὑφίστασαι·
Τῶν γὰρ λογισμῶν τῶν ἐν ἡμῖν οἱ τόνοι
Ἐξασθενοῦσιν ἱστορεῖν σου τῶν πόνων
Τὰς ποικίλας γνώμας τε καὶ διαιρέσεις,
Καὶ τὴν διὰ πάντων ψυχικὴν εὐτολμίαν,
Ἣν τοῖς ἀγῶσιν εὐθέτως συνήρμοσας,
Τὸν νοῦν πλατύνας ἐν στενώσει πραγμάτων.
Εἰ τὰς ἐπ' ἄκρον ἡρμένας εὐξίας
Ἐσφαλμένας λέγουσιν οὐκ ἀπεικότως,
Κεῖσθω τὸ λοιπὸν ἐν κακοῖς τὰ Περσίδος,
Ἀντιστρόφως δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων
Τὰ δυσχερῆ τραπεῖεν εἰς εὐεξίαν·
Ἀεὶ γὰρ ἡ ῥέουσα τοῦ βίου χύσις
Ἀντιστροφάς τε καὶ μεταπτώσεις φέρει,
Ὅπως τὸ πᾶγιον πανταχοῦ σεσωσμένον
Μόνῳ φυλαχθῇ τῷ Θεῷ τῶν κτισμάτων.
Πάντας διατρέχουσιν οἱ ταχεῖς λόγοι
Τῇ λεπτότητι ζωγραφοῦντες τὰς φύσεις.
Ὅταν δὲ πειραθῶσι τοῦ πρὸς σὲ δρόμου,
Πόθῳ τρέχουσι καὶ βραδύνουσι φόβῳ·
Καὶ πολλάκις σὲ ζωγραφήσαντες πάλιν
Γράφουσι, μὴ γράφοντες ἠκριβωμένως.
Ὅμηρος, ὃν λέγουσι πηγὴν τῶν λόγων
(Τὰς γὰρ λάλους ἐκεῖνος εὑρύνει φλέβας,
Καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς νεαζούσης φρενὸς
Βλύζων ἐπάρδει καὶ ποτίζων ἐκτρέφει,
Μένει τε πλήρης πολλάκις κενούμενος),
Τὰς αὐταδέλφους ἀρετὰς καὶ συντρόφους
Διττοῖς μερίζει τῶν λόγων νοήμασι·

expeditionis: esto judex Celtico Rheno potior. Esto judex: sed indulgentiam adhibe. Puto enim, nihil respues ut falsum, cum tibi multum detractum esse senties. (45) Mentis enim nostræ vires non valent enarrare tuorum laborum varias rationes et discrimina; illamque in omnibus spiritalem audaciam, quam inter prælia opportune exseruisti, (50) mentem extendens in rerum angustiis.

At si res ad summum felicitatis evectas perditas statum dicunt non immerito, positæ jam sint in malo res Persicæ, et contra rerum nostrarum misera (55) conditio convertatur in bonam. Semper enim labilis vitæ fluxus vicissitudines et mutationes affert, ut constet rerum firmitatem ubique esse servatam et custoditam a solo Deo creaturarum.

(60) Ea est sermonum vis, ut facile percurrant scite pingentes rerum quaslibet naturas. Cum vero tentant ad te iter dirigere, desiderio currunt, sed retardantur timore; et cum sæpius te pinxerint, iterum (65) pingunt, nunquam accurate pingentes.

Homerus, quem dicunt fontem eloquentiæ (ille enim sermonis dilatat venas, mentisque juvenescentis ideas emanans irrigat et irrigans nutrit, (70) et perstat plenus, quamvis sæpe exhaustus), simul natas et simul nutritas virtutes duplici sermonum

NOTÆ.

aiebat Clemens Alex. *Cohort.* p. 57, ἀγάλματα μὲν Θεοῦ οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν ὥσπερ Ἕλληνες, οὐδὲ μὴν ἰβίδας καὶ ἰχνεύμονας καθάπερ Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ὡς φιλόσοφοι. Quæ esset Persarum religio, paucis exposuit Herodotus, I, 131.

41. Quid hic agat Celticus Rhenus, plane non video. Atque ego sane mallem, quid voluerit Pisida, me nescire fateri, quam inanibus conjecturis te detinere. Verum ne vitio mihi vertas, quod alioquin garrulus hic obmutescam, ita ariolor. Celticum Rhenum nominans Pisida funestam illam cladem fortasse designat, quam Sigebertus, Rheno trajecto Hunnis in Franciam irrumpere conantibus intulit circa annum Chr. 570. Vide *De rebus Franc.* scriptores, qui relatam a Sigeberto insignem cladem describunt. Itaque magis strenue contra Persas se gessisse Heraclium in Oriente quam contra barbaros Sigebertum in Occidente forsan innuit poeta; nisi etiam malis non ad Sigebertum sed ad Dagobertum Franciæ regem respexisse, qui quo tempore Heraclius cum Persis pugnabat, Saxones primum et deinde Slavos tanta virtute animique constantia devicit, ut, gravi vulnere accepto, ipso speciosior sanguine et ipso periculo factus augustior, hostium terga præcidere nunquam destiterit. Querc. quem latebat Nonni (45, 56) Ῥῆνος ἀσημάντοιο θεμιστοπόλος τοκετοῖο et quæ Gesnerus attulit ad Claudian. Rufin. II, 112.

51. Erasmus in *Adagiis*, p. 862: τύχη Εὔριπος, et Pindarus *Pyth.* 3: Ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.

58. Confer. *Hexaem.* v. 348 et seq.

60. Codex in margine habet πάντας [πᾶσας?]. Inutilis emendatio: nam vox πάντας respicit ad φύσεις. De sermonis vi ad res quascunque exornandas accommodata Noster etiam *in Abaricis* v. 169 et seq.

64. Ludit, ut patet, in verbo γράφειν, quod æque scribere ac pingere significat.

66. Sumpta occasione ab eloquentiæ facultate, quam de re quacunque diserte et concinne posse dicere recte decernit, ita in laudes Homeri excurrit, ut eum potius carpat eo quia veræ virtutis, qualis heroem decet, non habuerit cognitionem, siquidem eam quam ipse Homerus exhibet herois imaginem, tanquam minus aptam Heraclio repræsentando respuit, et quæ sit unica virtus quæ virum faciat illustrem, quæque in Heraclio maxime enituit, exponit. At de Homeri laudibus quid oportet dicere? Videsis Dionysium Halicarnasseum *De compos. verb.* tom. II, p. 51, qui Homerum vocavit κορυφὴν ἁπάντων καὶ σκοπὸν, ἐξ οὗ πως πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα καὶ πᾶσαι κρῆναι. Celebre autem est Ovidii elogium *Amor.* II, 9, 25, quod cum Pisidæ laudibus concordat:

Adjice Mœoniden, a quo, ceu fonte perenni,
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

68. Juvenum mentes ex Homeri lectione ali et fecundari dicens, ejus poemata etiam Christianis in deliciis fuisse, ni fallor, demonstrat.

70. Galaton pictor, Æliano *Var. Hist.* XIII, 22 auctore, Homerum repræsentavit ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἁρυομένους, quam picturam forsan innuit Noster.

72. Homerum non habuisse perfectam virtutis cognitionem videtur asserere. Ipsum virtutes non sejungendas διττοῖς μερίζειν τῶν λόγων νοήμασι ea de causa opinor dicit, vel quia, ut Plutarchus, lib.

Digitized by Google

Πλὴν ἐξ ἀνάγκης· οὐ γὰρ ἤψατο χρόνου
Δείξαντος ἀνδρίας τε καὶ φρονήσεως
Καὶ τῶν σὺν αὐταῖς κοινὸν οἰκητήριον.
Ἀλλ' εἴπερ εὐπόρησε τῆς σῆς εἰκόνος
Καὶ τὴν τελείαν εὗρεν, ὡς ἔδει, φύσιν,
Ἀφεὶς τὰ πολλὰ τῶν λόγων μυθεύματα,
Τὴν ψυχικὴν μόρφωσιν, ἣν ἔχεις, ὅλοις
Προσθεὶς ἐδείκνυ τῶν ἀρετῶν συνημμένων
Μίαν δι' ὑμῶν τετράμορφον εἰκόνα.
Εἰ Νέστορος γὰρ συλλαλοῦντος ἡδέως
Ἔργοις μελισσῶν ἐξομοιοῖ τὸ στόμα,
Πῶς οὐ πρὸς ἄκρον ἦλθε θαύματος βλέπων
Ἄυλον ἐν σοὶ τῶν φρενῶν μελουργίαν
Ἐν τῷ γλυκασμῷ· τὸν γὰρ ἰὸν οὐκ ἔχεις,
Σὺ παντὸς ἄνθους ἐκλέγῃ τὸ χρήσιμον
Εἰς πάντα καιρόν· οὐ γὰρ εἰς ἔαρ μόνον.
Σὺ κέντρον, ὡς μέλιττα, τοὺς νόμους ἔχεις.
Ἀλλ' οὐκ ἀναιρεῖς, οὐδὲ πλήττεις εἰς βάθος.
Εἴ που γὰρ εὔροις ὄξιον πληγῆς μέλος,
Τοὺς μὲν νόμους, ὡς κέντρον, ἁπλοῖς πρὸς φόβον,
Φείδῃ δὲ πάντως· καὶ τὸ κέντρον πολλάκις
Πλῆξαι προπηδᾷ καὶ πάλιν συστέλλεται,
Τὸ δραστικὸν δὲ συμπαθείᾳ κρατούμενον
Ἔμεινεν ἀργόν· κἂν γὰρ ὀξεῖαν ροπὴν

dividit intelligentia. At ex necessitate non enim attigit, quod postea tempus edocuit, fortitudini et prudentiæ,(75) cognatisque virtutibus commune esse domicilium. At si tuam bene animo imaginem et perfecte, ut decuit, attigisset naturam, rejectis tam multis fabulosis sermonibus, et illa spirituali forma, quam habes, omnibus (80) proposita, ostendisset ex conjunctis virtutibus unam tibi esse quadriformem imaginem. Si enim Nestoris colloquentis dulciter apum operibus assimilat linguam, nonne, quod erat maxime admirandum, vidisset (85) non materiale tuæ mentis mellificium quam dulcissimum? Non enim tibi est venenum. Tu ex omni flore colligis quod bonum est, per omne tempus: non enim vere tantum. Tu aculeum, ut apis, id est leges habes: (90) sed nec occidis, nec imo feris vulnere. Si quando enim invenis dignum plaga membrum, leges ut aculeum intendis ad timorem. Parcis vero semper; et sæpe aculeus ad feriendum micat et rursus contrahitur, (95) ejusque acrior vis misericordia fracta languet iners; quamvis enim acutam aciem habeat, tua benignitate obtunditur: at dum

VARIÆ LECTIONES.

73 χρόνου P. 74 ἀνδρείας ed. 80 malim προθείς. 87 ἐκλέγεις P. 95 an συμπαθεῖ? cf. 2,214 τοῦ σοῦ ἡμέρου. 101 σε P.

NOTÆ.

De aud. poet. ait, διὰ μὲν Ἰλιάδος ἀνδρείαν σώματος, διὰ δὲ τῆς Ὀδυσσείας ψυχῆς γενναιότητα παρίστᾳ, et sic virtutem activam a contemplativa disjungit; vel quia omnia quæ tradit Homerus non tam ad mythicum sensum, quem statim præferunt, quam ad ethicum intus latentem sint expendenda, ut idem Plutarchus, *ibid.* et Maximus Tyrius, *dissert.* 16, luculenter probant. Sed primo nobis magis arridet sententia quam Maximus confirmat. Quamvis enim ille Homerum summopere suspexerit, illud tamen videtur concedere quod Pisida reprehendit, nullum plane esse inter tot Homericos heroas quem omni virtutum genere cumulatum deprehendas, sed τὰς ἀρετὰς νενεμημένας κατ' ἄνδρα, τὴν μὲν ἀνδρείαν κατὰ τὸν Αἴαντα, τὴν δὲ ἀγχίνοιαν κατὰ τὸν Ὀδυσσέα, τὸ δὲ θάρσος κατὰ τὸν Διομήδην, τὴν δὲ εὐβουλίαν κατὰ τὸν Νέστορα. Itaque si quis viri, qui sit omnibus numeris absolutus, ideam velit habere ex Homero, omnes hasce virtutes in singula capita distributas in unum redigat oportet; quod sane non inficiatur Maximus: nam οὕτως, ait, εἰκόνα ἡμῖν ὑποτίθεται χρηστοῦ βίου καὶ ἀρετῆς ἀκριβοῦς. Videsis etiam Plutarchum in *Orat. post. de fort. Alexandri*, p. 343.

74. Quam in natura boni definienda fuerint Græci inter se dissentientes et incerti, patet ex solo Ciceronis libro *De finibus*. Itaque si neque sequioribus temporibus ullam certam definitamque ea de re habuerunt scientiam celeberrimi philosophi, mirandum plane non est eam non esse tam cito assecutum Homerum, siquidem nonnisi χρόνου δείξαντος Plato et Aristoteles ad hanc vitæ lucem protracti suos libros ediderunt, in quibus methodo quadam scientifica, prout illis facultas tamen fuit, ethices præcepta tradiderunt, atque ex solo bono, tanquam ex uno fonte, omnes virtutes emanare demonstrarunt. Ex hisce omnibus patet Pisidam nonnihil voluisse de gloria Homeri detrahere, cosque confutare qui eum omnis scientiæ patrem et magistrum appellabant. Confer Gisberti Cuperi *Apotheosim*, in qua poetarum principis laudes cumulatissime recensentur, et Friderici Reimanni *Iliadem*, in qua ejusdem vitia sive maculæ deteguntur. In codice Vaticano imperita manus voci χρόνου vocem τόνου superius scripsit.

75. Καὶ τῶν, id est ἐχόντων. Consule, si placet, Aristotelis *Ethica*, qui præ omnibus subtilius et enucleatius de omni virtutum genere disseruit.

76. Si Homerus Heraclium cognovisset, suos heroas, ut decet, omni virtutum laude cumulatos, non uno aut altero tantum titulo conspiciendos exhibuisset.

79. En quæ esset virtus Heraclii, animi integritas perfecta, quæ virtutes omnes complectitur.

81. Sub quadriformi, sed tamen unico aspectu pingendum fuisse Heraclium et verum quemcunque heroa dicit Pisida ad quatuor virtutes respiciens, quæ vulgo *cardinales* vocantur. Ita in *Hexaem.* 170. τετραμόρφους vocat angelos, ut eorum perfectionem designet, siquidem τετράμορφος Pisidæ a τετραγώνῳ Aristotelis nihil differt, cui *Moral. Nicomach.* I, vir ille fortis est ὅγε ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος, ἄνευ ψόγου.

82. v. *Iliad.* I, 249.

85. Μελουργία pro μελιτουργία. Heraclii benignitatem et clementiam, quæ virtus maxime principem decet, sub apum mellisque allegoria commendat.

88. Idem iambus occurrit in *Hexaem.* 1658.

90. Confer hos versus cum *Hexaem.* 458 et seq., ibi enim divinam clementiam eodem fere modo describit.

95. Vox δραστικόν non in neutro tantum sed etiam in aliis generibus pro substantiva usurpata invenitur: sic δραστικὴ pro δραστικὴ δύναμις vel συμφορά.

Digitized by Google

Ἔχῃ, δι' ὑμῶν εὐσεβῶς ἀμβλύνεται,
Καὶ λοιπὸν, ὥσπερ ἐκ φιλανθρώπου πάθους,
Στάζει τὸ κέντρον ἀντὶ πικρίας μέλι.
Ἀλλ' ἐν παρεκβάσει με τοῦ προκειμένου
Ἡ τῶν καλῶν σοῦ τερπνότης ἀπήγαγεν·
Ὅθεν πρὸς αὐτὰς τοῦ λόγου τὰς αὔλακας
Πάλιν γεωργῶν εἰσάγω τὰ σπέρματα.
Ἡ νὺξ μὲν ἡ μέλαινα τῶν ἐναντίων
Εἰς πᾶσαν ἐξήπλωτο τὴν οἰκουμένην·
Κόρος γὰρ οὐκ ἦν Περσικῆς ἁπληστίας,
Ἀλλ' ἐξέτεινον τὰς ὀρέξεις εἰς φόνους.
Πλὴν εἰς ἀφεγγῆ καὶ τοσαύτην ἐσπέραν
Πρὸς ὕπνον αὐτὸς οὐδαμῶς μετετράπης·
Τῶν γὰρ δ. ἡμᾶς φροντίδων ἡ πυκνότης
Ἐκ σοῦ τὸν ὕπνον εἰκότως ἀπέστρεφε.
Πολλοὶ δὲ βουλὰς καὶ στρατηγίας νόμους
Αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ζωγραφοῦντες ἠρέμα
Ἔφασκον ὡς χρὴ τὸ κράτος βασιλέως
Ἐν ταῖς ἀνάγκαις τῆς μάχης παρεστάναι.
Ἄλλοι δὲ πάλιν, ὥσπερ ἐκ τοὐναντίου,
Ἀντεστρατήγουν δυσμαχοῦντες ἐν λόγοις,
Ἐπισφαλὲς λέγοντες εἶναι τὸ κράτος
Πρὸς τὰς ἑτοίμους ἐμβαλεῖν περιστάσεις.
Τινὲς δὲ καὶ σύγκρισιν ἐξ ἀμφοῖν μίαν
Ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἐκτυποῦντες καρδίαις
Σοφιστικῶς ἔφραζον, ὥστε καὶ μένειν
Καὶ ταῖς μερίμναις τοῖς ἀγῶσι συντρέχειν.
Ἀλλ' ἦν τὰ κοινὰ τῶν λόγων ἀναίτια·
Οὐ γὰρ πονηρὸν εἶχον αἱ γνῶμαι τρόπον,
Σὺ δὲ, στρατηγὲ, καὶ γὰρ ἦσθα τῶν ὅλων
Καὶ ταῦτα μᾶλλον αὐτὸς ἠκριβωμένος,
Πᾶσι δεδωκὼς τοῦ λαλεῖν ἐξουσίαν,
Θεὸν δικαστὴν τῶν ἀδήλων εἰργάσω.
Ὅπου δὲ πίστις παρθένος προσέρχεται,
Λευκὴν ἄνωθεν ἐλπίδα στολίζεται.
Ἑορτάσας δὲ τὴν μεγίστην ἡμέραν,

demum, uti ex hominum commiseratione, mel pro amaritie instillat aculeus.

(100) Sed in digressionem me a proposito tuæ bonitatis jucunda consideratio abduxit. Unde in ipsos primos sermonis sulcos iterum fodiens spargo semina.

Nox quidem nigra barbarorum hostium (105) totam late terram occupaverat: nondum enim expleta erat aviditas Persarum, sed inhiabat adhuc ad cædes. Tu vero inter tantæ noctis tenebras somno te ipsum nullatenus tradidisti: (110) nostrarum enim curarum multitudo a te somnum, ut par est, avertit. Multi de ratione et legibus ducendi exercitus alii post alios disserentes subtiliter, dicebant ut oporteat regis majestatem (115) in periculis belli præsto esse. Alii vero rursus velut ex opposito contra insurgebant dimicantes sermonibus, minus tutum dicentes esse majestatem in apertis committere periculis. (120) Nonnulli vero ex utrisque unum judicium in suis sibi effingentes cordibus, sophistice dicebant oportere et domi manere et consilio in certamina accurrere. Sed erant isti omnium sermones sine culpa: (125) non enim ex malo prodibant sententiæ ingenio. Tu vero dux (omnium enim dux fuisti, et hæc ipsa cæteris melius cognoveras), omnibus data loquendi potestate, Deum judicem occultorum fecisti, (130) nimirum statim ac fides virgo supervenit, candidam illa ex alto spem adornat.

Tum celebrata maxima illa die, qua totum assurrexit humanum genus ad divinam novamque refor-

VARIÆ LECTIONES.

110 τῶν P, σῶν ed.

NOTÆ.

102. Elegans metaphora, qua se poeta comparat agricolæ. Sulci sunt iambi, aratrum stylus, semina verba et sententiæ. Forsan ad antiquam Græcorum scribendi rationem respexit, quæ βουστροφηδὸν dicebatur: ut enim arantes cum bobus solent, primo a dextra ad sinistram versus stylum ducebant veteres, atque ubi ad sinistram paginæ oram devenissent, dextrorsum pergebant, tum vero iterum ad sinistram recurrebant. Ita vere sulcos repræsentabant lineæ, quæ αὔλακες ea de causa dictæ inveniuntur. Anonymus qui Panegyricum Berengarii imp. conscripsit ab Adriano Valesio editum, dixit, lib. III, 55: *Fortia jussa cito scribæ sulcate papyro.*

104. Allegorice, opinor, noctem nigram vocat Persas, quos etiam in fine *Abaricorum* v. 526 σκοτεινοὺς appellat, non tantum ad damna abluenda quæ terris, quam ad ea quæ religioni inferebant. Quippe Chosroa legatis ab Heraclio missis responderat: Οὐ φείσομαι ὑμῶν, ἕως ἂν ἀρνήσησθε τὸν ἐσταυρωμένον, ὃν λέγετε Θεὸν εἶναι, καὶ προσκυνήσητε τῷ ἡλίῳ

106. Persæ jam a Constantini temporibus Romanis infesti eorum provincias invadere nunquam destiterunt. Sed multo acrius inter eos bellum exarsit sub Mauricio et Phoca, quorum Heraclius in imperio successor fuit. Anno enim 599 Persæ, Euphratem transgressi, ut ait Theophanes p. 247, πᾶσαν τὴν Συρίαν καὶ Παλαιστίνην αἰχμαλώτευσαν, anno autem 617 Chalcedonem quæ contra Cpolim erat, ceperunt. cum jam innumera, quæ ferri non possent scelera, patrassent. Vide *Chron. paschale* p. 704, ed. Bonn.

112. Expedire ut bella per se gerat princeps, omnes fere consentiunt de rebus politicis scriptores.

124. Varias sententias, quas circa belli gerendi rationem retulit ἀναιτίους, pronuntiat, volens, opinor, Crispi, qui gener fuit Phocæ, temeritatem excusare, qui Heraclio ejus opem petenti respondit: Οὐκ ἐᾷν βασιλεῖ καταλιμπάνειν βασιλείαν καὶ ταῖς πόρρω ἐπιχωριάζειν δυνάμεσιν. Rem narrat Nicephorus patr. *Brev. Hist.* p. 5.

129. Conjecturam modo adductam videtur confirmare, quasi Heraclio dubitandum fuisset de eorum fide qui ei erant a consiliis, unde ipse merito omnem suam spem in Deo collocavit, et de suo in Persidem profectu secum consultus deliberaverit.

132. Minimum discrepant cæteri historici, Theophanes, Cedrenus, Zonaras et Nicephorus, qui omnes affirmant Heraclium anno imperii sui 12, Christi 622, cum jam Pascha celebrasset, statim in Persidem perrexisse.

Digitized by Google

Ἐν ᾗ τὸ κοινὸν ἐξανέστη τοῦ γένους;
Εἰς ἔνθεόν τε καὶ νέαν ἀνάπλασιν,
Εὐθὺς μετ' αὐτὴν εἰκονίζων Μωσέα
Καταστρατηγεῖς Φαραὼ τοῦ δευτέρου,
Εἰ δεύτεράν τις οὐχ ἁμαρτήσει λέγων
Τὸν ὡς ἀληθῶς πρῶτον εἰς ἁμαρτίαν.
Λαβὼν δὲ τὴν θείαν τε καὶ σεβάσμιον
Μορφὴν ἐκείνην τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου,
Ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' ἐν εἰκόνι
Ὁ πάντα μορφῶν καὶ διαπλάττων Λόγος
Ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς
Κύησιν αὐτὸς, ὡς ἐπίσταται, φέρει.

A Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν, ὡς τότε σπορᾶς δίχα,
Οὕτω τυποῦσθαι καὶ πάλιν γραφῆς ἄνευ,
Ὅπως δι' ἀμφοῖν τοῦ Λόγου μορφουμένου
Μένῃ τὸ πιστὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως,
Τῶν φαντασιαστῶν ἐξελέγχον τὴν πλάνην.)
Τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ
Θείαν ἀπαρχὴν τῶν ἀγώνων εἰργάσω·
Ἔδει γὰρ ἡμῶν τὸν συνήγορον λόγον
Πάντως παρεῖναι τῆς δίκης κινουμένης.
Τῇ δευτέρᾳ δὲ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ
Σεαυτὸν εὐθὺς ἐμβαλὼν ταῖς ὁλκάσι
Τὸν ὑγρὸν ἐξέτεμνες εὐτόνως πόρον,

mationem, (135) statim post ipsam, repræsentans Mosem, acies eduxisti contra Pharaonem alterum, si quis tamen non errat vocans alterum, qui vere fuit primus in peccato. Tum manu accepisti divinam et venerandam (140) effigiem illam picturæ non pictæ, quam manus non pinxerunt, sed in imagine verbum figurans et efformans omnia finxit, figuram sine pictura, sicut sine semine idem conceptionem, B ut scitur, habet. (145) Oportebat enim ipsum, sicut tunc sine semine, sic et postea effingi sine pictura, ut per utrumque Verbi configurati maneret fides incarnationis, et phantasiastarum confunderetur error. (150) Hoc fretus divinitus effecto signo sanctas primitias certaminum fecisti: oportebat enim patronum verbum omnino apparere, se movente justitia. Secunda vero festivitatis die (155) te ipsum

VARIÆ LECTIONES.

137 ἁμαρτήσει P. 139 σεβάσμιον cod. 148 μένῃ cod. P, μένοι V. 149 φαντασιαστῶν ἐξελέγχων ed. τῶν φαντασιαστῶν ἐξελέγχον cod. 152 ὑμῶν ed.

NOTÆ.

139. In codice solitus censor σεβάσμιον in σεβασμίαν voluisset immutari.

140. Imaginem ἀχειροποίητον describit, de qua videndus Gretserus *De imag. non manuf.* tom. XV, p. 199; a quo equidem in eo dissentio, quod putet imaginem, qua munitus Heraclius in Persidem irrupit, fuisse archetypam Camulianensem: at paulo ante, p. 198 ex Menologio ipse noverat ne Sergio quidem patriarchæ licuisse eam retinere, et visione quadam perterritum cœnobii cujusdam virginibus, a quibus illam abduxerat, reddidisse. Quomodo igitur eamdem imaginem Heraclius secum asportasset in Persidem? Equidem censeo imaginem, quam habuit imperator, non fuisse Camulianensem, sed aliam ex archetypa Edessena accuratissime efformatam: satis enim aperte, ut mihi videtur, Pisida Edessenam, quæ a Christo Jesu linteo impressa, et ad Abgarum missa dicitur, hic designat, subjiciens eam *fuisse sine pictura ab ipso verbo figuratam;* quod quidem de sola Edessena traditum accepimus. Nam de Camulianensi, unde et quomodo fuerit efformata, plane non constat: et quamvis inter ἀχειροποιήτους imagines celebretur, non desunt tamen qui putent Edessenam tantummodo eo nomine recte insigniri, reliquas autem, ne Camulianensi quidem excepta, ex ea omnes fuisse expressas et exscriptas. Verum cum Edessena imago non ante annum Christi 944 translata fuerit Cpolim, patet Heraclium non αὐτόγραφον sed ἀπόγραφον in expeditione Persica secum circumtulisse. Quid quod Cedrenus, p. 406, Salvatoris imaginem non manufactam ex Africa secum adduxisse Heraclium narrat? Num hæc quoque fuit Camulianensis, ut Gretsero placet? Minime vero, sed eadem illa, ut nuper diximus, ex Edessena expressa. Fateor tamen non multam fidem adhibendam esse Cedreno, qui non satis diligenter, ut in comperto est, Theophanem exscripsit; quo quidem vitio laborat etiam Zonaras. Theophanes enim, p. 250, Dei Matris, non Verbi divini imaginem habuisse Heraclium refert, tum cum primum ex Africa Cpolim venit, ut melius ex- C planabitur ad *Heracliad.* II, 14. Sed dubium omnino tollit ipse Pisida, qui in proxima acroasi v. 87 satis aperte declarat non εἰκόνα ἀπεικόνισμα τοῦ θεογράφου τύπου ἔκτυπον fuisse effigiem qua usus est Heraclius. Ratum igitur firmumque sit, imaginem a religioso imperatore in Persidem allatam fuisse ἔκτυπον Edessenæ: Camulianensem autem ad præsidium urbis ab eo fuisse relictam, quod ex *Abaribus* clarius apparebit.

144. Theophanis, qui Pisidam non sequi sed exscribere videtur, verba suis quæque locis respondentia subtexere juvabit, ut nostri poetæ auctoritas fiat firmior et sensus magis perspicuus. Λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν χερσὶν τὴν θεανδρικὴν μορφὴν, ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' ἐν εἰκόνι ὁ πάντα μορφῶν καὶ διαπλάττων λόγος ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς κύησιν ἤνεγκεν. Ita Theophanes, p. 254. Videsis *Hexaem.* 1160, ubi Virginis sanctissimæ partum ex fabuloso vulturum partu sine semine verisimiliorem nobis facere contendit Pisida.

148. In cod. μένοι.

149. Phantasiastæ hæretici ex Eutychianorum familia, dicti etiam Julianistæ ab Juliano Halicarnassensi, qui falsa eorum dogmata excogitavit, et Gaiano Alexandrino, qui Julianum secutus est, Christi corpus a momento impolluti conceptus non solum incorruptibile esse, verum etiam increatum affirmabant, ut ait Timotheus *De sectis* apud Cotelerium *Mon. Eccl. Græc.* tom. III, p. 410. D

150. Theophanes ibidem καὶ τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων.

155. Idem ibidem Heraclium Cpoli profectum in Ciliciam pervenisse tradit, sed nullam de tempestate, quam Pisida describit, mentionem facit.

157. De Hæro promontorio, quod ad meridiem contra Chalcedonem erat, plura in Petro Gyllio *De Bosph. Thrac.* lib. III, c. 2 et in Ducangii *Cp. Christ.* lib. IV, p. 176. Quod ad nos attinet, ex Pisida observabimus primum huic promontorio nomen revera fuisse Ἡραίαν, non Ἡραῖον, ut a quibusdam Græcis invenitur appellatum; secundo ita fuisse dictum

Digitized by Google

Καὶ δὴ παρέπλεις εὐθὺς Ἡραίας τόπους·
Οὕτω γὰρ αὐτὴν ὠνόμαζον ἐκ πλάνης
Τῆς πρὶν κρατούσης διαδοχὴν δεδεγμένοι,
Ἕως ἔτρεψας εὐσεβῶς μεθαρμόσας
Τὸ τῆς πλάνης ἄδοξον εἰς εὐδοξίαν.
Τρέμω δὲ τούτων μνημονεύσας τῶν τόπων
Σιγῇ παρελθεῖν ἦν ἐν αὐτοῖς εἰργάσω
Ἔναγχος εὐσέβειαν· ἔσται γὰρ τάχα
Καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἡ σιωπὴ ζημία.
Ἀλλ' ἐν παρεκβάσει με τοῦ σκοποῦ πάλιν
Δραμεῖν θέλοντα τὸν βιωφελῆ δρόμον
Μή τις πάρεργος τοῦ λόγου τὸν ἱππέα
Σπεύσῃ κατασχεῖν ταῖς ἀφώνοις ἡνίαις.
Ἦν μὲν νότου πνεύσαντος εἰς τοὐναντίον
Παλινδρομοῦντα συντόνως τὰ ῥεύματα,
Καὶ νὺξ ἀφεγγὴς καὶ βράσαντα κύματα
Διπλῆν ἀνάγκην τῆς ζάλης εἰργάζετο.
Σὺ δέ, κράτιστε, τὴν ἄϋπνον ἑσπέραν
Εἰθισμένως ἔτεμνες, εἴπερ ἑσπέραν
Καλεῖν προσήκει τὴν δι' ὑμῶν ἡμέραν.
Φωνὴ δ' ἄπωθεν ὀξέων θρηνημάτων
Τὰς σὰς κατεβρόντησεν εὐσεβεῖς φρένας
Ἐκ κυμάτων δὲ δυστυχῶς ὠθουμένη
Ὀλκὰς προσεσκίρτησε πετραίῳ πάγῳ,
Πολλὴ δὲ παφλάζουσα ῥευμάτων βοὴ
Τὸν ἦχον ὑψώσασα ταῖς πέτραις ὅλον
Ἔξω τὸν ἀφρὸν ἀγρίως ἀνέπτυε,
Καὶ προσραγέντα τοῖς λίθοις τὰ κύματα
Ἐκ τῶν βιαίων ὥσπερ ἀντικρουμάτων
Σπινθῆρας ἐξέπεμπον ὑγρᾶς οὐσίας·
Καὶ πρὸς τοσαύτην ἦλθον οἱ πλωταὶ βίαν
Ὡς μηδὲν εἶναι τῶν νεκρουμένων πλέον·
Νεκροὺς γὰρ αὐτοὺς ἐν βραχεῖ τεθαμμένους
Ἐσχημάτιζε τῆς ἀνάγκης ὁ τρόπος·
Ἀλλ' εὐθὺς ἐλπὶς καὶ παρ' ἐλπίδα φθάσας
Ἔλαμψας αὐτοῖς ἐν θαλάσσῃ φωσφόρος,
Τὸ φῶς προδεικνὺς ἡλίου γλυκὺ πλέον·
Ὁ μὲν γὰρ οἶδεν ἐκπυροῦν τὰ σώματα,
Σὺ δὲ δροσίζεις εὐσεβῶς τὰς καρδίας.
Καὶ δὴ πρὸς αὐτὴν ἐκδραμὼν τὴν ὁλκάδα,
Κάμνων ἐφείλκου πάντας εἰς προθυμίαν,
Ἐρυθριῶντας δεσπότου πονουμένου

illico committens navibus humidam secasti alacriter viam, et ultra Herææ caput cito præternavigasti: ita enim ipsam vocabant ex errore, qui jamdiu invaluerat, successores, (160) donec pia rerum commutatione convertisti erroris dedecus in nominis celebritatem.

Timerem, si hæc loca memorans silentio præterirem, quam in ipsis constituisti nuper religionem. Erit enim brevi (165) etiam posteris silentium pœna. Sed rursus in digressione video me a proposito currere volentem utilem cursum, ne sermo perfunctorius equitem contendat retinere mutis habenis.

(170) Austro spirante ex adverso fuerant rursus relegendi quantocius fluctus; et nox cæca et æstuantes undæ duplex periculum procellæ fecerant. Tu vero, fortissime, insomnem noctem (175) de more transegisti, si tamen noctem vocare decet, quæ per te fuit dies. Vox autem longe acuti ejulatus ad tuas circum intonuit pias mentes. Ab undis vero infeliciter jactata (180) navis illisa est ad petræum scopulum. Multus autem effervescens undarum fragor, interque scopulos extollens late sonitum, foras spumas immaniter exspuit; et illisi cautibus fluctus, (185) veluti ex vehementi repulsu, longe jaculabantur aquæ aspergines. Et nautæ ad tales sunt redacti angustias, ut nihil esset quod non portenderet mortem: mortuos enim ipsos et brevi tempore sepultos (190) monstrabat periculi necessitas. Sed repente spes: et tu spem antevertens emicuisti ipsis in mari, phosphori lucem emittens, solis luce dulciorem: hic enim valet concremare corpora. (195) Tu vero irroras pie corda. Quippe ante ipsam excurrens navim et allaborans excitasti omnes ad alacritatem, jam erubescentes, quod

VARIÆ LECTIONES.

166 παρεμβάσει ed. 169 σπεύσῃ P. 171 συντόμως ed. 177 ἄπωθεν P. 192 φωτοφόρου ed. 197 ἐφειλκον ed.

NOTÆ.

eo quod olim Ἥρα; *Junonis* æde esset insigne, id quod etiam Codinus in *Antiq. Cpol.* admonuit; denique Heraclium profanum nomen in aliud Christiana pietate illustre commutasse, quamvis quæ fuerit nova loci denominatio ex Heraclii præscripto non constet. Ad vocem Ἡραίας supple ἄκρης.

161. Πλάνην hic, ut supra, idololatriam vocat. Quomodo autem Heræi promontorium vocari jusserit, quamve religionem in eo constituerit, neminem prodidisse mirabar, cum Pisida dicat pœnam esse laturos qui tantam rem silentio præterirent. Atque eo mirabar magis, quod jam ante Heraclium fuerat Heræi promontorium a Græcis ad Christianam religionem deflexum: nam etiam Procopii tempore, ut ipse testatur *De ædif.* I, 3, Ἱερεῖον vocari cœperat. Κἀν τῷ Ἡραίῳ, ὃ τὶ Ἱρεῖον καλοῦσι τὰνῦν.

167. Juvat hic repetere vel subintelligere versum, qui supra est ordine 101: ἡ τῶν καλῶν σου τερπνότης ἀπήγαγεν. Roeta alludens, ut sæpe alibi, ad cursus circenses, ait sibi timendum ne dum nimio spatio procul a meta vagatur, quis propius accedens ipsum anteverfat. Sensus est: *iterum in digressionem me currentem tui consideratio abduxit; sed nunc inceptum cursum rursus currere festino, ne nimis digrediar.*

168. Videtur quodammodo habuisse in mente illud Agathonis apud Athenæum, lib. v, p. 185: Τὰ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα, τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

180. Πετραῖον πάγον poetica circumlocutione pro scopulo dixisse Pisidam censeo, quamvis codex, qui nullibi grandes litteras exhibet, habeat Πετραῖον.

197. Legerem ἐφείλκες.

Digitized by Google

Ἐν τῇ τοσαύτῃ τῶν καλῶν αὐτουργίᾳ.
Καὶ τῶν ταχυδρόμων γὰρ εὐθὺς ὁλκάδων
Τὸ πλῆθος εἰς ἓν εὐτόνως συνέτρεχεν,
Καὶ πᾶς ἐν ὅπλοις ἐστρατευμένος τότε
Ῥίψας τὸ τόξον καὶ παρεὶς τὴν ἀσπίδα
Πρὸς τὰς ἐνύγρους συμπλοκὰς ὡπλίζετο.
Καὐτοὺς δὲ τοὺς τεμόντας εὐνοίας λόγῳ
Τῶν τεκνοποιῶν ὀργάνων τὰ σπέρματα,
Εἰς ταὐτὸ συντρέχοντας ἦν ὁρᾷν τότε
Τμηθέντας οὐδὲν τὴν φύσιν τὴν ἄῤῥενα.
Οὕτως ἕκαστος συμμετασχεῖν ἐκ μέρους
Τῶν σῶν ἱδρώτων ἡδέως ἠπείγετο.
Ὅμως ἅπαγτες σοὶ προσῆγον τὴν χάριν,
Ὑμῖν δὲ πᾶν τὸ πραχθὲν ἐσπουδάζετο,
Ὅπως ὁ πρῶτος μισθὸς εἰς τὴν αἰτίαν
Καὶ τὴν ἀφορμὴν συνδράμοι τοῦ πράγματος.
Οἱ μὲν γὰρ ὤθουν ἐκ θαλαττίων λίθων
Ῥιζωθὲν ὥσπερ ἐξ ἀνάγκης τὸ σκάφος,
Οἱ ναυτικοὶ δὲ τοῖς ἀποσχοίνοις τόνοις
Λαβόντες εἷλκον, ὡς ἐνῆν, τὴν ὁλκάδα,
Ἕως κατισχύσαντες εἵλκυσαν μόλις
Τὴν ναῦν πεσοῦσαν ἐν σαγήνῃ τῶν λίθων.
Ὦ συμπαθὲς φρόνημα καὶ ψυχῆς τόνος
Καὶ φροντὶς ἀρκέσασα τοῖς ὅλοις μία!
Πάλιν μεριμνᾷς, καὶ πάλιν κατὰ ζάλης
Μάχην συνάπτεις· οὐδὲ γὰρ θαλαττίας
Κίνδυνος ὁρμῆς, οὐδὲ τῆς γῆς ἡ ζάλη
Τῇ σῇ παρέσχον ἐκκοπὴν προθυμίᾳ.
Ἀλλ' ὡς σοφός τις ἐν κυβερνήσει ζάλης
Χειμῶνος αὔρας ἠγριωμένας βλέπων,
Τότε πλέον δείκνυσι τὴν εὐτεχνίαν,
Καὶ τῷ λογισμῷ τὰς τρικυμίας φθάσας
Τέμνει τὸ ῥεῦμα τῆς ζάλης ἀνατρέχων,
Κενοῖ τε πυκνῶς τὴν βίαν τοῦ πνεύματος,
Οὕτω κρατήσας τοῦ βίου τοὺς αὐχένας,
Χειμῶνος ὄντος καὶ ταραχῆς πραγμάτων,
Φθάνων ἑκάστην συμφορῶν τρικυμίαν
Πὴ μὲν διατέμνεις, πὴ δὲ τὴν βίαν κενοῖς,
Πὴ δὲ πρὸς ὕψος εὐσεβῶς ἀνατρέχων
Γῆς καὶ θαλάττης τὸν σάλον κατέσβεσας.
Ἰδὼν δὲ ταῦτα καὶ στενάξας ὁ φθόνος
(Πολλὴν γὰρ ἔγνω ζημίαν πεπονθέναι,
Βλέπων τοσούτους ἐν βραχεῖ σεσωσμένους),
Πλήττει τὸν ἄκρον τοῦ ποδός σου δάκτυλον,
Ἑαυτὸν, ὡς ἔοικε, μορφώσας λίθῳ·
Θερμὴ δ' ἀνηκόντιζεν αἵματος χύσις
Βάπτουσα τὴν γῆν, καὶ καλοῦσα μάρτυρα.
Ἐχρῆν γὰρ ὑμῖν εἰς ἀμείωτον χάριν

laboraret despota et tam præclara ipse per se gereret. (200) Tum vero statim actuariarum navium multitudo in unum intentis viribus contracta est. Ac tum quisque, ut erat tumultuarie instructus, abjecto telo et dimisso clypeo ad marinos conflictus se armabat. (205) Ac etiam eos, quibus erant exsecta (sit venia dicto) genitalium organorum semina, in idem accurrentes erat tunc videre, quasi neutiquam abscissa eis fuisset virilitas. Ita singuli ad sumendam partem (210) tuorum sudorum dulciter impellebantur : sed omnes uni tibi referebant gratiam. Tu vero de singulis factis curam habebas, sic ut promptum præmium ad rationem occasionemque accurreret operis. (215) Illi quidem protrudebant ex marinis scopulis radicitus ac veluti per vim affixam navem : nautæ vero junceis funibus abreptum trahebant, ut poterant, navigium, donec multum connixi, ægre eduxerunt (220) navim irretitam scopulis. Ast o quæ compatiens voluntas! quæ animi firmitas! quæ cura sufficiens una ad omnia! Rursus cogitas, et rursus cum procella pugnam conseris : neque enim marini (225) periculum furoris, neque terræ tempestas tuam contuderunt animi præsentiam.

At veluti sapiens gubernator in procella, quo magis furentem hyemem videt, tunc plus artis ostendit et solertiæ, (230) et consilio undarum vim antevertens ingruentes secat fluctus occurrens, eludit-que sæpius vim venti, sic tu cum regeres vitæ gubernaculum, in præsenti tempestate et rerum turbulentia, (236) omnium calamitatum fluctibus præpeditis, qua maris dividis, qua eludis insaniam; nunc vero, pio mentis sensu sursum excurrens, terræ marisque rabiem temperasti.

Hæc autem videns atque ingemiscens invidia (240) (multum enim sensit se damnum tulisse conspiciens tales viros repente conservatos) ferit tui pedis summitatem digiti, mentita, ut visa est, figuram scopuli. Calidus autem erupit sanguinis rivus (145) inficiens terram, teque declarans martyrem. Decebat enim ut in integræ gratiæ testimonium tibi inessent pietatis stigmata.

VARIÆ LECTIONES.

202 ὄχλοις ed. 227 τις add. P. 228 ὥρας ed.

NOTÆ.

205. Eunuchos ἐκτμηθέντας apud se tenere a Persis didicerunt Romani imperatores. Persæ enim primi omnium videntur mares exiisse ; unde Petronius *Satyric*. c. 119 : *Persarum ritu male pubescentibus annis subripuere viros*. Vide Herodotum lib. VIII, p. 492. Cubiculariorum munere ut plurimum fungebantur in aulis principum eunuchi, quibus ipsius regis committebatur custodia. De eunuchorum dignitatibus apud imp. Cpolitanos vide Constantinum Porphyrogenitum, *De cæremon. Aulæ Byzant.* II, 52, p. 412.

227. Legerem σοφός τις ἐν, ne claudicet versus.

242. Nemo alius prodidit memoriæ id quod non sine aliqua venustate poetica et multa cum adulationis illecebra refert Pisida, Heraclium ita pedem in scopum offendisse ut sanguis e digito efluxerit et ipse martyr evaserit.

244. Mallem ἀπηκόντισεν.

Digitized by Google

Τῆς εὐσεβείας προσμένειν τὰ στίγματα.
Ἀλλ' ὡς ἐκεῖνο τῆς ἀνάγκης τὸ σκάφος
Καὶ τῶν τοσούτων κυμάτων ἀφήρπασας,

A 250 Τὴν κοσμικὴν ἅπασαν οὕτως ὁλκάδα
Σῶζοι δι' ἡμῶν μέχρι παντὸς ἐκ ζάλης
Ὁ πανταχοῦ σκέπων σε τοῦ Θεοῦ Λόγος.

B.

Δημόσθενες, πρόελθε σὺν παῤῥησίᾳ.
Λόγοι κρατοῦσι· μὴ ταράττου νῦν φόβῳ·
Φίλιππος οὐ πάρεστιν, ἀλλ' ὁ δεσπότης.
Κίνδυνος οὐδείς, καὶ σιωπὴν εἰ πάθοις,
Κοινῶς ἁπάντων καὶ καλῶς ἡττημένων.
Παλινδρομεῖν δὲ τῶν λόγων ἠπειγμένων
Πρὸς τοὺς ἀπ' ἀρχῆς αὖθις ἵπταμαι δρόμους.
Οὐ γὰρ παρέσχες ἐγκοπὴν ταῖς ὁλκάσιν,
Ἕως διελθὼν τὴν ὁδὸν τῶν ῥευμάτων
Αὐταῖς ἐπέστης ταῖς καλουμέναις Πύλαις,
Ἐλθὼν ἀπροσδόκητος ἡμεροδρόμος.
Ἐντεῦθεν ὥσπερ βλύσμα πηγαίου πόρου
Κινούμενον μὲν ἐκ φλεβῶν τῶν ἐν βάθει
Ὁμοῦ συνῆπται καὶ τὰ ῥεῖθρα συλλέγει,
Ἐν ταῖς νομαῖς δὲ ποικίλως μερίζεται,
Οὕτως ἀνοίξας τοῦ λογισμοῦ τὰς φλέβας
Τῇ ποικίλῃ σου καὶ σοφῇ διαιρέσει
Σαυτὸν μερίζεις ταῖς νομαῖς τῶν πραγμάτων.
Τίς γὰρ στρατηγός; Βασιλεὺς πρὸ τῶν ὅλων.
Τίς ἐκδιδάξαι ταξιαρχίας νόμους;
Πάντες πρὸς ὑμᾶς εὐθέως ἀπέβλεπον.
Τίς τῶν δεόντων ἀσφαλὴς βουληφόρος;
B Πάλιν πρὸς ὑμᾶς ἡ ῥοπὴ τῶν ὀμμάτων.
Ὡς εὖ κρατοῦσα σὺν Θεῷ μοναρχία!

Ast sicut illud tu ex angustiis navigium atque ex tanta tempestate eripuisti, (250) sic totam late mundialem navim servet per te semper a procellis, quod te ubique tuetur, Dei Verbum.

II

Prodeas, Demosthenes, et confidenter loquere. Loquendi est potestas: ne te nunc timor exagitet. Non adest Philippus, sed despota, periculum est nullum, et si tu silueris, (5) late et plene omnibus devictis.

Ego quidem rursus currere, incitante sermone, per inceptos cursus recens propero: non enim intervertisti cursum navibus, usque dum emensis undarum viis (10) ad Pylas, ut vocantur, pervenisti, astans improvisus hemerodromus. Tum vero sicut scaturigo fontis, quæ exsiliens ex venis in imo absconditis in unum coalescit, tumetque ex collectis rivulis, (15) ac varie in varias partes dividitur, sic tu reclusis tuæ mentis venis tua varia et sapienti distributione te ipsum dividis in varias partes operum. Quis enim dux? imperator pro omnibus. (20) Quis de ducendo exercitu det leges? Omnes in te C statim intuebantur. Quis in necessitatibus tutus consiliarius? Rursus in te conversio oculorum. Quam bene est imperanti cum Deo monarchiæ! (25)

VARIÆ LECTIONES.

4 πάθοις cod. ἡττωμένων ed. 8. ἐκκοπὴν ed.

NOTÆ.

Acroas. II, v. 1. Non aliam, opinor, ob causam Demosthenem compellat Pisida, nisi ut ostendat eam esse Heraclii virtutem integritatemque, ut sui conscius nihil timeret quid de eo quisque diceret. Quod sane Philippo Macedonum regi aliter evenit, qui teste Plutarcho in *Demosth.* p. 853, ἔφριττε τὴν δεινότητα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ῥήτορος. Nimirum tanta fuit Demosthenis παῤῥησία, quod ex eodem Plutarcho intelligitur, ut Athenienses ad id quod D vellet concitaret, Philippo regi timorem injecerit, et magnam pecuniarum vim a Persis dono acceperit, ut in causis dicundis staret contra Macedonas; quod quidem ei vitio vertit Æschines ut Diodorus narrat, *Bibl.* lib. XVII, p. 163.

2. Demosthenes sua dicendi vi aliis timendus non parum suis rebus timuit, cum Philippus Bœotiam occupasset: *abjecto* enim *clypeo* ῥίψασπις turpiter fugit in bello ad Chæroneam gesto; cum autem paulo post nuntii Athenas venissent de morte Philippi, ipse prodiit splendide amictus, et coronatus. Plutarchus, *ibid.*

7. Redit ad navigationem Heraclii, de qua in fine superioris Acroaseos.

8. Subaudi, *o imperator*.

10. Heraclius in Ciliciam recta contendit: non enim est dubitandum, quas noster nominet Pylas, eas esse quæ in historiis celeberrimæ sunt, et Armeniæ et Ciliciæ vel Syriæ Pylæ vocantur, ut in Strabone lib. XIV, p. 994: Αἱ πύλαι λεγόμεναι ὄριον Κιλίκων τε καὶ Σύρων. Theophanes, p. 254 de more consentiens cum Pisida ait: Ἀπάρας δὲ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἐξῆλθεν κατὰ τὰς λεγομένας Πύλας, πλοῖς τὴν πορείαν ποιησάμενος. At Nicephorus patriarcha a Pisida et Theophane discedens Heraclium per Pontum Euxinum navigasse et in Armeniam provectum, inita cum Turcis societate, per Lazorum provinciam in Persidem descendisse narrat. Sed perperam omnia permiscet, et primam cum secunda Heraclii expeditione confundit. Ac optime quidem Petavius observavit in *Notis ad Nicephorum*, ea quæ ab historicis Byzantinis narrantur, adeo esse perturbata et tam præpostere descripta, ut narrationum et annorum seriem accurate deductam frustra ab illis exspectes; quo quidem vitio maxime laborat Breviarium Nicephori.

11. Tanta celeritate longum iter confecit Heraclius ut hemerodromus a Pisida appelletur: *hemerodromi* enim apud Græcos dicti, qui *totum diem cursitantes* non fatigarentur; vel ut Livius, lib. XXI, 21, affirmat, *hemerodromos vocant ingens uno die spatium emetientes* De triplici hemerodromorum genere Lipsius, tom. II, p. 300.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ πολυπρόσωπος ἦν ἀναρχία,
Ἀλλὰ κρατοῦσα σὺν Θεῷ μοναρχία,
Ἣ πάντα θάλπει καὶ διευθύνει λόγῳ
Καὶ τὰς ἀτάκτους ἐκτροπὰς ἀνατρέπει·
Οὕτω γὰρ οὐδὲν ὡς ἀταξίας νόσος
Ἔρπουσα δάκνει καὶ δαπανᾷ τὴν φύσιν,
Καὶ τῶν ἐν αὐτῇ καιρίων καθάπτεται.
Ἀλλ' εἰ θελήσω τῶν λόγων τὰ ποικίλα
Καὶ τὰς διαφορὰς ἱστορεῖν τῶν φροντίδων.
Ὅσας προθύμως ἀνθ' ὅλων ὑφίστασο,
Διττῆς ἁμαρτῶν ἐλπίδος κριθήσομαι
Ὡς μηδὲ ταῦτα τῷ λόγῳ περιγράφων
Μηδὲ προβαίνων καὶ λέγων τὰ καίρια.
Σὺ τὰς ὁδοὺς μὲν εἰργάσω στρατηγίας,
Τρίβους δὲ τὰς σὰς τακτικὴν εὐτεχνίαν.
Σοὶ καὶ τράπεζα, καὶ πόματα, καὶ τροφὴ
Τόξοις παρεσκεύαστο καὶ ταῖς ἀσπίσι.
Ψιλὸς δὲ σοῦ πᾶς πρακτικός τις ἦν λόγος,
Ῥυθμός τε πάσης καὶ κανὼν εὐβουλίας.
Στρατὸν γὰρ εὑρὼν τὸ πρὶν ἐκ ῥαθυμίας
Ἀταξίας γέμοντας ἡμελημένης,
Θᾶττον κατορθοῖς καὶ λόγοις καὶ σχήμασι,
Τυπῶν, διαιρῶν, δεικνύων, ὑπογράφων,
Ὡς παιδαγωγὸς τῶν ἐνόπλων γραμμάτων.
Ὦ νοῦς διαρκὴς Ὠκεανὸν μιμούμενος,
Κυκλῶν τε τὴν γῆν καὶ τὸ πᾶν περιτρέχων,
Καὶ πάντας ἄρδων, καὶ μένων πεπλησμένος!
Ὅσας μὲν οὖν μετῆλθες ἐν βραχεῖ χρόνῳ
Ἄλλας ἐπ' ἄλλαις φροντίδων τριχυμίας,
Πράττων, μεριμνῶν, εὐτρεπίζων, προγράφων,
Ὅπως τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ συναρμόσῃς
Εἰς πολλὰ τῆς γῆς διεσπαρμένον μέρη
(Δέος γὰρ ἦν οὐ φαῦλον, ὥστε μὴ φθάσας
Τὰ διαιρεθέντα τοῦ στρατοῦ σου τάγματα
Σχίσῃ παρελθὼν ἐν μέσοις ὁ βάρβαρος),
Καὶ πῶς τὰ πυκνὰ πολλάκις βουλεύματα
Μὴ συνδραμόντα τοῦ σκοποῦ ταῖς ἐλπίσι
Γνώμαις ὑπεστήριζες ἀκριβεστέραις,
Ἐκὼν παρήσω. Καὶ γὰρ αὐτὸς, δέσποτα,
Τοσαῦτα πράττων λανθάνειν ἐτεχνάσω,
Ὅπως τὸ κοινὸν μὴ μετάσχῃ τοῦ πόνου
Ὅμως συνῆλθον, ὥσπερ ἐξ ὄρους τινὸς
Πολλὰς ἔχοντος ἐξοχάς τε καὶ θέσεις
Κρουνοὶ ῥέοντες τῷ πολυσχιδεῖ πόρῳ
Εἰς ταὐτὸ συντρέχουσιν ἐκ τῶν σχισμάτων.
Ἐμοὶ δὲ θαῦμα προσφόρως ἐπῆρχετο,

Non enim multiformis erat anarchia, sed imperans cum Deo monarchia; quæ omnia fovet et dirigit verbo, et inordinatas confusiones amolitur. Nihil enim est tam noxium quam defectus ordinis, (30) morbus, qui serpens mordet, et absumit naturam, et meliores opportunitates abripit.

At si voluero consiliorum varias rationes et varias describere sollicitudines, quantas alacriter pro republica obisti, (35) quod duplici exciderim spe, criminarer, ut qui neque hæc ipsa sermone explicem, nec ea quæ sunt dicenda progrediens referam. Tu quidem signasti expeditionis vias, iter vero tuum ex optima militari disciplina; (40) tibi et mensa et pocula et cibus inter tela instruebantur et scuta. Omnis tuus sermo simplex, at rebus conveniens, norma erat et ratio cujuscunque boni consilii: exercitum enim cum invenisses ex desidia (45) omni carentem ordine et plenum negligentia, ipsum statim instruis dictis et figuris, formans, dividens, demonstrans, oculis subjiciens, velut pædagogus utens armatis litteris. O mens præstantissima, quæ et instar Oceani, (50) circumiens terram et quaquaversus permeans, omnium mentes irrigans et perstans plena, quotnam excepisti brevi spatio temporis, unum post alium, curarum geminatos fluctus, operans, cogitans, apparans, præscribens, (55) ut numerosum exercitum colligeres in varias terræ disseminatum partes; nam valde erat timendum ne prærepta occasione tui exercitus divisas copias interciperent medias superaggressi barbari. (60) Quomodo autem bene provisa sæpe consilia non concurrentia cum præconcepta spe sententiis confirmaveris melioribus, libens prætermittam: tu enim ipse, despota, qui hæc gerebas, celare studuisti ex industria. (65) Ne igitur respublica detrimentum pateretur, simul omnes convenere, veluti ex aliquo monte, qui multos habet colles et valles, rivi fluentes per multifidos tramites in unum coalescunt ex disjunctis semitis. (70) Me autem justa incessit admiratio, quinam tot tantarumque cogitationum copiam tuo

VARIÆ LECTIONES.

35 τὰς add. P. 45 γέμοντα ed. 53 τριχυμίαις ed.

NOTÆ.

25. Alludit ad illud Homeri, *Iliad.* II, 204: Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Quam sententiam laudant omnes de rebus politicis scriptores, quibus persuasum est monarchiam cæteris regendorum populorum modis antecellere.

28. Sæpe damna intulit ἀταξία, quæ est *rerum ab ordine deflexio*. Maximum corporis politici vitium idcirco exaggerat Pisida, quia jamdiu eo morbo laborabat imperium, cum eo potitus est Heraclius, qui res in summa calamitate constitutas, quantum potuit, restituit.

42 Claud. Ælianus in *Tacticis* c. 51, monet ὅτι παραγγέλματα ἡγεμονικὰ δεῖ σύντομα εἶναι, εἶτα μὴ ἔχοντα ἀμφιβολίαν.

44. Militis otium aliorum esse negotium innumeris testimoniis confirmant historiæ. Unum producam ex Tacito, qui de Pannonicis legionibus ita scribit: *Intermiserant solita munia, et principio lascivire miles, discordare, pessimo cuique præbere aures; denique luxum et otium cupere, disciplinam et arma aspernari.*

47. Heraclii in militari disciplina peritiam confirmat etiam Theophanes, p. 254: τούτους δὲ γυμνάζειν ἤρξατο καὶ τὰ πολεμικὰ ἔργα ἐξεπαίδευσεν.

Digitized by Google

Πῶς τῶν λογισμῶν τῶν τοσούτων ἡ χύσις
Τῷ σῷ λογισμῷ σωφρόνως ἐτάττετο·
Πλὴν, ὡς ἔοικε, δραστικὸς Θεοῦ Δόγος
Τούτοις ἐπιστὰς οὐ μόνον τοὺς αὐχένας
'Εκαμψε πάντων, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ καρδίας.
'Επεὶ δὲ τοῖς σοῖς προσδραμόντες ἴχνεσιν
'Απαντες, ὥσπερ ἐκ μιᾶς συμφωνίας,
Τὸ σὸν θεοστήρικτον ὕμνησαν κράτος,
Καὶ τῶν τροπαίων τοὺς κομῶντας αὐχένας
Πρὸς γῆν ἔκλιναν ὡς μεταρσίους λόφους,
Οἳ συντεθέντες εὐτρόχῳ ποικίλματι
Κήρυκές εἰσι τακτικῶν κινημάτων
Πόρρωθεν ἐγγὺς τοῖς ὅλοις ὁρώμενοι,
Κοινὸν δὲ πάντες ἐκτενῶς εὐεργέτην
'Ανηγόρευον καὶ κρατοῦντα δεσπότην,
Τὸ φρικτὸν αὐτὸς τοῦ θεογράφου τύπου
Λαβὼν ἀπεικόνισμα συντόμως ἔφης.
« 'Εμοὶ μὲν ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς ἡ σχέσις,
Καὶ τῆς βασιλείας ὁ τρόπος συνήρμοσεν·
'Εξουσίαν γὰρ οὐ τοσοῦτον ἐν φόβῳ
Ὅσον προλάμπειν ἐν πόθῳ θεσπίζομεν·
Νόμος γὰρ ἡμῖν ταῖς ἀπανθρώποις βίαις,
Ἃς ἡ τυραννὶς τοῖς νόμοις ἀνθώπλισεν,
'Αντεισάγειν νῦν τὴν φιλάνθρωπον βίαν,
Καὶ ταῖς τοσαύταις ἀντιτάξαι τὴν μίαν,
Ἡ ταῖς ἀνάγκαις ταῖς ἀνεγκλήτοις ἀεὶ

consilio sapienter regeres! verum, ut par est credere, efficax Dei Verbum illis astans non solum cervices (75) flexit omnium, sed simul etiam corda. Itaque cum illi post tua accurrissent vestigia, omnes, velut ex unanimi concentu, tuum a Deo firmatum laudaverunt imperium, et vexillorum comatos apices (80) ad terram inclinarunt ut elatos vertices; qui qua erant colorum varietate distincti, actionum militarium præcones propositi procul et prope ab omnibus erant conspiciendi. Ac tum communem omnes alacriter beneficum (85) prædicarunt et potentem despotam. Tu vero, formidando imaginis a Deo pictæ sumpto simulacro, breviter dixisti: Mihi quidem vos, ut fratres, hæc imago, et regni præsens conditio conjunxit. (90) Potestatem enim non tantum in timore quantum elucere in amore arbitramur. Nobis enim lex est contra hominum violentias, quas tyrannidis furor contra leges instruxit, nunc opponere vim humanitatis, (95) illisque hanc unam ex adverso sistere, quæ in malis sine culpa obve-

VARIÆ LECTIONES.

105. ὑμᾶς ed.

NOTÆ.

78. Imperatoribus coram populo prodeuntibus acclamationes semper fiebant. Hujusmodi votorum salutationumque exempla exstant in historiis et in nummis antiquis. Constantinus Porphyrogenitus, lib. II, p. 564, ita a proceribus acclamatum fuisse Heraclio tradit: Εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ, Ἡράκλειε Αὔγουστε, τούμβικας· Ἀναστασία Αὔγουστα, τούμβικας etc. Quæ verba ter repetita recte verterunt Constantini editores: *Feliciter imperio, Heracli Auguste, tu vincas, Anastasia Augusta, tu vincas.* Elegantiores acclamationum formulæ, quibus Christianos imperatores salutabant milites, recitantur ab eodem Constantino Porphyrog. p. 375.

80. Vexilla et hastas milites demittebant, humi sternebant, invertebant, inclinabant, vel ad obsequium erga principes vel ad animi tristitiam significandam; quod etiam nunc in militari disciplina observatur. De hoc more plura *in notis* ad Constantinum nuper laudatum p. 80 et 129. Pisida ex poetica licentia *tropæorum* pro *vexillorum* vertices coram Heraclio demissos fuisse tradit.

81. Vexilla, qua erant colorum varietate facile quacunque ex parte conspicienda, præconum officio ad militaria munia obeunda fungebantur. Quod quidem Romani vexilla proponere dicebant, ut colligo ex Cæsare *Bell. Gall.* II, 20: *Vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret.*

82. Codex mendose habet κύρηκες.

87. Απεικόνισμα Edessenæ imaginis *exemplar.* Vide acroas. I, 140. Pisida eo semper contendit, ut Heraclium a ducibus Homericis una aut altera tantum virtute conspicuis, ut acroas. I, 66 et 72 observatum est, nobis plane diversum repræsentet, videlicet omni virtutum genere cumulatum. Hactenus de ejus pietate, militari scientia, animi magnitudine et prudentia, nunc de ejus eloquentia, qua semper præstantissimum facit. Quæ laus quanta sit, norunt qui ex historiis acceperunt quid in summo duce possit dicendi facultas. Talem autem hic Heraclium nobis proponit qualem Homerus *Iliad.* IX, 443, fecit Achillem, ad quem Phœnix missus dicitur μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Vide Leonis *Tact. cap.* 2.

88. Commentarii loco allocutionem Heraclii ex Theophane p. 254 subjiciam; quam ut iamborum Pisidæ paraphrasim esse facilius intelligas, quæ Theophanes ipse ex Pisida suæ Historiæ intexuit, distincta exhibebo: Τούτῳ πεποιθὼς « τῷ θεογράφῳ τύπῳ » ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων, πιστὰ δοὺς τῷ λαῷ ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται καὶ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμόσηται· ἐβούλετο γὰρ τὴν ἐξουσίαν οὐ φόβῳ ὅσον ἐν πόθῳ ἔχειν. « Εὑρὼν δὲ τὸν στρατὸν εἰς ῥᾳθυμίαν » πολλὴν καὶ δειλίαν ἀναξίαν τε καὶ ἀκοσμίαν, καὶ « εἰς πολλὰ τῆς γῆς μέρη ἐσπαρμένους, » συντόμως πάντας εἰς ἓν συνήγαγεν· καὶ « πάντες ὡς ἐκ μιᾶς συμφωνίας » ὕμνησαν τὸ κράτος καὶ τὴν ἀνδρείαν τοῦ βασιλέως. Αὐτὸς δὲ τοῖς λόγοις τούτοις ἐπιῤῥωννύων ἔλεγεν· Ὁρᾶτε, ἀδελφοὶ καὶ τέκνα, ὡς οἱ ἐχθροὶ τοῦ Θεοῦ κατεπάτησαν ἡμῶν τὴν χώραν, καὶ τὰς πόλεις ἠρήμωσαν, καὶ θυσιαστήρια κατέκαυσαν, καὶ τὰς τραπέζας τῶν ἁγιακτῶν θυσιῶν αἱμάτων μιαιφόνων ἐπλήρωσαν, καὶ « τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν ἐκκλησίας ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάτοις. Atque hæc sane allocutio respondet perfectissime præceptis, quæ in Leone imp c. 12, 72, leguntur: Pisida enim ea omnia quæ ad militarem disciplinam pertinent a Leonis *Tacticis* videtur hausisse. Sed cum Leo annis fere trecentis post nostrum inclaruerit, probabilior fit sententia eorum qui Leonem dicunt sua Tactica ex veterum scriptorum commentariis compilasse, quæ Pisidæ etiam temporibus pervulgata fuisse non est dubitandum. Vide Fabricium, *Bibl. Græc.* VI, 368.

90. Ad Phocæ sacrum imperium fit allusio, cujus tyrannidi lenitatem et clementiam suam Heraclius opposuit. Phocas enim odio haberi, dummodo timeretur, non curavit; Heraclius autem contra amari maluit quam timeri. Optime sane: nam ut Cornelius Nepos definivit in Dione: *Nullum est imperium tutum nisi benevolentia munitum.*

Digitized by Google

Τοὺς εὖ τεθέντας ἐκβιάζεται νόμους.
Ἐγὼ μὲν οὕτω καὶ τρόπῳ καὶ σχήματι,
Οὗτος δὲ κοινὸς βασιλεὺς καὶ δεσπότης
Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμὼν στρατευμάτων,
Μεθ' οὗ στρατηγεῖν ἐστιν ἀσφαλέστερον,
Δι' οὗ τὸ νικᾶν ἐστιν εὐσεβέστερον.
Ἐφ' ᾧ πεποιθὼς καὶ τὰ νῦν ἀφιγμένος,
Ὡς εἷς ἀφ' ὑμῶν, πρὸς πόνους ὁπλίζομαι.
Πρέπει γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἐκείνου πλάσματα,
Χωρεῖν κατ' ἐχθρῶν προσκυνούντων κτίσματα,
Οἳ τὰς τραπέζας τὰς ἀμίκτους αἱμάτων
Λύθροις ἔμιξαν αἱμάτων μιαιφόνοι·
Οἳ τὰς ἀδέκτους τῶν παθῶν Ἐκκλησίας
Ἐν ἡδοναῖς χραίνουσιν ἐμπαθεστάταις·
Οἳ τὴν φυτουργηθεῖσαν ἄμπελον λόγῳ
Ξίφει θέλουσιν ἐξορύξαι βαρβάρῳ·
Δι' οὓς ὁ Δαβὶδ ἐνθέως ἐφθέγξατο·
Μακάριος εἰπὼν, ὃς τὰ τέκνα Περσίδος
Πέτρας προσαντέκρουσεν ἡδαφισμένα, »
Οὕτως ἅπαντας αὐτοὺς ἐκ ῥᾳθυμίας
Λόγῳ μετεσκεύαζες εἰς προθυμίαν.
Οὕτω στρατηγὸν πανταχοῦ καὶ Δεσπότην
Θεὸν προτάττων ἀσφαλίζῃ τὸ κράτος.
Καὶ δὴ παρευθὺς τὴν ὑπέρθεσιν φθάσας
Κοινῶν ἀπάρχῃ τοῦ στρατοῦ γυμνασμάτων.
Πόθος δέ μοί τις ἐνθάδε προσήρχετο
Ἰδεῖν τὰ τερπνὰ τῆς μάχης προαύλια
Φόβου τε χωρὶς ἱστορῆσαι τὸν φόβον.
Ὅμως δὲ φρικτὴν τῶν ἀγώνων ὁ τρόπος
Καὶ τὴν δόκησιν εἰσάγων προσήρχετο.
Τάξις γὰρ ἦν ἔνοπλος ἠκριβωμένη,
Σάλπιγγες ἔνθα καὶ φάλαγγες ἀσπίδων,
Αἰχμαὶ, φαρέτραι, καὶ βέλη, καὶ φάσγανα,
Καὶ δεινὸς ἐσκεύαστο θωράκων κλόνος
Ἐκ τῶν σιδηρῶν συμπλακεὶς ὑφασμάτων
Ἐν οἷς ἐπαυγάζουσα λαμπὰς ἡλίου
Ταῖς ἀνταμοιβαῖς ὥσπερ ἀντιλήψεσι
Στίλβωσιν ἐξέπεμπεν ἀστραπηφόρον.
Ἐπεὶ δὲ συνταγέντες ὡς ἐναντίοι
Ἔσφιγξαν αὐτῶν ἀσφαλῶς τὰ πράγματα,

nientibus semper bene constitutis vim infert legibus. Equidem ita censeo sub hoc habitu et forma : hic certe communis est rex et dominus (100) et nostrorum dux exercituum, cum quo militare est tutius, per quem vincere est religiosius; quo ego fretus, et nuper huc delatus, tanquam unus ex vobis ad labores me instruo. (105) Vos enim decet, utpote ejus facturæ, exire in hostes colentes creaturas; qui mensas puras a sanguine contaminarunt cædibus et sanguine; qui immunes ab omni mentis affectu ecclesias (110) impudicitiis polluunt turpissimis; qui verbo plantatam vineam ferro volunt demetere barbaro; de quibus David divinitus vaticinans : « Beatus, inquit, qui filios Persidis (115) attritos allidit ad petras *. »

Sic omnes ipsos ex segnitie orationis vi ad alacritatem deduxisti. Sic ducem ubicunque et Dominum Deum proponens, tuum firmas imperium. (120) Statimque perrumpens moras omnibus fecisti initium militaribus exercitiis. Atque hic me quoddam cepit desiderium videre jucunda belli præludia proculque a timore timorem prospicere : (125) sed ipsa certaminum prolusio horridam præferens tantum speciem me deterruit. Stabant quippe acies armatæ optime dispositæ : hic erant tubæ et clypeorum phalanges hastæque et pharetræ et tela et gladii. (130) Terribilis autem edebatur thoracum strepitus ex armaturis ferro intextis, quæ a solis lampade illustratæ tanquam ex mutuis officiis fulgorem remittebant coruscantem. (135) Postquam

* Psal. cxxxvi, 9.

VARIÆ LECTIONES.

108 λύτροις ed. 112 ἐκθερίσαι ed, 116 αὖθις? 136 τάγματα?

NOTÆ.

97. Charitatis tanta vis est ut divinam justitiam placet et calamitates avertat. Εὖ τεθέντες νόμοι sunt sanctissima Dei decreta de puniendis sceleribus. Quid autem sit ἐκβιάζειν τοὺς νόμους, vide *in Hexaem.* 450 et 442.

106. Vide acroas. I, 24 et 32.

107. Damna a Persis illata, cædes et profanationes in tota Syria perpetratas retulimus ex Theophane et *Chronico Pasch.* acroas. I, 108.

108 Λύτρα αἱμάτων *pretia sanguinis* vel *victimæ cruentæ* sunt cædes editæ a barbaris in ecclesiis, in quibus Christiani incruentum sacrificium de more offerebant. Verum fortasse Pisida etiam respicit ad id quod narrat Theophanes, p. 252 anno post Christum natum 616 evenisse : Τούτῳ τῷ ἔτει παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὸν Ἰορδάνην, Παλαιστίνην καὶ τὴν ἁγίαν πόλιν πολέμῳ, καὶ πολλοὺς ἀπέκτειναν ἐν αὐτῇ διὰ χειρὸς τῶν Ἰουδαίων, ὡς φασί τινες, μυριάδας ἐννέα· αὐτοὶ γὰρ ὠνούμενοι τοὺς Χριστιανοὺς, καθὰ ἠμπόρει ἕκαστος, ἀπέκτειναν αὐτούς.

111. Vide supra acroas. I, 104.

112. In ora codicis pro ἐκθερίσαι, quæ est optima lectio, est ἐξορύξαι.

115. Psal. cxxxvi, 9 : Μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. Pisida aperte discedit ab iis qui hunc Psalmum Jeremiæ mallent ascribi.

116. Codex habet οὕτω.

122. Pisidam αὐτόπτην hæc scripsisse patet ex verbo ἰδεῖν. Nec est plane negandum eum in hoc primo bello Persico secutum esse Heraclium, quod magis patebit ex acroas. III, 131, 345 et 353.

127. Theophanes loco sæpe citato : Πάλιν δὲ τὸν λαὸν πρὸς γυμνασίαν πολεμικὴν ὁπλίζων, τάξεις δύο ἐνόπλους ποιησάμενος, σάλπιγγές τε καὶ φάλαγγες ἀσπίδων, καὶ λαὸς τεθωρακισμένος ἵστατο.

136. Dubitabam an ex Theophane pro τὰ πράγματα reponerem τὰ τάγματα. Ait enim p. 253 : Ἐπεὶ δὲ ἀσφαλῶς συνέστησαν τὰ τάγματα, συμβάλλειν ἀλλήλους ἐκέλευσεν· ὠθισμοί τε βίαιοι καὶ συγχρούσματα πρὸς ἀλλήλους ἐγίνοντο, καὶ σχηματισμὸς τοῦ πολέμου ἐδείκνυτο. Versionem nostram probabunt, qui ex Leonis *Tact.* c. 7 norunt quid ἔσφιγξαν hic significet : ait enim τὸ σφίγγεσθαί ἐστι τὸ πυκνοῦσθαι, ἵνα καὶ κατὰ πλευρὰν καὶ κατὰ ὦμον ἀλλήλοις ἐγγίζωσιν.

Digitized by Google

Ὤφθη τὰ τείχη τῶν ἐνόπλων κτισμάτων,
Καὶ συρραγέντων τῶν στρατευμάτων ὅλων
Ξίφος μὲν ἀσπὶς καὶ ξίφη τὰς ἀσπίδας
Ὤθουν βιαίοις πανταχοῦ συγκρούσμασι,
Καὶ μετὰ πολλῶν αἱμάτων τὰ φάσγανα
Ὁ σχηματισμὸς τῆς τέχνης ἐδείκνυε.
Καὶ πάντα φρικτά, καὶ φόβος καὶ σύγχυσις
Καὶ πρὸς φόνους σύννευσις αἱμάτων δίχα.
Δεῖξαι γὰρ αὐτοῖς ἐμφρόνως ἠπίστασο
Πρὸ τῆς ἀνάγκης τῆς ἀνάγκης τοὺς ὅρους,
Ὅπως ἕκαστος τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς
Λαβὼν ἀφορμὰς ἀσφαλέστερος μένοι.
Λέγειν μὲν οὖν ἕκαστα καὶ τὸ ποικίλον
Ἐκεῖνο καινούργημα τῆς τέχνης γράφειν
Ἐξασθενεῖ μου τῆς ἀτόλμου καρδίας
Ὁ νοῦς ἐναύλῳ τῷ λόγῳ κλονούμενος.
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς ἄμπωτιν ἔκ τινος βίας
Πρόσω τὸ ῥεῦμα συντόμως ὠθούμενον,
Οὕτως ἐκεῖνα τοῦ στρατοῦ τὰ κύματα,
Τῷ σῷ λόγῳ τρέχοντι συγκινούμενα,
Ἢ πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον ἢ τοὐναντίον

A Ἀντιπροσώπῳ τῷ τάχει μετήρχετο.
Καὶ πρὸς τοσοῦτον οὐκ ἀπώκνησας κλόνον,
Ἀλλ' εἶλκες αὐτὸν καὶ μεθεῖλκες τοὺς τόνους,
Ἑταττες, ἀντέττατες, ἔνθα τῷ λόγῳ
Τῆς σῆς ῥοπῆς τὸ νεῦμα συμμετεστράφη.
Πῶς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος ἡρμόσω μόνος;
Καὶ πῶς γένη τοσαῦτα καὶ πολυτρόπων
Ἠθῶν διαφορὰς καὶ φρενῶν διαστάσεις
Τοῦ σοῦ λόγου κρούοντος εὐρύθμῳ τόνῳ,
Οὐχ ὥσπερ ἄλλος μυθικὸς τὰ θηρία
Πρὸς αὐτὸν εἶλκες, ἀλλὰ πρὸς γνώμην μίαν
Γλωσσῶν τοσούτων συγχύσεις μεθήρμοσας;
Ἢλήν οὐκ ἀπεικὸς τοῦ παναγίου Πνεύματος
Καὶ νῦν ἐνεργήσαντος, οὐχὶ πυρφόρῳ
Γλωσσῶν διαιρέσει τε καὶ θεωρίᾳ,
B Γλώσσῃ δὲ τῇ σῇ τὴν κατάλληλον χάριν
Στάξαντος αὐτοῦ, καὶ πάλιν τοῦ Πνεύματος,
Οὕτως ἅπαντας τοὺς πρὶν ἠμελημένους
Θᾶττον διδάξας εἶχες ηὐτρεπισμένους.
Ἐγὼ δὲ καὶ προμάντις οὐκ ὢν, δέσποτα,
Φθάσας προεξήγγειλα τῷ πρώτῳ λόγῳ

autem dispositi, ut hostes, denso steterunt ordine juncti firmiter, visi sunt muri ex armatis machinis; et jam hinc inde confligentibus omnibus copiis, enses cum scutis et scuta cum ensibus (140) concurrebant undique violentis ictibus: et gladios multo tinctos sanguine quasi ostentabat artis pugnandi specimen: omnia autem horrenda et timor et confusio, et in cædes concursus citra sanguinem. (145) Tu enim scisti eis cate ostendere ante necessitatem necessitatis terminos, ut quisque ex clade innoxia sumens documenta securior maneret. At vero ad recensenda singula et illas varias (150) artis militaris motiones describendas deficit in pavido mihi pectore, animus recenti sermone perterritus. Cæterum sicuti retrorsum fluit, quæ aliqua vi antrorsum fuit unda celeriter impulsa, (155) sic illi tui exercitus fluctus pro tuorum mandatorum celeritate se moventes modo in faciem, modo ex opposito in terga se convertebant velociter. Nec tu tanto strepitu dejectus obtorpuisti, (160) sed ipsas ducens et reducens acies vertisti, convertisti, utcunque tuus simul cum voce C nutus inclinabat.

Quinam tot rebus sufficisti solus? et quomodo tot gentes et multiplices (165) morum differentias et mentium dissensiones tui sermonis vi suavissima impellente non, tanquam alter fabulosus, feras ad te traxisti, sed in unam sententiam tot linguarum confusiones transtulisti? (170) At quid vetat credere sanctissimo Spiritu etiam nunc operante id factum, non igneferis linguis in singulos dispertitis visibilibus, sed linguæ tuæ omnibus accommodatam gratiam ipso instillante eodemque spiritu? (175) Sic omnes qui erant antea desides, continuo, te duce et magistro, habuisti paratos.

VARIÆ LECTIONES.

141 μεστὰ Quercius. 150 κινούργημα ed. 165 διαφοραὶ P et ed. 166 τῷ ed.

NOTÆ.

141. Si umbratilis hæc fuit pugna et vere σκιομαχία, et ut mox ait poeta, δίχα αἱμάτων, cur μετὰ πολλῶν αἱμάτων exserti gladii ostenduntur? Certe hic cubat mendum: nam et versus ipse claudicat. Forsan legendum μεστά, quasi dicat tantam fuisse irruentium vim ut videretur undique sanguis effluere, quamvis nulla inde cædes subsecuta sit.

143. Theophanes, p. 255: Καὶ ἦν ἰδεῖν φρικτὸν θέαμα φόνου χωρὶς καὶ κινδύνου, καὶ πρὸς φόνους σύννευσις αἱμάτων δίχα, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τοὺς τρόπους, ὅπως ἕκαστος ἐκ τῆς ἀκινδύνου σφαγῆς λαβὼν ἀφορμὰς ἀσφαλέστερος μένοι.

153. Quæ fuerint ex veteris disciplinæ regulis σχήματα et κινήσεις, juxta quas variæ immutationes, conversiones, inflexiones, revolutiones et restitutiones fiebant a militibus, ut a latere, a fronte, a tergo ingruentium hostium impetum sustinerent, videsis in Æliani, Onosandri, et Leonis *Tacticis*, et in Rigaltii *Gloss. Tact.* ad vocem σχήματα, qui ex D ipso Æliano et Leone mandata a ducibus dari solita militibus elegantissime ex Græco vertit.

160. Τόνους perspicuitatis gratia reddebam *acies*, Italice *le file*: at poeta, cum exercitum maris undis comparasset, allegoriam persecutus per κυμάτων τόνους fluctuationes intelligit, Italice *le ondate*.

162. Duplici ratione præscribebantur mandata militibus, voce et nutu. Ita Leo imp. *Tact. c.* 7: Ἐοίκεσθαι δὲ αὐτοὺς δέον πρὸς ταῦτα ϛωῇ ἢ νεύματι διὰ σημείου τινὸς οἷον κινεῖν καὶ ἵστασθαι.

165. Legerem διαφορὰ vel διαφορᾶς.

167. Supple Ὀρφεύς, de quo similia in *Abaribus*, v. 105.

170. *Act.* II, 3: *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* Sæpe exæstuat poeta in laudibus Heraclii, cujus eloquentiam passim commendat.

178. Vide acroas. I, 46 et 127.

Digitized by Google

Ὡς οὐδὲν ἠμέλησας, ἀλλὰ καὶ γράφων
Τοῖς σοῖς στρατηγοῖς πανταχοῦ τὸ συμφέρον
Ἥμαρτες οὐδέν, εἴπερ ἐν δέοντί γε
Τὸ σοὶ παραστὰν εὐθέως συνέδραμεν.
Ἔδειξεν ἡμᾶς οὐδαμῶς ἐψευσμένους
Ἡ πρακτική σου τῶν φρενῶν εὐβουλία.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς οὐ ταράττουσι φόβοι,
Οὐ φροντίδες· χαυνοῦσι τὴν προθυμίαν,
Οὐ συμφοραὶ δάκνουσιν, οὐ θλίβει κόπος·
Ἔρως γὰρ ἡμᾶς εὐσεβὴς περιτρέχων
Εἰς τὰς ἀνάγκας καὶ περιστάσεις πλέον
Νευρῶν συνιστᾷ τοὺς τόνους τοῦ σαρκίου.
Ὦ; οὖν σοφιστὴς τοῖς ἰατρικοῖς λόγοις
Πεῖρου συνάψας οὐκ ἀφῆκε τὴν νόσον
Κρυπτῶς ὑποσμόχουσαν εἰς βάθος βλάβης,
Ἀλλ' εὐθὺς ἐξέκοψεν ἢ ξίφει τεμών,
Ἢ καυστικῶς ἔφλεξεν, ἢ καθαρσίῳ
Τὰς ἔνδον αὐτῆς ἐκκαθαίρων αἰτίας,
Οὕτω τὸ σῶμα τοῦ στρατεύματος τότε
Εὑρὼν κακωθὲν ἐκ φιλοβλαβοῦς νόσου
Ἐπέσχες αὐτοὺς ἐκ κακῆς ἀπληστίας,
Λόγῳ καθάρας τὰς ὀρέξεις τῆς βλάβης.
Κρατεῖν γὰρ ἔγνως ῥᾷστα τῶν ἐναντίων
Ἐν εὐσεβείᾳ τὸν στρατόν σου ῥυθμίσας.
Ἐντεῦθεν ὑμῖν εὐθὺς ἐπτερωμένη
Νίκη προσῆλθε Περσικῶν σκυλευμάτων
Πρὸ τῆς μάχης φέρουσα νικητήρια.
Ἐπεὶ γὰρ εἶχες οὐδὲν ἠμελημένον,
Ἀλλ' ἐξέπεμπες ἐκδρομὰς εὐσυνθέτους,
Ἱππεῖς ἐπ' ἄγραν πανταχοῦ ταχυδρόμους,
Παρῆσαν οἱ φέροντες ἐν βραχεῖ χρόνῳ
Οὐκ εὐκαταφρόντητα θηρίων γένη,
Ἀλλ' ἐξέχοντα καὶ κρατοῦντα τῷ θράσει
Καὶ πολλάκις βλάψαντα τὴν παροικίαν.
Ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα, καίπερ ὄντα θηρία,
Τοῦ σοῦ παρῆκας μὴ μετασχεῖν ἡμέρου.
Ὅμως τὰ πολλὰ νῦν ἀφεὶς, προειλόμην
Τὸ πλῆθος αὐτῶν ἐξ ἑνὸς διαγράφειν.
Παρῆν τις ἀρχίφυλος εὐτόλμου γένους,
Τὸ Σαρακήνων τάγμα τῶν πολυτρίχων

A

B

C

Ast ego quamvis divinus non sim, o despota, jam antea prænuntiavi primo sermone te nihil neglexisse; sed etiam præscribens (180) tuis ubique ducibus quod conduceret, neutiquam aberrasti: siquid enim factu opus fuit, promptum ac paratum illico tibi succurrit. Ita nunquam nos esse mentitos ostendit tuæ mentis practica prudentia. (185) Hinc nos non timor exagitat, non curæ frangunt animi præsentiam, non terrent casus, non opprimit molestia. Amor enim pietatis sese nobis obversans in rebus arduis et ipsis in periculis magis (190) nervos tonosque intendit corporis. Ut igitur sophista, qui medicæ scientiæ experientiam conjunxit, non dimisit morbum clam intus exedentem profundo ulcere, sed statim abscidit aut ferro amputans (195) aut adurens caustico, aut purgatione morbi latentes auferens causas, ita cum tu tunc corpus exercitus inhumanitatis morbo male affectum invenisses, malam coercuisti militum inexplebilitatem, (200) sermone emundans appetitum noxium. Regere enim melius noveras quam hostes, exercitum, quem ad pietatem conformasti.

Hinc statim tibi advolans obviam venit victoria, ex Persicis spoliis (205) ante pugnam afferens tropæa. Nihil enim, quod factu opus esset, neglexeras, sed miseras opportunos excursores, equites ad prædandum expeditissimos. Illi vero astiterunt brevi ferentes tempore (210) non plane despicienda belluarum genera, sed quæ fastose et arroganter imperabant, et sæpe damno afficerant viciniam. Sed tu non illas, quamvis essent bellæ, tua es dedignatus excipere clementia. (215) Ego

VARIÆ LECTIONES.

187 Ὀλίψει P.

NOTÆ.

188. Tua pietas et tuus erga nos affectus ad quæcunque pericula alacriter subeunda nos impellit.

191. Medicum sophistam vocat, quasi diceret sapientem. Sapiens autem medicus recte cum Pisida definitur, qui studio conjungit experientiam, a qua medicinæ origo et profectus. Ac tota quidem medina quondam una et simplex ars erat, quam postea in plures diviserunt, manuum ministerio aliis demandato.

195. Confer Hippocratem, *De ulceribus*, quibus plane curandis tria, quæ ex eodem auctore indicat Pisida, celebrantur a veteribus, videlicet purgatio, sectio et ustio. Si enim remedia nihil proficerent, ultima spes in ustione posita erat, ut patet ex ipsius Hippocratis Aphorismo: Ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται· ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται· ὅσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίητα.

198. Φιλοβλαβὴς νόσος vertebam *inhumanitatis morbus*, quo maxime laborabat exercitus Heraclii: nam Phoca regnante, qui odia et civiles dissensiones fovebat, una pene erat militaris disciplina de exercendis cædibus et rapinis. Φιλοβλάβεια igitur est animi feritas, quam charitatis Christianæ proposito exemplo studuit domare Heraclius, ut ex seqq. iambis fit manifestum, et ex Theophane, qui, p. 255, ita paucis rem declarat: Οὕτω δὲ καθοπλίσας πάντας παρήγγειλεν ἀδείας ἀπέχεσθαι.

208. Quos ex equestri militia ad pabulandum vel ad explorandum Heraclius præmiserat, eos tanquam venatores εἰς ἄγραν immissos nobis repræsentat Pisida; qua retenta allegoria Saracenos, qui ab equitibus capti sunt, quod feri essent animo, voce et cultu corporis, feras appellat.

214. Ἥμερον pro ἡμερότης. Rem breviter, sed minus distincte sic narrat Theophanes, p. 255: Γενόμενος δὲ ἐπὶ τὰ μέρη, προτρέχον πλῆθος ἱππέων λάθρα ἐπιπεσεῖν τῷ βασιλεῖ διενοεῖτο. Οἱ δὲ προτρέχοντες τοῦ βασιλέως τούτοις συναντήσαντες τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν δεσμώτην ἤγαγον πρὸς τὸν Ἡράκλειον καὶ τούτους τρεψάμενοι πολλοὺς ἀνεῖλον.

218. Saraceni vel Arabes Scenitæ multis jam ante Heraclium annis innotescere cœperant, sed cum circa hæc tempora magis inclaruerint, hinc opinor

Digitized by Google

Ἄγων σὺν αὐτῷ, καὶ περισκοπῶν ὅπως
Λαθὼν ἐπέλθοι τῷ στρατῷ σου πρὸς βλάβην.
Ἰλὴν ὡς ἁπλήστῳ συμμαχῶν στρατηγίᾳ
Κλέψαι θελήσας αὐτὸς ἀντεκλέπτετο,
Καὶ τοῖς ποσί σου τοῖς πανημέροις τάχος
Τὸν πρὶν στρατηγὸν εἰσάγουσι δέσμιον.
Ὡς δὲ προσήχθη τῷ κράτει σου, δέσποτα,
Ὁ τὴν πολυστένακτον αἰχμαλωσίαν
Λαβὼν ἐκεῖνος εἰς νομὴν ἐλευθέραν,
Ὁ δυστυχήσας εὐτυχῶς, εἰ δεῖ λέγειν
(Σοὶ γὰρ προσελθὼν ἀνταμείβει τὴν τύχην),
Ῥίπτει τὰ δεσμὰ, τὰς δὲ συμφορὰς ὅλας
Ἔστρεψεν εὐθὺς εἰς χαρὰν μεθαρμόσας.
Πολλὴν δὲ θᾶττον τὴν ἐναλλαγὴν βλέπων
Ἀντιστροφὴν ἔκρινε τὴν σωτηρίαν,
Πάλιν στρατηγεῖν ἐλπίσας ὁ δέσμιος.
Οὕτως ὁ νοῦς σου ποικίλως ὁπλίζεται,
Καὶ τοῖς λογισμοῖς πολλάκις στρατεύεται,
Φειδοῖ δὲ μᾶλλον ἢ ξίφει κεχρημένος,
Καὶ τοὺς ἀπίστους Βαρβάρους ἐφέλκεται.
Καὶ ταῦτα μέν σοι σωφρόνως ἐπράττετο,
Τῷ δὲ στρατηγῷ τῆς πλάνης τἀναντία,
Ὃς ἔργον εἶχεν ὀργάνων καὶ κυμβάλων
Ἄσεμνον ἦχον καὶ γυναικῶν ἐκτόπων
Ὄρχησιν εἰς γύμνωσιν ἠρεθισμένην.
Σὺ δὲ, στρατηγὲ τῆς σοφῆς πανοπλίας,
Ψαλμοῖς ἑτέρου μυστικῶν ἐξ ὀργάνων,
Τὸν θεῖον ἦχον ἐντιθεὶς τῇ καρδίᾳ,

vero plurimis prætermissis suscipiam ex uno simul omnes describere.

Occurrit quidam præfectus ex illustri genere, turbam Saracenorum multum capillatorum adducens secum, et circum explorans quomodo (220) clam invadens tuum affligeret exercitum; nisi quod insana militans licentia, volens circumvenire, ipse est circumventus. Nec mora, tuos ad vigilantissimos pedes ex duce captivus factus adducitur. (225) Ut autem stetit ante tuam majestatem, despota, pro valde lacrymabili captivitate accipiens ille conditionem liberam, vere infelix feliciter, si fas est dicere (ad te enim accedens permutat sortem) (230), projicit vincla, et calamitates omnes statim e contrario transtulit in gaudium. Tantum vero repente mutationem videns calamitatem ratus est sibi esse saluti, iterum e captivo sperans se ducem futurum. (235) Sic tua mens variis armis instruitur, et varia sæpe providentia militat; et venia satius ducens uti quam ferro, etiam barbaros infideles allicit.

Atque hæc quidem a te sapienter gerebantur, (240) a duce vero erroris insipienter omnia. Circa illum varia instrumenta et cymbala strepebant indecenter, et feminæ impudicæ saltabant incitantes nuditate ad turpia. Tu vero, dux instructus armis sapientiæ, (245) delectabaris psalmis musicis cum organis, divinum sonitum excitans in corde. Circum

VARIÆ LECTIONES.

220 ἐπέλθοι P. 245 μουσικῶν ed.

NOTÆ.

factum ut historici tradiderint eos Heraclii anno 12 primum ex Arabia in Romanorum exitium erupisse. Ἐξῆλθον, ait Constantinus Porphyrog. *De administr. imp.* part. II, c. 16, οἱ Σαρακηνοὶ μηνὶ Σεπτεμβρίῳ τρίτῃ ἰνδικτιῶνος δεκάτης εἰς τὸ δωδέκατον ἔτος Ἡρακλείου. At Pisida satis perspicue nos edocet jamdiu e suis finibus egressos Saracenos Romanis fuisse detrimento. Nuper enim audivimus dicentem καὶ πολλάκις βλάψαντα τὴν παροικίαν. Juvat etiam ex eodem Pisida observare perperam Saracenos, qui ex Arabia, cum Turcis, qui ex Scythia profecti sunt, a quibusdam confundi. Nondum enim, cum primum Heraclius ad Ciliciæ pylas venit dimicaturus cum Chosroa, Turcæ cum Saracenis fœdus inierant; quod sane contigit, postquam idem Heraclius Turcarum ope adjutus secundo bello Chosroam profligavit. Tunc enim Turcæ alacriores facti et suis rebus fidentes ultra pervagati in Syriam usque pervenerunt, et Saracenis ab Heraclio divulsis et in fidem receptis, simul omnes Mohameto duce conspirantes Asiam et Africam pene totam maximis calamitatibus afflixerunt. Vide supra v. 10.

220. Recte Saracenorum naturam attingit, qui populationibus intenti et λῃστρικὸν vitæ genus ducentes non ex militari disciplina hostem aggredi, sed latronum instar clanculum irrepere, et præda, si liceret, facta se recipere consueverunt. Bochartus in *Phaleg*, lib. II, c. 2, Saracenos a latroniciis esse dictos contendit, quia Arabica vox *Saraka* est *latrocinari*.

222. *In poem. de resurrect.* VIII, 58, ita de diabolo: Κλέψας τὸ πρῶτον μειζόνως ἀντεκλάπη.

224. De clementia Heraclii in ducem Saracenorum nihil in Theophane.

238. Innuit benignitate Heraclii factum ut aliquis Saracenorum dux ei se adjungeret; quod videtur confirmare Theophanes, p. 257, dicens quosdam Saracenos ad Gazacum sub Heraclio militantes Chosroam fregisse.

241. Cum utrinque parati essent ad pugnam, Persæ lunam et solem, Romani Deum adorant. Ex militari disciplina milites, antequam dimicarent, sacris operabantur. Vide Leonem imp. c. 14: *De iis, quæ die belli agenda sunt*, ἔργον ὀργάνων καὶ κυμβάλων idem ac ὄργανα καὶ κύμβαλα. Animadvertendum hic et alibi apud Pisidam cymbala et tympana rejici tanquam instrumenta profana. Quare cum in definienda talium instrumentorum forma et diversitate discrepent eruditi, standum hic omnino auctoritati Suidæ, qui ita statuit, κύμβαλα θυμελικὰ παίγνια.

242. Ad spurcissimam Persarum libidinem demonstrandam veterum testimonia undique collegit Brissonius, *De regno Pers.* lib. II, p. 293, nempe illi quasi mulierculis carere neutiquam possent, eas non modo ad canendum in conviviis adhibebant, verum etiam in militaribus expeditionibus deducebant. Earum autem varia erant munia, sed omnia turpia. Celebrantur enim μουσουργοὶ, αὐλητρίδες, ψάλτριαι, κιθαριστριαι, ᾠδικαὶ, ὀρχηστρικαί, de quibus plura in laudato Brissonio. Ad rem illud tantum addam, quod ex Parmenionis ad Alexandrum epistola refert Athenæus, inter impedimenta Darii repertas esse παλλακίδας; μουσουργοὺς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἴκοσι ἐννέα.

245. Organa musica, quibus canebat Heraclius,

Digitized by Google

Εἶχες δὲ σεμνὰ παρθένων σκιρτήματα
Τῶν σῶν λογισμῶν τὰς ἀπόρνους ἐλπίδας.
Ἐκεῖνος εἶχε τὴν σελήνην ἐλπίδα,
Τοῦ σοῦ δὲ θᾶττον προσβαλόντος ἡλίου
Ἔκλειψιν αὐτὸς ὀξέως ὑφίστατο.
Τὸ πῦρ ἐκεῖνος εἶχε προσκυνούμενον,
Ὑψούμενον δὲ σὺ, κράτιστε, τὸ ξύλον.
Τούτου δὲ δῆλον ὡς πρὸς ὕψος ἡρμένου
Τὸ Περσικὸν πῦρ εἰς μάτην ἀνήπτετο.
Ἐπεὶ γὰρ εἰς χειμῶνα πρὸς τὸ Πόντιον
Κλίμα διατρίψας συντόμως ὁ Βάρβαρος
Τὰς εἰσβολὰς κατέσχε τῆς ὁδοῦ φθάσας,
Ὁ δὲ στρατός σου δυσχερεῖς τὰς εἰσβάσεις
Ἅπαξ προληφθεὶς εἶχε τὰς πρὸς ἥλιον,
Ἀντιστροφὴν ἐνταῦθα συντομωτάτην
Καὶ σχηματισμὸν ἐπαινετῆς πλαστουργίας
Ἐξεῦρες, ὦ κράτιστε, τοῖς μὲν Βαρβάροις
Δείξας πρόσωπον ἐκδρομῆς ἐψευσμένης,
Θήγων δὲ τὸν νοῦν τὸν σὸν, ἵν' εὐμηχάνως
Στραφεὶς ἐκείνοις τὰς ὁδοὺς ὑφαρπάσῃς.
Τοῦ δυσσεβοῦς δὲ θᾶττον ἠπατημένου
Τρίβοις τε λοξαῖς καὶ παρεκτετραμμέναις
Ὡς πρὸς τὸ σὸν πρόσωπον ἐξωρμηκότος,
Ἀντιστρέφεις σὺ διπροσώπῳ σχήματι
Καὶ πρῶτος εὐθὺς εὑρέθης ὁ δεύτερος.
Οὕτω νομίζων εὐτυχῶς προεκτρέχειν,
Ἐκ σοῦ σκελισθεὶς δυστυχῶς ὑποστρέφει.
Οὕτω στρατηγῶν καὶ σοφὴν πλαστουργίαν
Μόνος κατορθοῖς καὶ σοφὴν ὑπόκρισιν.
Καὶ τοῦτο μᾶλλον τοῦ σκοποῦ τὸ ποικίλον
Τοὺς Βαρβάρους ἐνῆκεν εἰς ῥᾳθυμίαν.
Οὐ γάρ τις οὕτως ἀγρίως θυμούμενον

decenter exsultabant virgines, tuæ scilicet mentis spes purissimæ. Spem ille habebat omnem in luna positam ; (250) sed ubi tu solis instar ipsum perstrinxisti, violentam ille passus est eclipsim. Illi erat ignis ad adorandum propositus, tibi vero, o fortissime, alte elatum lignum. Hoc autem, ut stetit ex alto conspicuum, (255) Persicum ignem frustra esse accensum patuit. Nimirum cum hibernum tempus in Pontica regione divertisset, actutum barbarus omnes aditus itineris præcluserat ; tuus vero exercitus hostem aggredi vix poterat (260) undique præpeditus et contra solem positus. Conversionem itaque quam celerrimam et figuram laudabilis inventionis excogitasti, o fortissime : quippe Barbaris frontem ostendebas ex simulato itinere, (265) tuam vero mentem acuebas, ut industrie conversus ipsis locum subriperes. Nec mora, impius hostis deceptus est tuis obliquis transversisque itineribus. Illum putantem te in frontem invadere (270) vertis in fugam bipartito exercitu, statimque ex primo factus es novissimus. Ita qui putabat progredi feliciter, a te supplantatus cedit infeliciter. Sic, te solo duce, tam sapiens simulatio (275) et scitum commentum deductum est ad exitum. Magis autem hæc tuæ mentis sagacitas conjecit barbaros in socordiam. Non enim tam bene quisquam incitatam aspere contrarie

NOTÆ.

erant puri mentis affectus. Videsis pentachordi descriptionem in fine poem. *ae bello Avar.*

249. Lunam, præter solem, coluisse Persas adnotavimus supra acroas. I, 32. At hic Pisida de luna tantum facit mentionem, ut sibi viam sternat ad id quod de eclipsi lunari dicturus est in fine hujusce acroaseos et in principio sequentis.

253. Labarum puto intelligere militare vexillum monogrammate distinctum, quod ab omnibus fere imperatoribus post Constantinum Magnum, qui illud invexit, retentum est. Ille enim primus imperatorium vexillum ad crucis exemplar, sibi cœlitus ostensum, in veræ crucis formam commutavit, addito Christi nomine, duobus Græcis elementis expresso, ut est apud Eusebium in ejus *Vita*, lib. I, c. 25, quod signum cum deformidasset impius Julianus et abrogasset, teste Sozomeno, v, 16, statim restituerunt Gratianus et Valentinianus, ut auctor est S. Ambrosius, lib. II *De fide*, sub fin. ; eoque deinde sunt usi plures alii imperatores, quibus certe accensendus Heraclius. Vide Ducang. *De inf. ævi numism.* c. 20.

256. In ms. erat ἐπί. Heraclius e Cilicia profectus, ac Tauri jugis superatis, in Ponticam provinciam intravit, ut postea ex Armenia in Persidem, si ita res postularet, irrumperet ; quod quidem in secunda expeditione ei feliciter evenit. Primum enim bellum, de quo hic sermo est, prope Ponticæ regionis terminos nec procul a Tauri montibus actum est.

260. Hujus stratagematis similia exempla videsis in Frontino I, 2 et III, 11.

262. Lege αἰνετῆς, quod metri ratio postulat, πλαστουργία est *fictio*, qua utitur solerter dux tam ubi cavendus quam ubi opprimendus hostis est, ut ait Frontinus in præf. *Stratag*

264. Ita forsan suum iter conficiebat Heraclius, ut figuram, quæ τάξις πεπλεγμένη ab Æliano, cap. 48, vocatur, exprimeret. Cum enim ea esset hujusmodi ut spiralem lineam referret, atque ita sæpe frontem ostenderet, facile imperitos Persas potuit decipere, qui ita procedentem exercitum putarent consistere. Ac mox quidem poeta ait ex obliquo et transverso itinere Heraclii hostem fuisse deceptum.

271. Leonis imp. illud est monitum c. 9, 10 : Περιπατοῦντος τοῦ στρατοῦ ἡγείσθω ἡ σὴ ἐνδοξότης. Juxta quod præceptum Pisida præeuntem inducit Heraclium, qui cum repente agmen converti jussisset, e primo factus est novissimus. Sed possis etiam pro *novissimus* reddere *secundus*, quasi Pisida Heraclium hic comparet aurigæ, qui in cursus contentione a posteriore superari et relinqui ex industria voluerit. Vide infra, v. 285.

275. Πλαστουργίαν et ὑπόκρισιν, qua Heraclius usus est, σοφὴν vocat, et *supra*, v. 267 αἰνετήν, ut nominis invidiam ab Heraclio submoveat : neque enim fictio neque simulatio digna res est viro integro et forti. Sed Pisida has voces adhibuit eo quia non suppeterent aliæ, quæ et imperatoris solers in bello consilium ostenderent et metri legibus etiam accommodarentur, siquidem Græcis, quorum tanta fuit in dicendo copia, uno tantum vocabulo στρατηγήματα, quæ solerter a duce gererentur, dixerunt ; cujus vim vocis cum vellet Frontinus, Præf. *Stratag.* explicare, στρατηγήματα esse dixit, *quæ in arte solertiaque posita sunt imperatoris.*

278. Sequentes comparationes a spectaculis Circensibus depromptæ sunt. Venatorum, quibus cum ursis, leonibus, pantheris aliisque feris bestiis res

Digitized by Google

Ἀντιστρόφῳ παρῆλθε θηρίον δρόμῳ,
Οὐδ' ἄλλος ἵππους ἡνιοχῶν τὰς ἡνίας
Λοξὰς προδεικνὺς ὀξέως παρέρχεται.
Ὡς σὺ κρατήσας τοῦ στρατοῦ τὰς ἡνίας
Ὑποτρέχων παρῆλθες ἐξ ἀντιστρόφου,
Καὶ τὸν παραβάτην βαλὼν πλασμῷ ξένῳ
Πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάδην.
Ἕκτης δὲ λοιπὸν ἐκδραμούσης ἡμέρας,
Τὰ τῶν ἑαυτοῦ συμφορῶν μηνύματα
Ἀπροσδοκήτων εἶχεν ἐξ ἀκουσμάτων.
Πολλὴ δὲ φροντὶς τῶν φρενῶν κλονουμένων
Κατεῖχεν αὐτὸν, καὶ λογισμῶν συγχύσεις
Τὸν νοῦν ἐπεγνόφωσαν ἐσκοτισμένον.
Οὐ γάρ τι μικρόν ἐστιν ἀλλὰ καίριον,
A Εἰ καί τι μικρὸν ὁ στρατὸς προεκτρέχει,
Πολλῶν μεταξὺ δυσχερῶν κινουμένων
Τοῖς ἀλλοφύλοις εἰκότως στρατεύμασι.
Λιμοῦ γὰρ αὐτοῖς καὶ φθορᾶς πολυτρόπου
Καὶ τῶν ἀδήλων εἰς βλάβην ἐγκρυμμάτων
Καὶ τῶν ἀρίστων εἰς μάχην προλημμάτων
Ἐντεῦθεν ἦν κίνδυνος· ἀλλ' ἔτι πλέον
Ἔδακνεν αὐτοὺς τὸ βλέπειν τὸν ἥλιον,
Ὃν προσκυνοῦσιν ὡς θεὸν τῆς Περσίδος,
Ἐν τῇ παρατάξει τῆς μάχης ἐναντίον.
Ξέρξην μὲν οὖν λέγουσι λυσσώδει τρόπῳ
Μῖξαι θέλοντα τὰς διεστώσας φύσεις,
Ὕδωρ χερσῶσαι καὶ θαλασσῶσαι χθόνα.
Καί μοι δοκεῖ τις οὗτος εὐηθέστατος,

prævertit belluam cursu, (280) nec quisquam alter equos, aurigans habenis signansque iter obliquum, tam cito antevertit, ut tu regens exercitus habenas sensim cedendo es prætergressus ex conversione; et transgressorem conjectum in planitiem ignotam (285) ante pugnam in adversam partem compulisti. Sexta vero deinde currente die suarum calamitatum indicia inopinatis habuit ex nuntiis. Multæ autem curæ in turbato pectore (290) tenebant ipsum, et cogitationum confusio mentem obumbrabat obductam tenebris: non enim parvi momenti res fuit, sed B maximi: si enim adhuc paululum exercitus procurrebat, multis undique periculis prementibus, (295) alienigenarum etiam inter agmina incidisset. Ob famem enim ipsis et morbos varios et ob occultas ad nocendum insidias, necnon ob meliora ad pugnam prærepta loca, illic erat periculum. Atqui plurimum (300) torquebat ipsos, quod viderent solem, quem venerantur velut Deum Persidos instructa acie, sibi ex adverso stare. Xerxem quidem aiunt ad iram concitum, misere volentem oppositas naturas, (305) aquam exsiccasse et inundasse terram,

VARIÆ LECTIONES.

283 ὑποστρέφων ed, 291 ἐπεκνόφωσαν ed., ἐπεγκόφωσαν P. 298 προβλημάτων cod. 305 πετρῶσαι cod.

NOTÆ.

erat, unde bestiarii dicti sunt, mira fuit dexteritas pedum totiusque corporis, ut præsens mortis periculum evaderent. Cujus crudelissimæ venationis et sanguinariæ voluptatis tristem admodum descriptionem nobis reliquit Cassiodorus, *Variarum*, lib. v, epist. 42. Vide etiam Panvinium, *De ludis circens.* II, 3.

280. Heraclii dexteritas cum aurigæ dexteritate comparatur. Summa enim erat aurigarum ars et industria in equis et curribus flectendis ad metas, ne posterior priorem anteverteret. Si enim nimis quis metam evitasset, qui tum sequebatur auriga, inter metam et priorem breviori spatio delatus ex secundo primus efficiebatur, quod *eripere* Latini dixerunt. Vide Panvinium, I, 14.

281. Λοξάς subintelligi τρίβους conjicio ex superiori versu 268.

284. Παραβάτην duplici sensu vocat Persam, tum quia locum aptiorem ad pugnam præoccupaverat, tum etiam quia a religione Christiana defecerat. Παραβάτης enim est tam is qui currum moderans alios prævertit, quam qui legem violavit; ecclesiastici scriptores passim Julianum imp. ἀποστασίας scelere famosum παραβάτην et τὸν ἐν ἀθέοις appellant. Ac Pisida iterum sic vocat Chosroam in *Heracliados* acroas. I, 286. Cæterum hi duo iambi ita citantur in Suida: τὸν παραβάτην συμβαλὼν πλασμῷ ξένῳ πρὸ τῆς μάχης ἀφῆκας εἰς ἀντιστάτην. Vertuntur autem sic: *Parabaten cum ficto hospite committens ante pugnam in adversarium immisisti.* Equidem nec lectionem nec versionem recipiendam censeo. Primus enim versus, ut hic effertur, suo caret numero; interpretatio autem apposita vocibus πλασμῷ ξένῳ a germano sensu, ni fallor, abhorret: nam nec πλασμός adjectivum, C nec ξένος substantivum nomen est, sed contra Æmilius Portus difficultatem sensisse videtur: ut enim Kusterus ibidem adnotat, maluisset legere πλαστῷ ξένῳ. Verum, ut ego conjicio, πλασμὸς idem est ac πλατυσμός, *planities*, in quam conjecti sunt Persæ ab Heraclio, qui a tergo circumiens edita loca occupaverat. Hanc autem planitiem ξένην, *peregrinam*, *extraneam* vocat recte Pisida, quia procurrentes Persæ in loca devenerant inimica. Verum Suidas in altero versu habet ἀντιστάτην *adversarium*, qui videri possit ille *fictus hospes*, quem nos excludimus. Certe codex non ἀντιστάτην, sed ἀντιστάδην habet, cujus quidem vocis, quamvis nulla suppetant exempla, sensus tamen, ut mihi videtur, elucet. Ait enim poeta Heraclium coegisse Persas in adversam partem secedere. Itaque εἰς ἀντιστάδην idem est ac εἰς ἀντικρὺ, εἰς κατεναντίον.

288. Theophanes, p. 285: Τοῦτο μαθόντες οἱ Βάρβαροι εἰς ῥαθυμίαν ἦλθον τῷ ἀπροσδοκήτῳ τῆς τούτου εἰσόδου. D

292. Καίριον res est maximi momenti et fatalis. Homerus *Iliad.* VIII, 84: Μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι, *maxime lethale vulnus est.*

301. Vide acroas. I, 32, et II 254.

303. De Xerxis expeditione contra Græcos videndus Herodotus lib. VII, et Diodorus Siculus lib. XI. Pisida hanc digressionem instituit opportune, ut ex regis Persarum insania Heraclii imp. in re militari peritia et prudentia clarius elucescat.

305. Diod. XI, 2. Herodotus quoque p. 391, diligentissime narrat ut fuerit mons Athos perfossus, et p. 394 ut Hellesponto fuerit pons superstructus.

306. Non immerito stultus Xerxes dicitur, qui

Digitized by Google

Ὃς ταῖς ἀτάκτοις μεταβολαῖς τὰς οὐσίας
Τρέπειν νομίζων συγχύσεις εἰργάζετο,
Ὃς ἐκφοβῆσαι τοὺς Λάκωνας ἡρμένος
Ὦ; θαυματουργὸς τῶν ἐναντιώσεων
Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, ῥευματοῖ δὲ τοὺς λίθους,
Κυκῶν δὲ πάντα καὶ στρέφων κἀντιστρέφων
Ἔτικτεν οὐκ ἔπληξιν ἀλλ' ἐκπληξίαν·
Ὃς τῶν τεθέντων καὶ πεπηγμένων ὅρων
Ἀνθοροθετῆσαι τὰς βάσεις ἠπείγετο·
Ὃς πρὸς τοσαύτην ἦλθεν ἐκτροπὴν, ὅτι
Τὸ σεπτὸν αὐτῷ, καὶ φίλον, καὶ πάτριον
Ὕδωρ ἐμαστίγωσεν, οὐκ ἔχων ὅθεν
Τὴν λύτταν αὐτοῦ τὴν ἀνάπτουσαν σβέσει.
Καὶ ταῦτα ποίας αὐτὸν ὠθούσης βίας;
Ὕδωρ ὅπως τέμνοιτο χερσαίῳ δρόμῳ
Καὶ γῇ περῶτο τῷ θαλαττίῳ πόρῳ,
Ὅπως γε θᾶττον εὐκολωτέραν τότε
Ὁδὸν διελθὼν τοὺς ἐναντίους φθάσοι.
Σμικροῦ δὲ πόνου ῥᾳδίου τε πράγματος
Πόνους τοσούτους εἰς μάτην ἠλλάξατο.

At mihi talis vir stultissimus videtur, qui insanis permutationibus rerum ordinem ratus invertere confusiones ciebat; qui ad exterrendos Lacedæmonios evectus (310) veluti rerum sibi adversantium thaumaturgus, sicca voluerit fluenta reddere et fluentes lapides. At ille miscens, vertens et invertens omnia, non peperit terrorem sed stuporem; qui bene et firmiter constitutos terminos (315) conatus est funditus evertere; qui in tantam dementiam venit, uti colendam ipsi amicamque et patriam aquam flagellaverit, non habens unde iram sibi excitatam exstingueret; (320) atque eo usque ipsum impulerit rabies, ut aqua esset secta a terrestri tramite, et terra trajiceretur ex inducto maris alveo, nempe ut celerius et expeditius viam percurrens hostem præverteret. (325) Sed parvo labore et facili

VARIÆ LECTIONES.

325 δὲ πόνου. πόνου δέ? 329 βασιλίζων ed.

NOTÆ.

præter ea quæ ab eo insipienter gesta fuisse observat Pisida, innumerabiles copias, quas undique collectas secum adduxerat, sibi impedimento futuras non præviderat.

309. Quamvis Xerxes in animo haberet de tota Græcia triumphare, nihil tamen ardentius exoptabat quam Spartanos opprimere, quos cæteris esse fortiores intellexerat. Demaratum enim, qui Spartanorum rex fuerat tunc exsulem apud se deriserat, quod interrogatus an Græci tantis belli viribus resisterent, libere respondit: Λακεδαιμόνιοι μοῦνοι οὐκ ἔστιν ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους, δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλλάδι. Herod. lib. VII, p. 412.

310. Isocratis sententiam in *Panegyr.* videtur paucis expressisse Pisida. Ejus verba hæc sunt: Ὃς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ὑπερηφανίας ὥστε μικρὸν μὲν ἡγησάμενος ἔργον εἶναι τὴν Ἑλλάδα χειρώσασθαι, βουληθεὶς δὲ τοιοῦτον μνημεῖον καταλιπεῖν ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν.

311. Hunc versum sic legimus in Suida. τέλμα: Χερσοῖ τὰ ῥεῖθρα, τελματοῖ δὲ τοὺς λίθους. Nobis certe placet potius juxta codicem legere ῥευματοῖ quam τελματοῖ cum Suida. Cum enim Pisida alludat ad fossam quam fieri jussit Xerxes, ut mons Athos a continente abscinderetur, ipse non τελματοῦν τοὺς λίθους, *in cœnum aut in paludem saxa convertisse*, sed ῥευματοῦν, *fluidam reddidisse terram*, opinor, dicendus est. Ita enim melius ἐναντιώσεων vis et ipsa rei veritas exprimitur. Tanta enim fuit fossæ latitudo et vastitas, ut, Herodoto teste, binæ triremes e latere sibi junctæ permeare et remis impelli potuerint. Aristoteles, *Poet.* III, 11, disserens de formis quibus orationis conficitur numerus, ac per ἀντίθετα illum maxime constitui decernens, inter ἐναντιώσεων exempla, quæ profert, Isocrateum illud loco supra citato laudat: Οὐ πρότερον ἐπαύσατο, πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν, ὃ πάντες θρυλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας. Elegantem Isocratis λέξιν etiam Cicero est imitatus dicens *De finibus*, lib. II: *Ut si Xerxes cum lantis copiis, Hellesponto juncto, Athone perfosso, maria ambulavisset terramque navigasset.* Sed revertor ad Suidam, vel potius ad interpretem, quem sane nollem τὰ ῥεῖθρα vertisse *fluvios*: patet enim Pisidam non fluvios, sed ῥεύματα maris fluctus hic indicare.

313. Hujus ἀντιθέσεως vim satis non assequor: quantum enim ἔκπληξις et ἐκπληξία inter se differant, non video, cum nulla alibi hujus vocis ἐκπληξία exstant exempla. Verum si statuamus ἐκπληξίαν idem esse ac ἔμπληξίαν, quam dicunt esse *obstupescentiam*, morbum scilicet quo quis repente perculsus nec videt nec audit, sensus erit, Lacedæmonios et Græcos immani bellico apparatu Xerxis non fuisse territos sed obstupefactos.

315. Ἀνθοροθετεῖν, ex ἀντὶ, ὅρος et τίθημι, est *fines* vel *terminos* rerum stabilitos *invertere*; sic ὁροθεσία est *terminorum designatio*, ἀνθοροθεσία esset terminorum destructio. Vide *supra* ad v. 310 testimonium Isocratis, ad quod videtur Pisida intendisse.

317. De aqua, quam Persæ ut deum colebant, videsis acroas. I, 32. ὕδωρ πάτριον recte vocat Pisida: nam Persæ solem et lunam, ignem et aquam, ut θεοὺς πατρῴους habebant et invocabant. Ita Darius apud Curtium IV, 10: *Dii patrii, primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est, precor ne quis Asiæ rex sit quam iste tam justus hostis, tam misericors victor.*

318. Cum pontem in trajectu Hellesponti primum constructum tempestas dissolvisset, δεινὰ ποιούμενος Ξέρξης, ut ait Herodotus, p. 396, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγὰς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδίων ζεῦγος.

320. Ταῦτα, supple εἰς vel μετά· cum enim Xerxes verberibus mare multasset, jussit architectos iterum jungerent Hellespontum. Itaque illi statim pontem validis armamentis intextum superstruxerunt: ποιήσαντες δὲ ταῦτα ὕλην ἐπεφόρτισαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρτισαν· κατανάξαντες δὲ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβῆται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα καὶ οἱ ἵπποι. Hæc Herodotus, p. 395; ex quibus patet cur Pisida a terrestri tramite aquam sectam fuisse dicat.

323. Vide supra 310.

325. Expeditionis Persicæ exitum infelicem desi-

Digitized by Google

Σὺ δὲ, κράτιστε, μὴ ταράξας τὰς φύσεις,
Μηδ' αὖ σαλεύσας τοὺς πεπηγμένους ὅρους,
Βαίνων ἀμόχθως καὶ βαδίζων ἠρέμα
Τοὺς σοὺς παρῆλθες εὐχερῶς ἐναντίους.
Οὐδεὶς δὲ λοιπὸν εὔπορος τῷ Βαρβάρῳ
Ἐν ταῖς μερίμναις τῆς ἀνάγκης ἦν πόρος
Ἐξ ἀπορίας εἰς ταπείνωσιν τότε
Τὸν ὄγκον ἀντέστρεψε τῆς ἐπάρσεως.
Πῇ μὲν γὰρ αὐτὸν ἠρεθισμένη τότε
Γνώμη κατεῖχε, καὶ κατόπιν τοῦ σοῦ κράτους
Παλινδρομεῖν ἔπειθεν εἰς ἀνάῤῥοπον·
Ἀλλ' εὐλαβεῖτο τοῦ σκοποῦ τάναντία,
Βλέπων ἀδήλους πανταχοῦ τὰς ἐκβάσεις.
Πῇ δ' ἐξ ἀνάγκης τὰς Κιλικίας εἰσόδους
Καὶ τὴν δυσάντη καὶ κατεστενωμένην
Κρημνοῖς τε καὶ φάραγξι τῆς ὁδοῦ θέσιν
Ἀνατρέχειν ὥρμησεν· ἀλλὰ κἀνθάδε
Ἀνατροπὴ κατεῖχε τὴν γνώμην πάλιν.
Τῆς Ἀρμενίας γὰρ αὐτὸν ἡ διέξοδος
Ἔδακνε, μήπως ἐντεῦθεν εἰσβαλὼν φθάσῃς
Καὶ πᾶσαν ἄρδην συνταράξῃς Περσίδα.
Καὶ πολλὰ λυττῶν τοῖς νόθοις βουλεύμασι
Λογισμὸν εἶχεν οὐδαμοῦ βεβηκότα,
Ἀλλ' ὥσπερ εὐκύλιστος ἄστατος λίθος
Ἐπείγεται μὲν πρὸς κατάῤῥοπον βάθος,
Εἰς δ' ἀντέρεισμα προσβαλὼν ἀνετράπη,
Οὕτως ὀλισθήσαντα τῶν βουλευμάτων
Τὰ πολλὰ τοῦδε τοῦ λίθου κυλίσματα
Ταῖς ἀστατούσαις ἐκφοραῖς ὠθούμενα
Γνώμαις ἀνετρέποντο ταῖς ἐναντίαις.
Ὅμως ὑπῆχθη, καὶ κατόπιν, κυνὸς δίκην
Σειραῖς δεθέντος, ἐξ ἀνάγκης εἵλκετο.
Εἶχῃ δὲ μοχθῶν καὶ μάτην πονούμενος
Διπλοῦς δρόμους ἤλαυνεν εἰς ὁδὸν μίαν.
Ἀλλ' ὡς ἑτοίμοις καὶ προησφαλισμέναις
Ταῖς τακτικαῖς σου προσβαλὼν εὐτεχνίαις

negotio tantos demum labores sensit irritos. Tu vero, o fortissime, non perturbatis naturis, nec item firmis rerum terminis immutatis, placide incedens et regium servans decus, (330) tuos es prætergressus commode adversarios.

Interea nulla ex parte expeditus barbaro in tristi rerum necessitate patebat aditus. Hinc anceps et incertus in demissionem animi tumorem ille convertit superbiæ. (335) Et nunc animo, ut erat, desperato par iniit consilium, a tergo tuæ majestatis sibi persuadens se posse recurrere; sed veritus est ne contraria a consilio evenirent, nulla videns ex parte patentes exitus. (340) Nunc vero ob necessitatem in Ciliciam ingredi, et per inaccessam et coartatam undique altis præruptisque rupibus viam ascendere contendit. Verum hic etiam ejus est iterum immutata sententia. (345) Quod enim in Armeniam pateret aditus, dolebat, ne forte inde promptus erumperes et totam late conturbares Persidem. Atque ita suis æstuans illegitimis consiliis sententiam habuit nunquam permanentem. (350) Sed ut rotundus lapis titubanter positus truditur quidem in subjectam profunditatem, inque oppositum obicem illapsus proruit, sic multa incerta consiliorum sæpe in hoc saxo versando molimina (355) instabili adacta mentis impetu sententiis proruebant contrariis.

Verum ille premebatur, ac post te retro ut canem vinctum catenis necessitas trahebat. Multum autem frustra se excrucians et laborans (360) duplici tandem cursu in unam partem irrupit. Verum ubi in paratas et præmunitas ex arte militari tuas incidit copias,

VARIÆ LECTIONES.

346 ἔνθεν Pinderus.

NOTÆ.

gnat: ut enim breviter narrat Diodorus, xi, 36, Ξέρξης πυθόμενος τήν τε περὶ τὰς Πλαταιὰς ἧτταν καὶ τὴν ἐν τῇ Μυκάλῃ τροπὴν τῶν ἰδίων.... τεθορυβημένος προῆγεν ἐπ' Ἐκβατάνων ποιούμενος τὴν πορείαν. Sed illud non est hic prætereundum, quod Xerxes cum ex Attica per Bœotiam, Thessaliam, Macedoniam et Thraciam, eadem scilicet qua venerat via, ad Hellespontem properasset, naves conscendere et Abydum trajicere coactus est: τὰς γὰρ σχεδίας οὐχ εὗρεν ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας. Herodotus, p. 497.

338. Heraclius, ut ex Pisida colligimus, cum a loco dimovisset Barbaros, aditum sibi certe fecerat, ut, si vellet, posset intrare, sed, ut videtur, eo anno non intravit. Vide *supra* v. 261.

345. Theophanes, p. 255: Φοβηθεὶς δὲ μὴ διὰ τῆς Ἀρμενίας εἰς τὴν Περσίδα βασιλεὺς εἰσβαλὼν ταύτην ταράξῃ, οὐκ εἶχεν τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν βεβηκότα, ὅ τι δράσει. Unde confirmatur, Heraclium nondum in Persidem irrupisse, sed timorem tantum injectum fuisse Barbaris, ne, si se inde moverent et in Ciliciam excurrerent, imperator contra statim per Armeniam qua patebat aditus, in Persidem penetraret.

350. Similitudo, ut opinor, desumpta ex machina militari, quæ *onager* dicebatur. Onagrum describit Ammianus Marcellinus xxiii, 4; quem a scorpione nihil differre statuit. At Vegetius iv, 22, onagrum a scorpione distinguit, deque ejus vi hæc habet: *Onager dirigit lapides, sed pro nervorum crassitudine et magnitudine saxorum pondera jaculatur: nam quanto amplior fuerit, tanto majora saxa fulminis more contorquet.* Ἄστατος vertimus *titubanter positas* ex laudato Marcellino, xxiv, 4, ubi iterum de onagro sermonem instituit. At si quis non ad onagrum aut scorpionem, sed ad saxa quæ ex edito loco demittebantur, malit nostrum respexisse, per me sane licebit. Memini enim eumdem Vegetium, iv, 8, dicere: *Maxima saxa pondere, formaque volubili in propugnaculis digeruntur, ut demissa per præceps non solum obruant subeuntes, sed etiam machinamenta confringant.*

357. Persæ tandem sequi Heraclium coguntur. Theophanes, *loc. cit.*, ὅμως ἠναγκάσθαι ἀκολουθεῖν ὄπισθεν τοῦ Ῥωμαίου στρατοῦ. Pisida videtur Xenophontem legisse: ita enim hic ait Ἀναβάσ. lib. iii, p. 157: Οὐκ ἂν οὖν θαυμάζοιμι εἰ οἱ πολέμιοι, ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες, τοὺς μὲν παριόντας διώκουσί τε καὶ δάκνουσιν, ἢν δύνωνται, τοὺς δὲ διώκοντας φεύγουσιν, εἰ καὶ αὐτοὶ ἡμῶν ἀπιοῦσιν ἐπακολουθοῖεν.

Digitized by Google

Ἄνευρον αὐτῷ τὴν μάχην ἡπίστατο,
Κλοπὴν μεριμνᾷ, καὶ παρεσκευάζετο
Λαβεῖν συνεργὸν τοῦ σκοποῦ τὴν εὐφρόνην
Πρὸς γὰρ ἐπελεύσεις λοιπὸν εὐτρεπίζετο,
Ζητῶν ἀφεγγῆ καιρὸν εἰς τὰ κλέμματα.
Ἐπεὶ δὲ τὸν φωστῆρα τὸν μεθ' ἡμέραν
Τὴν νύκτα παμφαίνοντα παμφαῆ βλέπων
Ἔλεγχον εἶχε τῆς κλοπῆς τὴν λαμπάδα,
Καὶ τὴν σελήνην λοιπὸν ὡς ἐναντίαν
Τὴν πρὶν σεβαστὴν εἶχε δυσσεβουμένην·
Καί που καθ' αὑτὸν δυσφορῶν ἐπηύξατο
Ὁ βάρβαρος νοῦς μὴ πρὸς αὔξησιν τρέχειν
Λήγειν δὲ μᾶλλον τὴν θεὸν τῆς Περσίδος.

Γ'.

Ἐκλειψιν ἔσχεν ἡ θεὸς τῆς Περσίδος,
Ἐκλειψιν ἔσχε καὶ λόγῳ καὶ πράγματι.
Οἶμαι δὲ χαίρειν Περσικῆς βλάβης χάριν
Φθίνουσα καὶ λήγουσα καὶ μειουμένη·
Ἀεὶ γὰρ αὐτοῖς μᾶλλον ἐκλείπειν θέλει
Ἥπερ προλάμπειν δυσσεβῶς τιμωμένη.
Ἡμᾶς δὲ λαμπὰς ἡλίου τοῦ Δεσπότου
Θάλπουσα καὶ νῦν ἐξανάπτει τοὺς λόγους,
Καὶ Φοῖβος ἡμῖν εὐσεβὴς προέρχεται,
Πάντας καθαίρων ἐκ καθαρσίου λόγου·
Τοῦ Λοξίου δὲ τοὺς ὅρους βδελύττεται,
Τὰ στρεβλὰ φεύγων τῆς πλάνης αἰνίγματα.

et imparem sibi esse pugnam sensit, fraudem meditatur, et jam volvebat animo (365) in partem consilii vocare noctem. Ad aggrediendum enim jam tandem erat paratus, quærens ex tenebris opportunitatem fraudibus. Cum igitur a luminari, quod diem sequitur, noctem undique illustrari videret clarissime, (370) argumentum sumpsit ad fraudem. Sed et lunam ipsam ut sibi contrariam, quam nuper adoraverat, exsecratus est; et sua secum mala reputans orabat barbarus animo ne ad augmentum percurrens (375) magis deficeret dea Persidos.

III.

Defectum passa est dea Persidos, defectum passa est et verbo et facto. Sed gaudet, opinor, in perniciem Persarum declinasse, defecisse et esse diminutam; (5) mavult enim semper illis deficere quam prælucere ab ipsis impie culta. At nos lampas solaris despotæ et fovet et nostros inflammat sermones. Nos illc Phœbus religiosus anteit, (10) omnes qui emundat expiatorio verbo, et Loxiæ effata pro-

VARIÆ LECTIONES.

3 δ' ἔχαιρεν?

NOTÆ.

364. Κλοπὴν Persarum conatus appellat, quod illi noctu Romanos aggredi cogitarent. Leo imp. XIV, 7, p. 181, hostium machinationes odiosa appellatione σοφίσματα nuncupat, ut puto ex Herodoto, qui sæpe inimicorum σοφίσματα καὶ μηχανὰς memorat. At si audiendus est eruditissimus Brissonius, lib III, in Persarum animos plane non cadebat illud Virgilianum: *dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Aperto enim Marte, ait, hostem opprimendum putabant, ac turpe prorsus arbitrabantur esse victoriam furari. Consuetudini autem et patriis Parthorum institutis alienum fuisse *noctu dimicare* tradit Plutarchus in *Crasso*. Quare veterem illam Persarum militarem disciplinam tempore Heraclii prorsus fuisse immutatam dicendum est.

366. Theophanes, *ibid.*, κλέψαι μεριμνῶν τὸν πόλεμον, καὶ διὰ νυκτὸς ἀφεγγοῦς τούτοις προσβαλεῖν.

368. Idem, ibid. Pisidæ locum affundens: πανσελήνου δὲ οὔσης τῆς νυκτὸς ἀπεκρούσθη τοῦ σκέμματος, καὶ τὴν πρὶν αὐτῶν σεβασμίαν αὐτῶν ἐδυσφήμει σελήνην· ἡ δὲ σελήνη ὑπέστη κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα ἐκ τοῦ συμβεβηκότος.

371. A solis lunæque defectu, quoties id fieri contigit inter se pugnantibus populis, sumpta fuisse hinc inde a ducibus auguria luculenter confirmant veteres historiæ, ex quibus exempla adducere nostrum non esse putamus. Hoc tamen ad rem dicemus, quod Herodotus, lib. VII, p. 395, refert: Cum, Xerxe a Sardibus castra movente, sol defecisset, εἴρετο τοὺς μάγους, τὸ θέλει προφαίνειν τὸ φάσμα· οἱ δὲ ἔφασαν ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἐκλείψιν τῶν πολίων, λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ σφέων. Hisce prorsus similia narrat Q. Curtius VIII, 10: cum enim Alexander ad Granicum vicisset Darium, luna defecit. Rex Ægyptios vates ea de re quid sentirent, expromere jubet: at illi affirmare *solem Græcorum, lunam esse Persarum quoties illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi; veteraque exempla percensent Persidis regum, quos adversis diis pugnasse lunæ ostendisset defectio.* Cum igitur tanta esset hac in re Persarum religio et confirmata sententia, nil mirum eos ab incœpto destitisse perterritos, et fraudem intentatam abrupisse, ne adversis diis viderentur velle dimicare. Atque hinc patet, cur Pisida dicat Persas habuisse lunam ὡς ἐναντίαν, *ut contrariam*, ut *non suam*, cum tamen ipsam stare pro Persis omnium esset pervulgata opinio.

374. Deprecabantur Persæ ne luna ad augmentum accederet: quo enim major et longior fuisset defectio, graviora sibi mala impendere verebantur. Acroas III, v. 7, ita supra acroas. II, 255 solem vocavit Heraclium. Vide infra v. 99.

9. Aperte, ut mihi videtur, Persarum stultitiam reprehendit, qui Magorum vaticinationibus et oraculorum responsis fidentes lunam pro ipsis stare putabant, ut nuper observavimus, II, 376. Christianos autem non ridicula vatum et Phœbadum deliria pro certis indubitatisque habere ostendit, sed veritate niti Scripturarum, cujus tanta vis est et lux, ut omnes effusæ mentibus tenebræ discutiantur. Cæterum ludit, ut assolet, poeta, et nimio antitheseon studio sæpe profana nomina ad res sacras transfert. Sic nunc Apollini Pythio vel Delphico Phœbum εὐσεβῆ *religiosum* opponit, videlicet Heraclium, de quo ita loquitur ut nihil majus Deo posset convenire.

11. Apollo Pythius Λοξίας a λοξὸς, *obliquus*, quod ambigua et incerta daret responsa; qualia sunt

Digitized by Google

Ἤδη δὲ πολλῶν ἐν μέσῳ κινουμένων
Τρεῖς πεντάριθμοι λοιπὸν ἦσαν ἡμέραι,
Ἐν αἷς ἀπαύστως εἰς ἀγῶνας ἐκτρέχων
Πρὸς τὰς παρατάξεις τὸν στρατὸν συνεκρότεις.
Ὁ Βάρβαρος δὲ καὶ γένει τῷ τρόπῳ
Οὐκ εἶχε τοῦ νοῦ παντελῶς τὰς ἡνίας·
Καὶ πολλάκις γὰρ τὴν μάχην ὑπέσχετο,
Καὶ πρὸς τοσαύτην ἦλθεν αἰσχύνην, ὅτι
Καθ' ἡμέραν σοι προσβαλὼν ἀνετράπη,
Ἄτολμα τολμῶν καὶ τρέχων ὑπόστροφα.
Ὄρη μὲν οὖν κατεῖχεν ὡς αἱ δορκάδες,
Ὤχει τε πέτρας ὥσπερ οἱ πτῶκες φόβῳ.
Οὐκ ἄσκοπον δὲ χρῆμα τῆς πονηρίας.
Καὶ τοῦτο πράττων εὐθέως ἠλίσκετο.
Εἰς δυσβάτους γὰρ προσκατέτρεχε τόπους.
Ὅπως ἀφορμὴν εἰς ὑπέρθεσιν λάβοι
Τῆς σῆς ἑτοίμου τῶν στρατευμάτων μάχης.
Αὐτὸς δὲ πρὸς γῆν εὐθέτως ἡπλωμένην

A Τὸν σὸν στρατὸν προσῆγες ηὐτρεπισμένον,
Καί που σκοπήσας ἐξ ὄρους ὁ Βάρβαρος
Τὴν καλλίτεχνον καὶ σοφὴν στρατηγίαν,
Καὶ τὴν τοσαύτην ἐκπλαγεὶς εὐταξίαν,
Ἔπηξεν αὐτοῦ σὺν φόβῳ τὰ τάγματα,
Καὶ τοῖς λίθοις ἔμεινε συλλιθούμενος.
Οὐκ ἔστι ταῦτα πρὸς χάριν κεχρωσμένα,
Ἁπλοῖ δὲ πάντως τῆς ἀληθείας λόγοι,
Οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, αἱ πέτραι τάχα
Φωνὰς ἀπορρήξουσι τῶν πεπραγμένων.
Ἐπεὶ πολλὴν ἐξ ἔθους ὑπέρθεσιν
Τοῦ Βαρβάρου παρεῖχεν ἡ δειλανδρία
(Δειλὸς γὰρ ὢν κἄτολμος ἀνδρεῖος μόνον
Ἐν τῇ δοκήσει τῆς μάχης ἐφαίνετο.
Τὰς δὲ παρατάξεις εἶχε μὴ κινουμένας·
B Οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημέναι μόνον
Ὡς ζωγραφοῦσιν οἱ γραφεῖς τὰς εἰκόνας),
Κανταῦθα τολμᾷς τῆς Ἀλεξάνδρου πλέον,

cul amolitur, implexa abhorrens fraudis ænigmata.

Jamjam in multis rebus interea movendis quindecim numero elapsi erant dies, (15) in quibus tu jugiter in certamina accurrens ad confligendum exercitum incitabas. Barbarus autem non minus genere quam moribus nequibat prorsus mentis regere habenas : sæpe enim et pugnam visus est promittere, (20) et in tantum dedecus est adductus uti, cum quotidie prosiliret, terga verteret, audax cum timore et velox in fuga. Montes igitur occupavit veluti capreæ, et degebat inter petras ut lepores ob metum. (25) Non inconsultum commentum nequitiæ : sed, hoc dum ille facit, statim deprehenditur. In ardua enim se conjecit loca, ut occasionem ad differendam caperet pugnam a tuo paratam exercitu. (30) Tu vero in terram commode extensam tuum bene instructum eduxisti exercitum. Despiciens autem ex montis parte barbarus callidam scitamque rei militaris peritiam, tantamque admiratus ordinum dispositionem, (35) suas contraxit territus cohortes, et scopulis adhæsit scopulo similis. Non hæc sunt ad gratiam colorata et ficta, simplices vero sunt prorsus veritatis sermones, quos si tacerem, ipsi lapides continuo (40) de rebus gestis voces emitterent.

Cum autem longam de more suspensionem vilis fecisset Barbari timiditas (timidus enim et ignavus C cum esset, virilem in simulanda pugna se tantum ostendebat), (45) acies habebat nunquam de loco se moventes. Quippe non aliter erant conspiciendæ quam illæ quas pingunt pictores imagines. Hinc tu quid amplius et ipso Alexandro audes, præstan-

VARIÆ LECTIONES.

35 ἐπῆξεν ed. 43 ἄτολμος P et ed. 45 δὲ om. P. et ed.

NOTÆ.

illa decantata, quæ reddita sunt Crœso, Pyrrho aliisque Pythiam consulentibus. Recte enim, quod de Sibylla Cumæa Virgilius, *Æneid.* VI, 99, de Pythia quis dixerit :

Horrendas canit ambages, antroque remugit,
Obscuris vera involvens.

Ὄρους, *definitiones*, Apollinis responsa vocat noster, eo quod pro verissimis haberentur, si recte a petentibus intelligerentur. Ut enim est in Euripidis *Oreste*, v. 329, τρίποδος ἀπόφασιν, ἂν ὁ Φοῖβος ἔλαχεν, ἔλαχε.

22. Brevitatis gratia sic vertimus, aliquanto latius versiculi vim exprimentes. Non enim licebat antitheseon festivitatem paucis verbis concludere. Sed vera significatio hæc est : *Tanta erat barbari socordia, ut quoties quid aggredi auderet, trepidaret, et quoties in te procurreret, fugam caperet.*

23. Theophanes, p. 255 : Τὰ ὄρη κατέλαβεν ὡς δορκάδες.

32. Idem, ibid. Ὁρῶ τὴν καλλίστιχον καὶ σοφὴν στρατηγίαν ἀφ' ὕψους τῶν Ῥωμαίων.

36. Cum sensus tum metri ratio postulat ut legatur ἔμεινε. Συλλιθούμενος autem vertimus *scopulo similis*, quamvis Pisida quid majus ea voce significavit, ostendens Persas, qui trepidantes ad rupes confugerant, saxis et petris non modo similes, sed omnino συλλιθουμένους, *petrefactos*.

37. Duo sequentes iambi citantur a Suida in voce χρῶμα, nec ulla occurrit lectionis varietas, nisi quod ibi pro πάντως legitur πάντες. Sed auctoritatem codicis sequendam esse suadet sensus. Interpres Suidæ ita vertit : *Non sunt hæc falso illata* D *fuco : omnia enim veritatis simplicia verba sunt.* Pisida illud Euripidis v. 472, videtur imitatus : Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

39. *Luc.* XIX, 40 : Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσι, οἱ λίθοι κεκράξωνται.

46. Sensus, opinor, hic est : Persæ terrore perculsi per montium juga ita immobiles erant, ut non verus armatorum exercitus esse viderentur, sed potius exposita quædam pictoris tabula armatos repræsentans.

48. Confer geminas orationes *De fortuna vel virt. Alexandri*, in quarum prima Plutarchus acriter contendit Alexandrum non comite vel duce fortuna, sed εὐβουλίᾳ καὶ καρτερίᾳ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ σωφροσύνῃ παραπεμπόμενον, ad tantum imperium pervenisse. Ingeniose quidem Plutarchus id studet confirmare : nihil tamen minus Alexandri gesta serio pensitanti non videbitur denegandum id quod innuit Pisida, fortunatum magis quam sapientem ducem Alexandrum exstitisse.

Digitized by Google

Κράτιστε, γνώμης, ἀλλὰ κινδύνου δίχα.
Οὐχ ὥσπερ εἰς κίνδυνον οὐ θέλων τρέχειν
Ἀλλὰ σφαλῆναι μὴ θέλων ἀβουλίᾳ·
Εὐβουλίαις γὰρ ὁ στρατηγὸς ἀσφαλής,
Ἀλλ' οὐχὶ τόλμαις ἐστὶν ἀσφαλέστερος.
Καὶ δὴ μεταξὺ τῶν στρατευμάτων τότε
Σκηνὴν ἔπηξας, εὐχερεῖς πρὸς τὴν μάχην
Διδοὺς ἀφορμάς· καὶ τὸ δεῖπνον ἐν μέσῳ
Ἕτοιμον ἦν σοι σχηματισμῷ καὶ μόνῳ·
Ὁ νοῦς γὰρ ὑμῶν οὐκ ἐδεσμάτων πόθον
Ἀλλ' εἰς τὸ σώζειν εἶχε τὴν ἀπληστίαν.
Οὕτως ἐκείνων ἀσφαλῶς κατεφρόνεις,
Ὕλας χορηγῶν καὶ τοσαύτης καὶ ξένας,
Ὅπως δι' αὐτῶν ἐξανάψῃς τὴν μάχην.
Οὕτως ἐρεθίζων τὸν κακοῦργον, ὡς κύνα,
Ἔσπευδες αὐτὸν εἰς πόλεμον ὑφαρπάσαι.
Ἀλλ' οὐκ ἔπειθες τοῦτον ἐκτρέχειν ὅλως,
Οὔτε προτολμῶν οὔτε παίζων τὴν μάχην·
Τῇ γὰρ δοκήσει τῇ παρημελημένῃ
Ἡ σὴ καταφρόνησις, ὡς οἶμαι, πλέον
Τοὺς Βαρβάρους ἔβαλλεν εἰς ἀγωνίαν.
Ἐντεῦθεν οὐδεὶς εὐχερῶς μετήρχετο
Ἢ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεπήδα ταγμάτων·
Πάντες γὰρ ἦσαν ὥσπερ ἐστηλωμένοι.
Σκηνῆς δὲ τῆς σῆς ἡ ξένη θεωρία
Τοῖς Βαρβάροις μὲν φραγμὸς ἀντεκτίζετο,
Τεῖχος δὲ τοῖς σοῖς οἰκέταις καθίστατο.
Μίαν γὰρ ἡ τρέχουσα πανταχοῦ δίκη
Τοὺς ἀλλοφύλους οὐ παρῆκεν ἡμέραν,
Ἀλλ' ἐξέχοντα Βαρβάρων σκηνώματα
Ἔπιπτον ἄρδην· συμπλοκὴ γὰρ πολλάκις
Τῷ πλησιάζειν ἐκ μέρους ἐγίνετο.
Ὅμως ἕκαστον τῶν ἀριστέων τότε
Μόνος παρεσκεύαζες εἰς προθυμίαν,
Ἀεὶ προπηδῶν εὐσθενῶς ἐν ταῖς μάχαις
Καὶ τόξον ἕλκων καὶ προτείνων ἀσπίδα
Καὶ πάντα πράττων ἀνθ' ὅλων πρὸ τῶν ὅλων,
Δι' ὧν ἕκαστος εὐθὺς ἠρεθίζετο
Κίνδυνον εὑρεῖν μᾶλλον ἢ τοῦ δεσπότου
Πονοῦντος οὕτω μὴ μετασχεῖν τοῦ πόνου.

tissime ingenio, sed citra periculum. (50) Non quasi nolles periculis te objicere, sed nolens decipi ex imprudentia. Consilio enim fidens dux est securus, neque audacia fit securior. Tu igitur media inter agmina continuo (55) tentoria extendisti, ut facilem ad pugnandum præberes occasionem ; quippe cœna in medio tibi erat instructa, sed ad speciem tantummodo. Mens enim tua non cibi desiderium sed communis salutis habebat aviditatem. (60) Ita illos animo securo contemnebas, tales et tam admirandas occasiones præbens, ut cum ipsis consereres prælium. Ita maleficum alliciens veluti canem, studebas ipsum ad bellum attrahere. (65) At non illum suasisti ut totis viribus erumperet, cum nec auderes prior nec pugnam præluderes : ipsa enim species negligentiæ contemptusque tuus, ut puto, magis Barbaros conjecit in trepidationem. (70) Proinde nemo audebat prorumpere, nec ullæ acies hostium prosilire. Omnes enim erant ut cippi immobiles. Tui vero tentorii insolita inspectio Barbaris quidem timorem creabat, (75) tuis autem famulis munimen præbebat. At quaquaversus properans justitia alienigenis uno non pepercit die ; sed exstantia Barbarorum tabernacula funditus conciderunt : miscebant enim sæpius (80) tui, accedentes ex quadam parte, prælia. Tum vero selectos, quos habebas, singulos solus ad alacritatem concitasti, semper progrediens viriliter in pugnas, et arcum trahens, et protendens clypeum, (85) et ante omnes pro omnibus præstans omnia. Unde repente concitabantur singuli, ut periculum mallent subire quam, despota sic laborante, partem laboris non sumere.

VARIÆ LECTIONES.

74 μὲν . . . . . ἀνεκτίζετο ed.

NOTÆ.

52. Vera fortitudo non est impetus inconsultus, non præceps audacia, non cæca temeritas, non insana quædam ferocia, sed firmi animi vis prudentia et consilio temperata, ut Horatius monet Carm. III, 4, 65.

61. Iambus bis citatus a Suida in v. ξένας tanquam Pisidæ, et in v. ὕλη tanquam incerti auctoris. Interpres primum vertit *silvas suppeditans et tantas et admirandas ;* et postea *tot et tam peregrinas materias suppeditans.* Ὕλη vox est πολύσημος, qua quævis materies denotatur. Equidem putabam ὕλας reddere per *dapes, convivia*, quasi Pisida regium cœnæ apparatum indicaret. Nec deerant sane auctoritates, quibuscum meam versionem probatam facerem legentibus, ut ex solo Stephani Thesauro intelligi licet. Verum a Suida discedendum mihi non esse censui, qui aperte testatur Pisidam vocem ὕλη hic usurpasse pro *prætextu, speciosa causa, simulatione.* Quamobrem, si ita placet, τὰ ὕλας idem esse ac ἀφορμάς, ut in superiori iambo 55, non erit dubitandum, quamvis fatear etiam alias interpretationes mihi non displicere.

65. Theophanes, *loc. cit.* : Γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν τούτου δειλίαν, θαῤῥῶν ἐν τόποις ηὐλίζετο, ἀναπαύσεως πλήρης, ἐρεθίζων τοῦτον πρὸς πόλεμον.

74. Lacunam habet codex. At in margine est φραγμός, qua voce lacuna plane expletur, sed genuinus inde sensus plane non elicitur. Occurrebat statim legere ἄχθος ἀνεκτίζετο.

78. Σκηνώματα Barbarorum *tabernacula*, opinor, vocat κατ' ἀντίθεσιν, *cacumina montium* inter quos se abdiderant Persæ, eaque ἐξέχοντα appellat, ut Heraclii tabernaculis opponat, quæ in planitie erant constituta. Dicit autem ea concidisse, quia Romani tandem coegerunt Persas ut ad pugnam descenderent.

80. Theophanes, *ibid.* Κατερχόμενοι δὲ λάθρα τοῦ ὄρους πολλάκις συμπλοκὰς μερικὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐν παντὶ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπροτέρευον, καὶ θάρσος ἐπὶ πλεῖον ὁ στρατὸς ἐλάμβανεν, ὁρῶντες τὸν βασιλέα παντὶ προπηδῶντα καὶ εὐτόλμως πολεμοῦντα.

83. Præclarum magni ducis exemplum propositum in Heraclio, qui primus se objicit periculis et hostes aggreditur. Eleganter Claudianus, *De 4 cons. Honorii*, v. 548, de officiis principis.

Digitized by Google

Καὶ πᾶς τις, ὢν ἄτολμος εἰς ὑμᾶς βλέπων
Τὸν νοῦν μετεσκεύαζεν εἰς εὐτολμίαν·
Φέρειν γὰρ οἶδεν ἔργον εἰς εὐπραξίαν,
Ὅτε πρὸ πάντων δεσπότης ὁπλίζεται.
Καί πού τις εἶπε προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ·
« Φεῦ τῆς ἀνάγκης· ὁ βασιλεὺς καὶ δεσπότης
Ὡς εἷς ἀφ' ἡμῶν πρὸς μάχην ὁπλίζεται!
Καὶ νῦν σιδηροῦς ἀντὶ πορφύρας χιτῶν
Σφίγγει τὰ νῶτα καὶ βαρεῖ τὸν αὐχένα,
Κόνις δὲ πολλὴ συμπλακεῖσα τῇ κόμῃ
Μορφὴν τοσαύτην συγκαλύπτει τέρψεως·
Τὸν καυστικὸν δὲ τοῦτον ἥλιον στέγει
Ἱδρῶτι θερμῷ πανταχοῦ βεβρεγμένος,
Ὃν ἐξ ἀνάγκης τῶν μελῶν ἐσφιγμένων
Πόνος βίαιος ἐκφέρει τοῦ σώματος. »
Ὡς εἶπεν, ἐστέναξεν ἐκ βάθους μέγα,
Καὶ συγκατέρρει τῷ λόγῳ τὰ δάκρυα.
Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν εὐθὺς ἀντεφθέγξατο·
« Ἀλλ' οὐ τοσοῦτον τὴν ἐμὴν πλήττει φρένα
Τὸ δυσπαθοῦντα νῦν ὁρᾷν τὸν δεσπότην,
Ὅσον με ποιεῖ τοῦτο θαυμάζειν, ὅτι
Πρὸς τὰς ἀνάγκας ἡδέως ἐπείγεται.
Καὶ τέρψιν εἶναι τοὺς πόνους λογίζεται.
Κρατῶν γὰρ αἰχμὴν ὡραΐζεται πλέον
Ἢπερ κρατῶν τὰ σκῆπτρα τῆς ἐξουσίας·
Φέρει δὲ ταύτην εὐμαρῶς τὴν ἀσπίδα,
Ἥδιστα μᾶλλον, ὡς βλέπω, τοῦ στέμματος
Καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς τοὺς φόνους κατασβέσας
Πάλιν δι' ἡμᾶς πρὸς φόνους ὁπλίζεται.
Καὶ νῦν μελαμπέδιλον ἐκτείνων πόδα
Τοῖς μὴ τρέπουσίν ἐστιν εὐπρεπέστερος
Καὶ τοῖς πενιχροῖς τιμιώτερος μένει·
Βάψαι γὰρ αὐτὸν τῇ ξένῃ βαφῇ θέλει,
Ποιῶν ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.
Ποίας λιθώδεις οὐ μαλάττει καρδίας;
Ποίας ἀτόλμους οὐ παροξύνει φρένας
Πεῖθόν τε ῥᾷστα πάντα κίνδυνον φέρειν,
Ὃς οὔτε μητρὸς τῇ φιλοστόργῳ φύσει
Οὔτ' αὖ τοσοῦτον τοῖς τέκνοις ἀνθέλκεται,
Ὅσον πρὸς ἡμᾶς ἐκπυροῦται τῇ σχέσει. »

Et quisquis erat vilis, in te conjiciens oculos (90) statim concipiebat animo audaciam. Inceptum enim solet cedere prospere, cum ante omnes arma capit despota. Et quidam dixit commilitoni colloquens: « Heu quæ necessitas! ipse rex et despota (95) tanquam unus ex nobis ad pugnam armatur! et nunc ferreum illi tegumentum pro purpura terga constringit et collum aggravat. Multus vero pulvis immistus comæ formam nobis obtegit tam delectabilem, (100) atque hunc urentem solem occultat. Sudore calido undequaque diffluit, quem, ob membra dure constricta labor violentus exprimit e corpore. » Dixit, et ex imo altum traxit suspirium, (105) et verbis intermiscuit lacrymas. Cui statim alter contra respondit: « At mihi non tantum percellit animum, quod dura patientem videam despotam; quantum illud mihi subit admirari, uti (110) in ardua quæque lætus se conjiciat et delicias esse labores existimet. Nam tenens hastam speciosior apparet quam cum sceptra tenet imperii; et illum gestat levius clypeum (115) et longe suavius, ut video, diademate. Cumque pro nobis nuper cædes exstimxerit, nunc pro nobis se ad cædes apparat. Et nunc nigris indutum calceis extendens pedem ad infima quæque fit promptior, (120) et ex vilioribus evadit augustior. Vult enim ipsum extraneo colore tingere et facere rubrum ex Persicis cruoribus. Quæ lapidea non emollit pectora? quas inertes non exacuit mentes? (125) quod non suadet facile ferre periculum? qui neque a naturali in matrem pietate neque item tantum a natis distinetur, quantum in nos ipsos inflammatur affectu. » Talia di-

VARIÆ LECTIONES.

πάλιν
118 καὶ νῦν cod.

NOTÆ.

89. Onosander, c. 42: Ἰδών τις τὸν ἡγεμόνα πρῶτον ἐγχειροῦντα καὶ ὅτι δεῖ σπεύδειν ἔμαθεν καὶ μὴ ποιεῖν ἡδέσθη, καὶ ἀπειθεῖν ἐφοβήθη· καὶ οὐκέτι ὡς δοῦλον ἐπιτασσόμενον διετέθη τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἴσου παρακαλούμενον διετράπη.

99. Solem sæpe appellat Heraclium, tum ob ejus animi præclaras virtutes, tum ob insignem corporis speciem, quam ita describit Cedrenus, p. 407: Ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσῆλιξ, εὐσθενής, εὔστερνος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλαυκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιάν, ἔχων τὸν πώγωνα πλατὺν καὶ πρὸς μῆκος ἐκκρεμῆ.

116. Vide acroas II, 90, 97 et 205.

118. Ex hoc iambo et sequentibus 121, 122, duos tantum confecisse videtur Cedrenus, p. 420 ait Heraclium, cum jam in Persidem esset iturus, μέλανα ὑποδήματα περιβαλόμενον, atque humi pronum, in magno templo opem sibi a deo implorasse, ὃν ἰδών, subdit, Γεώργιος ὁ Πισίδης μετὰ τοιαύτης ταπεινώσεως ἔφη· Ὦ βασιλεῦ, μελαμβαφὲς πέδιλον εἰλίξας πόδα βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων. Sed plura de hoc testimonio Cedreni diximus in præfatione. Μελαμπέδιλον, *nigra calceamenta* ad bellum, ut videtur, tulit Heraclius, ut sui status humilitatem etiam ornatu corporis vilissimo testatam faceret, et color ipse rebus tristibus esset conveniens; quod quidem Pisida satis explanat in duobus sequentibus versiculis. Cæterum imperatores in more habebant purpurea πέδιλα gestare, quæ cothurnum referebant; eaque passim a scriptoribus *calcei*, *sandalia*, *ocreæ* et *crepidæ* vocantur. Recte ea descripsit Procopius. *De ædif. Justiniani*, lib. III, p. 53: Ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Vide Codinum, *De offic. Cpol.* p. 62, et Goar in not. p. 70, et Gretserum, ibid. p. 269.

122. Ποιῶν ἐρυθρόν, quæ nuper diximus confirmat: ait enim Heraclium Persico sanguine velle suos calceos inficere, ut rubei fiant, qui erat color imperatoribus usitatus. Ita sane Gregoras, lib. III, et Georgius Acropolita in Chronico hæc imperatorum calceamenta ἐρυθρὰ appellant.

Digitized by Google

Ταῦτα προσειπὼν καὶ στενάξας ὀργίλον
Σὺν τῷ στεναγμῷ τοὺς φόνους εἰργάζετο.
Τούτοις, κράτιστε, καὶ συνήσθην εἰκότως
Καλῶς φρονοῦσι, καὶ συνήλγησα πλέον,
Τῇ ταυτότητι συγχυθεὶς τῶν δακρύων·
Καὶ τὴν χαρὰν γὰρ πολλάκις χαρὰ τρέφει,
Καὶ δάκρυσί τις ἐξεγείρει δάκρυα.
Ἡμῖν μὲν οὕτως ἦν ἄλυπα δάκρυα.
Πλὴν οὐ προσήκει συγκαλύψαι τῷ λόγῳ
Τὸ Περσικὸν κάλυμμα τῆς πανουργίας.
Οἶδεν γὰρ αὐτοὺς ἡ διδάσκαλος πλάνη
Καὶ συμμαχοῦντας δεικνύειν ἀγνώμονας
Τὸ σύντροφον γὰρ τῆς κακουργίας ἔθος
Ἀεὶ παρ' αὐτοῖς εἰς νόμον μεθίσταται.
Ἐρῶ δὲ πᾶσαν τοῦ σκοτοῦ τὴν αἰτίαν.
Καὶ γάρ τις αὐτῶν εἰς τὸν ἔμπροσθεν χρόνον
Προσαυτομολήσας τῷ στρατῷ σου Βάρβαρος,
Ὅμως δὲ Πέρσης (καὶ τὸ πᾶν διαγράφω),
Ἔδοξεν εἶναι πιστὸς ἐξ ἀπιστίας,
Καὶ λοιπὸν ἡμῖν συμμαχεῖν ἠπειγμένος
Ἐν τῷ στρατῷ σου προσφόρως ἐτάττετο.
Ἤδη δὲ τούτῳ τεττάρων τε καὶ δέκα
Ὑπῆρχε κύκλος ἡμερῶν πληρουμένων,
Ὅτε πρὸς αὐτοὺς δυστυχῶς τοὺς Βαρβάρους
Παλινδρομήσας ἀστάτοις βαδίσμασι
Ῥίψασπις ὥσπερ εὑρέθη τὸ δεύτερον,
Οὐκ ἀσκόπως δὲ τοῦτο πράττων ἐσφάλη·
Οἱ γὰρ φθάσαντες τῆς ἀτολμίας χρόνοι,
Ἔπειθον αὐτὸν ὡς πάλιν τὰ Περσίδος
Ἐπικρατήσει τῆς μάχης στρατεύματα.
Ἀλλ' οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησαν ἐν μέσῳ
Τὰ λοξὰ ταῦτα τοῦ δόλου βουλεύματα.
Τῆς καρδίας γὰρ ἀστάτως κινουμένης
Συναστατούσας εἶχε καὶ τὰς ἐλπίδας,
Ἐναντίας δὲ πανταχοῦ τὰς ἐκβάσεις
Καὶ τοῖς λογισμοῖς εἶχε συμπλανωμένας.
Τὴν γὰρ κρατοῦσαν συμφορὰν τῶν Βαρβάρων
Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐκπλαγεὶς ἀτολμίαν,
Βλέπων τε πικρὰς ἐλπίδας παρ' ἐλπίδα,
Πάλιν πρὸς ἡμᾶς ἀνανήρχετο δρόμῳ,
Καὶ μὴ φυλάξας τὸν λόγον, τὸν σὸν λόγον
Ἕτοιμον εὑρὼν, ὀξέως ἐσώζετο·
Οὕτως ἅπαντας καὶ τρέχοντας προσδέχῃ
Καὶ μὴ τρέχοντας εἰς τὸ σώζειν ἐκδέχῃ

cens, et suspirans vehementer, (130) inter gemitus cædes patrabat.

Ipse ego, o fortissime, hos inter viros adfui tam bene sentientes, et simul dolui inter lacrymantes effusus in lacrymas; gaudium enim, ut sæpius, gaudium nutrit, (135) et si quis lacrymatur, excitat lacrymas: ita quidem nobis erant lacrymæ sine dolore. At non est æquum abscondere silentio calliditatis Persicæ fallaciam. Novit enim ipsorum magistra fraudulentia (140) vel una dimicantes ostendere improbos. Quibus enim est innata ad maleficia consuetudo, constantem apud ipsos in legem transit. Totam initi consilii causam enarrabo. Quidam ex ipsis anteacto tempore (145) in tuum exercitum barbarus transfugerat. Cæterum Persa (omnia ut sunt refero) visus est esse in infidelitate fidelis. Jam vero nobiscum pugnare adactus tuas inter acies erat apte dispositus. (150) Jamque hæc inter ille quatuor et decem dierum circulum compleverat, quando ad ipsos infeliciter barbaros rursus cucurrit gresse ancipiti, abjecto clypeo, ut inventum est postea. (155) Non imprudenter id agens deceptus est: præterita enim socordiæ tempora illi persuaserunt fore ut rursus Persicus victor in pugna evaderet exercitus. At nihil interea illi profuerunt (160) hujusmodi obliquæ fraudis consilia. Cum enim incerto hæc agitaret animo, æque incertas secum spes gerebat. Contrarii vero ubique fuerunt eventus, et cum false concepta spe concidentes. (165) Cum enim calamitatibus pressos Barbaros, et fractos animo stupens observasset, videns tam exiguas ibi spes esse citra spem rursus ad nos se recepit propere, et cum suam non servasset fidem, tuam (170) promptam inveniens servatus est illico. Sic om-

VARIÆ LECTIONES.

134 χαρὰν Quercius : codices cum ed. χάριν. 164 συμπλανωμένοις P. 170 ἕτυμον P.

NOTÆ.

131. En clarius testimonium Pisidæ asserentis se in primo bellico Persico astitisse Heraclio.

134. Χάριν. Ita codex : et non dubito reponendum χαράν.

136. Δάκρυα ἄλυπα, *lacrymæ citra animi molestiam* et ex sola commiseratione obortæ.

141. Aristoteles, *Rhet.* I, 37 : Τὸ εἰθισμένον, ὥσπερ πεφυκὸς γίνεται· ὅμοιον γὰρ τὸ ἔθος τῇ φύσει· ἐγγὺς γὰρ τὸ πολλάκις τοῦ ἀεί ἐστι.

144. Theophanes, p. 255 : Πέρσης δέ τις πρὸ ὀλίγου χρόνου πρόσφυξ γενόμενος ἐν τῷ στρατῷ τοῦ βασιλέως ἐγένετο.

147. Cur in perfidia fidum transfugam Persam dicat, intelligitur ex v. 175 et seqq.

154. Persa qui ad Romanos defecerat, sperans suos post tantam socordiam et ignaviam jam fortiter contra Romanos dimicaturos, in sua castra refugit

ῥίψασπις, *clypeo abjecto;* quod erat turpissimum. Hinc recte Suidas ait : ῥίψασπις est ὁ δειλός, qualis fuit Cleonymus, qui quod in pugna clypeum abjecisset, proverbio dedit occasionem, ut quilibet vilis Κλεωνύμου δειλότερος diceretur. Vide Suidam in v. Κλεώνυμος.

156. Sensus est: Recogitans, quanta fuisset Romanorum vilitas et socordia, speravit victuros Persas.

157. Theophanes, ibid.: Οὗτος ἀποδρὰς πρὸς τοὺς Πέρσας ἀπῆλθεν ἐλπίζων αὐτοὺς τὴν Ῥωμαίων στρατείαν ὀλέσαι.

165. Idem, p. 256 : Ἰδὼν δὲ αὐτῶν τὴν δειλίαν μετὰ δεκάτην ἡμέραν πρὸς τὸν βασιλέα ἀνῆλθεν. Ad vocem δεκάτην supple ex Pisida καὶ τετάρτην. Vide supra, v. 150.

Digitized by Google

Ἐκεῖνος ἡμῖν πᾶσαν ἠκριβωμένως
Τῶν Βαρβάρων ἐξεῖπε τὴν ἀτολμίαν,
Καί που σὺν αὐτοῖς τοῖς λόγοις ἐπηύξατο
Οὕτω διὰ τέλους τοὺς ἐναντίους βλέπειν
Ὡς εἰσὶν ἄρτι πάντες ἐπτοημένοι.
Ὁ Βάρβαρος δὲ πανταχοῦ κλονούμενος
Δεινόν τι τολμᾷν ἐκ βίας βουλεύεται·
Οἶδε γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ περίστασις
Τὰ δεινὰ τίκτειν ἐκ δέους βουλεύματα.
Καὶ δὴ κατ' αὐτὸν τῆς ἀνάγκης τὸν χρόνον
Ὥραν φυλάξας, ὡς ἔδοξεν, εὔθετον,
Ὅτε προκύψας ἐκ βάθους ἑωσφόρος
Πρόεισι λαμπρὸς ἄγγελος τῆς ἡμέρας,
Εἰς τρεῖς μὲν ἱστᾷ τὸν στρατὸν διαιρέσεις,
Ἀντιπρόσωπα τῷ δοκεῖν τὰ τάγματα
Ταῖς σαῖς φάλαγξι σὺν δόλῳ ποιούμενος,
Τὴν ἐκλογὴν δὲ σοῦ στρατοῦ συναρμόσας
Ἔκρυψεν αὐτοὺς τῶν φαράγγων ἐν μέσῳ,
Ὅπως ἐκείνων ἐκραγέντων ἐκ βάθους
Ἀπροσδοκήτως καὶ παρ' ἐλπίδας φόβῳ
Μέρος τι τῶν σῶν συνταράξῃ ταγμάτων·
Τῶν γὰρ φθασάντων τῆς ἀτολμίας χρόνων
Εἰθισμένη τις ἐλπὶς αὐτὸν ἠπάτα,
Ὡς εἴπερ ἔν τι τοῦ στρατοῦ λυθῇ μέρος,
Τροπῆς ὅλισθος εἰς τὸ πᾶν διαδράμοι.
Ἀλλ' οὐκ ἀνευτρέπιστος ἀνθωπλίζετο
Τῆς σῆς ἑτοιμότητος ἡ στρατηγία.
Πρὶν ἢ γὰρ ἡ νὺξ τὴν μέσην τομὴν λάβοι,
Πάντας μὲν αὐτῶν τοὺς κεκρυμμένους δόλους
Ταῖς σαῖς μερίμναις ἐξ ἔθους ἠπίστασο,
Τάξας δὲ θείως τὸν στρατὸν καὶ ῥυθμίσας
Πρὸς τὴν μάχην αὐτοὺς ἐξῆγες, ἡνίκα
Τὸ φῶς ἀνίσχων τοὺς ἐναντίους πάλιν
Ὁ σεπτὸς αὐτοῖς ἐσκότιζεν ἥλιος.
Καὶ δὴ προπέμπεις εὐαρίθμητον μέρος
Τοῦ σοῦ στρατοῦ, κράτιστε, τούτους ὁπλίσας
Οὐ τοῖς ὅπλοις τοσοῦτον ὡς εὐβουλίαις.
Ἐπεὶ γὰρ ἐξήλαυνον ὥσπερ εἰς μάχην,
Τὸν πλαστὸν αὖθις σχηματίζονται φόβον,
Ἐψευσμένως φεύγοντες. Οἱ δὲ Βάρβαροι,
Τῆς ἐκλογῆς ἐκεῖνο τὸ στερρὸν νέφος,
Ἐκ τῶν ἀδήλων ἐκπεσόντες αὐλάκων
Ἥλαυνον αὐτοὺς τῷ δοκεῖν πεφευγότας.
Αὐτὸς δὲ τούτοις ἀντεπεξάγεις τάχος

nes accurrentes excipis, non accurrentes ad salutem exspectas. Ille nobis omnem accuratius Barbarorum enarravit socordiam : (175) ac forsan medio in sermone precatus est : Utinam ita semper inimicos videam, ut sunt nunc omnes illi consternati !

At Barbarus in summa rerum trepidatione quid triste animo moliri cogitur. (180) Solet enim, ut sæpe fit, urgens necessitas magna parere inter metum consilia. Jam vero instante necessitatis tempore, atque hora exspectata, quæ visa est opportunior, quando emergens e profundo Lucifer (185) prodit splendidus nuntius diei, in tres quidem partes dividit exercitum, ita ut fronte oppositæ viderentur acies tuis phalangibus ; quod factum dolo. A toto autem exercitu delectos milites (190) anfractus inter medios occultavit, ut ipsis erumpentibus ex latebris improviso et præter spem ex formidine pars aliqua tuorum turbaretur ordinum. Cum enim jamdiu trepidationis tempus cessasset, (195) de more in spem aliquam deceptus venerat fore ut, si qua pars exercitus dissolveretur, consternatio late per totum excurreret. At non defuit statim illi contra occurrere tua in rebus militaribus solertia. (200) Priusquam enim nox ad medium iter veniret, jam omnes eorum occultos dolos tua vigilantia de more cognoveras. Et divinitus ordinans numeransque copias ad pugnam tuos eduxisti, quando (205) exoriente luce adversariis iterum sol, quem venerantur, oculos perstringebat. Tum vero emittis modicam manum ex tuo exercitu, o fortissime, armasque singulos non tam armis quam bonis consiliis. (210) Vix enim tui tanquam ad pugnam exierant, cum fictum repente ostentant timorem simulantque fugam. Tum vero Barbari, densa illa lectorum militum nube ex occultis emissa foveis, (215) eos sunt aggressi qui simulaverant fugam. Tu vero hos contra educis quam celerrime, quos habuisti meliores ;

VARIÆ LECTIONES.

204 ἐξῆγες αὐτούς ? 214 ἐκπέμποντες ed.

NOTÆ.

173. Idem, *ibid.* : Καὶ πᾶσαν ἀκριβῶς τὴν τῶν Βαρβάρων ἐξεῖπεν ἀτολμίαν.

180. Cf. Euripides in *Helena*, v. 520. Curtius, v, 5 : *Ignaviam necessitas acuit, et sæpe desperatio spei causa est.*

184. Theophanes, ibid. : Ὁ δὲ σοβαρὸς μηκέτι ὑποφέρων τὴν ἐν τῷ ὄρει διατριβήν, ἠναγκάσθη πρὸς πόλεμον ὁρμῆσαι.

198. Οὐκ ἀνευτρέπιστος ex a, quæ privandi vim habet, et εὐτρεπίζω. Theophanes, ibid. Sic eadem : Ὁ δὲ βασιλεὺς προγνοὺς, καὶ συντάξας τὸν στρατὸν ὁμοίως εἰς τρεῖς φάλαγγας, εἰς τὴν μάχην προήγαγεν. Ante hæc enim Theophanes refert Persarum ducem diviso in tria agmina exercitu, nondum manifesto terris sole, paratum ad pugnam ex improviso apparuisse.

205. Idem, ibid. : Τοῦ δὲ ἡλίου ἀνατείλαντος καὶ τοῦ βασιλέως κατὰ ἀνατολὰς εὑρεθέντος, τοὺς Πέρσας ἐσκότιζεν ἡ τούτου ἀκτὶς, ὃν ὡς Θεὸν προσεκύνουν.

206. Vide supra acroas. II, 205.

210. Theophanes ibid. : Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐσχημάτισε τὸν λαὸν αὐτοῦ εἰς φυγὴν τραπέντα, καὶ λύσαντες ἐκεῖνοι τὰς φάλαγγας ἀκρατῶς διώκειν τούτους ἐνόμιζον. Ἐπιστραφέντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι εὐψύχως τούτους ἐτρέψαντο, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον, ἐλάσαντες αὐτοὺς ἕως τοῦ ὄρους, εἰς χρημνοὺς αὐτοὺς ἐμβάλλοντες καὶ τόπους δυσβάτους, καὶ πάντας αὐτοὺς συνέτριψαν.

Digitized by Google

Τοὺς σοὺς ἀρίστους, καὶ παρ' ἐλπίδας τότε
Ἀπροσδοκήτῳ προσραγέντες συντάσει
Τὰ νῶτα τοῖς σοῖς οἰκέταις ἀπέστρεφον.
Ὦ νοῦς διαρκὴς καὶ τομωτάτη φύσις
Καὶ πῦρ λογισμῶν ἐν βάθει διατρέχον!
Ὅμως τὸ πῦρ μὲν καὶ μελαίνει καὶ φλέγει·
Θεὸς δὲ νοῦς, ἄριστε, λευκαίνει τὸ πᾶν,
Θάλπει δὲ πάντας καὶ πυρώσει μὴ φλέγων.
Ὁ Βάρβαρος δὲ τὸν κεκρυμμένον δόλον
Εὑρὼν ἑαυτῷ βόθρον ἐκ τοὐναντίου,
Ὅλους προπηδᾷν τοῖς τραπεῖσι συμμάχους
Ἐκ τῶν ἑαυτοῦ ταγμάτων ἐπέτρεπεν,
Ἐπεὶ δὲ καὐτοὺς εἶδεν ἐπτοημένους
Καὶ συντόνως πίπτοντας ἀσχέτῳ φόβῳ,
Πρῶτον μὲν αὐτοῦ δυσσεβεῖ τοὺς προστάτας
Καὶ θᾶττον ἠτίμωσε τοὺς τιμωμένους,
Ὕδωρ κενώσας καὶ τὸ πῦρ κατασβέσας.
Καπνοῦ δὲ πολλὰς συγχύσεις ποιούμενος,
Κλέπτει τὸ φεύγειν καὶ σχεδιάζει τὸν γνόφον,
Καὶ νύκτα ποιεῖ, καινοτομῶν τὴν ἡμέραν.
Εὑρών τε χρημνοὺς καὶ στενὰς διεξόδους
Λοξάς τε πετρῶν ἐξοχὰς καὶ δυσβάτους,
Ὤθει καλύψας τῷ γνόφῳ τὰ τάγματα
Καὶ τὰς ἐκείνων δυστυχεῖς σύνοικίας
Πρὸς ἄκρον ὕψος καὶ κατάρρωπον βάθος.
Ἐντεῦθεν αὐτοῖς συμφορῶν πολυτρόπων
Συμπτωμάτων τε καὶ φόνων καὶ κλασμάτων
Κίνδυνος ηὐτρέπιστο συντριβῆς γέμων.
Καί πού τις αὐτῶν ἐξ ἀνάγκης ἤξατο
Ἐλθεῖν κατ' αὐτοῦ συντομώτερον ξίφος.
Ἄλλος δὲ νώτοις ἱππικοῖς ἐφιζάνων
Μετέωρος ἦρθη τῇ βίᾳ τοῦ σφίγματος.
Πολλοῖς δὲ τεῖχος τὰς καμηλίους τότε
Πλευρὰς κατεσκεύαζεν ἡ περίστασις.
Κρημνούς τε πάντες ἀγρίων αἰγῶν δίκην
Φυγῆς ἀνεξίκνευον ἐκπηδήματα.
Ἡ σὴ δὲ πᾶσα τοῦ στρατοῦ συνοικία
Βλέποντες εὐφραίνοντο τῇ θείᾳ κρίσει
Τὰ τῆς παραδόξου θαύματα στρατηγίας·
Βολὴ γὰρ οὐκ ἦν ἐπτερωμένου βέλους
Ἐν τῇ μεταξὺ τῶν στρατῶν διαστάσει,
Καὶ πᾶς τις ἡμῶν εὐκόλως ἀπέβλεπε

ac tum præter spem improvisa perculsi contentione terga tuis famulis verterunt.

(220) O mens præstantissima, et acerrimum ingenium, et ignis ad imas cogitationes permeans! sed ignis quidem denigrat et urit, tua vero mens, optime, dealbat omnia, omnesque fovet, et ardet non urens.

(225) Interea Barbarus absconditum dolum sentiens sibi potius quam aliis fuisse foveam, omnes in opem fugatorum prosilire milites ex suis cohortibus imperavit. Postquam autem hos etiam vidit consternatos (230) et in fugam præcipitem versos timore horribili, in primis suos exsecratur patronos, quosque nuper honoribus, probris nunc afficit, aquam effundens et ignem exstinguens. Fumi autem multa facta confusione (235) furatur fugam, excitatque tumultuariam nubem, noctemque inducit, invertens diem. Prolapsusque in crepidines et angustos transitus et in prærupta et ardua rupium cacumina, trudit septas caligine copias, (240) et infelices contubernales feminas inter montium juga et præcipites valles. Hinc ipsis calamitatum variarum, ne caderent cæderenturque et illiderentur, periculum obortum ex collisione maximum. (245) Ac forte quis desperatione adactus orabat ut ipsum transfoderent acuto ferro. Alter vero tergis equinis insidens in aerem est sublatus ex vi compressionis. Multis autem pro muro camelina (250) latera præbuit præsens necessitas. Omnes autem inter rupes, ut fere capreæ, aptos ad fugam indagabant exitus. Totum vero tui exercitus contubernium late gaudebat, videns ex divino judicio (255) tuæ incredibilis expeditionis miracula. Neque enim, quantum est jactus velocis jaculi, unus distabat ab altero exercitus: et unus-

VARIÆ LECTIONES.

ἄρι ἄλλους
219 σοῖς add. P. 223 κράτιστε P. 227 ὅλους P. 229 δὲ καὶ αὐτοὺς εἶδε ed. 235 τὸν add. P. 245 καὶ post φόνων add. P. 251 αἰγῶν add. P.

NOTÆ.

223. Codex exhibet emendationis loco κράτιστε.

226. Psal. VII, 16: *Incidit in foveam quam fecit.*

227. In codice voci ὅλους superinscripta est vox ἄλλους.

229. Item καὶ αὐτοὺς in κ' αὐτοὺς immutandum esse monet censor, et quidem recte. Ego vero pro εἶδε legendum puto εἶδεν, ut stet metri mensura.

251. De sole et luna, aqua et igne, qui erant Persarum dii, alibi diximus plura. Vide acroas. I, 32. Animadvertendum tamen hic est in more fuisse apud Persas, ut, cum quid adversum eis eveniret, contra suos deos irascerentur, eosque contumeliis probrisque afficerent, ac tanquam de sua fortuna parum sollicitos aspernarentur; id quod ex Herodoto patet narrante Xerxem mare flagellavisse; Pisida vero aperte idem hic affirmat et alibi. Confer acroas. I, 26 et seqq., et acroas. II, 377.

240. Persas ad bellum exire mulierculis stipatos adnotavimus supr. acroas. II, 247. At nobis ridicula semper visa est causa, quam ejus consuetudinis tradidit Max. Tyrius, dissert. 14: ait enim Πέρσαις δὲ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων.

251. Theophanes, ibid.: Ἐν δὲ τοῖς χρημνοῖς αἰγῶν ἀγρίων δίκην ἐσκηνοβάτουν· πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἐξώγρησαν, παρέλαβον δὲ καὶ τὸ τούτων στρατόπεδον καὶ πᾶσαν τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν.

Digitized by Google

Πρὸς τὰς ἐπάλξεις τῶν φαράγγων τὰς νόθους,
260 Ἐν αἷς τὸ πλῆθος ἐχυθὲν τῶν Βαρβάρων
Πυκνῶς ἐνεστρέφοντο μὴ κινούμενοι.
Ἀλλ' οἱ μὲν ἦσαν ἐν τοσαύτῃ φροντίδων
ζάλῃ διαῤῥέοντες ὡς τὰ κύματα,
Ἃ ταῖς ἑαυτῶν ἐκδρομαῖς ὠθούμενα
265 Τὰ μὲν πρὸς ὕψος ἐκ βάθους ἀνέρχεται,
Τὰ δὲ προπίπτει καὶ πάλιν κοιλαίνεται·
Οὕτως ἐκείνων τῶν ἀτάκτων ταγμάτων
Ἐν τοῖς ἀνύδροις κυματουμένων λίθοις,
Τὰ μὲν πρὸς ὕψος ἐκ βάθους ἀνήρχετο,
270 Τὰ δὲ πρὸς αὐτὰ τῶν κάτω τὰ τέρματα
Πίπτοντα πυκνὰς συγχύσεις εἰργάζετο.
Οὕτως ἕκαστος ἀφρόνως ἐδυστύχει,
Ὁ δὲ προπίπτων ἦν ἐπίφθονος μόνον·
Πᾶς γὰρ παρ' αὐτοῖς εὐτυχὴς ἐκρίνετο,
275 Ὃς πρὸς τὸ θνήσκειν εὑρέθη τοῤῥώτερος.
Ἡμῖν δὲ πᾶσα καὶ γαλήνη καὶ χάρις,
Τέρψις δὲ μᾶλλον ἢ φόβος προσήρχετο.

A Καὶ πᾶς πρὸς ὕψος τῷ Θεῷ τῶν κτισμάτων
Τὰς χεῖρας ἐξέτεινε σὺν τῇ καρδίᾳ,
280 Καὶ τῷ στρατηγῷ συντόνως ἐπηύχετο.
Πάντες γὰρ οἱ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν
Ἰδεῖν στέγοντες οὐδὲ τὰς σκηνὰς τότε
Καθεῖλον, ἀλλ' ἕκαστος ἦν εἶχε σκέπην,
Οὕτως ἀφῆκεν ὥσπερ ἦν πεπηγμένη.
285 Τοὺς Βαρβάρους δὲ πάντας ἐκλόνει φόβος.
Ἐντεῦθεν οὐδὲ φόρτον ἐκ κτήνους τότε
Καθεῖλεν οὐδείς, οὔτε μὴν τὴν γαστέρα
Τροφῆς ἀνεπλήρωσεν, οὔτε τις γόνυ
Κλίνας ἐλαφροὺς τοὺς πόνους εἰργάζετο,
290 Ἀλλ' εἰς παρεξόδους τε καὶ πλανωμένας
Τρίβους ἑαυτοὺς ἐμβαλόντες ἐν φόβῳ
Ἔκριναν εἶναι τὴν φυγὴν σωτηρίαν.
Οὕτως τὰ πολλὰ καὶ ξένα γνωρίσματα
B Πρὸς τοὺς φθάσαντας ἀντιμετρήσας χρόνους
295 Θείαν ἀπηκρίβωσε τὴν στρατηγίαν.
Τίς γὰρ τὸ Περσῶν δυσμαχώτατον γένος

quisque nostrum facile prospiciebat illa falsa rupium propugnacula, (260) inter quæ multitudo effusa Barbarorum densata versabatur, nec se unquam movebat.

Itaque illi erant in tali sollicitudinum tempestate fluctuantes, sicut undæ, quæ se ipsas urgent et impellunt : (265) aliæ quidem in altum ex imo attolluntur, aliæ autem concidunt et rursus deprimuntur. Sic incompositi illorum ordines inter aridos fluctuabant scopulos; atque alii quidem in altum ex imo ascendebant, (270) alii vero in prope subjecta præcipitia ruentes crebras confusiones ciebant. Ita omnes non minus erant stulti quam infelices; ac solum qui occumberet erat invidendus : omnis enim apud ipsos felix habebatur, (275) qui ad moriendum inventus esset promptior. Nos autem ex omni parte serenitas et gratia magisque jucunditas quam timor incesserat. Et quisque in altum ad Deum creaturarum manus protendebat una cum corde, (280) et duci unanimes bene apprecabantur. Omnes enim, qui modo nec pulverem Persicum videre sustinebant, tunc ne tentoria quidem dejecerunt, sed quisque quod habuit tentorium dimisit, sic ut erat compactum. (285) Barbaros contra omnes quatiebat timor; neque ex illis tunc onus coriaceum dejecit quisquam, et ne ventrem quidem cibo explevit; nec quisquam sane genua inflectens leviores reddidit labores. (290) Verum in avios et ancipites calles se ipsos conjicientes trepidanter existimarunt sibi esse fugam saluti. Sic multas atque peregrinas cognitiones, quæ ante ipsum innotuerant, remetiens (295) divinam ille perfecit expeditionem. Ecquis enim Per-

C

D

VARIÆ LECTIONES.

π x

269 ὕψους ed. 271 συχνὰς P.

NOTÆ.

253. Idem, ibid. : Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς ὕψος τὰς χεῖρας ἐκτείναντες τῷ Θεῷ εὐχαρίστουν, καὶ τῷ στρατηγήσαντι καλῶς βασιλεῖ συντόνως προσηύχοντο.

280. Idem, ibid. : Οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν, νῦν τὰς σκηνὰς τούτων ἀσαλεύτους εὑρόντες ἐλαφυρολόγησαν.

282. Hæc, opinor, dicta, ut Romanorum securitatem ante et post relatam victoriam demonstret. Solebant enim Romani, cum datum erat signum, tentoria deponere, ut ad dimicandum essent magis expediti. Polybius *De castram. Rom. in antiqq. Rom.*, tom. X, p. 984 : Ὅταν τὸ πρῶτον σημαίνῃ, καταλύουσι τὰς σκηνάς. Itaque Pisida ait Romanos tam securo animo prodiisse ad pugnam, ut ne tentoria quidem antea demiserint; redeuntes autem statim arma projecisse, ut omni cura soluti vires animumque epulis reficerent; quod erat ex militari disciplina servari solitum, ut ex Leone imp. vvi, 2, colligitur. Theophanes loco nuper citato aliter videtur interpretatus Pisidam : ait enim Romanos non ad sua tentoria reversos, sed ad Persica usque progressos esse, quæ intacta invenerunt. Quæ interpretatio si magis arridet, dicendum est Romanos Persarum castris potitos, tanquam ad sua se recepissent, ibi securo animo quievisse.

283. Σκέπην, opinor, ponit pro tota armatura gravi, qua se milites tegebant; quamvis σκέπη vere esset capitis tegumentum e pelle. Polybius, *loc. cit.*, p. 886 : Προσεπικοσμεῖται δὲ καὶ λιτῷ περικεφαλαίῳ, ποτὲ δὲ καὶ λυκείαν ἢ τι τῶν τοιούτων ἐπιτίθεται, σκέπης ἅμα καὶ σημείου χάριν. Sed ut accipiam σκέπην pro armatura, facit addita notatio πεπηγμένη, quæ scuto maxime convenit, cujus longam descriptionem instituens idem Polybius, p. 874, ait : Ἐκ διπλοῦ σανιδώματος ταυροκόλλῃ πεπηγὼς, ὀθονίῳ, μετὰ δὲ ταῦτα μοσχείῳ δέρματι περιείληπται τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, a qua descriptione sane non abludit illud Pisidæ quod sequitur, v. 286 : Φόρτον ἐκ κτήνους. Recte autem scutum dicebatur σκέπη, quia tanta erat magnitudine ut totum pene militem obtegeret.

293. Legerem οὕτω. Hoc epiphonemate primi belli Persici narrationem claudit, dicens tantam fuisse Heraclii in re militari scientiam, ut non modo ea omnia quæ a veteribus tradita fuerant omnino noverit, sed antiquorum etiam inventis plura addiderit non antea ab illis excogitata.

296. Theophanes, *loc. cit.* Τίς γὰρ ἦπιζεν τὸ

Digitized by Google

Ἤλπιζε δοῦναι νῶτα Ῥωμαίων ξίφει;
Τί; ἐν τοσαύταις συμφορῶν τρικυμίαις
Ἤλπιζεν εὑρεῖν καὶ γαλήνην ἐν μέσῳ;
Τίς ἐν τοσαύτῃ τῶν ἀναγκαίων σπάνει
Τροφῆς μετασχεῖν τὰς πόλεις ἐπείθετο,
Εἰ μὴ δι' ὑμῶν τοὺς ἀλάστορας πάλιν
Ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς γείτονος παροικίας
Μακρὰν ὁ πάντων ἤλασε ζυγοστάτης;
Ἀλλ' ὡς τοσαύτῃ συγχύσει μεμιγμένοι
Ἀπείπον ἤδη τὴν μάχην οἱ Βάρβαροι,
Σὺ μὲν, κράτιστε (καὶ γὰρ ἤθελες μένειν
Τῶν σῶν λογισμῶν πρὸς πόνους πυρουμένων),
Πολλὰς ἀφορμὰς εὐλόγους ἀνεπλάσω,
Θέλων συνεῖναι τῷ στρατῷ καὶ συντρέχειν·
Ἐπεὶ δὲ καὐτὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν γένη
Ἀσπονδον εἶχεν ἐξ ἔθους ὑποψίαν,
Αὖθίς τε καινῶν φροντίδων κινουμένων
Τῆς σῆς ἔχρηζεν ἡ πόλις παρουσίας,
Ὁ δὲ στρατός σου τοῦτο πράττειν εἰς δέον
Ἐδεῖτο πολλὰ καὶ θέλων καὶ δακρύων
(Καὶ τῇ πόλει γὰρ συμπαθεῖν ἠπείγετο,
Καὶ σοῦ στερεῖσθαι ζημίαν ὡρίζετο),
Πείθει τὸ λοιπόν· οὐ γὰρ οὕτως εὐκόλως
Λαβεῖν τι τερπνὸν ἄλλος εὐτρεπίζεται,
Ὡς θᾶττον αὐτὸς εὐτρεπίζῃ πρὸς πόνους.
Οἷος δὲ πιστὸς ἀρχιποίμενος τρόπος —
Ἐκ τῶν πονηρῶν ἁρπάγων τε θηρίων
Κυκλωθὲν αὐτοῦ προβλέπων τὸ ποίμνιον,
Ἀμηχανεῖ μὲν πῇ τραπῇ πρὸς τὴν μάχην,
Ὅμως δὲ κάμνει πανταχοῦ διατρέχων,
Εἴ πως παρ' αὐτῶν ἁρπάσοι τὸ ποίμνιον, —
Οὕτω τὸ πιστὸν τῆς λογικῆς ποίμνης γένος
Ἀμηχανεῖς μὲν προβλέπων ἑκάστοτε
Ἐκ τῶν ἀπίστων θηρίων κυκλούμενον.
Ὅμως δὲ κάμνεις καὶ περιτρέχεις ἀεὶ,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν πανταχοῦ πονούμενος,
Βάλλων, διώκων, ἐκτρέχων, ὑποστρέφων,
Εἴ πως ἑαυτὸν ἀντίλυτρον εἰσάγων
Ἐλευθερώσεις αἱμάτων τὸ ποίμνιον.
Ὅθεν τυπώσας πάντα σώφρονι τρόπῳ,
Καὶ τῷ στρατηγῷ τὸν στρατὸν συναρμόσας,
Καὶ τῷ Θεῷ δοὺς τὰς ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας,
Πάλιν πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν σου συντόνως
Τοσαῦτα πράξας καὶ κατορθώσας τρέχεις.

sarum indomabile genus sperasset præbere terga Romanorum ensibus? Quis in tantis calamitatum tempestatibus sperasset invenire vel serenitatem in medio? (300) Quis in tanta victus penuria ad commeatum ministrandum urbes suasisset, nisi per te illos scelestissimos iterum a nostra proxima vicinia procul abegisset qui omnia lance ponderat?

(305) At vero cum in tali rerum confusione impliciti jamdiu absisterent a pugna Barbari, tu, o fortissime (volebas enim adhuc manere: nam tua mens ad labores callum obduxerat), multa valde scita commenta excogitasti, (310) volens congredi cum exercitu et concurrere. Interea vero gentes, quæ sunt ad Occidentem rupti fœderis habuerunt de more suspicionem. Et rursus ob novas excitatas curas tuam desiderabat civitas præsentiam. (315) Exercitus autem tuus, ut omnino hoc faceres, orabat multis cum precibus et lacrymis: nam urbis pietate tangi cogebatur, et te privari esse damnum statuebat. Tandem suadet: non enim tam facile, (320) quæ sunt oblectamento, alter aggreditur, ac tu confestim aggrederis labores.

Qualis autem primi pastoris fidus est mos, qui ab improbis et rapacibus feris circumclausum videns suum ovile (325) hæret animo, qua se vertat ad pugnam, tamen allaborat, quaquaversus excurrens, si qua ratione ab ipsis gregem defendat, sic tu fidum rationalis ovilis genus hæres quidem videns esse omni parte (330) ab infidelibus bestiis circumdatum, tamen allaboras, et circumis semper huc et illuc, nusquam requiescens, aggrediens, insequens, excurrens, recurrens, si forte te ipsum tradens in pretium (335) possis liberare a sanguine gregem. Hinc rebus omnibus sapienti ratione præscriptis, et ad ducis ingenium exercitu temperato, omnique in Deo de illis spe collocata, rursus ad tuam civitatem impigre (340) tot rebus gestis et rite compositis accurris. Non enim solum certa-

VARIÆ LECTIONES.

308 τυρουμένων ed.

NOTÆ.

τῶν Περσῶν δυσμαχώτατον γένος νῶτα δοῦναί ποτε Ῥωμαίοις.

308. Verti quasi legeretur τυλουμένων, ut puto legendum.

309. Vide supra, v. 61, quæ circa vocem ὕλη et ἀφορμὴ attigimus.

311. Abares, gens fera et Romanis infensa, quoties vires ad inferenda damna receperant, interposita pacta non esse servata causabantur: hinc recte Noster ait ἐξ ἔθους. Plura, quæ huc spectant, videsis in *Poem. de bello Abar.* Pisida Abares vocat γένη πρὸς ἑσπέραν, eo quod ipsi late pervagati jam ad Istrum consederant.

319. Theophanes, p. 256, refert Heraclium rediisse Byzantium anno postquam inde contra Persas dimicaturus discesserat, sed causam reticet. Nicephorus Cpolitanus autem omnia perperam confundens de hac prima expeditione Heraclii nullam mentionem facit. Hæc tamen erant sedulo notanda, ne qua oriretur difficultas. Patet enim ex Pisida Heraclium anno imperii sui 13, Christi 623 ex Armenia in Thraciam reversum, ut fœdifragos Abares reprimeret: ac tribus post annis cum iisdem Abares Cpolim diripere atque evertere moliti sunt, in Perside Heraclius degebat. Vide *De bello Avar.* 246 et seqq.

324. Codex hic habet versiculum, qui legendus mox venit sub numero 328: οὕτω τὸ πιστόν. Nos tanquam περισσὸν rejiciendum esse putavimus.

336. Theophanes, ibid. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν στρατὸν σὺν τῷ στρατηγῷ καταλιπὼν εἰς Ἀρμενίαν παραχειμάσαι, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ὑπέστρεψεν.

340. Sæpe in ecclesiasticis auctoribus occurrit verbum κατορθόω, quo vita ad Christianæ virtutis normam instituta significatur, ut hic in Nostro. Vide Suicerl *Thes. ecclesiast.*

Digitized by Google

Οὐ γὰρ μονήρεις τοὺς ἀγῶνας τῆς μάχης,
Ψυχὴν δὲ τὴν σὴν συγκατώρθωσας πλέον.
Αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐξαριθμῶν πολλάκις
Τοῦ σοῦ βίου τὸ μέτρον, ἐτράνους ὅτι
« Βιοὺς χρόνον τοσοῦτον ἐν ῥᾳθυμίᾳ,
Ἔζησα ταύτας τῷ Θεῷ τὰς ἡμέρας. »
Καὶ τοῦτο δῆλον· οὐδὲ γὰρ καλύμματι
Ψεύδους προσήκει τὴν ἀλήθειαν σκέπειν.
Νῦν γὰρ τὰ Περσῶν τῆς πλάνης μυστήρια
Γυμνὰ πρόεισιν· ἄρτι τῆς κεκρυμμένης
Ὕδρας παρ' αὐτοῖς ἡ πολυκέφαλος πλάνη
Ἕνα προτείνειν ἀξιοῖ τὸν αὐχένα,
Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν
Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον.
Οἶμαι δὲ καὐτὸν αἰχμάλωτον ἐν τάχει
Ὄψει δεθέντα τὸν δράκοντα Χοσρόην,
A Εἰ μὴ λάθοι τις τὴν δίκην ὑποψίαν,
Ὡς εἴπερ ὑμῖν ἐκδοθῇ, τὰς ἀξίας
Λάθοι παρελθὼν ἐν βραχεῖ τιμωρίας.
Καί μοι λογισμῶν πολλάκις κινουμένων
Αὐτὸς κατ' ἐμαυτὸν συλλαβὼν ἔφην τάδε·
Εἰ τὰς ἐν ἄστροις ὁ Πτολεμαῖος ἐκβάσεις
Καὶ πρὸς τὸ μέλλον εἶχεν ἠκριβωμένας,
Πῶς οὐ προεξήγγειλεν οἷον ἡ φύσις
Ἐπ' ἐσχάτων μέλλει σε φωσφόρον βλέπειν;
Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἐκεῖνος εἰκότως ἄρα
Τῆς γῆς ὑπερβαίνοντα τοὺς ὅρους βλέπων,
Ὕμνει σε μᾶλλον τοῖς μεταρσίοις λόγοις·
Τῆς ἐκδρομῆς δὲ, καὶ πλέον τῶν ἀστέρων,
Ἐν σοὶ τὰ πολλὰ προσβλέπων κινήματα
Τὴν σὴν ἀεικίνητον ὕμνησε φρένα,
B Ἄλλον νεουργηθέντα τοῖς κάτω πόλον

minum belli, sed animæ tuæ curam habuisti maxime. Tu enim ipse nobis exponens sæpius tuæ vitæ rationem hoc enarrasti : (345) « Cum tantum temporis transegerim in otio, vixi tandem hos ego Deo dies. » Atque hoc est apertum : non enim velo mendacii juvat veritatem obtegere. Nunc enimP ersicæ fraudis mysteria (350) nuda procedunt : nuper absconditæ apud ipsos hydræ multiplex fraudulentia unam tantum audet protendere cervicem, quam modo nos intuentes valde miramur in Herculem incidisse et evasisse salvam. (355) Puto autem ipsum etiam captivum brevi vinctumque te visurum draconem Chosroam; nisi quis sumat justam suspicionem, C quasi si ille traditus fuerit : meritis tunc ad breve tempus clam se surripiet pœnis.

(360) Atque ego multa sæpe mecum versans animo, meque meis involvens curis, dicebam talia. Si vere astrorum Ptolemæus excursiones etiam in futurum habuit perspectissimas, quomodo non prædixit qualem natura (365) postremo esset in te visura Phosphorum? Sed cum esset, ut videtur, in iis contemplandis quæ terræ terminos transcendunt, intentus, te deprædicavit sublimiore stylo; tuæque excursionis, magis quam astrorum, (370) multis ac præclaris longe prævisis motibus, tuam irrequietam celebravit mentem, alterum dicens renovatum iri

NOTÆ.

343. Confer supra v. 182 et seqq. De Pisida in bello comitante Heraclium, quocum multa familiaritate, ut videtur, conjunctus fuit.

349. Quid hisce iambis velit Pisida, non satis liquet. Verum, ni fallor, hic alludit ad Severianorum hæresim, quæ tot turbas excitavit in Oriente et Heraclio imperante adhuc vigebat. Idcirco autem dicit esse detecta mysteria iniquitatis, quod Heraclius, ut opinor, hoc primo in Oriente itinere aperte deprehendit errores circa religionem inter Christianos disseminari a Persis, ut Romani inter se dissentientes novum Heraclio facesserent negotium, et Romanum imperium non tantum externis quam internis premeretur incommodis. Quod sane fit manifestum ex v. 36 et seqq. poem. *contra Severum;* ubi plura nobis erunt dicenda de hoc impio hæresiarcha.

351. Multiplex error vel hydra erat hæresis Manetis, quæ ex Persarum deliramentis orta et late propagata varios induit aspectus sub Manete primum ipso, deinde sub Eutyche, demum sub Severo et aliis innumeris eorumdem asseclis. At nunc Pisida hanc hydram unam tantum ait protendere cervicem, scilicet errorem Monophysitarum, Chosroa vires et animum suppeditante.

353. Hinc videtur posse conjici Heraclium in Armenia degentem cum aliquo doctore Monophysita coram Pisida disputasse; ac propterea Pisidam dicere se mirari hoc hydræ collum non esse exsectum, postquam in Herculem, id est Heraclium, inciderat. Hunc autem doctorem fuisse Paulum Severianum, quocum Heraclius disputavit in partibus Armeniæ, ut testatur Sergius in sua epistola ad Honorium, alibi probabimus in Monito ad poema *contra Severum.*

355. Vere vatem quis dicat Pisidam, qui Chosroæ cladem prædixit.

357. Τὴν δίκην. Subaudi κατά.

362. Claudii Ptolemæi Pelusiotæ opera, qui temporibus M. Aurelii Antonini in Alexandrina academia astronomiæ et astrologiæ studiis clarus vivebat, notiora sunt quam dici oporteat. Pisida hic Almagestum indicat, quo in libro Ptolemæus pro sui ingenii modulo systema planetarum exponit.

365. Subintelligitur, ut puto, χρόνων, fortasse etiam μερῶν, quod, si placet, ἐπ' ἐσχάτων vertendum est *ab ultimis terræ* partibus; quasi Noster facta allu- D sione ad expeditiones Heraclii, quibus in penitiores Asiæ partes penetravit, dicat ejus regionis incolas tanquam novum Phosphorum apparuisse Heraclium.

368. Quamvis diu multumque opera Ptolemæi versaverim, nullibi mihi licuit invenire vaticinium, quod poeta, quam belle plane nescio, sed tamen in Heraclium transfert. Itaque aut intercidisse locum, ad quem alludit Pisida, dicendum est, aut esse ejusdem ex quibusdam verbis interpretamentum. Cæterum ne prorsus ἀσύμβουλοι hinc discedamus, detur conjecturæ locus. Itaque sic hariolor. Ptolemæus cum plane nosceret quantum veteres astronomi, Eudoxus, Eratosthenes, Geminus, Marinus et alii, inter se disparent in polari stella definienda, nec ipse alicujus opinioni facile assentiretur, fortasse alicubi dixit fore tempus quo polus alter, ac plane ab eo diversus qui tunc esse ferebatur, sapientum judicio inter homines constitueretur. Quæ conjecturam confirmare possent, videsis in Petavii *Uranologio Dissert. Var.*, lib. III. c. 4 et seqq.

Digitized by Google

Τὸν νοῦν τὸν ἐν σοὶ τῷ ξένῳ μαθὼν λόγῳ.
Ταῦτα, στρατηγὲ τῶν σοφῶν βουλευμάτων,
Ἐν ταῖς ἀκάνθαις τῆς μάχης πεπλεγμένα.
Εὑρὼν τὰ θεῖα τῶν πόνων τῶν σῶν ῥόδα,
Ἄνθη τε πολλὰ ψυχικῶν ἀρωμάτων
Τῶν σῶν λογισμῶν συναγαγὼν τὰ σπέρματα,
Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος ἄρτι τῆς ἀληθείας φέρω.
Ὅμως δὲ μικρῷ, καὶ βραχυδρόμῳ σκάφει
Τὴν σὴν θάλατταν ἐκπερᾶν εἰθισμένος
Ἥμαρτον οὐδὲν, μὴ διαπλεύσας ὅλην·
Ὅρος γὰρ εἰς ἄπειρον οὐχ ὁρίζεται.
Ἀλλ', ὦ στρατηγὲ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω
(Τῷ γὰρ λόγῳ σου πᾶς ὑφίσταται λόγος,
Καὶ πάντα τῷ σῷ συντρέχει θελήματι·
Σὺ τὴν ἄβυσσον ἀσφαλίζῃ τῷ κράτει,
Ποιεῖς δὲ τὴν γῆν ἐν μέσῳ μετάρσιον·
Τοὺς οὐρανοὺς δὲ πάντας ἀῒδος δίκην
Τῷ σῷ κατειλεῖς, ὡς θέλεις, προστάγματι·
Σοὶ πᾶσα δούλη τῶν ὁρωμένων φύσις
Καὶ τῶν ὑπὲρ νοῦν πᾶσα σύνδουλος κτίσις)
Αὐτὸς, κράτιστε, τῶν ὅλων παντόκρατορ
Καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων διαιρέτα

(Καὶ γὰρ διαιρεῖς πᾶσιν, ὡς θέλεις, μόνος
Τὰς σὰς ἐνεργεῖς τῶν χαρισμάτων δόσεις),
Τὰς εἰς σὲ συμπλήρωσον ἡμῶν ἐλπίδας·
Ἐν σοὶ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐλλιπὴς χάρις·
Ἴθυνον αὐτὸς τὸν σὸν, ὡς ἐπίστασαι,
Ὑποστράτηγον, πάντα πράττειν ὡς θέλεις.
Ποίησον αὐτὸν πιστὸν ἀσπιδηφόρον
Τῶν εὐσεβῶν σου πανταχοῦ προσταγμάτων.
Σὺ δεῖξον αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις φόβον·
Καὶ πᾶς τις ἀλλόφυλος εἰς αἷμα τρέχων
Τούτῳ προκάμψει σὺν τρόμῳ τὸν αὐχένα.
Ποίησον αὐτῷ τῶν φθασάντων πταισμάτων
Ἱδρῶτας, οὓς ἔσταξεν, εἰς καθάρσιον.
Λάβοι κατ' ἐχθρῶν διττὰ νικητήρια.
Στήσοι τρόπαια καὶ παθῶν καὶ Βαρβάρων.
Πλήρωσον αὐτὸν, ὡς ἐπίστασαι μόνος,
Τῆς εἰς σὲ θ ρμότητος, ὡς τὸν Ἠλίαν,
Ὃς ἐκπυρώσας πρὸς σὲ νοῦν καὶ καρδίαν
Πυρὶ πρὸς ὕψος εἰκότως ἡρπάζετο.
Καὶ δεῖξον αὐτὸν πᾶσι Μωσέα νέον,
Ἐν τῇ κατ' ἐχθρῶν εὐσεβεῖ πανοπλίᾳ
Τὸν σταυρὸν ἐκτείνοντα τῶν χειρῶν πλέον,
Μωσῆν ἐκεῖνον ὃς βάτον καὶ πῦρ βλέπων

terris polum, tuam indigitans mentem hoc peregrino sermone.

His ego, dux prudentum consiliorum, (375) inter spinas belli implicatis, sanctis laborum tuorum rosis inventis, multisque floribus vitalium aromatum, quæ sunt tuæ providæ mentis semina, collectis, tibi hanc textam coronam ex immortali (380) prato veritatis nunc offero. Cæterum cum parvo et brevi cursus navigio tuum pelagus percurrere sim suetus, reus non agar, quod non sim emensus totum : terminus enim sine termino nequit terminari.

(385) Ast, o dux cœlestium et inferorum, quandoquidem tuo verbo omne exsistit verbum et omnia in tuam concurrunt voluntatem, tu, qui abyssum firmas tua potentia, facisque terram in medio suspensam, (390) omnesque cœlos fornicis in modum tuo volvis, ut vis, imperio : tu, cui omnis servit rerum visibilium natura, et omnis mentem excedens conservit creatura ; tu ipse, optime, in omnibus omnipotens, (395) rerumque nostrarum omnium distributor, quoniam dividis omnibus, prout vis, solus tuas efficaces charismatum largitiones, nostra in te perfice desideria : in te enim non est deficiens gratia (400) tu dirige tuum, ut bene nosti, subimperatorem ad facienda omnia ut vis. Fac ipsum fidelem clypei gestatorum in omnibus tuis sanctissimis mandatis. Tu ipsum redde inimicis formidandum ; (405) et omnis alienigena in cædes ruens ipsi flectat cum tremore cervicem. Fac ut ei sint veterum noxarum sudores, quos effudit, expiatio. Duplicem reportet ex hostibus victoriam : (410) sistat tropæa de vitiis ac de Barbaris, reple ipsum, ut tu solus nosti, tuo in te fervore, velut Eliam, qui erga te inflammatus mentem et pectus ab igne in altum merito raptus est. (415) Ostende ipsum omnibus Mosem novum, qui pia munitus in hostes armatura crucem extendat potius quam manus ; Mosem illum qui rubum et ignem videns tam bene cognovit tuam in rubo

VARIÆ LECTIONES.

384 βαθυδρόμῳ P. 402 ἀσπιδοφόρον ed.

NOTÆ.

380. Alludit, opinor, ad metrum iambicum, quo D utitur ; quasi dicat gesta Heraclii epico carmine melius et dignius tractari potuisse.

389. Confer quæ sequuntur cum Hexaem. 85 et seqq.

396. I Cor. XII. 4.

407. Pisida veteres culpas Heraclii nominans tacitus videtur reprehendere illicitas nuptias, quas ille cum filia sororis suæ contraxit. Rem acriter exagitat Nicephorus Cp., p. 10 ; qui tamen illud addit, Sergio vehementer instanti ut scelestæ nuptiæ solverentur, Heraclium ita respondisse : Ὡς εὖ μὲν ἔχοι, τὰ παρὰ σοὶ λεγόμενα· ὁ γάρ σοι χρέως ὡς ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ, ἤδη ἀποδέδωκας· ἐφ' ὑμῖν δὲ τὸ λοιπὸν κείσεται τὰ τῆς πράξεως.

415. *IV Reg.* II, 11.

415. *Exod.* XVIII, 11, communis est Patrum sententia Mosen in vertice montis extendentem manus cum virga fuisse symbolum Christi in cruce pendentis, quo manus suas in ligno pro nobis expandente diabolus superatus est. Theodoretus *Quæst. in Exod.* 34 : Τοῦ σταυρωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπλήρου τὸν τύπον ἐκτείνων τὰς χεῖρας· ἐδείχθη τοίνυν καὶ ἐν τῷ τύπῳ τῆς ἀληθείας ἡ σύναμις.

418. *Exod.* III, 2. Deum re vera vel Dei Filium, non angelum apparuisse Mosi diserte testatur Pisida, veterum Patrum opinioni consentiens, quos laudat Calmetius, in suis *Comment. in Exodum.*

Digitized by Google

Τὴν σὴν ἀπηκρίβωσεν ἐν βάτῳ φλόγα
Καὶ τὴν βάτον μένουσαν, οὐ πεφλεγμένην·
Μωσῆν ὃς ὤφθη σαρκί σοι μόνῳ μόνος,
Καὶ σαρκικῇ σε προβλέπει θεωρίᾳ,
Τάχα προδεικνὺς καὶ Θεὸν σαρκούμενον.
Κἀντεῦθεν, οἶμαι, συλλαλεῖ σοι καὶ τότε,
Ὦ συλλαλεῖν ἔμελλε καὶ σαρκουμένῳ.
Τοιοῦτον αὐτὸν καὶ τροπαιοῦχον μέγαν
Καὶ σὸν στρατηγὸν, ὡς θέλεις, διάπλασον.
Συνευλόγησον τῷ σπορεῖ τὰ σπέρματα,
Καὶ δὸς τὸ θεῖον τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
Κρατεῖν τὰ Ῥώμης εἰς τέλος γεώργια.
Τύπωσον αὐτοῖς πατρικῶν μορφωμάτων
Τὰς εὐπροσώπους ὡς ἀληθῶς εἰκόνας.
Ὅπως ἔσοιντο πατρὸς εἰκονίσματα,
Κάτοπτρα πιστὰ πατρικῶν γνωρισμάτων,
Τὸν νοῦν τέλειοι, τοὺς τρόπους ἐλεύθεροι,
Πραεῖς τὸ πνεῦμα, συμπαθεῖς τὴν καρδίαν,
Ἡμῖν προσηνεῖς καὶ κατ' ἐχθρῶν ὀργίλοι,
Ἐχθρῶν σεβόντων τοὺς θεοὺς προσφάτους·
Χεῖρας νέμοντες ἀσεβῶς ἡπλωμένας,
Ἐσταλμένας δὲ πρὸς τὸ λῆμμα τῆς πλάνης,
Πόδας πρὸς αἷμα μηδαμῶς κινουμένους,
Εἰς δ' αὖ τὸ σώζειν πανταχοῦ ταχυδρόμους.
Φύλαξον αὐτῶν τὰς νοητὰς εἰσόδους,
Καὶ δυσβάτους ποίησον αὐτὰς τῷ φθόνῳ,
Ὃς τῇ καθ' ἡμᾶς ἀντιπίπτων οὐσίᾳ
Εἴδους μὲν ἔστι γένους ἀλλότριος,
Ὅλως δὲ μηδὲν εἰς ὑπόστασιν φέρων
Δάκνειν νομίζει τὴν ὅλων ὑπόστασιν,
Φίλους διαιρῶν καὶ μερίζων τὴν σχέσιν,
Ἔχθραις ἀδελφῶν τοὺς ἀδελφοὺς συμπλέκων,

flammam (420) quam rubum, qui remansit incombustus; Mosen qui visus est carnaliter a te solo solus, et te carnali vidit intuitu, cito demonstrans etiam Deum iri incarnatum. Ac proinde, ut puto, collocutus est tunc tibi, (425) cui etiam incarnato erat collocuturus. Hunc ipsum, inquam, triumphatorum maximum, tuumque ducem, ut libet, efforma. Benedic una cum satore semina, et da divinum hujusce seminis genus (430) imperare in perpetuum Romanorum terris. Imprime in filiis paternæ formæ vere venustam, ut fatendum est, effigiem, ut tot evadant patris imagines, tot fida specula patris referentia notas: (435) mente perfecti, moribus ingenui, mites spiritu, misericordes animo, nobis benigni, et in hostes truces, in hostes colentes modo memoratos deos, colentes manibus impie expansis (440) et extensis ad erroris simulacrum, pedibusque nunquam ad cædes properantibus et ad fugiendum contra semper velocibus. Custodi in ipsis intellectus ostium, idemque redde inaccessum invidiæ, (445) quæ nostræ ex adverso obsistens naturæ et forma vere et genere nobis est aliena; quæque cum nihil ad essentiam conferat, turbare vult rerum omnium essentiam, ipsa amicos dividens, et disjungens animos, (450) in fraterna dissidia fratres committens, et sororem enutriens simulatorem, ut Scylla

VARIÆ LECTIONES.

439 σέβοντες ed. Mox malim εὐσεβῶς. 456 τοῦ P.

NOTÆ

419. Deum in rubo loquentem fuisse Verbum constans fuit antiquorum sententia. Videsis S. Cyrillum Hieros. *Catech.* 10 et 11. At vero rubum incombustum Dei incarnationem significasse nemo non affirmavit. Rubus carnis erat symbolum, et ignis divinitatis: sicut autem ignis rubum, ita deitas humanitatem non consumpsit; unde duas in Christo esse naturas integras, illæsas et inconfusas manifeste evincitur. Quo sane respicit Pisida ad confutandas hæreses sui temporis maxime intentus. Dicens enim quod Moses ἀπηκρίβωσε τὴν φλόγα ἐν βάτῳ, καὶ τὴν βάτον οὐ πεφλεγμένην, duas in Deo incarnato non confusas naturas Mosen cognovisse contra Monophysitas affirmat.

421. Pisida auctor est Mosen tam præsentem fuisse Deo ut ipse Deus Mosen, ut erat, carne vestitum viderit, et Moses etiam non spiritu sed σαρκικῇ θεωρίᾳ, vere, intuitive et oculis carnalibus Deum conspexerit. Disputatum quidem est sæpius, quomodo Deum viderint Moses, Paulus et prophetæ: S. Irenæus, *Contra hæreses*, lib. IV, c. 20, neminem Deum vidisse facie ad faciem, sicuti est, multis probat argumentis. Non manifeste, ait, *ipsam faciem Dei videbant prophetæ, sed dispositiones et mysteria, per quæ inciperet homo videre Deum.* Quæ verba cum iis, quæ de hac re tradit vetus imprimis auctor, sive Dionysius Areopagita, *De cæl. Hier.* c. 4, 3, mirifice conveniunt. Irenæo consentiunt plures SS. Patres, quos inter consulendus S. Augustinus lib. XII *De Gen. ad lit.* c. 27 et 28, et *De Trinit.* lib. II, c. 17 et 18, qui sanctos viros et prophetas non corporis sed mentis oculo, quantum homini fas fuit, divinam essentiam introspexisse asseverat.

431. Αὐτοῖς. Videlicet τοῖς τέκνοις.

432. De forma Heraclii confer versum 99 hujusce acroaseos.

438. Alludit ad equum solis, de quo acroas. 1, 23.

439. Σέβοντες pro σεβόντων, scilicet οἱ σέβουσι μετὰ χειρῶν ἀσεβῶς ἡπλωμένων. Persas ita repræsentat incondite jactantes tendentesque ad cœlum manus, ut opponat Christianis qui, manibus supra pectus in formam crucis modice expansis, ut in multis antiquis monumentis videre est, Deum deprecabantur.

441. Persarum socordiam taxat, quos ubique non minus impios quam viles facit. Cæterum in hisce ultimis versiculis intendisse videtur ad illud psalmi CXIII, 15: *Manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt..., similes illis fiant, qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis;* quasi dicat Persas similes revera esse factos idolis, quæ stulte adorabant.

445. Recte invidiam ut monstrum a natura humana prorsus alienum describit. Humanum est enim sibi aliisque bona desiderare; invidi est prosperis aliorum rebus tantum torqueri. Horat. *epist.* I, 2, 57.

450. Pisida, ni fallor, prævidit dissensiones et odia suscitatum iri inter filios quos Heraclius ex Eudocia primum et deinde ex Martina Augustis susceperat.

Digitized by Google

Καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκτρέφων ὑπόκρισιν.
Ὡς Σκύλλα καὶ Χάρυβδις ἠγριωμένη
Ἐν τῇ θαλάσσῃ τοῦ βίου περιτρέχειν,
Καὶ τοῖς ὀδοῦσιν οὐχ Ὀδυσσέως μόνον,
Πάσης δὲ σαρκὸς ἀγρίως καθάπτεται.
Φύλαττε, Χριστὲ, τοὺς βασιλέως κλάδους
Ἐκ τῆς τοσαύτης τοῦ φθόνου κακουργίας
Φρούρησον αὐτοὺς τῇ μετ' εἰρήνης σκέπῃ
Μνήμην ἔχοντας πατρικῶν διαγμάτων,
Μνήμην διαρκῆ, καίγε καὶ πλείστης ὅτε
Χρῄζουσιν αὐτῆς εἰς δέον τὰ πράγματα.

et Charybdis furibunda in medio mari vitæ circumcursitat, et dentibus non Ulyssem tantummodo, (455) sed omnem carnem barbare depascitur.

Serva, o Christe, regis liberos a tali invidiæ maleficio. Defende ipsos pacis umbraculo memoria servantes Patris mandata, (460) memoria perenni; eoque sane maxime, quod hoc ipsum expetit rerum necessitas.

VARIÆ LECTIONES.

γράφε σοῦ τῇ φυλακῇ πταίσματα
460 μνήμην διαρκῆ PV. *ibid.* ὅτι? 461 πράγματα PV.

NOTÆ.

452. *Odyss.* XII, 256.

453. Legerim περιτρέχει.

458. Patet Heraclium dissidia inter filios oritura cognovisse, et quantum ipse potuit studuisse ut eorum animos fraterni amoris vinculo devinciret. Sed invidia et regnandi ambitio, paterna monita ex animo natorum quam citissime delevit, ut historici testantur.

460. Emendator hic iterum prodit, atque in hoc iambo pro μνήμην διαρκῆ reponi vellet σοῦ τῇ φυλακῇ, et in sequenti τὰ πταίσματα pro τὰ πράγματα. Neutrum ex hisce lectionibus probavimus: gravior enim, ut nobis quidem videbatur, est sententia quam textus exhibet.

QUERCII DE BELLO AVARICO MONITUM.

Plures ac varias antiquis temporibus diversarum gentium migrationes esse factas, atque ex remotioribus Septentrionis partibus populos efferatis moribus profectos in meridionales regiones irrupisse, passim docent historiæ, quibus fidem facit Strabo v, p. 213, et Ammianus Marcellinus, XXXI, 5. Verum nulli crebrius quam Scythæ, qui et Sarmatæ et Sauromatæ quondam dicti sunt, nativis sedibus relictis, emigrarunt. Antiquissimis plane temporibus Scytharum reges virtute et belli artibus insignes multam ultra Tanaim fluvium regionem ad Thraciam usque subjugasse testis est Diodorus Sic. II, p. 90, sed multo magis sequioribus sæculis inclaruere apud nos Scythæ, qui sub vario gentium nomine totum late orbem terrarum occuparunt. Omnes enim illi populi, quos jure et merito Barbaros appellare solemus, quique cladem et necem Europæ universæ inferentes Romanum imperium penitus everterunt, e Scythiæ finibus prosiluere. Inde enim Alani et Vandali et Gepidæ et Gothi et Sclavi et Bulgari et Hunni et Abares et Turcæ aliæque pestes erumpentes, cœli mitioris benignitate illecti primum vicinas regiones, ac deinde etiam longissime positas invadere, omnia vastare, alienis potiri, novos mores ac leges ubique inferre, et in locis nullo jure occupatis injustissime imperare. Primi omnium tantam sensere cladem et perniciem Orientales illæ partes, quæ Romanorum imperatorum ditioni parebant: non enim aliunde quam ex illis locis patere ad nos potuisset aditus, neque, si Romanis vires ad resistendum suffecissent, in nos derivata esset tanta malorum colluvies. Porro, si Ammiano Marcellino, XXXI, 1, fides est, magnus hic tristissimusque eventus præsagiis ac portentis fuerat prænuntiatus: cum enim, Valente imperium tenente, infausta omnia undique portenderentur, Græci etiam quidam versus reperti sunt, prope Chalcedonem in quadrato lapide incisi, futura plane pandentes, quos quidem referre juvat, ut huic poematio lux affundatur.

Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατ' ἀστυχορείας
Τερπόμεναι στροφόωνται ἐϋστεφέας κατ' ἀγυιάς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
Δὴ τότε Οὖνια φῦλα πολυσπέρμων ἀποροῦσι
Ἴστρου καμψίρροο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην καὶ Μυσίδα γαῖαν·
Παιονίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
Αὐτοῦ δὴ βιότοιο τέλος καὶ δῆρις ἐθέξει.

Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas
Lætaque subsilient hilares per compita nymphæ
Ac funesta dabit murus munimina thermis,
Tunc Hunni innumeri variis e gentibus orti
Trajicient amnis Histri speciosa fluenta
Vastabuntque agros Marsos atque arva Scytharum.
Ast ubi Pannoniam attigerint, majora parantes,
Hos illic fatum et Martis violentia sistet.

Sic eleganter Græcos versus reddidit doctissimus Henricus Valesius, a quo tamen discessimus in quarti versus lectione, quia ad mss. codicum fidem, quos ipse laudat, legendum putavimus δὴ τότε Οὖνια φῦλα. At ille hic agi existimans de Gothis, non de Hunnis, Οὖνια rejecit, atque ex Socrate et Zonara restituens μυρία φῦλα, vertere maluit *tunc fortes populi*, etc. Verum quis

Digitized by Google

deceptum Valesium negabit, atque ibi contra id quod ipse ratus est, de Hunnis, non de Gothis sermonem esse non affirmabit, si animadvertat ipsum Ammianum, quasi Græcam inscriptionem esset interpretaturus, ita statim subdere? *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota, ultra paludes Mœoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit.* Quis autem ignorat Hunnos vel Chunnos vel Thynnos, quæ nomina idem sonant, generatim eos omnes populos fuisse appellatos, qui temporum variis intervallis in Europam turmatim se effuderunt; ita ut sicuti quondam antiquitus Scythæ una omnes dicebantur, ita postea iidem omnes Hunni dicerentur? Ejus rei testis est Agathias, *De regno Justiniani*, lib v, qui cum Hunnos aliasque barbaras gentes, quorum varia erant nomina, circa paludem Mæotidem habitasse affirmasset, ait : Οὗτοι δὲ ἅπαντες κοινῇ μὲν Σκύθαι καὶ Οὖννοι ἐπωνομάζοντο.

Ac ter quidem Hunnos in Romanorum ditionem irrumpere conatos esse colligimus ex historiis, et tum demum in Pannonia, quæ ab ipsis postea Hungaria dicta est, constitisse proditum est a plurimis scriptoribus. Primam quidem Hunnorum eruptionem 13 anno imperii Valentis, Christi 376, factam esse tradit Orosius lib. VII *in gest. Valentis.* Damna vero, quæ ex ea secuta sunt, enarrant præter Orosium auctor *Hist. Miscellæ*, lib. XII, *in Gratiano* : S. Hieronymus, *Epist. in epitaph. Fabiolæ;* Philostorgius, IX, 17 ; Priscus, in *Excerptis de legat.* p. 47, aliique, qui omnes e Scythia egressos Barbaros in maximam Europæ perniciem Hunnos appellarunt. Ejusdem gentis in conterminas regiones altera emigratio secuta est Justiniano I regnante, anno videlicet Christi 564. Ac tum quidem populi, qui in commune exitium exciti tot mala Romanis rebus attulerunt, *Abares* dicti sunt et *Hunni Abares.* Fidem faciunt Theophanes ad annum 787, Ado Viennensis an. 879, Aimoinus Floriacensis et Sigebertus in *Chronicis*, qui omnes Abares cum Hunnis confundunt, eosque Hunnos et Abares fuisse appellatos aperte testantur. Nominis etymologiam ex Hebraica lingua quidam repetentes Abarem idem esse voluerunt, ac si quis eos *palantes, vagos* et nomadum more *errantes* atque huc illuc *transeuntes* diceret. Alii vero contendunt quosdam Hunnos Abarum nomine insignitos, quod robore corporis et animi fortitudine cæteris anteirent, ut si quis *robustos validosque et bene dispositos* vocaret. Sed primam nominis originem Theophylactus Simocatta, VII, 8, videtur probare, dicens Hunnos qui post alios in Europam confugerant, Abarum appellatione fuisse contentos : Λέγεται γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς Σκυθικοῖς τὸ τῶν Ἀβάρων ὑπεῖναι ἐντρεχέστατον φῦλον. Horum autem dux Chaganus vocabatur, eodem Simocatta testante ibidem illos ipsos Hunnos Abares se dixisse, suumque principem Chaganum honoris causa nominasse : Οὗτοι Ἀβάρους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες, τὸν ἡγεμόνα τῇ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρύνουσι. Anno denique Christi 888 et 889 Hunni ab Arnulpho imp. Occidentis contra Moravorum regem Zwatapolugum evocati, et a Leone Philosopho imp. Orientis contra Bulgaros invitati, undique collectis viribus, multorum millium numero, suppetias laturi libenter concurrerunt : sed ea occasione arrepta totam Pannoniam occuparunt, quæ deinceps Hungariæ nomen adepta est. Præstat de hoc Hunnorum adventu tertio legere Reginonem abbatem Prumiensem *Chron.* lib. II; Luitprandum *Hist. de reb. Europ.* lib. I, Annales Fuldenses, tom. II *Script. hist. Franc.* ann. 892 ; Cedrenum, in *Compend. hist.;* Sigebertum, in *Chron. ad a.* 903; Joann. Aventinum, *Annal. Boiorum*, lib. IV; Æneam Silvium, qui postea fuit Pius II, pontifex, *Hist. de Sec. part. Asiæ*, aliosque gentis feritatem crudelitatemque enarrantes unaque simul exsecrantes : nos enim, ut hic tantum de secunda Hunnorum irruptione verba faciamus, monet Pisida qui horrendum facinus, quod anno Christi 626 de evertenda Cpoli Abares animo conceperant, versiculis non inelegantibus describit. Verum cum ea omnia, quæ nunc dicenda essent de Abaribus, commodius in notis ad singulos versus referri possint, a supervacaneo opere hic abstinendum ducimus. Igitur Abarum originem breviter indicasse sufficiat; ac si quis adhuc plura cupit addiscere, adeat Francisci Foris Otrokocsi *Origines Hungaricas*, quo in libro Hunnorum Abarumque res summa eruditionis copia pertractantur.

Quod autem ad præsens poema spectat, Sergio patriarchæ esse inscriptum facile dignoscitur : namque ei statim in principio hoc quidquid est laboris sui offert Pisida, v. 12, ac deinde passim ipsum alloquitur. Belli autem summam ducem fuisse Deiparam Virginem patet ex ipsis primis versibus aliisque operi intertextis : ejus enim ope vere Cpolis est ab hostium incursione liberata, ut omnes scriptores Byzantini una simul cum Pisida testantur, qui eam solam contra Abares dimicantem repræsentat. Sed Sergium quoque ipsum ut alium belli ducem præstantissimum ubique commendat, sed qui secundas ageret partes, nec nisi prece et lacrymis pugnaret, et Virginis Deiparæ nutu, ope et consilio totam rem militarem administraret, v. 230. Igitur a principio usque ad v. 125 Abarum origo, feri mores et fraudes enarrantur : tunc Pisida bellum ipsum Abaricum exorditur, et facta ad Sergium invocatione multum in ejus laudes excurrit, dicens, v. 130 : Ὦ πάντα πράττων. Nec sane immerito multum hac in re Sergio tribuisset noster Georgius, si modum servare nosset : constat enim Sergii custodiæ una cum filiis urbem commendatam reliquisse Heraclium imperatorem tum cum contra Chosroam dimicaturus discessit; cujus rei testis est præter cæteros Nicephorus patriarcha in Historia, p. 11. Heraclius, Persis et Abaribus eodem tempore infestantibus, cum simul et fame et pestilentia respublica premeretur, προσεκαλεῖτο Σέργιόν τε τὸν τῆς πόλεως πρόεδρον, ἔτι τε καὶ ἄρχοντας καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ μέρος, παρατίθεται αὐτοῖς τοὺς παῖδας, καὶ Βῶνον τὸν πατρίκιον ἐγχειρίζει τὰς τῶν πραγμάτων διοικήσεις. At Pisida, quod quidem plurium ope et virtute confectum fuit, totum id voluit ad Sergii pietatem referre, ut tantummodo eo gemente et Virgine Deipara protegente, nullis vero humanis viribus adnitentibus, et urbem servatam et partam victoriam esse constaret.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΟΜΕΝΗΝ ΕΦΟΔΟΝ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΥΤΩΝ ΑΣΤΟΧΙΑΝ, ΗΤΟΙ ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ ΕΙΣ ΤΟ ΤΕΙΧΟΣ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΜΕΤΑΞΥ ΑΒΑΡΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ.

—

EJUSDEM

DE INVASIONE FACTA A BARBARIS AC DE FRUSTRATO EORUM CONSILIO; SIVE EXPOSITIO BELLI QUOD GESTUM EST AD MŒNIA CPOLEOS INTER AVARES ET CIVES.

—

Τῶν ζωγράφων τις εἰ θέλει τὰ τῆς μάχης
Τρόπαια δεῖξαι, τὴν Τεκοῦσαν ἀσπόρως
Μόνην προτάξοι, καὶ γράφει τὴν εἰκόνα.
Ἀεὶ γὰρ οἶδε τὴν φύσιν νικᾶν μόνη,
Τόκῳ τὸ πρῶτου καὶ μάχῃ τὸ δεύτερον·
Ἔδει γὰρ αὐτὴν, ὥσπερ ἀσπόρως τότε,
Οὕτως ἀόπλως νῦν τεκεῖν σωτήριαν,
Ὅπως δι' ἀμφοῖν εὑρεθῇ καὶ παρθένος
Καὶ πρὸς μάχην ἄτρεπτος ὡς πρὸς τὸν τόκον.
Ἐγὼ δὲ μικροὺς τῶν ἀγώνων, ὡς ῥόδα,
Λόγους συνάξας ἐξ ἀκανθῶν τῆς μάχης,
Σοὶ τῷ φυτουργῷ τῶν φρενοσπόρων λόγων
Τούτους προσάξαι συμφερόντως εἱλόμην,
Ὅπως ὁ μακρὸς μὴ παρεκλύσῃ χρόνος
Τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς θαυμάτων κινήματα.
Ἤδη μὲν ὥσπερ δυσγενεῖς ἀποσπάδες

Pictor si quis velit belli tropæa ponere ob oculos, Virginem matrem solam ponat, ejus pingens imaginem : nam ipsa sola novit semper vincere (5) naturam partu primum et deinde bello. Æquum enim erat ut, sicut prius sine semine, ita nunc sine armis pareret salutem ; ut per utrumque constaret et esse virginem, et peræque esse intactam in bello ac in partu. (10) Ego vero paucos, quos inter certamina, ut rosas, sermones collegi ex spinis belli, tibi satori sapientium sermonum hosce offerre non inconsultus institui, ne longa post nos oblitteret ætas (15) nostrarum rerum admiranda molimina.

VARIÆ LECTIONES.

inscr. ἤτοι ἔχχεσις. ἔχθεσις ἕνεκεν P, qui in margine ἄλλως.

NOTÆ.

1. Deiparæ Virginis ope præsentissima Cpolitanam urbem contra Abarum hostiles impetus fuisse servatam, cum Heraclius in Perside contra Chosroam pugnaret, anno videlicet imperii ejusdem 16, Christi vero 626, die 29 mensis Julii, communis est scriptorum consensio. Vide *Chronicon paschale*, pag. 393 ; Theophanem in *Chronograph.* p. 264 ; Nicephorum patriarcham, in *Brev.* p. 12 ; Anastasium Biblioth. in *Hist. eccl.* ad annum Heraclii 16 ; et post hos Baronium ad annum 625. Nec aliter rem actam esse tradunt geminæ de bello Abarico narrationes, quas commentarii loco post hasce meas adnotationes adjiciam. Itaque merito totam de barbaris victoriam beatissimæ Virgini acceptam refert Pisida. Confer hos iambos cum inscriptionibus in templo Blachernarum positis, quas primus edidit Ducangius ad Zonar. t. II, p. 65.

3. Reponerem γράφοι.

12. Sergium a sanctitate morum et doctrinæ sæpe commendat. Vide *Hexaem.* in princ., ubi ipsum agricolæ evangelico comparat, qui mentium campos suæ eloquentiæ et pietatis fontibus irrigat alitque. Ita infra, v. 531, Heraclium imp. ejusque filios φυτουργίαν Sergii appellat, quod omnes ipse eruditerit et Christianis moribus informaverit.

16. Causam adventus Abarum in Europam recte indicat Pisida. Abares enim a Turcis victi, et usque ad Istri ripas progressi, ad Justinianum primum ac postea ad Justinum imperatores legatos miserunt ; qui cum illis societatem inire e re esse putarunt, quod barbaros homines nequirent in officio continere. Cum igitur omnibus sit manifestum Turcas montes Caucasios inter Pontum Euxinum et mare Caspium primitus incoluisse, patet Abarum quoque non multo longius fuisse sedem. Atque hinc profecto est quod ii, qui de fœdere ab Justino minore cum Barbaris facto agunt, et Abares Turcas et Turcas Hunnos vocent, nec satis firmi in gentium appellatione videantur, quia, ut dictum est in Monito ad hoc poemation, omnes illæ feræ nationes, quæ in Europam immigrarunt, Scytharum vel Hunnorum nomine designabantur,

Digitized by Google

Τούρκων ἀποσχισθέντες ἄγριοι κλάδοι,
Καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς εὐγενεστάτοις τόποις
Παρεντεθέντες ὥσπερ ἐμφυλλίσματα,
Καρποὺς παρεβλάστησαν ἐν τοῖς ἡμέροις
Φυτοῖς ὑποτρέφοντας ἀγρίαν φύσιν.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐκαθεῖσα τῶν κλάδων
Ἡ ῥίζα τῆς γῆς τοὺς ὅρους ὑφήρπασεν,
Ὕλη δὲ πολλῶν Βαρβάρων ἐγίνετο,
Οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη.
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς γῆν ἐμπεσοῦσαι λαμπάδες,
Ἡ φλὸξ ἐκείνη τοῦ γένους ἀνημμένη
Τὸ τερπνὸν ἄνθος τῶν τόπων ἐβόσκετο.
Ὅμως ἐπισχεῖν τὴν τοσαύτην ἀγρίαν
Ὁ ποντογείτων Ἴστρος ἴσχυσε μόλις
Ὡς ῥευστὸν ἀντίφραγμα καὶ τεῖχος νέον.
Τεῖχος γὰρ αὐτοῖς ἀντέβη τὰ κύματα
Καὶ φραγμὸς ἑστὼς εἰς ἀείδρομον φύσιν.
Τέως μὲν οὖν τὸ ῥεῖθρον ἀγράφῳ κρίσει
Τούτους μεσάζον τοὺς ὅρους ἐπήξατο·
Ὅσην δὲ λοιπὸν ἡ πολιτεία βλάβην

Jamjam qui tanquam viles apospades a Turcis avulsi silvestres surculi prope nostras nobilissimas regiones stabant appositi velut contribules, (20) fructus edebant, inter domesticas plantas subnutrientes feram naturam. Cum autem penitus infixa surculorum radix finitimam terram occupasset, et silva multorum barbarorum pullulasset, (25) non erat tolerabile vicinis damnum, sed veluti in teram illapsæ faces, flamma illius gentis accensa floridam loci venustatem depascebat. Verum cohibere tantam feritatem (30) late conterminus Ister vix potuit, tanquam debile vallum et murus novus. Murus enim contra ipsos erant aquæ, et vallum in labili consistens natura. Donec tamen ipsum flumen non scripta sententia (35) quos dividebat terminos conjunxit, quantum tum denique respublica detri-

VARIÆ LECTIONES.

21 ὑποστρέφοντας P. 30 παντογείτων PV cum ed.

NOTÆ.

ne Turcis quidem exceptis : testis est enim Theophanes, qui, p. 207, sic ait : Οὖννοι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, οὓς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν, πρεσβεύουσι πρὸς Ἰουστῖνον. Atque iidem sunt quos Hunnos Sabiros et Abasgos vocat Procopius, *De bello Goth.* IV, 3; Menander Protector, *De legat. Justini*, pag. 151, Turcas ; et Theophylactus Simocatta VII, 8, Sabiros et Abares appellant. Ac Evagrius quidem, cujus auctoritas plurimi facienda est, quia ejus sæculi est scriptor, Abares a Turcis divisos fuisse aperte tradit, lib. V, 1 : Ἔθνος δὲ Σκυθικὸν οἱ Ἄβαροι τῶν ἀμαξοβίων, τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον τὰ ἐπέκεινα πεδία νεμομένων, οἳ τοὺς γειτνιῶντας Τούρκους πασσυδεὶ πεφευγότες, ἐπεὶ κακῶς πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθεσαν, ἐπὶ τὸν Βόσπορον ἀφίκοντο... μέχρις οὗ τὰς ἡϊόνας τοῦ Ἴστρου κατειλήφασι, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐπρεσβεύσαντο. Evagrio similia narrat Simocatta, lib. VII, 7. Recte igitur Pisida Abares in contemptum ἀποσπάδας, *recisos*, vocat : ducta enim metaphora ab arborum amputatione, quam late prosequitur, dicit Abares esse avulsos et exsectos a Turcis velut ignobiles ac inutiles ramos. Henricus Stephanus in *Thes. linquæ Gr.* ad vocem ἀποσπὰς, cum animadvertisset ἀποσπάδα; dici a Suida τοὺς ἀποσπασθέντας *avulsos*, ἀποσπαδόντας autem τοὺς ἀποκοπέντας, *eunuchos* sive *castratos*, recte conjecit vocem ἀποσπὰς esse feminini generis, quod patet ex seq. versu 67, in quo Abares vocantur ῥίζα τῆς ἀποσπάδος, scilicet ῥάβδου, *radix avulsæ virgæ*.

18. Abares a Turcis pulsi cum ad Danubium usque pervagati essent, ab Justiniano imp. contra alios barbaros populos in auxilium acciti sunt, et in Romanæ ditionis fines recepti ac donis ingentibus honorati. Rem fusius narrat Menander Protector inter *Excerpta legat.* p. 99; Theophanes, p. 143, atque ex eo Anastasius, *Hist. Eccl.* ad an. Justini tertium. Cum autem ibi semel consedissent, non inde amplius eos ejiciendi Romanis imperatoribus fuit potestas. Corippus Africanus *De laud. Just. min.*, lib. III, Abarum legatum multa jactantem, et munera sibi ab Justiniano dari solita repetentem inducit, legato superbe loquenti iratum respondentem Justinum. Ita sane Justinus locutus est tum cum primum ad imperium est evectus, non diffidens se suis viribus posse Abares a Romanorum ditione expellere : sed postea ipsum quoque, quamvis invitum fœdera junxisse cum invisis Barbaris constat ex omnibus historiis.

23. Scilicet ad ripas Danubii constitit, ut dictum est supra V, 16.

25. Abares cum primum ad amnem usque pervenissent, se cis Istrum non esse transituros juraverant, ac Romani contra se trans Istrum non ituros promiserant. Sed nulla fuit fides Barbaris ; unde tot orta inter utrosque dissidia et bella, Romanis autem damna maxima illata. Franciscus Foris Otrokocsi, quem in Monito laudavimus, nimius sane est *Originum Ungaric.* part. I, cap. 5, in defendendis Hunnis, quos ut ab omni invidia liberet, Romanos fœdifragos facit, cum tamen constet nullo jure eos in alienam ditionem irrupisse, nec semel juramenta et fœdera dolo malo violasse, quod ex iis quæ sub Heraclio imp. contigerunt clarius elucet.

30. Recte παντογείτων appellatur *Ister* sive *Danubius*, qui suo cursu Romani imperii fines ad septentrionalem partem videbatur describere.

34. Cum Pisida bene observasset Istrum fuisse leve præsidium et propugnaculum contra Barbaros, quomodo Abares flumen transierint, mihi videtur indicare. Equidem, ut ex ejus verbis conjicio, hiemis tempore id factum esse censeo, cum Danubius gelu constringeretur. Ita sane tempore Arcadii, ad quod tempus fortasse respicit Pisida, evenisse tradit Philostorgius, lib. II, 8 : Ὅτι τῶν Οὔννων, φησὶν, οἱ μὲν τῆς ἐντὸς Ἴστρου Σκυθίας τὴν πολλὴν χειρωσάμενοι καὶ διαφθείραντες πρότερον, ἔπειτα παγέντα τὸν ποταμὸν διαβάντες, ἀθρόως εἰς τὴν Ῥώμην εἰσηλάσαντο, καὶ κατὰ πᾶσαν ἀναχυθέντες τὴν Θρᾴκην ὅλην τὴν Εὐρώπην ἐλῄσαντο. Ac similiprorsus ratione se in Europam penetrasse ipsi Abares gloriantur apud Corippum, lib. III. Hinc Pisida, opinor, Danubium ipsum poetice reprehendit, quod ἀγράφῳ κρίσει, *contra id quod erat sancitum*, terminos quos suo alveo dividere debuisset, gelu obduratus conjunxerit, τοὺς ὅρους ἐπήξατο.

Digitized by Google

Ἐκ τῶν ἀθέσμων Βαρβάρων ὑψίστατο,
Τῶν μὲν θελόντων τοὺς πεπηγμένους ὅρους
Ἀεὶ σαλεύειν, τοῦ δὲ Ῥωμαίων κράτους
Εἴργοντος αὐτοῖς τὰς καθ' ἡμῶν εἰσόδους,
Ἔμπροσθεν ἄλλοις εὐσυνόπτως ἐγράφη,
Ὅσοις ἔδειξε συμπαρέρπων ὁ χρόνος
Τὴν τῶν φθασάντων ἀσφαλῶς ὑποψίαν.
Ἐγὼ δὲ τοῖς ἔναγχος ἐντυχὼν χρόνοις
Αὐτοπροσώπων πραγμάτων ἐφάπτομαι,
Εἴπερ τις ἡμῖν ἔνθεος δοίη χάρις
Τῇ τῶν τοσούτων πράξεων ἀμετρίᾳ
Στολὴν παρασχεῖν τεχνικῆς εὐμετρίας.

Mênti ex iniquis Barbaris perpessa est! ipsis quidem volentibus pactos terminos semper transilire, et Romanorum potentia (40) contra obsistente, ne daretur ipsis ad nos aditus. Jam ante satis distincte scriptum est ab aliis, quibus clam præterlabens tempus concessit de rebus transactis habere indubiam suspicionem. Ego vero in hæc præsentia incidens tempora (45) res præsentes, ut sunt, tractare instituo, si quæ divina mihi largiatur gratia ut tot tantarumque rerum immensitati vestem exornem ex industriis numeris.

Μόλις μὲν οὖν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος
Ὁ δυσκάθεκτος καὶ βιοφθόρος δράκων,
Ὃς ἦγε πολλοὺς εἰς τὸ βλάπτειν αὐχένας
Ὕδρας ἐκείνης τῆς λαλουμένης πλέον,
Οἳ μέχρι νῦν σπαίρουσι καὶ τετμημένοι
Φύουσιν αὖθις· οἱ γὰρ ἰχῶρες πάλιν
Στάζοντες ὠδίνουσι τὴν κοινὴν βλάβην,
Καὶ ταῦτα πολλῶν πολλάκις τετμημένων
Ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν εὐσεβοῦς Ἡρακλέους.
Ὅμως δὲ ταύτην τὴν ἀφορμὴν ἡ νόσος
Ἡ τῶν καθ' ἡμᾶς προσλαβοῦσα πραγμάτων
Πολλὰς ἐποίει τῶν μερῶν διαιρέσεις,

Vixdum quidem exstinctus erat tyrannidis (50) ille indomitus et vitæ corruptor draco, qui multa extollebat ad nocendum capita, hydra illa, ut vocatur, tristior; cum ea quæ palpitare videbantur vel exsecta rursus enascuntur (ichores enim iterum (55) stillantes pariunt commune damnum), quamvis multa, nec semel, ex ipsis excidisset nostri pietas religiosi Heraclii. Tamen hanc ipsam nacta occasionem infirmitas, quæ nostrarum erat potita rerum, (60) multas formabat partium divisiones; cumque civium sanguinem contaminasset,

VARIÆ LECTIONES.

49 οὖν add. P. 51 εἶχε? an cum interprete ἦρε? 57 εὐσεβοῦς P.

NOTÆ.

36. Molesti quidem Abares Romanis, quandiu trans Istrum sunt commorati: sæpe enim flumen trajicientes et per Romanas provincias excurrentes omnia vastabant. Cum autem cis Istrum pedem intulissent, ibique certam sedem habere cœpissent, latior eis patuit via ad res Romanorum affligendas. Menander in *Exc. de legat.*, P. 101, testatur Abares per legatos postulasse ab Justiniano, ἐφ' ᾧ σφᾶς περιαθρῆσαι γῆν, ὅποι τὸ φῦλον θήσονται τὰς οἰκήσεις. Ac tum quidem de occupanda Sirmio amplissima ac celeberrima civitate, cogitasse ex eo apparet, quod in legatione, quam deinde ad Justinum miserunt, iidem petierunt ὥστε τὸ Σίρμιον οἱ ἐνδοθῆναι, καὶ τὰ συνήθη χρήματα. Ἃ Κουτρίγουροι καὶ Οὐτρίγουροι πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο βασιλέως, οἷα δὴ αὐτοῦ ἄμφω τὼ φύλω τούτω κατεχόντος, *ibid.* p. 151. Certe Justinus, quoad potuit, obstitit: sed sub Tiberio tandem τὸ Σίρμιον τὸ ἄστυ ἐν χερσὶν ἐγεγόνει τῶν Οὔννων· προῆλθον αἱ σπονδαί· αἱ δὲ συνθῆκαι ἐπονείδιστοι Ῥωμαίοις. Menander, *ibid.* p. 117. Propterea Pisida exclamat ὅσην δὲ λοιπὸν, etc. Abares enim non contentos Istrum trajecisse, ultra Savum etiam superstructo ponte vagatos esse liquet ex eodem auctore, p. 128.

38. Omnes post Justinianum imperatores, videlicet Justinus, Tiberius, Mauricius, Phocas et Heraclius, conati sunt trans Istrum Abares compellere, sed frustra, quod viribus impares essent ad reprimendos Barbaros, præsertim cum uno eodemque tempore eis esset dimicandum contra Persas, a quibus vexabantur; unde non semel ad incitas redacti Abarum opem implorare coacti sunt.

41. Historici, quos tacitus laudat Pisida, quod ante se de rebus cum Barbaris gestis scripserint, certe sunt Dexippus Atheniensis, Eunapius Sardianus, Priscus Penita rhetor, Menander Protector, Procopius Cæsariensis, Agathias Myrinensis scholasticus, Theophylactus Simocatta, aliique, quorum opera aut integra aut mutilata reperiuntur in corpore *Hist. Byzantinæ*.

49. Abarum origine et bellorum causa inter Barbaros et Romanos indicata, quæ mala Abares ipsi Heraclio imp., qui Phocæ successit, comparaverint, enarrare aggreditur.

50. Phocam quocunque contumeliæ et probrorum genere affectum passim invenies in scriptoribus Byzantinis. Theophanes, p. 242, de ejus electione sic ait: Ἀναγορεύεται τὸ κακὸν, καὶ Κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορὰ, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα. Hinc Pisida eum hydræ comparat. Vide *Heracliad. acroas.* II. 5 et seqq.

54. Alios post alios dicit, ut puto, esse generatos Abares, ut nunquam defecerit Barbarorum natio, sed in Romanorum perniciem semper excreverit. Ex ichore autem eos natos dicit, tanquam ut vilissimum genus traducat. Ἰχὼρ enim quamvis Homero, *Iliad.* v, 340, sit sanguis, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν, at medicis est quidam vitiosus humor, et ut plurimum pus et sanies; quod patet ex Galeni *Comment. secundo in lib.* VI *Epidem.* p. 424, qui Hippocratis cum Platonis sententia circa ichoris malignam qualitatem conciliat. Igitur Pisida Abares ex sanie et tabifico quodam humore generatos facit, ut quid pestilens et morbidum eos esse demonstret.

57. Nullus ex scriptoribus Byzantinis prodidit memoriæ Heraclium sæpius contra Abares pugnasse: omnes enim bis tantum eo imperante Barbaros urbem Cpolim invadere aggressos esse tradiderunt; de quo gemino bello agit etiam Pisida in hoc poemate. Verum jam ante Heraclium multoties cum Barbaris dimicasse eosque fregisse nos hic admonet Pisida.

59. Summam rerum confusionem, in qua tunc erat res Romana, breviter describit. Hinc enim

Digitized by Google

Καὶ τοῖς ἑαυτοῖς αἵμασι πεφυρμένον
Ὅλον τὸ σῶμα τοῖς πόνοις ἐδόσκετο.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς, ὡς μέλισσαι, Βάρβαροι
Κύκλῳ περισφίγξαντες, ἐμπίδων δίκην,
Σπουδὴν μὲν εἶχον πᾶσαν ἐξᾶραι πόλιν,
Πρώτην δὲ τὴν ἀνθοῦσαν ὡς πρώτην πόλιν.
Ἕως μὲν οὖν ἡ ῥίζα τῆς ἀπασπάδος
Ἐν τοῖς ἐφαρπαγεῖσι τῶν Σκυθῶν τόποις
Τὸ τοῦ γέροντος ἐθρασεύετο θράσος,
Ἄχθος μὲν εἶχεν ἐξ ἀνάγκης ἡ πόλις,
Ἀλλ' ἦν τὸ λυποῦν τῷ δοκεῖν ὡρισμένον·
Κουφίζεται γὰρ καὶ τὸ τῆς βλάβης βάρος,
Εἰ μέτρον οἶδεν ἐν κακοῖς ὡρισμένον.
Οὕτω μὲν οὖν τὸ τακτὸν εἶχομεν βάρος,
Ἕως τὸ γῆρας τῷ Σκύθῃ παρεκράτει.
Ἐπεὶ δὲ τὸν χοῦν ἀντεπῆρεν ἡ κόνις,
Καὶ πρὸς τὸν οἶκον τῆς ταφῆς ὠδοιπόρει,
Τὴν γῆν ὀφέλκων ἐξ ἐκείνης εἵλκετο,
Μετῆλθεν αὖθις εἰς τὸν ἄγριον βίον
Τῆς ὠμότητος τοῦ πεσόντος ὁ κλάδος·
Παλινδρομεῖν γὰρ οἶδεν Εὐρίπου δίκην
Εἰς τοὺς ἀγωγοὺς τοὺς ἑαυτῆς ἡ φύσις,
Εἰ καί τις αὐτὴν ἐκ βίας ἐναντίας
Ποιεῖν ἑαυτῇ τὴν ῥοὴν ἀναγκάσει.
Ἐντεῦθεν ἡμῖν ποῖος ἀρκέσει λόγος
Ἢ νεῦρα φωνῆς ἢ δεκάγλωσσον στόμα,
Δι' οὗ φράσωμι τὸ ξενόσπορον τέρας,
Τὸ τοῦ γέροντος δυσκάθεκτον ἔγγονον,
Ἢ τὸν κεραυνὸν, ἢ τὸν ἔμψυχον σάλον,
Ὃ γλῶσσα μὲν πρόσεστι συγκεκομμένη,
Καὶ πνεῦμα πικρὸν, καὶ πεφυρμένος λόγος,
Καὶ χεῖρες εἰκῇ ψηλαφῶσαι τὸ ξίφος

totum corpus ærumnis conficiebat. Hinc nos, ut apes, Barbari gyro circumvallantes, culicum more, (65) in animo habebant omnes urbes evertere; ac primo urbem, quæ ut prima magis florebat. Quandiu igitur radix illa apospadum inter usurpata a Scythis loca senis est ausa ostentare audaciam, (70) incommodum ferre fuit coacta civitas, sed erat dolor, ut videbatur, definitus : levatur enim etiam damni pondus, si quis modum noverit malis esse constitutum. Ita igitur dimensum erat nostrum incommodum, (75) usquedum senio Scytha succumberet. Verum postquam ad humum conversa est pulvis et ad domum sepulturæ profecta est, qui terram occupavit ab ipsa est occupatus. Ac tum rursus rediit ad agrestem vitam, (80) et feritatem induit excisi recens virgultum : recurrere enim novit, instar Euripi, in suum proprium alveum natura, quamvis quis illam ex vi contraria adversus se ipsam fluere compellat. (85) Proinde quinam mihi sufficiat sermo aut vocis intentio aut os decem linguarum, quo narrem ex peregrino semine monstrum, senis indomitum genus? Dicamne fulmen aut animatam procellam, (90) cui lingua est blæsa et ferox spiritus, et mistus sermo, et manus temere contrectantes gladium, et animus exsultans recordatione ebrietatis?

VARIÆ LECTIONES.

61 ἑαυτῆς? *ibid.* πεφυρμένως P., πεφυρμένος ed. 64 ἐλπίδων P. 66 πρώτην P. πρῶτα ed. 78 an τὴν γῆν 0' ὀφέλκων?

NOTÆ.

Barbari, inde Persæ cladem et exitium Romanis minabantur. Tota autem civitas factionum studiis divisa, quæ scelerum auctorem et ducem habuerat Phocam, mutuis cædibus et flagitiis vacabat. Οἱ μὲν Πέρσαι, ait Theophanes, p. 248, ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. At Pisida videtur indicare Cpolitanos cum Barbaris amicitiæ vel consanguinitatis legibus fuisse conjunctos atque permistos.

61. De factionibus Veneta et Prasina, ad quas hic certe alludit poeta, alibi erit opportunior locus dicendi. Vide *Heracliad.* acroas. II, 34 et seqq.

63. Cum ex amplissimo suo statu concidisse ac tot externis et intestinis morbis laborare Romanam rempublicam Barbari cognovissent, de ea perdenda cogitarunt.

67. Vide supra, v. 16.

68. Alludit ad varias diversarum gentium in Europam irruptiones, de quibus vide supra in *Monito*, ubi observatum est omnes Barbaros originis Scythicæ fuisse. Abares autem Gepidas et Longobardos, qui primi Istrum trajecerant et in Pannonia constiterant, in fugam verlisse et loca ab illis occupata sibi retinuisse, testis est Alexander *De legat.* p. 114.

69. Τοῦ γέροντος, videlicet *Scythæ*. Quippe jam ab anno 13 imperii Valentis Hunnos vel Scythas in Thraciam usque pervasisse dictum est in *Monito*, ac luculenter demonstrat Marcellinus, XXXI, 2. Infra, v. 88 τοῦ γέροντος ἔγγονον.

78. Sensus, opinor, hic est : « Spes nobis inerat Abarum mortem, qui sub Justiniano imp. nostras regiones occupaverant, nostris malis finem esse allaturam : sed τὴν γῆν ὀφέλκων ἐξ ἐκείνης εἵλκετο, qui mortuo successit, mortui naturam induit. Immite sævunique parentum ingenium traductum est in filios, qui æque ac illi Barbari et crudeles detecti sunt. *Mali enim corvi*, ut est in proverbio, *malum ovum.* »

83. Simile illud Horatii epist. 1, 10, 24 : *Naturam expellas*, etc.

86. Cf. Homerus, *Iliad.* II, 488.

87. Abarum genus ex adductis causis, quod ex Scythia prosiluerint, ξενόσπορον τέρας appellat. Fortasse ad formæ fœditatem alludit, de qua sic Ammianus Marcellinus, p. 616 : Hunni *spadonibus similes, compactis omnes firmisque membris et opimis cervicibus, prodigiosæ formæ et pandi, ut bipedes existimes bestias, vel quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incompte.* Ac de eorum origine idem auctor, p. 618, sic ait : *Nullusque apud eos interrogatus respondere unde oritur potest, alibi conceptus, natusque procul, et longius educatus.*

88. Vide v. 69.

89. Barbarorum multitudinem et feritatem notat, de quibus consulendi auctores in *Monito* laudati. Sed præstat legere Ammianum Marcellinum, qui suam narrationem sic exorditur : *Hunnorum gens, monumentis veteribus leviter nota..... omnem modum feritatis exredit.*

Digitized by Google

Καὶ θυμὸς ἄττων εἰς ἀνάμνησιν μέθης;
Ποῖον γὰρ ἔργον ἢ φιλόπλουτον χάριν,
Ἵστιν δὲ ποίαν καὶ λόγου καὶ πράγματος,
Ὁ πάντα πράττων συμφερόντως δεσπότης
Παρῆκεν ἢ μεθῆκεν εἰς ὑπερθέσεις,
Θέλων μαλάξαι τὴν ἀσύνθετον φύσιν
Σχέσει λογισμῶν, δωρεῶν ὑποσχέσει,
Πειθοῖ τὰ πρῶτα καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα;
Ποίαν δὲ γλώσσης οὐκ ἐκίνησε λύραν
Ἐκ τῆς ἑαυτοῦ μουσικῆς ἡρμοσμένην,
Ἣ πείθεται μὲν πολλάκις τὰ θηρία,
Πραΰνεται δὲ καὶ τὸ δημῶδες θράσος,
Ὁ μυρίων τις εὐπορήσας Ὑρφέων
Οὐκ ἂν μαλάξοι· καὶ γὰρ ἐργωδέστερον
Ἄνθρωπον εἶξαι τοῦ μαλάξαι θηρία.

Ὅμως ἐνίκα τῇ κρίσει τοῦ χείρονος
Ὁ βάρβαρος νοῦς τὴν κακὴν νίκην ἔχων·
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ τὰς μελανθείσας φρένας
Ἔργων φιλέχθρων ἐκκαθαίρειν ἠξίου,
Ὁ δ' αὖ γε διπλοῖς Αἰθίοψ ἐγίνετο.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ὡς ἀλώπηξ τοὺς δόλους
Ὑπῆλθεν ἐνδὺς τὴν κακὴν ἀπιστίαν,
Ἔξω μὲν ὄψιν ὡς πρὸς εἰρήνην πλάσας,
Ἔσω δὲ λυττῶν ὥστε κλέψαι τὴν μάχην,
Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἦλθεν ὡς εἰς συμβάσεις,
Τέχναις ἐνόρκοις συγκαλύψαι τὸν δόλον,
Καὶ τῷ μὲν εὐτρέπιστο τόξα καὶ μάχη,
Ἡμῖν δὲ δῶρα καὶ πρὸς εἰρήνην λόγοι,
Μετῆλθεν ἡμᾶς οὐχ ὁ βάρβαρος δόλος
Ἀλλ' ἡ καθ' ἡμᾶς συγγενὴς ἁμαρτία.

Ecquod enim officium aut quæ munera, (95) quamque fidem et dicto et facto præstitam, omnia utiliter disponens despota omisit aut neglexit, ut traheret moras, studens emollire fœdifragam naturam vi rationis et donorum promissione, (100) suasione primum, et deinde scripto? quam autem linguæ non movit lyram ex sua musica scientia temperatam, quæ persæpe suadet etiam feras demulcetque etiam popularem audaciam, (105) quam qui sexcentis instructus Orpheis nequeat lenire: quippe est difficilius homines domare quam lenire feras. Interea vincebat maligni judicio Barbarus iniquam victoriam reportans. (110) Nam ille quidem hujus nigram mentem a factis criminosis purgare satagebat: at hic contra duplex Æthiops fiebat. Ubi vero tandem, veluti vulpes dolos penitus induit, ascivitque malam fidem, (115) extra quidem vultu quasi ad pacem composito, intus autem furens, ut belli dolos absconderet, ad mœnia accessit veluti ad firmanda fœdera, clam edito juramento de celanda fallacia. Quippe illi erant in promptu arma et bellum, (120) nobis contra dona et pacifici sermones. Oppressit nos non Barbarorum dolus, sed quod nobis erat insitum peccatum.

VARIÆ LECTIONES.

97 παρεῖδεν P. 102 ἑαυτῷ codices et ed. 103 τά. καὶ P. 110 μαλανθείας codices et ed.

NOTÆ.

93. Franciscus Foris Otrokocsi, c. 4, p. 124, in suis Hunnis commendandis semper diligens et studiosus Attilæ convivium, de quo Priscus in *Excerpt. legat.*, p. 67, cum Assueri convivio non dubitat comparare. Exinde autem Scytharum temperantiam immodicis effert laudibus; verum meminisse eum oportebat dici solitum de iis qui intemperantius vino indulgent, σκυθοπιεῖν.

94. Primam Abarum Heraclio regnante contra Cpolim irruptionem narrare aggreditur. Plura de hac re in *Chronico paschali*, p. 389; in Theophane, p. 252; in Nicephoro, *Comp. Hist.*, p. 9; ac post eos in Cedreno, p. 408; et in Baronio, ad finem anni Christi 618: ex omnibus hisce auctoribus satis liquet hoc primum bellum Abaricum, vel potius deprædatoriam incursionem, actam esse, cum adhuc Heraclius in urbe versaretur, ac anno prorsus imperii illius 9 et Christi 619, quamvis Pagius, cum dissidentes inter se cognovisset auctorem *Chronici paschalis* et Theophanem, in annum 621 id rejiciendum putaverit. Sed dubium sustulerunt Petavius in notis ad Nicephorum et Mansius in notis ad Baronium. Φιλόπλουτον χάριν annua non modo tributa pendere Abaribus non neglexisse Heraclium, sed etiam munera misisse videtur hic asserere Pisida: unde ridendus venit superius memoratus Otrokocsi, qui cum qua ratione ab hac perfidia contra Heraclium suos Hunnos defenderet, non invenisset, ait, p. 219, *eos ideo motos fuisse, quod viderent se diu quiescentes contemni et posthaberi a Romanis, tributoque ex pactione debito defraudari.* At Pisida contra affirmat nihil intentatum reliquisse Heraclium, ut eorum fœdifragam naturam emolliret; quod sane mihi est etiam probabilius ad credendum, eo quod ipse imperator de bello contra Persas movendo tantummodo sollicitus esset.

99. Abarum fraus manifesto evincitur. Heraclius enim σχέσει λογισμῶν adhibitis primum legationibus, καὶ δωρεῶν ὑποσχέσει, et deinde promissis donis firmam cum Abaribus pacem inire contendit, atque id non verbis tantum sed etiam scripto sanctum est. Hoc enim puto significare ea verba πειθοῖ τὰ πρῶτα καὶ λόγῳ τὰ δεύτερα. Vere igitur sibi societate conjunctos eos habere studuit Heraclius. Quid quod hæc fœdera ipso Abarum rege Chagano flagitante icta sunt? rem narrat Nicephorus, p. 9.

105. Cf. Horat. *Art. poet.*, 390.

108. Alludit ad judicem iniquitatis, de quo Luc. XVIII. Anastasius Sinaita, quæst. 149, diabolum eum esse dicit: Deus enim contra judex justus, fortis et longanimis, etc., ac diabolus quidem apud SS. Patres sæpe πονηρὸς audit.

110. Legerem μελανθίας, quod nomen deduxit Pisida a planta melanthio, sive nigella, de qua Dioscorides, III, 93, et Theophrastus VII 9: melanthii quippe semen nigerrimum est.

112. Vide Erasmum *Adag.* p. 169; *Æthiopem lavas;* et p. 947; *Æthiops non albescit.*

113. Merito fraudulentum et vere diabolicum Abarum ingenium exagitat Pisida: nunquam enim turpius fides violata est. Rem pete ex laudato Nicephoro, ibid.; cui consonant auctor *Chronici paschalis*, et Theophanes.

121. Imperita quædam manus δόλος in δόλως convertit in codice, quasi vox Βάρβαρος sit generis substantivi, quæ tamen sæpius occurrit pro adjectivo usurpata, ut v. 109.

Digitized by Google

Ὅμως τὰ πολλὰ τοῦ πάθους σιγητέον·
Λυπεῖν γὰρ οἶδε καὶ λαλούμενον πάθος.
Ἀλλ' εἶμι λοιπὸν πρὸς τὰ τῆς νεωτέρας
Μάχης τρόπαια, καὶ πάλιν δὲ συμμάχου
Τῆς σῆς προσευχῆς εὐποροῦντες οἱ λόγοι,
Ὡς πρὸς συνήθη καὶ φιλεύδιον πόρον,
Ἄγουσι πρὸς σὲ τὴν λαλοῦσαν ὀλκάδα,
Ὦ πάντα πράττων ὥστε μὴ στεῖράν ποτε
Ψυχὴν παρελθεῖν, ἀλλὰ σπείρων ἀεὶ,
Καὶ τεκνοποιῶν τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν,
Καὶ παρθενεύων, καὶ πλέον μήτηρ μένων·
Μάλιστα γὰρ νῦν πάντας ὠδίνεις μόνος,
Καὶ πᾶσά σοι γῆ σπαργανοῦται καὶ πόλις,
Ταύτης δ' ὑμῶν ἐκ Θεοῦ σεσωσμένης.
Χαῖρε, στρατηγὲ πρακτικῆς ἀγρυπνίας·
Σὺ μὲν γὰρ ἑστὼς ἐξ ἑτοίμου καρδίας
Μηδὲν λαλῶν ἔφραζες, ἡ δὲ σὴ στάσις
Πτῶσις κατ' ἐχθρῶν εὐθέως ἐγίνετο.
Χαῖρε, στρατηγὲ τῶν ἐνόπλων δακρύων,
Τῶν πυρπολούντων τὸ θράσος τὸ βάρβαρον·
Ὅσον γὰρ ἁπλοῖς τὰς ῥοὰς τῶν ὀμμάτων,
Τοσοῦτον εἴργεις τὰς ῥοὰς τῶν αἱμάτων.

A Ὁρῶν γὰρ ἡμῶν τοὺς ἀκανθώδεις ῥύπους
Ἐκ τῆς ἀκάρπου τῶν κακῶν κακουργίας
Πρὸς καῦσιν ἤδη καὶ φθορὰν ἠπειγμένους,
Φθάνεις τὸ πῦρ μὲν ὡς πρὸς ὕλην ἡμμένον,
Πρὸς δ' αὖ τὰ δένδρα τὴν τομὴν τεθειμένον,
Πηγὰς δὲ τῶν σῶν ἐξάνοιξας ὀμμάτων
Ἄρδεις τὰ χέρσα καὶ δροσίζεις τὴν φλόγα.
Καὶ τὰς ἀκάρπους καρδίας μετειργάσω
Καρποὺς ἐνεγκεῖν ἐξ ἐπομβρίας ξένης.
Ἡδεῖς γὰρ, ἧδεις, ὡς γεωργῶν τὰς φρένας,
Ὡς οὐκ ἔνεστιν ἐμφορῆσαι καρδίαν,
Εἰ μὴ καθαρθῇ πρῶτον ἀμπέλου δίκην,
Ἔπειτα πυκνὸν ἐκχέοι τὸ δάκρυον,
Οὕτω τε λοιπὸν ἐγκαλοῖ τοὺς ὄμφακας.
Πλὴν οὐδὲ ταύτης ἐντελὴς ἀκαρπία,
B Ἕως ὁ βλαστὸς προσλαβὼν τὸν ἥλιον,
Καὶ μηδὲν ὠμὸν εὑρεθῇ τῆς ἀμπέλου.
Ἡμᾶς δὲ τῆς σῆς πίστεως ἡ θερμότης,
Καὶ πρὶν γενέσθαι τοὺς συνήθεις ὄμφακας,
Καρποὺς ἐνεγκεῖν ὡρίμους ἠνάγκασε
Θέλω δὲ τούτων τὰς ἀφορμὰς τῶν λόγων
Ὡς τὴν ἐναγχος ἱστορῆσαί σοι μάχην.

Verum, ut plurimum, præstat tacere mala : nam est molesta etiam malorum recordatio.

(125). Age vero jam progredior ad recentis belli tropæa. Rursus ex commilitante tua prece uberes facti mei sermones tanquam ad consuetum et tranquillum portum, ad te compellunt eloquii navigium. (130) O præstans omnia, ut qui nunquam sterilem animam linquis, sed fecundas jugiter, et filios procreas Deo quotidie, et Virgo perstans fis mater fecundior. Nunc enim vere omnes tu solus parturis, (135) et omnis a te terra et urbs fasciis involvitur, hac una urbe per te a Deo servata. Salve, dux in agendis efficax excubiis : tu enim stans contra ex intrepido corde, ore obmutescens, loquebaris : tua vero statio (140) clades in hostes repente facta est. Salve dux, armatis militans lacrymis, quæ barbaricam frangunt audaciam : quo enim magis dilatas fluxus oculorum, eo magis coerces fluxus sanguinum. (145) Nam videns nostri cordis sentes sordidas ob infructiferam peccatorum nequitiam ad corruptionem combustionemque adactas, ignem prævertis jam ad silvam accensum, et velut ad arbores succisas positum : (150) fontibus vero tuorum adapertis oculorum, quod aridum est irrigas, et irroras flammam. Atque ita C fecisti, ut infructifera corda fructus efferrent vi peregrinæ pluviæ. Optime enim nosti, tanquam mentium agricola, (155) quemadmodum nil valeat cor producere, nisi mundetur prius instar vitis, tum largas effundat lacrymas, atque ita tandem emittat racemos. At vitis interea prorsus sterilis manet, (160) usque dum germen susceperit solem, nihilque crudi remanserit in vite. Nos autem tuæ fidei fervor, priusquam etiam sueti pullularent omphaces, fructus efferre maturos coegit.

(165) Equidem velim rerum hujusmodi rationes,

VARIÆ LECTIONES.

131 εἰσαεί; 154 ἥδει γὰρ ed. 155 εὐφορῆσαι? 158 ἐκκαλοῖ? an. ἐκβάλοι? 159 ταύτας P. *ibid.* imo εὐκαρπία. 160 προσλάβῃ?

NOTÆ.

122. Scelera et flagitia quibus tunc temporis obruebantur Cpolitani tacitus carpit. Porro Cedrenus, quam essent civium omnium perditi mores, satis ostendit narrans, p. 407, sanctum quemdam monachum, Phoca imperante, a Deo quæsisse cur tam impium Christianis imperatorem dedisset, vocemque sibi respondentem audivisse : Ὅτι χείρονα τούτου οὐχ εὗρον πρὸς τὴν κακίαν τῶν νῦν κατοικούντων ἐν τῇ πόλει. Vide *Heracliad.* II, 83.

125. Paucis expeditus a primæ Abaricæ fraudis narratione ad secundam latius exponendam progreditur. Hoc est enim vere bellum Abaricum, de quo agere in hoc poematio intelligit poeta.

127. Sergii patriarchæ precibus factum est ut Deipara Virgine intercedente placaretur divina justitia et Cpolitani de Barbaris victoriam referrent. Propterea tot laudes hic congestæ ad pietatem ejusdem Sergii efferendam, quem Pisida ut belli ducem et heroem salutat.

130. Confer hos iambos cum Hexaem. v. 39.

136. Sæpe in Pisida ὑμῶν pro σοῦ.

139. Similia in Hexaemero de eodem Sergio, v. 1881.

143. Vide Hexaem. v. 1888.

145. Spinarum sordes sunt peccata. Alludit ad parabolam de zizaniis, Matth. XIII, 40.

147. Cf. Joan. XV, 6.

149. Cf. Luc. XIII, 7.

154. Legerem ἥδη vel certe ἥδεις. Quæ sequuntur, secundum Apostolum I Cor. III, dicta sunt.

Digitized by Google

Ἀλλ' ἐξ ἐναύλου τοῦ φόβου συστέλλομαι,
Καὶ μηδὲν εἰπεῖν ὡς θέλω βιάζομαι.
Ὅμως ὁ πάντων εἰκονογράφος λόγος
Καὶ ταῦτα μέτροις τεχνικοῖς συναρμόσοι,
Ὡς παντὸς ἔργου πρακτικὸς καλλιγράφος.
Ἡ μὲν ζάλη σφύζουσα τῶν ἐναντίων
Ἐπῆλθεν ἡμῖν, ὡς ἄμετρα κύματα,
Τὴν ψάμμον ἐκπτύσασα τὴν τῶν Βαρβάρων.
Τὸ γὰρ κακὸν φύσημα τῆς Θρᾴκης ὅλης
Χειμῶνα πολλῶν ἐκ νεφῶν συνηγμένον
Ἤγειρεν ἠρῖν ἐξ ἀνάγκης ἐν θέρει·
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν πλησίον τῆς ὁλκάδος
Τῆς σῆς προῆλθεν ἡ ζέσις τοῦ πνεύματος
Καὶ πανταχοῦ κίνδυνος ἦν ἠρτημένος
(Πᾶν γὰρ τὸ κύκλον τοῦ σκάφους ἐβάπτετο),
Αὐτὸς παραστὰς τοῖς ἐπιπλωταῖς ὅλοις·
Ἄνω τε ποιῶν ἐκτενῶς τὸν αὐχένα,
Πᾶσι παρῄνεις ὥστε τῆς ἁμαρτίας
Ἄχρηστον ὄντα μὴ παρέλκειν τὸν στόλον,
Ἀλλ' ἐκβαλεῖν ἕκαστον ἐκ τῆς καρδίας
Τὰ τῶν περιττῶν φορτίων βαρήματα,
Μή πως κατασπασθεῖσα τῷ θείῳ βάρει
Ἡ κοσμικὴ ναῦς ζημιώσῃ τὸν βίον.
Καὶ ταῦτα πράττων εἰς ἀῦπνους ἡμέρας
(Καὶ πᾶσα γὰρ νὺξ ἔργον εἶχεν ἡμέρας·)
Μόνος τοσοῦτον ἠγριωμένον νέφος
Εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συντριβὴν ὑποστρέφεις.
Οὐκ ἦν γὰρ ἁπλῆ, καὶ μονήρης ἡ μάχη,
Ἀλλ' εἰς πολυσχεδεῖς τε καὶ πολυπλόκους
Ἀρχὰς ἀπεσκίρτησε συμπεφυρμένη.
Σθλάβος γὰρ Οὔννῳ καὶ Σκύθης τῷ Βουλγάρῳ
Αὖθίς τε Μῆδος συμφρονήσας τῷ Σκύθῃ,
Γλωσσῶν ἔχοντες καὶ τόπων μερίσματα,
Καὶ χωρὶς ὄντες καὶ μακρὰν συνημμένοι,
Μίαν καθ' ἡμῶν ἀντεκίνησαν μάχην,
Καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀξίουν ἀπιστίαν
Ἔχειν καθ' ἡμῶν πίστιν ἠκριβωμένην.
Ἔνθεν μὲν οὖν ἔβραζεν ἡ Σκυθότροφος
Σκύλλα σφοδρῶς ζέσασα, τῆς δὲ Περσίδος
Ἐκεῖθεν ἡ Χάρυβδις ἀντήχει μέγα.

æque ac peractum nuper describere bellum; sed recenti adhuc horrore deterreor, et ad dicendum, ut vellem, animus deficit. Attamen quarumcunque rerum pictor sermo (170) hæc etiam industriis concinnabit modulis, ut rerum omnium scriptor peritus.

Horrida quidem ingruens inimicorum tempestas nos super incubuit, velut unda immensa, eructans Barbarorum arenam: (175) malignus enim ventus ab universa Thracia ex multis nubibus conflatam hiemem in nos violenter concitavit æstatis tempore. Ubi vero tandem in navim propius tuam irrupit venti violentia, (180) atque undique paratum erat periculum (totus enim ambitus navis jam mergebatur), tu statim astans adnavigantibus omnibus, sursumque extollens alacriter caput, omnes hortabaris ne si quis ob peccata (185) esset incommodus, retardaret classem, sed unusquisque a corde projiceret supervacanei ponderis sarcinas, ne deturbata gravi Dei judicio mundialis navis subiret vitæ periculum. (190) Hisce occupatus per integros insomnes dies (tota enim nocte operi vacabas diei), solus tam efferatum turbinem in tuam propriam convertis sollicitudinem. Non enim unum erat simplexque bellum, (195) sed in multum diversas et varie commistas gentes late diffusum ac promiscuum. Nam Sthlabus cum Hunno, Scytha, linguas habentes singuli et regiones divisas, (200) longe inter se dissiti et a longe uniti, unum contra nos moverunt bellum; suamque ipsorum volebant infidelitatem haberi a nobis loco fidei perspectissimæ. Hinc igitur æstuabat Scytharum altrix (205) Scylla vehementer furens, et Persidis inde Charybdis obstrepebat valide. Hos inter autem me-

VARIÆ LECTIONES.

174 ἐκπτύουσα ed. 176 συνημμένον ed. 180 ἠρτυμένος. P. 181 κύκλῳ? 182 παριστὰς codices et ed.

NOTÆ.

167. Ἔναυλος certe est *recens*, quasi adhuc insonans auribus. Testem habeo Suidam, qui ait: Οὐ πρὸ πολλοῦ μνημονευόμενον, ἔτι ἐνηχούμενον. Idem Suidas hanc explicationem confirmat exemplo Pisidæ, quod videsis inter fragmenta v. 87: sed eadem vox in eodem sensu usurpata occurrit, *De exped.* II, 152.

171. Scite orationem καλλιγράφον vocat: ille enim perfectus est orator, qui de quacunque re, quam sibi exornandum sumit, novit dicere ornate et apposite. Vide Ciceronem, lib. I *De invent.* et lib. I *De orator.* Caterum de calligraphis et tachygraphis, a varia scribendi elegantia et peritia sic dictis, a quibus mutuatur Pisida metaphoram, videndus Montfauconius, *Palæogr. Gr.* p. 35. Confer *De exped.* I, 60.

172. Quæ sequuntur usque ad v. 213, allegorice dicta sunt. Barbarorum hostiles conatus sunt turbines et procellæ, navis jactata ventis et tempestatibus est Cpolis; nautæ sunt cives; navis gubernator est Sergius.

174. Ita v. 89 Abarum gentem ἐμψυχον σάλον appellavit.

175. Omnes Barbari, qui circa Thraciam consederant, simul cum Abaribus conspirantes vires suas contulerunt, ut magis sævam horridamque tempestatem contra urbem principem conflarent. Qui fuerint Barbari, vide infra v. 137.

176. Recte ἐν θέρει. Cf. *Chron. paschale* (col. 1006).

187. S. Basilius, tom. II, p. 168, peccatorem monet ὡς ἔτι καιρὸς, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ἀποθέσθω τῶν φορτίων τὰ πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων & μὴ δεόντως συνέλεξε.

197. Βουργάρῳ. Ita in codice, quamvis infra v. 409 Βουλγάροις. In designandis nominibus Barbarorum, qui una cum Abaribus Cpolim invadere aggressi sunt, parum dissentiunt scriptores. Sclavos nominat *Chronicon paschale* et Nicephorus, Cedrenus, p. 415 Sclavinos et Gepidas enumerat, quos a Chosroa contra Heraclium immissos ait.

205. Scite, ut duplex periculum demonstret, Scyllam vocat Barbaros, et Charybdim Persas, qui uno

Digitized by Google

Μέσος δὲ τούτων οὐ πλανήτης, ὡς πάλαι,
Ὁ τῶν δόλων ἐκεῖνος ἦν βουληφόρος,
Ἀλλ' αὐτὸς ἔλκων ἁπλανῆ τὴν Ὀρθίαν
Καὶ λευκὰ τείνων τῶν λογισμῶν ἱστία
Τῇ κοσμαγωγῷ συνδιέπλεις ὁλκάδι.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τὰ τῆς θαλαττίας
Ὁρμῆς, τὰ θεῖα δεικνύειν τεχνάσματα·
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν, ὥσπερ οἱ μῦθοι πάλαι
Τοὺς γηγενεῖς πλάττουσι τοὺς ψευδοσπόρους,
Τῆς γῆς ὁ πυθμὴν Βαρβάρους ἀνέπλασε,
Καὶ πρὸς τὰ τείχη τῆς Φιλοξένου πύλης
Πλήθη προσῆλθεν, ὥσπερ ἦν εἰκασμένα,
Ὀκτὼ συναθροίζοντα μυριαρχίας,
Παρῆν δὲ σάλπιγξ καὶ βέλη καὶ φάσγανα,
Πῦρ καὶ χελῶναι καὶ διάττοντες λίθοι.
Νόθων τε πύργων μηχαναὶ καὶ συνθέσεις,
Καὶ πᾶσιν ἦν ἄπιστος ἡ σωτηρία,
Ὅσον παρ' ἡμῖν, αὐτὸς εἶχες ἐλπίδα
Σφίγγουσαν ἡμῶν τὴν ἐπὶ σφαίρας τύχην.
Ἐγὼ δὲ ταῦτα συγκαλύψαι σοι θέλων
(Οὐκ ἠγνόουν γὰρ ὡς λαθεῖν καὶ νῦν θέλεις)
Σιγᾷν ἔμελλον· ἀλλ' ὁ νοῦς ἠρυθρία
Κλέψαι τοσούτοις εἰσορῶν συνειδότας.
Οὐκοῦν ἀνάσχου· δυσχερὲς γὰρ εἰκότως
Κοινὴν καλύψαι καὶ λαθεῖν ὑποψίαν.
Εἶχες γὰρ, εἶχες συμφρονοῦσαν Παρθένον,
Ἣ σοι τὸ μέλλον τοῦ σκοποῦ προϊστόρει.
Ταύτην συνασπίζουσαν ἐξ ἔθους ἔχων

dius non pererrans, ut jamdiu, fraudum stabat ille consiliarius. Tu vero alliciens non errantem Orthiam, (210) et candida extendens cogitationum vela, prætternavigasti cum mundifera navi. Atque hæc quidem ita gesta contra marini furoris vim divinum portendunt ingenium. Cum jam igitur, ut veteres fabulæ (215) terra genitos fingunt filios mendacii, rursus ex imo tellus produxisset Barbaros, et ad muros Hospitalis portæ maxima accessisset turba, ut esse diceres octo simul collectas myriarchias, (220) erat videre tubas et tela et gladios, ignem testudinesque et jaculatorios lapides, et falsarum turrium machinas et compagines; ac tanta jam erat omnibus salutis desperatio, quanta tibi spes pro nobis inerat, (225) quod firmo staret pede nostra fortuna.

Atque hæc ego, tua gratia celare cupidus (sciebam enim te velle etiam nunc ea latere) eram taciturus : sed mens erubuit ea suffurari quorum videt esse alios conscios. (230) Igitur da veniam. Est enim certe difficile omnium evadere et fallere sagacitatem. Habuisti enim, habuisti conspirantem

VARIÆ LECTIONES.

224 ὅσων.

NOTÆ.

eodemque tempore ac simili prorsus consilio ex diversa parte in perniciem urbis conjuraverant, ut narrat Nicephorus : Ὥσπερ ἀναμερισάμενοι ἑκάτεροι τὸν Θρᾳκικὸν Βόσπορον, Πέρσαι μὲν τοὺς τῆς Ἀσιάτιδος μοίρας καθῆρουν, Ἄβαροι δὲ τὸν ἐπὶ Θράκης διέφθειρον χῶρον. Vide *Heracliad.* II, 74.

207. Cf. I Petr. v, 8.

209. Ὀρθία. Lunæ vel Dianæ Arcadicæ cognomen. Deiparam Virginem intelligit, quam Sergius, ut mox patebit, habuit in bello adjutricem præstantissimam. Eam ἁπλανῆ *non erraticam* vel *non fallacem* vocat ut diabolo τῷ πλανήτῃ *erranti* vel *seductori* opponat. Dicit Sergium ἕλκειν precibus Virginem, ut poetæ quondam dicebant magos suis incantationibus de cœlo evocare lunam. Virg. *Ecl.* VIII, 69.

213. Plurimum tribuit Pisida vi orationum Sergii in retundendis Barbarorum conatibus. Historici sæpius laudati unum illud testantur, a Virgine Deipara urbem fuisse conservatam. At Sergius supplicationes publicas jussit, et primum beatissimæ Virginis, deinde Jesu Christi Servatoris nostri imaginem manu tenens, populo universo comitante mœnia urbis obiit; id confirmant geminæ de bello Abar co narrationes, quas hisce adnotationibus subjicere operæ pretium duximus (*) Hæc sunt igitur τὰ θεῖα τεχνάσματα, quæ commendat Pisida. Primam sane supplicationem cum Virginis Deiparæ icone factam indigitat, ac propterea nuper dixit ἔλκων ἁπλανῆ τὴν Ὀρθίαν.

215. Poetæ dixerunt gigantes esse filios Telluris. Ovid. *Fast.* v. 35. Pisida confirmat sententiam eorum qui gigantes dictos putant quasi γηγενεῖς; quod etymon approbat Orpheus his versibus : Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο Vocem ψευδοσπόρους *filios mendacii* vertimus, eo quod nonnullis gigantes ex dæmonum cum mulieribus concubitu fuisse procreatos, sumpto ex sacra historia argumento, placuit asserere. Verum si quis malit interpretari *fabulosos* aut *falsæ originis*, non me habebit repugnantem.

216. Vide supra v. 76.

217. Porta Hospitalis, quam nominat Pisida, non recensetur in *Cpoli Christ.* inter urbis portas. Verisimile videtur eam exstitisse vel inter vel prope portas quæ Polyandri et S Romani dictæ sunt : nam *Chronicon paschale*, p. 719, circa ea loca Barbaros suas machinas eduxisse narrat. Fortasse etiam porta Hospitalis a porta Polyandri nihil differt, quæ ab hominum concurrentium multitudine πολύανδρος est appellata.

219. Μυριαρχία est decem millium præfectura. Itaque si Pisidam audis, octoginta millium numero Barbari adorti sunt Cpolim.

222. νόθους πύργους vocat machinas ligneas. Nicephorus, p. 12 : Πύργοι δὲ ἦσαν ξύλινοι καὶ χελῶναι τὰ κατασκευάσματα.

225. Certa tibi spes inest fore ut suo in orbe consistat manens fortuna, nec nobis terga vertat. Vide *De vanit. vitæ*, v. 13 et seqq.

227. De eodem Sergio orante similia in Hexaem. v. 1889.

231. Ὑποψίαν videtur fere eodem sensu usurpare ac αὐτοψίαν, ut supra, v. 43.

(*) Subjecit Quercius, cum hymno Acathisto, qui post urbem Avarum obsidione liberatam ab Ecclesia Græca cœptus est cani, et lectionem ejus quo canitur diei et διήγησιν ὠφέλιμον ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσαν καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσαν τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἡνίκα Πέρσαι καὶ Ἄβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἱ δὲ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες, ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς παρατηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου ἐτησίως ἐκ τότε ᾄδει εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα. Sed hymnus et lectio in libris ritualibus Græcorum leguntur; narrationem edidit Combefisius, *Histor. Monothel.* p. 895. Cf. Gretser. in Ge. Codinum, observat 5, 7.

Digitized by Google

Ἀντεστρατήγεις ἐξ ἀΰλου καρδίας
Τοῖς ἀντιτέχνοις τῶν ἀγώνων ὀργάνοις.
Τόξον γὰρ εἶχες τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλπίδα
Τομώτερον τρέχουσαν ἀστραπῆς τάχους,
Πύργους δὲ πίστιν καὶ βέλη τὰ δάκρυα
Καὶ πῦρ τὸ Πνεῦμα· καὶ χελώνας εἰργάσω
Γόνυ προκλίνας καὶ καθεὶς τὸν αὐχένα·
Καὶ τοὺς στεναγμοὺς ἀντιπέμπων ὡς λίθους
Τοὺς πετροπομποὺς ἔστρεφες τῶν Βαρβάρων.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ μικρὸν ὕστερον πάλιν
Εἶχε κατ' ἐχθρῶν ἐμφανέστερον πέρας.
Οὐ μὴν παρεῖδεν ἡ τομωτάτη φύσις
Ἀπὼν παρεῖναι τοῖς πόνοις ὁ δεσπότης,
Ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἐγγὺς ἦν τῶν φροντίδων
Ὅσον μεταξὺ τῶν τόπων ἀφίστατο.
Ἤδη γὰρ εἶχε τρεῖς ἐτῶν περιδρόμους
Καταστρατηγῶν τῆς ἀθέσμου Περσίδος
Ἐκδούς τε τὸν νοῦν εἰς ἀμηχάνους τόνους·
Ὃν οὔτε χειμὼν καυστικὴν ἔχων ζέσιν
Ἔπεισε δοῦναι τοῖς ἀγῶσιν ἀργίαν,
Οὐδ' αὖγε μητρὸς ἐξενεύρωσε πόθος
Μικρὰν παρασχεῖν τοῦ χρόνου προθεσμίαν·
Οὐδ' ἀντανεῖλεν αὐτὸν ἔμφυτος βία
Τέκνων τοσούτων, οὐδὲ σώματος μάχη
Κουφισμὸν εὑρεῖν ἀξιοῦσα τῶν πόνων.
Ἀλλ' ἀναπαύστως ἐν μέσῳ τῶν Βαρβάρων,
Ὡς εἰς ἀκάνθας ἐμπεπλεγμένον ῥόδον,
Καὶ πρὶν δι' ἡμᾶς Περσικὴν κινῶν μάχην,
Πάλιν δι' ἡμᾶς ψυχικὴν εἶχε μάχην·
Καὶ ταῖς ἐπ' ἄμφω προσβολαῖς ἐσφιγμένος,
Ἀφεὶς τὸν ἐγγὺς, εἶχε τὸν μακρὰν πόνον.
Ἐντεῦθεν ἡμᾶς τῇ φορᾷ τῶν γραμμάτων
Ὑπεξανῆπτεν, οἷα πῦρ ἀναγκάσων
Ἀργοῦσαν ὕλην ἐκπυροῦσθαι πρὸς φλόγα,
Πυκνῶς κελεύων ἀσφαλεῖς μὲν τὰς βάσεις
Τὰς πρὸς τὸ τεῖχος εὐτρεπίζειν, ὡς ἔδει,
Κτίζειν δὲ πύργων ἐκφορὰς ὑπαιθρίους,
Φραγμούς τε ποιεῖν, καὶ πεπηγμένους πάλοις
Προσαντιβάλλειν, καὶ πλέκειν τεῖχος νέον,
Πολλάς τε ποιεῖν τοξοτῶν τε καὶ λίθων

Virginem, quæ tibi quod erat futurum præmonstrabat. Hanc tecum habens de more belli sociam (235), ex tuo pugnasti non terreno corde cum instrumentis iis similibus artis bellicæ. Tibi enim erat pro telo in Deum fiducia, citius currens fulgore veloci; pro turri fides, pro jaculis lacrymæ, (240) pro igne spiritus; testudines vero fecisti inclinans genua et deprimens cervicem; suspiria vero emittens, veluti fundas, saxa jacientes Barbaros evertisti.

Atque hæc quidem non multo post iterum, (245) quid in hostes possint, clarius comprobatum exitu. At non sane neglexit acerrimo suo ingenio vel absens adesse laboribus despota. Sed tantum prope aderat sollicitis rebus, quantum intervallo aberat a locis. (250) Jam enim trium annorum circulum compleverat in militando contra nefandam Persidem, in id incumbens invicta animi contentione. Illum neque hiems urentem ferens spiritum suasit unquam ut cessaret a præliis, (255) nec matris unquam fregit desiderium, ut citius præstituto die rediret. Non illum dimovit insita vis amoris erga tales filios, neque corporis conflictatio levamen dare consulens laboribus. (260) Sed medios inter requiescens Barbaros, veluti rosa circumimplexa spinis, qui jam pro nobis Persicum moverat bellum, alterum pro nobis spiritu gessit bellum, et duplici utrinque constrictus periculo (265), præsens dimisit, curam habuit de remoto. Exinde suis ille missis litteris nos succendit, ut ignis, qui cogit arida ligna statim flammam concipere: non semel mandans ut ascensus securi (270) ad mœnia apparentur, sicuti est necesse, turresque ædificentur exportandæ, et valla fiant, et compacti pali contra sistantur, et muniatur murus novus. Multæ vero fiant ad ro-

VARIÆ LECTIONES.

274 πλοκὰς P.

NOTÆ.

236. Confer sequentes versus cum iambis Hexaem. 1902.

243. Πετροπομποὺς, funditores, a πέτρα et πέμπω.

245. Exitum auspicatissimum obtinuisse precces Sergii demonstrat poeta v. 366.

246. Heraclium in Perside commorantem et cum Chrosroa dimicantem de bello Abarico curam susceptisse, solus prodit Pisida.

250. Concordant Theophanes et Nicephorus cum nostro in hujusce belli Abarici epocha designanda. Omnes enim id contigisse testantur anno 16 Heraclii. Heraclius autem profectus est in Asiam anno imperii sui 12, mense Martio secundum Theophanem, vel Aprili secundum *Chronicon paschale*. At bellum Abaricum mense Julio tribus post annis actum est: itaque si a profectione Heraclii ex urbe tempus supputes, recte dixisse Pisidam invenies, qui annos tres jam exegisse imperatorem in Perside affirmat.

253. Hiemem urentem ὑπερβολικῶς dicit, ut ad zonam usque mediam sive torridam, quam ex nimio calore inhabitabilem putarunt veteres, penetrasse Heraclium significet; id quod apertius exprimit in *Heracliad.* I, 156.

255. Mater Heraclii, teste Theophane, p. 250, vocabatur Epiphania. Ea Cpoli degebat, cum filius Heraclius primum ex Africa Byzantium venit, ut Phocam tyrannum regno exturbaret. Phoca vero matrem cum Eudoxia uxore Heraclii in imperiali monasterio Novæ Pœnitentiæ diligenter asservandas inclusit. Nihilominus multis adhuc annis Epiphaniam vixisse nos monet Pisida. Similes versus legere est in *Heracliad.* I, 165 et *De exped.* III, 126.

258. Plures jam filios ex Eudocia primum ac deinde ex Martina susceperat Heraclius, cum in Orientem profectus est, quos tamen Cpoli remansisse prodit *Chronicon pasch.* (col. 1002).

266. De hisce litteris nulla mentio apud cæteros historicos.

273. Inter muros urbis fuit qui Murus Novus diceretur. Eumdem esse ac Theodosiacum, quia a Theodosio Juniore anno 413 exstructus est et postea pluries instauratus, suadet *Chronicon paschale*, (col. 1006) narrans in adventu Chagani equites pedi-

Digitized by Google

Ταχυδρομούσας μηχανὰς καὶ συνθέσεις,
Καὶ τὰς ἐνόπλους εὐτρεπίζειν ὁλκάδας,
Ἃς καὶ πρὸ πολλοῦ συγκροτῶν οὐκ ἠμέλει.
Οὐ γὰρ πρόσωπον μὴ θέλων ἰδεῖν μάχης,
Ἕτοιμον εἶχεν ἐξ ἀνάγκης τὴν μάχην,
Στρατοῦ τε πλῆθος ἐξαπέστειλε φθάσας,
Καὶ τῆς κατ' αὐτῶν ἀσφαλείας ἠμέλει,
Μόνην νομίζων ἀσφαλῆ σωτηρίαν,
Εἴπερ τὸ κοινὸν εὑρεθῇ σεσωσμένον·
Σχεδόν τε πάσας τὰς ἑαυτοῦ φροντίδας
Εἰς τὰς δι' ἡμᾶς ἀντανῄρει φροντίδας,
Κίνδυνον ὥσπερ ψυχικὸν δοκῶν ἔχειν,
Εἰ μὴ δι' ἡμᾶς πάντα κίνδυνον πάθοι.
Οὕτως ἕκαστα καὶ κελεύων καὶ γράφων
Προϊστόρει μὲν τῷ λόγῳ τὰ πράγματα,
Ἐζωγράφει δὲ μὴ παρὼν τὰ τῆς μάχης,
Τάττων στρατηγῶν μηχανουργῶν ἐγγράφως
Τῇ τῶν λογισμῶν τεχνικῇ λεπτουργίᾳ.
Οὐ μὴν παρημελεῖτο τὰ προστάγματα,
Ἀλλ' ἦν τὸ γράμμα πρᾶγμα πεπληρωμένον,
Πάντων προθύμως καὶ πολιτῶν καὶ ξένων,
Καὶ τῶν ἐν ἀρχαῖς καὶ μεγίσταις ἀξίαις,
Ὑποδραμόντων τοὺς ἑκουσίους πόνους.
Ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν τοσοῦτον δεσπότην
Ἔχειν τοσούτους εἰς ἀνάγκην οἰκέτας,
Οἳ τὰς κελεύσεις τῶν σοφῶν βουλευμάτων
Μάθοντες ἔργα τοὺς λόγους ἐδείκνυον.
Οὕτως ἀεικίνητος ὢν ὁ δεσπότης
Τάχει λογισμῶν καὶ φρενῶν ἀπληστίᾳ
Πόρρωθεν ἐγγὺς τῇ πόλει παρίστατο,
Καὶ ταῖς μερίμναις πανταχοῦ συνῆν μόνος,
Ὡς εἷς λογισμὸς ἀντὶ πάντων ἀρκέσας.
Ὅμως τὸ πλῆθος τῶν πόνων σου, δέσποτα,
Εἰς καιρὸν ἡμῖν εὔθετον τηρητέον,
Ἐν ᾧ παρούσης τῆς γαλήνης ἐν μέσῳ
Εὔκαιρος ὁ πλοῦς τῆς ἀδύσσου τῶν λόγων.
Ἐπεὶ δὲ φρικτὸν ἡ περίστασις φόβον
Εἶχε βλέπουσα τῆς μάχης τὰ κύματα,
Ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι τοῖς ὑπηκόοις
Καὶ τῷ μαγίστρῳ τῶν ἐνόπλων ταγμάτων
(Ἀεὶ γὰρ ὑμῖν εἰς τὸ πᾶν συνημμένοι

tando tela et saxa (275) versatiles machinæ molesque, armatæque aptentur naves, quas ille jamdiu expediri curaverat. Faciem quippe non volens videre belli præsentem habuit belli necessitatem. (280) Et militum copiam misit opportune, de sua ipsius securitate non multum sollicitus, unam ratus esse certam salutem, si rerum summa nihil detrimenti pateretur, et omnes fere suas sollicitudines (285) in unam nostrum sollicitudinem converteret. Periculum quasi animæ judicans habere, nisi pro nobis omne subeat periculum. Sic ille singulatim omnia mandans et scribens sermone quidem præmonstrabat opera. (290) Depingebat autem, quamvis absens, res bellicas, disponens, imperans, machinas præscribens mira ingenii subtilitate et peritia.

Neque parvi facta sunt mandata : sed quod fuit scriptum, impletum est opere, (295) omnibus alacriter cum civibus tum exteris, necnon iis qui prima et maxima obibant munera, accurrentibus ad labores ultroneos. Oportebat enim, opinor, talem dominum tales habere in necessitate famulos, (300) qui sapientum consiliorum mandatis vix cognitis, jussa factis comprobarent.

Sic irrequietum se gerens despota consilii promptitudine mentisque immensitate vel a longe prope ad urbem stabat; (305) et sua providentia ubicunque aderat solus, tanquam una cogitatio sufficiens pro omnibus. Cæterum tuorum copia laborum, despota, ad tempus est mihi accommodatius reservanda, quando pace apparente in medium (310) fiet secunda navigatio per mare eloquentiæ.

Cum igitur horrendus undique timor instaret rebus ob præsentes belli fluctus, visum est ducibus inferioribus necnon magistro armatorum ordinum (315) (semper enim tibi illi ad omnia conjuncti

VARIÆ LECTIONES.

ω

281 αὐτὸν? 298 τοσούτων P.

NOTÆ.

tesque ἔνδον γενέσθαι τοῦ νέου Θεοδοσιακοῦ τείχους τοῦ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως. Vide plura in *Cpoli Christ.* lib. I, p. 40. Sed forsan hæc intelligi possunt de muro ab Heraclio ad Blachernas instructo, ut contra Barbaros esset templi munimen : nam in eodem Chronico paschali : Τῷ ιε' ἔτει βασιλείας Ἡρακλείου ἐκτίσθη τὸ τεῖχος ἔξωθεν τῶν Βλαχερνῶν. Πλέκειν τείχη esse opinor ita *mœnia munire* ut hostilium tormentorum machinarumque ictus retundi possint.

278. Heraclius quamvis a matre et civibus multum sollicite revocatus, ut urbis periculo succurreret, noluit e Perside proficisci, ne Chrosroa vires resumeret. Idem confirmat Pisida *Heracliad.* I, 165.

280. Ex Chronico paschali colligimus ad urbis defensionem reperta fuisse, cum Chaganus de ea vastanda cogitaret, equitum duodecim millia.

281. Κατ' αὐτῶν puto dictum pro κατ' αὐτοῦ, ut sæpe ὑμᾶς pro σὲ, cum Pisida loquitur de Heraclio.

295. Consonant hæc cum iis quæ leguntur in narratione de bello Abarico edita a Combefisio.

298. Codex habet τοσούτων, sed super ω appositum est ο.

301. Mandata tam studiose perficiebant, ut executio imperatis ad amussim responderet.

308. Id præstitit in poematiis *De exped. Heraclii*, et in *Heracliade.*

313. Ἄρχοντας ὑπηκόους, Sergio subjectos ejusque parentes dicto, appellat militares duces, propterea quod ipsum Sergium primas inter omnes tenuisse, tanquam verum belli imperatorem demonstret.

314. Μάγιστρος idem ac ἡγεμὼν τῶν τάξεων. De hac voce et dignitate vide Dufresne, *Gloss. Græcit.* Magister militum in urbe tunc erat Bonus sive Bonosus, vir patricius et illustris. Nimirum Heraclius in Persidem iturus urbem regiam Sergio et Bono commendaverat; testis Theophanes, p. 254

315. En ut clarius omnes a Sergii nutu pendentes faciat. Neque enim dubito Pisidam, cum dicat ὑμῖν et deinceps σοὶ, loqui de Sergio.

Digitized by Google

Τὰ κοινὰ σὺν σοὶ τῶν πόνων ἐβάστασαν,
Καθ' ἡμέραν τρέχοντες ὡς ὁδοιπόροι,
Καὶ συμπαρόντες τῇ πολυπλόκῳ μάχῃ
Ὅπλοις λογισμῶν, τακτικαῖς ἀγρυπνίαις,
Καίτοιγε ταῦτα μὴ πονοῦντες ἐξ ἔτους,
Ὅπερ μάλιστα τοὺς πόνους ποιεῖ πόνους
Παρ' οἷς τὸ μοχθεῖν εἰς μάχην οὐ γίνεται) —
Ὅμως ἔδοξεν ὥστε πρὸς τοὺς Βαρβάρους
Ἄνδρας σταλῆναι παντὸς ἔργου καὶ λόγου
Πολλὴν ἀποστάζοντα; εὐαρμοστίαν,
Προσαγγελοῦντας ὥστε λῦσαι τὴν μάχην
Πέρας τε κοινῶν συντεθῆναι φροντίδων.
Τούτων παρ' ἡμῖν τακτικῶς κινουμένων,
Τὸ Περσικὸν φρύαγμα σὺν δόλῳ πάλιν
Στέλλουσι κλεπτὰς τῆς θαλάσσης ἀγγέλους,
Σπεύδοντας ὥσπερ ἠκονημένον ξίφος
Θήγειν καθ' ἡμῶν τὸ ξίφος τὸ βάρβαρον.
Ἐπεὶ δὲ συνδραμόντες ἐξ ἀδηλίας
Ἐκεῖθεν ἔνθεν οἱ σταλέντες ἄγγελοι
Εἰς ἓν μέρος συνῆλθον ἐκ τόπων δύο,
Ὁ Βάρβαρος μὲν, ὡς ὁμοῦ δεδεγμένος
Πρέσβεις τοσούτους καὶ πρὸς ὄγκον ἡρμένος,
A Συνῆψεν ἄμφω· τοῦτο δὲ δόξης χάριν,
Τὸ δ' αὖ γε πλεῖστον ἐκφοβεῖν ἡμᾶς θέλων.
Ὁ Περσικὸς γὰρ ἐξανῆπτεν οἰκέτης
Τὸν θυμὸν, ὡς πῦρ ἐκ πυρὸς, τοῦ Βαρβάρου
Καὶ χιλίους μὲν συμμάχους ὑπέσχετο,
Ἡμᾶς δὲ δεινοῖς ἐξεφαύλισε λόγοις,
Συνέστρεφέ τε συλλαβὼν τῷ Βαρβάρῳ
Γνώμας ἐνόπλους καὶ τεθηγμένους λόγους.
Τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ἐτέρπετο
Ὁ τῶν Σκυθῶν τύραννος, ἡ πρώτη βλάβη.
Ὅμως ὁ πάντων ἀσφαλὴς ζυγοστάτης
Καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν σκοπὸν παρ' ἐλπίδας
Εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ συμφορὰν ἀντιστρέφει.
Δέον γὰρ αὐτὸν συγκαλύψαι τὸν δόλον
Σιγῇ τε κρύψαι τοὺς λαθόντας ἀγγέλους
B Ποιεῖ τὸ κρυπτὸν ἐμφανὲς, καὶ γίνεται
Σύμβουλος ἐχθρὸς καὶ κατήγορος φίλος.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον οἱ καλῶς ἐσταλμένοι,
Ἀμήχανον μὲν τὸν πρὸς εἰρήνην λόγον
Φήσαντες εἶναι τὸν σκοπὸν τοῦ Βαρβάρου,
Τὸν Περσικὸν δὲ μὴ διαδρᾶσαι δόλον,
Φυλάττεται μὲν τῆς θαλάσσης ἡ θύρα

communes tecum labores ferebant, quotidie simul currentes tanquam comites, unaque astantes multiplici bello armis consiliorum et militaribus vigiliis; (320) nec tamen fracti laboris assiduitate quæ maxime facit ut labores sint iis labores, quibus obdurescere in bello non obtigit), æque visum est omnibus ut ad Barbaros viri mitterentur præ- C stantes opere, et sermone, (325) qui multam effundentes ore suavitatem nuntium afferrent de bello dissolvendo et fine imponendo communibus curis.

His rite apud nos deliberatis Persæ feroces fraudulenter contra (330) mittunt furtivos per mare nuntios in id intentos ut acutum ferrum in nos acuerent, ferrum barbaricum. Jam vero concurrentes ex occulto hinc et inde missi nuntii (335) in unam partem convenerunt ex locis duobus. Barbarus quidem, eo quod simul excepisset tales legatos, in superbiam elatus conjunxit utrosque ostentationis causa, tum quia nos magis exterrere vellet. (340) Persicus enim incendit servus animum, velut ignis ignem, Barbari, siquidem mille auxiliatores obtulit. Nos vero horrendis contempsit dictis, inque nos contorsit syllabis barbaricis (345) voces armatas et pungentia convicia. Hisce illectus sermonibus delectabatur Scytharum tyrannus, prima labes.

At vero, qui res omnes recta lance ponderat, hoc ipsum consilium præter spem (350) in illius calamitatem convertit. Oportebat enim ut ille celaret dolos, tacensque absconderet clam missos nuntios. Sed occultum facit manifestum; unde fit consiliarius hostis et accusator amicus. (355) Postquam enim rediere bene missi nuntii, ut nullo pacto ageretur de pace, dixerunt esse mentem Barbari, ac Persa-

VARIÆ LECTIONES.

344 συνέστρεψε codices et ed. 356 an τῶν — λόγων?

NOTÆ.

321. Videtur imitatus illud Sophoclis in *Ajace Flagell.* v. 878 : Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

323. Bonus magister militum non semel hortatus est Chaganum ut, donis et tributis acceptis, ab urbe obsidenda desisteret. *Chronicon paschale* (col. 1010).

324. Qui fuerint legati, quisve legationis exitus, vide *Chron.* ibid.

329. Chosroa ut Heraclium pluribus bellis distentum facilius frangeret, eo anno suas copias divisit, ac, ut ait Theophanes, p. 263, τὸν Σάρβαρον κατὰ Κπόλεως ἀπέστειλεν, qui inita cum Hunnis societate urbem vastaret. Hic igitur Sarbarus cum Chrysopolim, hodie *Scutari*, venisset, nuntios ad Chaganum misit, qui eum de suo adventu certiorem facerent et auxiliares copias ei promitterent.

345. Οἰκέτην vocat Persarum legatum, ad originem regni Persici animum intendens, ut quam ille esset despiciendus cum Cpolitanis legatis comparatus demonstret.

359. Θαλάσσης ἡ θύρα *Bospori fauces*. Cpolitani sinum Ceratinum tum portum Byzantii catena ferrea occludere solebant, cum necessitas postularet ut hostes illuc ingredi prohiberentur, ut videre est in *Cpoli Christ.* lib. I, c. 6 et 7. Diligenter id curatum fuisse videtur insinuare Pisida, ut Persarum legati ad Chaganum missi in redit deprehenderentur; quod obtigit feliciter. Proinde opinor Pisida dicit τὰς εἰσόδους κλείσασι. Nobis certe non probatur, quod ea de re tradit auctor *Chronici paschalis*, qui casu factum putat ut iidem legati redeuntes interciperentur.

Digitized by Google

Τὰς εἰσόδους κλείσασα ταῖς δειξίδοις,
Ἀλίσκεται δὲ συντόμως τὰ κλέμματα,
Καὶ νυκτὸς ἔργον φῶς ἀνέσχεν ἡμέρας.
Κοινὸν γὰρ εἶχον πένθος ἐξ ἑνὸς τρόπου
Τὸ Περσικόν τε καὶ τὸ βάρβαρον γένος
Τοὺς ἀνταμοιβοὺς προσδοκῶντες ἀγγέλους.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν τῆς μάχης ἡ κυρία
Πρὸς τὴν κρίσιν συνῆλθε τὴν θεόγραφον,
Πάλιν σὺ κάμνεις· οὐ γὰρ ἀσκόπως φθάσας
Τῆς κοινότητος ἐντολεὺς κατεστάθης.
Λαβὼν δὲ θᾶττον τὸν συνήγορον λόγον,
Καὶ πρὸς τὸ τεῖχος ἐκδραμὼν τὸ τῆς δίκης,
Γραφὴν κατ' αὐτῶν ἀσφαλῶς προεξέθου
Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς γραφῆς τῆς ἀγράφου
Ταύτην τις, οἶμαι, τὴν διάγνωσιν βλέπων
Φήσει δόλῳ σε τὸν κριτὴν ὑφαρπάσαι·
Δείξας γὰρ αὐτὸν τοῖς ἐναντίοις ὅλοις
Ἀντιπρόσωπον ἐξανέστησας φόβον,
Καὶ τῶν ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων

A Κομψευτὸς αὐτοῖς ἡ δίκη καθίστατο.
Ὡς εὖγε σοι γένοιτο τοῦ καλοῦ δόλου·
Κρίνας γὰρ ἐν σοὶ, καὶ διαγνοὺς τὴν φύσιν,
Ὡς μητρὸς οὐδὲν παιδὶ συμπαθέστερον,
Τὴν τοῦ Δικαστοῦ Μητέρα προσηγάγου
Οἴκτῳ δεήσει δακρύοις ἀσιτίᾳ,
Καὶ τῇ δόσει δὲ τῶν ῥεόντων χρημάτων·
Ἐκεῖθεν ἔνθεν πολλὰ δοὺς καὶ σκορπίσας,
Πείθεις ἐκείνην πρῶτον· ἡ δὲ συντόμως
Πείθει τὸ τέκνον, καὶ σχεδὸν πρὸ τῆς δίκης
Νικῶσαν ἡμῖν ἐξεφώνησε κρίσιν.
Ὅμως ἐπειδὴ τοῖς ἀγῶσι τῆς μάχης
Προσαντιτείνειν ἠξίουν οἱ Βάρβαροι,
Πυρὸς μὲν ἔργον ἀφρόνως ἐγίνετο
Πᾶς ὁ πρὸ τείχους ὡραϊσμένος τόπος,
B Ἡ φλὸξ δὲ καπνίζουσα τὸν καινὸν ζόφον
Ἐκ τῆς ὁμίχλης τῆς ξένης ἐκρύπτετο.
Τοῖς δ' αὖγε Πέρσαις ἐστρατευμένοις πέραν,
Ὡς δὴ καθ' ἡμῶν ἔργον εἶχεν ἡ μάχη,

rum detectam esse fraudem. Tum quidem custoditur maris ostium, (360) vetans ne pateret egressis introitus. Deprehenduntur vero statim fraudes, et noctis opus patefecit lux diei. Æque enim erat sollicitum ex una causa Persarumque et Barbarorum genus (365) in mutuis exspectandis nuntiis.

Postquam vero tandem belli domina ad sententiam convenit cœlitus scriptam, tu rursus allaboras: non enim improvido consilio rerum summam assidens gubernasti. (370) Statimque accepto patrono verbo, et muro ascenso, ubi agebatur actio, picturam in ipsos firmiter objecisti, terribilem illam speciem picturæ non pictæ. Hanc quis, opinor, judicationem spectans (375) dicat te dolo judicem subornasse. Ubi enim ipsum palam hostibus ostendisti, talem excitasti timorem ut faciem averterent; et argumentis nondum productis scite est in ipsos multa constituta. (380) Quam bene tibi cessit laudabile commentum! ex te enim judicans dignoscensque naturam, ut nihil Matre sit Filio indulgentius, judicis matrem allexisti affectu, prece, lacrymis, jejunio (385) et effusa divitiarum largitione: hinc et inde enim multis datis et erogatis, illam suades primum; et illa statim suadet filium, et prope ante judicium victricem pro nobis pronuntiavit sententiam.

C (390) Verum cum tamen ad pugnæ certamina se objicere Barbari contenderent, multum quidem stulte fiebat incendium, ita ut omnis ante murum locus esset conspicuus. Flamma vero excitans fumi novas nebulas (395) immensam inter caliginem abscondebatur. At Persis in adverso littore eductis

NOTÆ.

361. Ne quid desideres quod ad rei perspicuitatem conferat, lege *Chron. paschale* (col. 1012).

367. Jure Deiparam belli dominam appellat, quæ omnium scriptorum consensione visa est cœlitus adesse, ut litem inter Abares et Cpolitanos dirimeret. Plura hic occurrunt quæ ad fori rationem et usum dicta sunt, cum iis conferenda quæ leguntur in Historia Fori Rom. a Francisco Poleto post Brodæum confecta inter *Supplem. Thesaur. Antiqq.* Joan. Poleni, vol. I, p. 328: nimirum Pisida bellum Abaricum scite ut causam considerat. Controversia est, cedendane sit urbs Abaribus; locus actionis est ad mœnia urbis; advocatus pro Cpolitanis est Sergius, judex Deus, patronus verbum; quæ sententiam a Deo scriptam pronuntiat et confirmat, est Deipara.

369. Ἐντολεὺς ab ἐντέλλομαι, *qui quid factu sit opus decernit*, ejus vocis nullum, quod sciam, est exemplum.

370. Alludit ad secundam supplicationem, qua indicta Sergius desuper muros urbis Servatoris nostri Jesu Christi imaginem circumtulit. Vide v. 213.

373. Celeberrimam iconem ἀχειροποίητον, Camuliauensem a Camulio Cappadociæ civitate nuncupatam, indicat poeta, de qua disertissime Gretserus in libro *De imag. non manu factis*, c. 15. Confer *De exped. Heracl.* I, 140, et notas Combefisii ad *Narrat. de bello Abar.*

375. Tanta fuit vis objectæ hostibus imaginis, ut statim terga verterent nec auderent resistere, quia ejusdem aspectum nequirent sustinere. Hinc lepide poeta Sergium dolo circumvenisse judicem, scilicet Deum, visum iri affirmat. Sed qui fuerit dolus quo D judicem corrupit, mox patebit.

384. Precibus, jejuniis et eleemosynis divini judicis benignitatem consecutus est Sergius. Hic ille est dolus quo usus est, quo nos etiam uti in rebus arduis maxime convenit. Porro Pisida, quæ sit vis pœnitentiæ et eleemosynæ demonstrare intelligit; quasi ea sit certa ratio non modo impetrandi, sed extorquendi a Deo quæ petimus, ac Deus ipse in hujusmodi munerum gratiam judicet. Confer Hexaemer. v. 419 et seqq., ubi Pisida pœnitentiæ virtutem similiter exaggerat.

388. Πρὸ τῆς δίκης, ut v. 378, ἐλέγχων μηδέπω παρηγμένων.

389. Julius Pollux, VIII, 25, qui omnia quæ ad judicium pertinent explanat, ita ad rem: Κριτὰς ἀποδικάσαι ἔρχῃ τὴν δίκην τὸ ἀπολῦσαι ἢ νικῶσαν ἀποφῆναι, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀποψηφίσαι.

392. Πυρὸς ἔργον, *incendium*, ut *De exped. Heracl.* II, 246, ἔργον τῶν ὀργάνων pro *organis*.

396. Πέραν. Intellige orientale littus prope Chal-

Digitized by Google

Κῆρυξ ὁ καπνὸς τοῦ σκότους ἐγίνετο.
Ἔρως γὰρ ἦν τις τοῖς ἐπ' ἄμφω Βαρβάροις,
Οὐχ ὅστις ὅπλα συντομώτερον λάβοι,
Ἀλλ' ὃς προφλέξει τοὺς ἀναιτίους λίθους.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον.
Ἤδη δὲ λοιπὸν συγκροτοῦντες τὴν μάχην
Οἱ Βάρβαροι μὲν τοῦ δικαστοῦ τοὺς τόπους
Καὶ τοῦ στρατηγοῦ τῆ ἀτρέπτου παρθένου
Λαβόντες εἶχον ὡσανεὶ τὰς ἀσπίδας,
Καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν δυσσεβῶς ὑβρισμένους
Ἔχειν συνεργοὺς εἰς ἀνάγκην ἠξίουν.
Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάροι; μεμιγμένα
Ὁ Βάρβαρος νοῦς ἐμβαλὼν ταῖς ὁλκάσι
(Γλύψας γὰρ εἶχεν ἐσκυφωμένα σκάφη)
Ἔμιξε τῆ γῆ τῆς θαλάττης τὴν μάχην.
Κἀμοὶ δὲ μίξις συνεπῆλθε καὶ μάχη·
Καὶ πανταχοῦ μοι τοῦ σκοποῦ πεφυρμένου
Καὶ συγκλονοῦντος τοὺς λόγους ὡς εἰς μάχην,
Τί πρῶτον εἰπὼν δεύτερον ἀπάρξομαι;
Ἄλλος μὲν οὖν ἔπιπτεν ἐκ ῥιπῆς λίθου
Λαβὼν κατ' αὐτὸ τὴν βολὴν καὶ τὸν τάφον
Ἄλλος δὲ σύννους προσλαλῶν τῷ συμμάχῳ,
Βληθεὶς ἄνωθεν ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Τὸ πνεῦμα θᾶττον ἀνταφῆκε τοῦ λόγου.
Καί τις παρ' αὐτοῖς ἐν μεγίσταις ἀξίαις
Τάξαι νομίζων εἰς δέον τὰ τάγματα,
Ἔστη παρεισδὺς ἐν μέσῳ τῶν ἀσπίδων,
Κρύπτειν ἑαυτὸν ἀσφαλῶς ἠπειγμένος·

ad bellum, quod jam contra nos iniretur pugna, tenebricosus fumus factus est præco. Convenerat enim inter utrosque Barbaros, (400) ne quis arma citius altero caperet quam ille antea incendisset inculpabiles lapides. Atque hæc quidem non alio gesta sunt modo. Tum demum undique cientes pugnam Barbari quidem judicis locos (405) et imperantis intemeratæ Virginis, quos occuparant, habebant sibi pro scutis. Ita quos illi impie lacessiverant, sibi habere adjutores in necessitate putabant. At Sthlaborum multitudinem mistam Bulgaris (410) cum conjecisset Barbarus in naves (habebat enim trabe excavatas cymbas), miscuit terrestrem cum marina pugna.

At mihi quoque confusio oboritur et conflictus, cumque tanta sit propositi argumenti perturbatio, (415) ut veluti ad pugnam concitentur sermones quid primum dicam, qui deinde prosequar? At vero quidam cecidit ex jactu lapidis, simul vulnere accepto et sepultura.

Alter vero cogitabundus, loquens cum socio, (420) trajectus desuper ab occulto sagittario citius emisit spiritum quam verba. Necnon quis inter ipsos ex primoribus instruere volens ad opus ordines, media inter scuta se conjecerat, (425) ita se ipsum celare ad securitatem adactus. Jactus vero prævertens celeris lapidis ex improviso protenta divisit scuta ac vehementer impellit: huic timor oboritur; cæteri

VARIÆ LECTIONES.

401 προσφλέξει codices et ed. 415 συγκροτοῦντος ed. 417 λίθος P.

NOTÆ.

cedonem: ibi enim Sarbarus cum suis Persis adoriendæ urbis tempus exspectabat. Pera enim quondam Byzantinis non modo ea pars erat quæ etiam hodie id nominis retinet, verum totum late littus vel ad Boream vel ad Orientem positum trans fretum; omniaque ea loca ad quæ nonnisi navibus trajicere quis poterat, περατικὰ μέρη vocabantur.

399. Ἔρως, *conventio, pactum. Chronicon pasch.* rem narrat (col. 1006).

401. Abares et Persas multa sanctorum templa incendisse, cum, re desperata, ab urbe recedere coacti sunt, refert *Chronicon pasch.* (col. 1015) At narratio edita a Combefisio cum nostro poeta semper consentiens ipso belli initio, non in fine id evenisse tradit. Itaque *inculpabiles lapides* sunt templa igne vastata.

402. Boni patricii consilio factum est ut Persis, Sclavis Abaribusque male cesserit sententia, in quam omnes convenerant, ut dato per ignem signo undique omnes irrumperent. Testis est Nicephorus patr., p. 12; ex quo repetenda quæ tacet Pisida in laudando tantum Sergio occupatus. Nicephoro astipulatur *Chronicon pasch.*, ex quo patet Armeniis ignem data opera ad ædem S. Nicolai excitantibus Barbaros omnes deceptos fuisse.

405. Abares cum jam propius ad urbem accessissent, ex ea parte ubi celeberrimum Deiparæ Virginis ad Blachernas templum exstructum erat, irrumpere conati sunt. Narratio a Combefisio edita refert Scytbas ad templum, quod *in fonte* vocant, excurrisse. Sed templum *in fonte*, cujus nulla mentio in *Cpoli Christiana*, a Blachernarum templo non fuisse disjunctum colligimus ex Nic. Callisto, XV, c. 25 et 26. Hic igitur acta est pugna. Hic Deipara Cpolitanos defendit et Barbaros profligavit. Omnes plane historici fatentur Virginis miraculo urbem fuisse liberatam. At Cedrenus, p. 416, Virginem ipsam vere se conspiciendam hostibus dedisse narrat; quod aut ex Pisida finxit, qui, ut patet, militantem Deiparam facit, aut ex *Chronico paschali*, in quo ita legitur: Καὶ τοῦτο ἔλεγεν ὁ ἅθεος Χαγάνος τῷ καιρῷ τοῦ πολέμου, ὅτι ἐγὼ θεωρῶ γυναῖκα σεμνοφοροῦσαν περιτρέχουσαν εἰς τὸ τεῖχος μόνην οὖσαν.

407. Dolis, perjuriis, incendiis.

408. Codex habet ἠξίου.

409. Decem diebus terra marique pugnatum est: dum enim Abares admotis machinis urbem oppugnarent, Sclavi et Bulgari parvis navigiis vecti per sinum Ceratinum in littus descendere urbemque ipsam vastare moliebantur. Itaque in duplici bello ac de pluribus una simul conjunctis Deum et Deiparam triumphantes demonstrat. Qui rem magis ad historiæam fidem expensam cupit intelligere, adeat *Chronicon paschale*.

411. Ex uno trunco erant excavatæ Barbarorum cymbæ, quas merito *trabarias* vocares. Nicephorus patriarcha et *Chronicon paschale* μονόξυλα eas appellant, Theophanes, qui legerat Pisidam, et Cedrenus, qui Theophanem, γλυπτὰ σκάφη nominant. Ammianus Marcellinus, XXXI, 3: *Transfretabantur in dies et noctes, navibus ratibusque et cavatis arborum alveis agminatim impositi.*

Digitized by Google

Βολὴ δέ τις φθάσασα συντόμου λίθου
Ἀπροσδοκήτως διχοτομεῖ τὰς ἀσπίδας,
Καὶ τὰς μὲν ὠθεῖ, τῷ δὲ γίνεται φόβος.
Οἱ δ' αὖ γε λοιποὶ πάντες, ἀκρίδων δίκην,
Ἐπιπτον ἄρδην δυστυχοῦντες εὐστόχως,
Οὕτως ἀπηκρίβωσεν ἡ θεία κρίσις
Τὰ τόξα, τοὺς βάλλοντας, αὐτοὺς τοὺς λίθους.
Ὡς μηδὲν εἰκῇ συμπεσεῖν ἐῤῥιμμένον·
Ἀλλ' ἦν τὸ πεμφθὲν εὐστόχως ἀφιγμένον
Πρὸς τὴν ἑκάστην τῶν βεβλημένων τύχην.
Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τῆς τύχης τὰ πράγματα
Τὰ νῶτα τῆς γῆς εὐφόρως ἐβάστασεν·
Ἔδει δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῶν θαλαττίων
Λαβεῖν ἀγώνων τὴν ἰσόῤῥοπον κρίσιν.
Καί μοι πρόσεστι τοῦτο θαυμάσαι πλέον,
Πῶς τὴν τοσαύτην τῆς θαλάττης οὐσίαν
Οἱ Βάρβαροι βλέποντες ἐξηπλωμένην,
Δοκοῦντες ὥσπερ ἐστενῶσθαι τῷ πλάτει,
Ἐκεῖ συνεκλείσθησαν εὐθέτως ὅπου
Τὸν οἶκον εἶχεν ἡ στρατηγὸς παρθένος.

A Ἐκεῖ γὰρ ὥσπερ ἐν σαγήνῃ δικτύων
Τὰ γλυπτὰ συζεύξαντες ἥπλωσαν σκάφη.
Ἐπεὶ δὲ συννεύσαντες ἀλλήλοις ὅλοι
Ἐπῆλθον ἡμῶν σὺν βοῇ ταῖς ὁλκάσιν,
Ἐντεῦθεν ἦν ἄδηλος ἡ δήλη μάχη·
Μόνην γὰρ οἶμαι τὴν τεκοῦσαν ἀσπόρως
Τὰ τόξα τεῖναι καὶ βαλεῖν τὴν ἀσπίδα,
Καὶ ταῖς ἀδήλοις συμπλοκαῖς μεμιγμένην
Βάλλειν, τιτρώσκειν, ἀντιπέμπειν τὸ ξίφος,
Ἀνατρέπειν τε καὶ καλύπτειν τὰ σκάφη,
Δοῦναί τε πᾶσι τὸν βυθὸν κατοικίαν.
Ξένον γὰρ οὐδὲν, εἰ πολεμεῖ παρθένος,
Δι' ἧς παρῆλθεν εἰς τὸ τῆς ψυχῆς σέβας
Οὐκ οἶδα πῶς πεμφθεῖσα ῥομφαία πάλιν·
Ὅμως παρῆλθεν ἡ διῆλθεν ὀξέως
B Τρώσασα τὴν ἄτρωτον οὐδαμοῦ φύσιν.
Οὕτω μὲν οὖν ἐκεῖνα τὰ γλυπτὰ σκάφη
Τὸν ὅρμον εἶχον ἐξ ἀνάγκης εἰς ζάλην·
Πολλὴ δὲ φύρσις καὶ φόβος καὶ σύγχυσις
Τοῖς ναυμαχοῦσι Βαρβάροις συνήρχετο.

vero omnes locustarum more (430) prostrati jacuere in infortunio solertes. Sic divinum judicium perfecte direxit tela, jaculatores et ipsos lapides, ut nunquam irritum caderet quod jactum erat: sed erat missile ad scopum opportune directum (435) pro varia transfossorum fortuna.

Ac tali quidem cum rerum felici successu in terra pugnatum est. Oportebat autem ut etiam maritima experirentur prælia æquale judicium (440). Ac quanto magis mihi subit admirari, quomodo tantam maris substantiam barbari videntes late protensam, quasi viderentur ipsa arctari latitudine, eo se omnes apte concluserint, ubi (445) domum habebat imperatrix virgo. Illic enim velut in sagena piscium cavas inter se junctas extenderunt cymbas. Tum vero omnes invicem conspirantes in unum aggressi sunt nostras cum clamore naves. (450) Atque ea fuit occulta simulque patens pugna. Sola enim, ut puto, quæ peperit sine semine, arcus intendebat et objiciebat clypeos; et ex occulto se immiscens conflictibus tela mittebat, sauciabat, retundebat gladios, (455) evertebatque, et submergebat cymbas, deditque omnes habitare in profundum. Novum enim est nihil, quando militat Virgo, per quam advenit animo religio.

C Certe nescio quinam immissa est toties framea; (460) ac certe evasit pervasitque celeriter, gentem vulnerans non vulneratam antea: ita igitur illæ cavæ cymbæ portum sunt adactæ habere subtus mare. Multa vero commistio et timor et confusio (465) in mari pugnantes barbaros incessit undique. Ac quidam ex ipsis procidens e navi, dum artem

VARIÆ LECTIONES.

428 φόνος? 437 γραφῆς codices et ed. Correxit Pinderus. 441 θαλάσσης P.

NOTÆ.

437. Hactenus Pisida sibi visus est terrestrem pugnam descripsisse, ex qua idcirco Cpolitanos victores evasisse declarat, quia Sergius sola imaginis ἀχειροποιήτου circumgestatione barbaros represserit. Itaque primam victoriam Deo acceptam refert. Hoc sane puto significari per eâ verba τὰ νῶτα τῆς γραφῆς *terga* vel *dorsa picturæ*. Si enim velis Sergium barbaris objecisse vultus sanctissimi anticam partem, per τὰ νῶτα *dorsum*, videlicet superficiem tabulæ ac ipsam plane picturam intelliges: ita enim τὰ νῶτα τῆς θαλάσσης maris superficies explicari solet. Si autem mavis ipsum Sergium ob reverentiam posticam tantum tabulæ partem Abaribus opposuisse, quod illi minime digni essent qui sanctam iconem viderent, eadem verba per *terga* vertenda esse concedes. Ut autem iste senarius non claudicet, articulus τῆς expungendus. Confer v. 378 et seqq.

438. Ad alteram pugnam, quæ in mari acta est, progreditur, in qua solam Virginem pugnasse pro D Cpolitanis affirmat. Prima igitur victoria a Deo, altera a Deipara parta est.

440. Miratur cur in sinu Ceratino cum suis scaphis se conjecerint barbari. Stultum sane consilium, cum præ multitudine lintres lintribus essent impedimento. Verum tam exiguis navigiis se alto committere barbaros timuisse, atque ex una eademque parte urbem invadere voluisse credendum est; quod innuit *Chronicon paschale*, p. 720.

445. Templi in Blachernis locus recte designatur, ut v. 405. Confer *Cpolim Christianam*, lib. III, p. 85. Ea ædes, quæ extra urbem erat ad littus maris, post fugatos Abares intra urbem excitato muro inclusa est. *Chron. Pasch.* p. 726.

457. Legerim πολεμίζει, ut constet metri ratio.

463. Ex repentina tempestate disjectas fuisse Barbarorum trabarias consentiunt historici; ac Pisida satis innuit hoc fuisse miraculum, quo Virgo Deipara Cpolitanorum rebus opitulata est.

Digitized by Google

Καί που τις αὐτῶν ἐκπεσὼν τῆς ὁλκάδος
Ἠλωτὴρ σχεδιάζων τὴν τέχνην ηὑρίσκετο.
Ἄλλος δὲ νεκρὸν εἰς ὕδωρ μιμούμενος
Ἠλπιζε φεύγειν, τῷ δοκεῖν πεπνιγμένος
Καί τις παρ' αὐτοῖς ἀντὶ πύργου τὴν τρόπιν
Λαθὼν ὑπῆλθε, καὶ πολὺν μείνας χρόνον
Ἐκ τῆς ἀνάγκης δυστυχῶν ἐκαρτέρει.
Ὅμως ἐκείνους πάντας, ὡς ἕνα στόλον,
Ὁ τῆς θαλάσσης συγκατέκλυσε σάλος.
Ἐντεῦθεν ὁ πρὶν ἀφθόνως ἀνημμένος
Πνέων τε πυρσὸν ἐκ λόγων πυρεκβόλων
Ἀπηθάλωτο συντόμως ὁ Βάρβαρος·
Ἄφνω δὲ τέφρα προσφόρως ἐγίνετο,
Ὡς πῦρ ἀνάψας εἰς ἀνέγκλητα ξύλα.
Ἄλλος γὰρ ἄλλον ἐξέπεμπεν ἄγγελον
Φέροντας αὐτῷ συμφορὰς ὡς δράγματα,
Ἐκ γῆς μὲν εἰς θάλατταν, εἰς δὲ γῆν πάλιν
Ἐκ τῆς θαλάττης δυστυχημάτων σάλον.
Οὕτω μὲν οὖν ἔπασχε τὸν καινὸν σάλον,
Εἰς γῆν νομίζων, κυματοῦσθαι τὰς φρένας·
Ὡς κυμάτων γὰρ ἀντισύνδρομον μάχην
Εἰς ἕν τι ῥεῦμα συμφορῶν ἀφιγμένων.
Πὴ μὲν γὰρ ἡ γῆ τῶν ἀθάπτων Βαρβάρων
Ὕλην παρεβλάστησε τῶν δένδρων πλέον,
A Πὴ δ' ἡ θάλαττα τῇ φορᾷ τῶν λειψάνων
Ὀχλουμένη τε καὶ κατεστορεσμένη
Ἐξ ἀλλοφύλων αἱμάτων φοινίσσεται·
Καὶ νῦν Ἐρυθρὰ κυρίως ἀκούεται,
Καλῶς βαφεῖσα τῇ βαφῇ τῶν Βαρβάρων.
Ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον
Βλέπουσαν αὐτὴν καὶ νέον σε Μωσέα,
Τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκονίζειν ἐμφάσεις·
Καὶ νῦν ἔχουσιν εἰς σοροὺς τὰ κύματα
Μνήμην ἔνυγρον καὶ ταφὴν Αἰγυπτίαν.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς ἐνδεεστέραν βλέπειν
Πρὸς τὴν παλαιὰν τὴν νέαν τιμωρίαν.
Ἄσωμεν οὖν τὸν ὕμνον, οὐκ ἐν τυμπάνοις
Ἀρρύθμα βομβήσαντες, ἀλλ' ἐν ὀργάνοις
Τῶν ἔνδον ἡμῖν μυστικῶς ἡρμοσμένων.
B Καὶ νεῦρα μὲν τείνωμεν ἐψυχωμένα
Καὶ πλῆκτρα γλώσσας καὶ τὰ χείλη κύμβαλα,
Αἰσθήσεων δὲ πενταχόρδῳ συνθέσει
Τὸν ἄκρον εἰς τὸν πρῶτον εἴπωμεν τόνον.
Οὕτω γὰρ ἡ μὲν ὄψις ἡ τῶν ὀμμάτων
Πᾶσαν καθαιρεῖ βλαπτικὴν θεωρίαν·
Ἡ δ' αὖ νοητὴ τῶν ἀκουσμάτων πύλη
Ἤχοις ἀτάκτοις οὐκ ἀνοίξει τὰς θύρας.
Οὐδ' αὖ γε τὴν ὄσφρησιν ἠπατημένην

natandi fingit, deprehensus est; alter vero mortuum super aquam imitatus sperabat evadere, se suffocatum simulans; (470) et alter ex ipsis pro turri carinam clam subiit, ubi diu permanens ex necessitate suam calamitatem sustinuit. Cæterum eos omnes, tanquam unam navim, maris unda concitata dispersit.

(475) Exinde qui nuper incensus immodice flammam fundebat ex ore, ignem ex jaculis, combustus est repente barbarus, statimque cinis factus est utiliter, ut ignis qui ligna immerentia combusserat. (480) Quippe alius post alium mittebat nuntios, qui ad eum afferrent mala velut manipulos: a terra enim ad mare, et ad terram pariter a mari, erat calamitatum tempestas. Ita igitur passus est novam tempestatem (485), in terra ratus fluctuare mentes. Non aliter quam secum depræliantibus undis in unam tandem partem calamitates confluunt. Illic enim terra ex inhumatis barbaris silvam ferebat plus quam ex arboribus: (490) hic autem mare dorso gestans cadavera nuper conturbatum et nunc sedatum ex alienigenarum purpurascit sanguine; et nunc vere et proprie rubrum audit, tam bene tinctum tinctura barbarorum. C (495) Oportebat enim, ut puto, Pharaonem alterum mare ipsum cum videret, teque novum Mosem, ut vivam Erythræi referret speciem; et nunc hi quoque habent pro tumulis undas, humida monumenta et sepulcra Ægyptia. (500) Æquum enim non erat ut esset inferior illa antiqua hæc nova ultio. Canamus igitur hymnum, non cum tympanis incondita perstrepentes, sed cum organis intus in corde nostro mystice temperatis: (505) et nervos intendamus animæ, fiantque plectra linguæ et labia cymbala. Et sensuum pentachordo conjunctorum altum in primis efferamus canticum. Ita enim visus, qui est ex oculis, (510) ab omni emundabitur noxio spectaculo; itemque intellectualis auscultationum

VARIÆ LECTIONES.

503 ἐξ ὀργάνων P. 505 ἐμψυχωμένα. 513 ἠπατημένη codices et ed.

NOTÆ.

466. Simili modo ac pene iisdem artibus legatos a Persis ad Chaganum missos evadere studuisse a Cpolitanorum manibus, vidimus ad v. 361 ex *Chronico pasch.*

470. Naves cum turribus in usu fuisse apud veteres testantur historiæ et numismata: sed non hujusmodi erant arte Abarum scaphæ.

476. Alludit ad minas et convicia superbi Chagani, quæ ex *Chronico paschali* retulimus ad v. 324.

481. Maximam vim calamitatum; δράγμα idem ac πλήθη, in Etymologico δράγμα τῶν κερμάτων.

493. Nicephorus patriarcha, p. 13, non tempestatis, sed incurrentium Cpolitanorum vi barbaros D fuisse oppressos narrans, ἐκ τοῦ εὐθέως ait ἔκτεινον, καὶ αἵματι πολλῷ τὸ θαλάσσιον ὕδωρ ἐφοινίσσετο.

496. Αὐτὴν opinor θάλατταν.

497. Cf. Exod. xiv, 31.

502. Tympana et cymbalos, quibus utebantur barbari, tanquam profana instrumenta Deoque laudando minus convenientia excludit Pisida, ac sensuum pantochordon, videlicet animi puriores affectus, tantummodo admittit. Confer *De exped. Heracl.* II, 246 et seqq.

511. Νοητὴν πύλην vocat intellectum, quia Plato in *Timæo*, p. 45, caput vel cerebrum τὴν τοῦ θειοτάτου καὶ ἱερωτάτου φέρον οἴκησιν sapienter affirmat.

Digitized by Google

Ἥδυσμα πικρᾶς ἡδονῆς ὑφαρπάσοι,
Καὶ γεῦσις ἔσται μὴ φθορᾶς παραιτία,
Ἀλλ' εἰς τροφὴν ἄφθαρτον ἠὐτρεπισμένη.
Ἁφαῖς τε ῥευστῶν λημμάτων ἐλευθέραις
Τὰ Χριστάδελφα ψηλαφήσωμεν μέλη,
Ὅπως ὁ πάσης ἀρχιτέκτων οὐσίας,
Τὸ πανσθενὲς στήριγμα τῶν ὁρωμένων
Καὶ τῶν ἀδήλων ἡ πεπηγμένη βάσις,
Ὁ παιδαγωγῶν συμφερόντως τὴν φύσιν
Καὶ σωφρονισταῖς ἐκφοβῶν διδασκάλοις
Τὴν νηπιώδη τῶν παθῶν ἀταξίαν,
Καὶ νῦν στρατεύσας τοὺς πυραυγεῖς συμμάχους
Κατὰ σκοτεινῶν ἀντιτάξοι Βαρβάρων,
Δείξοι τε Τίγριν καὶ τὸν Ἴστριον πόρον,
Ὡς πρὶν τὸ Νείλου ῥεῖθρον, ἡματωμένους
Ὅπως μεθυσθῇ συγγενῶν ἐξ αἱμάτων
Ὁ Βάρβαρος νοῦς δυστυχῶς γεγευμένος.
Αὔξοι δὲ τὴν σὴν εὐσεβῆ φυτουργίαν,
Τὸν δεσπότην θάλλοντα τοῖς θείοις κλάδοις·
Θύρας τε πολλὰς ἐξανοίγοι τοῖς λόγοις
Νικῶντος αὐτοῦ πανταχοῦ τοὺς Βαρβάρους.
Ἐνταῦθά μοι νῦν τὸν βραδύγλωσσον λόγον
Τὸ συμπέρασμα τοῦ σκοποῦ περιγράφει.
Τῷ σῷ δὲ τέκνῳ, τῷ νεωτέρῳ κράτει,
Τούτους προσειπεῖν εὐτρεπίζω τοὺς λόγους·
Νίκη, φάνηθι· νῦν λαβεῖν σε νυμφίον
Ἔξεστι τοῦτον, ᾧ τὰ δῶρα τῶν γάμων
Δέδωκας ἤδη τὴν σφαγὴν τῶν Βαρβάρων.

porta inordinatis sonis non aperiet valvas; nec ab olfactu pariter decepta suavitatem amaræ voluptatis attrahet; (515) gustus autem non erit corruptionis causa, sed ad escam incorruptibilem intentus: et tactu a fluxis rebus captandis immuni Christi fraterna membra contrectabimus: ut ille totius artifex substantiæ, (520) fortissimum fulcimentum visibilium et invisibilium stabile fundamentum, qui utiliter erudit naturam et flagello magistro exterret stultam passionum perturbationem, (525) nunc quoque suos educens rutilantes milites tenebricosis ex adverso sistat barbaris; Tigrisque et Istri demonstret alveos, ut quondam Nili flumen, cruentatos, ut, inquam, inebrietur suæ gentis cruoribus (530) barbarus infeliciter saturatus, tua vero crescat pia plantatio, despota, qui germina divinis surculis; portasque multas reseret sermonibus, ipso vincente quacunque ex parte barbaros.

(535) Atque hic meo tardiloquo sermoni finis de re proposita præscribitur. Tuum vero filium, pubescentem majestatem, hisce aggredior dictis alloqui. Prodeas victoria: nunc sponsum accipere (540) te decet istum, cui pro donis nuptialibus nuper dedisti cladem barbarorum.

VARIÆ LECTIONES.

530 γεγευσμένος P.

NOTÆ.

518. Cf. I Cor. VI, 15.

522. Vide Hexaem. IV, 401 et 500.

525. Angelos, qui stent pro Heraclio contra Chosroam, ut quondam a Deo steterunt duce Michaele archangelo contra Luciferum. Angeli enim, ut ait David, psal. CII, 20, *potentes virtute, facientes verbum illius.*

527. Per hæc duo flumina Persas et Abares, qui tunc erant hostes Heraclii, designat: nam ad Istrum ut plurimum acta sunt bella contra Abares, et Chosroam trans Tigrim fugere coegit Heraclius. Vide Theophanem, p. 269.

528. Vide Exod. VII, 20.

531. Vide supra v. 12. Patet autem Pisidam illud Pauli Sergio convenienter accommodare, I Cor. III, 6: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit.*

537. Quem hic Pisida allegorice filium Sergii appellat, esse filium Heraclii non dubito. Is fuit ille Flavius Constantinus, qui *Novus Constantinus* dictus est et in nummis *Heraclius Constantinus* nuncupatus invenitur. Circa annum 630 Gregoriam Niceta patricii filiam, jam a teneris unguiculis sibi desponsatam, in uxorem duxit. Rem tradit Nicephorus patr. p. 15. Itaque opinor Pisidam idcirco ita Constantinum hic alloqui, ut fausta omnia augustis sponsis apprecaretur, quos tamen matrimonio conjunctos non fuisse legimus in eodem Nicephoro, nisi postquam Heraclius, exstincto jam Chosroa et pace cum ejus filio Siroa facta, e Perside victor triumphansque remigravit.

QUERCII DE HERACLIADE MONITUM.

Heracliados inscriptio, quam huic poematio, duabus tantum acrosibus comprehenso, posuit Pisida, quid magnum plane videtur prima fronte polliceri. *Iliadem* enim et *Odysseam*. *Æneidem*, et *Thebaidem*, aliaque hujusmodi cum Græcorum tum Latinorum poemata longo deducta filo, facile sibi quisque in mentem revocabit. Sed vereor ne qui tituli amplitudine captus quid simile a Pisida exspectat, a spe decidat sua, cum neque scriptionis genus, neque poeseos majestatem, neque rerum, quæ narrantur, gravitatem conceptæ statim opinioni satis et ex æquo respondere invenerit. At Pisida quidem, ni fallor, ea de causa tam speciosum titulum suis hisce acrosibus inscripsit, vel quia de Chosroæ excidio, quod eorum omnium quæ ab Heraclio gesta sunt fuit opus maximum, agere potissimum volebat, quod sane ex ejusdem tituli explicatione, Εἰς τὴν τελείαν πτῶσιν Χοσρόου, fit manifestum; vel quia Heraclii imperatoris res singulas, quas postquam regno potitus est præclare gessit, attingere ac delibare constituerat, ut ex secunda

Digitized by Google

acroasi patet clarissime : ita ut sive finem operis spectes sive mentem scribentis, præsens poemation, in quo Heraclii vita συνοπτικῶς continetur, qualecunque illud tandem sit, non immerito *Heracliados* titulo præfulgeat insignitum. Cæterum ne satis quidem distincte et enucleate, quæ ad cladem ipsam necemque Chosroæ spectant, nobis enarrat poeta, quamvis non alio forsan modo hæc ipsa pertractare ei integrum fuit. Non enim ille secundæ ut primæ expeditionis ab Heraclio assumptus comes est, nec satis patiens moræ fuit, ut reditum imperatoris exspectaret, a quo ut actæ res essent facile potuisset addiscere ; sed ut primum nuntium de Chosroæ morte Cpolim allatum est, statim ingenti lætitia perfusus et poetico furore abreptus hos iambos, ut videtur, fudit, fortasse etiam ad Heraclium misit, ut ei qua poterat ratione obviam iret, et pro re tam magna et tam feliciter gesta non ultimus civium gratularetur. Quod quidem ex iis quæ leguntur in fine primæ acroaseos colligere mihi videor posse : ibi enim dubius et hærens quid primum, quid deinde diceret, rerum numero et pondere obrutus et pressus a præliis describendis sibi in præsentia abstinendum esse decernit, usquedum imperator Byzantium reversus rem omnem ordine, ut factum esset, aperiret, et impedimentis ad loquendum submotis animos civium ad scribendum excitaret, v. 238. Atque inde etiam, quantum conjectura consequi possum, Pisida de hoc argumento plenius et melius pertractando jam tunc videtur, cum hæc scriberet, cogitasse. At si cogitavit, in aliud commodius tempus rem certe distulit. Præstiterit autem necne quod in animo ei sedisse conjicio, non ausim affirmare ; quamvis præstitisse arbitror, et quia plura sunt fragmenta, quæ huic argumento quidem conveniunt, sed quæ ad hoc Poemation referre satis commode non possis. Cujus rei eorum esto judicium, quos Pisidæ fragmenta ad calcem operis in unum a nobis comportata conferre et expendere non pigebit. Certum igitur firmumque sit epinicion potius quam poema hisce duabus acroasibus contineri. Res et tempus nobiscum faciunt. Nam præterquam quod ita exorditur Pisida ut hymnum existimes canere, leviter admodum ea quæ ad expeditionis ductum et exitum spectant tangit et in transitu, totum autem se in Heraclii pietate commendanda effundit ; ac dum in eo esse credis ut aliquid de re proposita dicat, quasi absterritus videtur resilire, et in iis quæ ante susceptam expeditionem gloriose fecerat imperator enarrandis pervagari. Ipse autem testis est disertus, dicens acroasi I, 240 :

Ὅμως ἁπλώσας ῥιψοκινδύνῳ θράσει
Τὸν νοῦν, ἐπ' αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

Ita autem id factum est, quia huic operi manum nimis sollicitus admovit, scilicet, ut mea fert opinio, paulo post quam ἀνεγνώσθησαν (utar enim verbis *Chronici paschalis*, p. 727) ἀποκρίσεις ἐπ' ἀμβωνος ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Ἐκκλησίᾳ, σταλεῖσαι ἐκ τῶν ἀνατολικῶν ὑπὸ Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δηλοῦσαι τὴν πτῶσιν τοῦ Χοσρόου καὶ τὴν ἀναγόρευσιν Σειροίου τοῦ Περσῶν βασιλέως. Heraclii litteras exhibet ibidem auctor Chronici, quibus nil plane quadrat aptius aut melius cohæret, quam primæ acroaseos initium et finis, itemque secundæ conclusio. Diceres Pisidam totius civitatis nomine Heraclio respondisse. Itaque, si me audis, hæc scripsit Pisida anno a Christo nato 628 exeunte, qui in 18 regni Heraclii recidit : eo namque tempore de Chosroa ab eodem Heraclio primum subacto et deinde a filio Siroa interfecto Cpolitani cives certiores facti sunt. Utinam quæ Pisida tam rapido, tam stricto stylo scripsit, saltem dilucidius et planius explicasset : fatear enim, quod nisi Theophanes ubique facem prætulisset, multis in locis hæsisset aqua, quod aiunt ; quippe tortuosa et implicata allegoriis occurrunt multa, quorum sensum statim assequi facile non esse legentibus patebit.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΗΡΑΚΛΙΑΣ

ΗΤΟΙ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΕΛΕΙΑΝ ΠΤΩΣΙΝ ΧΟΣΡΟΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΕΡΣΩΝ.

—

EJUSDEM
HERACLIAS

SIVE

DE EXTREMO CHOSROÆ PERSARUM REGIS EXCIDIO.

—

A.

Ἀγαλλιάσθω πᾶς χορὸς τῶν ἀστέρων
Τὸν ἀστρόδουλον δεικνύων πεπτωκότα
Καὶ τὴν ἑαυτοῦ πτῶσιν ἠγνοηκότα.
Οὐκ ἔστεγε γὰρ ἡ κτίσις τιμωμένη,
Κἂν δυσσεβηθεὶς ὁ Κτίσας ἠνείχετο.
Νῦν πανσέληνος ἡ σελήνη λαμπέτω
Τοῦ Χοσρόου λήγοντος, ἐγγυωμένη
Πέρσας τὸ λοιπὸν μὴ θεουργεῖν τὴν κτίσιν.
Καὶ νῦν ὁ τρισμέγιστος ἡλίου πόλος,
Λούσας ἑαυτὸν τῇ καθάρσει τῶν φόνων,
Βοᾷ λαλεῖ σοι τὴν σφαγὴν τοῦ Χοσρόου
Θεοῦ βεβήλους ἐκφυγὼν ὑποψίας
Σκίρτησον, αἰθήρ· ὁ κρατῶν Περσοκράτης
Ὁ πυρσολάτρης ἐζοφώθη Χοσρόης.

I.

Exsultet chorus omnis astrorum, astrorum servum cecidisse demonstrans suumque casum ipsum ignorasse : non illum enim texit culta creatura (5), quamvis impie profanatus Creator sustineret, nunc in suo plenilunio luna resplendeat, deficiente Chosroa, læta despondens Persas non ultra deificaturos res creatas. Et nunc, o maxime solaris orbis, (10) bene lotus et expiatus a cædibus clama, tibique

NOTÆ.

ACROAS. 1. v. 1, Ad calcem *Chronici paschalis*, p. 398, 727, 15, ed. Bonn. exstant litteræ ab Heraclio ad Cpolitanos post devictum Chosroam missæ, in quibus imperator, quod Deo favente contigerat, narrat, civesque hortatur ut pro tam prospero expeditionis ab se susceptæ eventu totos se in Dei laudes effundant. Eæ litteræ cum Pisidæ senariis conferantur.

2. Pisidæ ἀστροδούλους hic vocanti Persas plauderet libentissime Thomas Hyde, qui in libro *De relig. vet. Pers.* nec ἀστρολάτρας, neque πυρσολάτρας, sed ἀστροδούλους et πυρσοδούλους appellandos esse contendit : ab omni enim idololatriæ suspicione eos liberare satagens, δουλίας, non λατρίας, *reverentionis*, non *adorationis* specie cultum tantummodo civilem astris eos olim præstitisse et nunc quoque præstare decernit : in quam sententiam iverunt etiam Prideaux, *Hist. Jud.* tom. I, p. 215; et Beausobrius, *Hist. Manich.* tom. I, p. 173. Verum qui Chosroam ἀστρόδουλον hic appellat, mox v. 14 πυρσολάτρην vocabit. Ergone sibi non constat Pisida? Minime vero; sed fatendum eum δουλίαν a λατρείᾳ non distinguere, ac, eodem plane sensu ἀστρόδουλον et ἀστρολάτρην accepisse, ut qui de Persarum superstitione circa astra et ignem neutiquam dubitaret; quod ex iis quæ proxime sequuntur abunde patet.

3. Magorum deridet insaniam, quorum vaticiniis plurimum Chosroes fidebat. Vide v. 34 et seqq.

4. Sol, luna, ignis Persarum fuerunt numina, de quibus sæpe in acroasibus *De exped.* dictum est. Simile illud Virgilii *Æneid.*, II, 430 de Pantheo Othryade, quem *nec pietas nec Apollinis infula texit.*

6. Citantur hi tres senarii a Suida in v. ἔγγυον. Æmilius Portus legerat in secundo Χοσρόου λέγοντος pro λήγοντος, ac proinde verterat *annuente* pro *deficiente*. Consule quæ in fine secundæ et in principio tertiæ acroaseos *De exped.* adnotavimus, ut intelligas cur hic poeta lunam hortetur ut mortuo Chosroa in suo plenilunio clarissime resplendeat.

8. Θεουργεῖν τὴν κτίσιν, *honorem Deo debitum rebus creatis tribuere;* quod qui faciunt, veri sunt idololatræ ut Persæ, qui bona pace Thomæ Hydii et eorum qui cum Hydio sentiunt, erant revera ἀστρολάτραι et πυρσολάτραι.

10. Φόνους, puto hic esse equorum sacrificia, quos Persæ soli immolabant. Vide *De exped.* I, 24 et seqq.; ibi enim poeta Persarum stultitiam salse irridet. Hic autem solem monet ut a sanguine victimarum se abluens omnibus testatum faciat, se respuere sacrificia nonnisi Deo offerenda.

Digitized by Google

Πάλιν κάμινος Περσικὴ καὶ δευτέρα
Δρσοίζεται φλὸξ Δανιὴλ τῷ δευτέρῳ,
Ἀνωφερὴς δὲ καίπερ οὖσα τὴν φύσιν
Κεῖται κατ' αὐτῶν, καὶ διώκει καὶ φλέγει
Τοὺς τὴν πονηρὰν ἐκπυρώσαντας φλόγα.
Πάλιν λεόντων ἠγριωμένων στόμα
Εἰς γῆν δι' ὑμῶν Περσικὴν ἀνεφράγη.
Πάλιν παροινεῖ δυσσεβῶς ὁ Χοσρόης
Καὶ πῦρ θεουργεῖ καὶ θεὸς φαντάζεται,
Ἕως σὺν αὐτῷ καὶ τὸ πῦρ ὑπερβράσαν
Σὺν τῷ θεουργήσαντι συγκατεφθάρη.
Πάλιν παροινεῖ, καὶ μεταίρει τὴν κτίσιν,
Ξέρξῃ τε τῷ πρὶν ἀντερίζει, καὶ θέλει
Πὴ μὲν πετρῶσαι τὸν βυθὸν τοῖς λειψάνοις,
Πὴ δ' αὖ γε τὴν γῆν κυματῶσαι τοῖς λύθροις.
Γιγαντιᾷ δὲ καὶ τυραννῆσαι θέλει,

announcia cladem Chosroæ, deus haberi abhorrens ex impia suspicione, æther, exsulta : imperans Persarum tyrannus ignicola obtenebratus est Chosroes. (15) Rursus Persica fornax atque iterum irroratur flamma pro Daniele altero, quæ, quamvis in altum natura tendat sua, tamen procumbit, instansque illos adurit qui flammam iniquam succenderunt. (20) Rursus leonum os rabide furentium per te contra terram est adapertum Persicam. Rursus insanit sceleratus Chosroes, et ignem facit deum, seque deum simulat; donec cum ipso etiam superincursus ignis, (25) cum ipso qui fecit ignem deum, exstinctus est. Rursus, inquam, insanit, et res creatas invertit, Xerxique antiquo æmulatus conatur qua pelagus opplere cadaveribus, qua contra terram inundare sanguine. (30) Ut gigas vero furit seque

VARIÆ LECTIONES.

18 κεῖται ed.

NOTÆ.

14. Scite ex Persarum doctrina. Duo enim erant apud Persas summa numina Oromazdes et Arimanius, sibi invicem contraria, quorum unum erat bonorum, alterum malorum fons et origo : ut enim Oromazdes lucis, ita Arimanius auctor fuerat tenebrarum. Hinc tantus honor soli, luci et igni habitus est a Persis, ut ubivis locorum essent excitata templa, quæ πυρεῖα vel πυραιθεῖα vocabantur. Intus enim ignis super aras positus religiosissime colebatur, qui ne unquam exstingueretur, maxima erat Magorum cura. Præstat legere Bruckeri *Hist. crit. Philos.* tom. I, lib. II, quo nemo melius Persarum systema explicavit. Itaque Pisida ex Persarum placitis dicit Chosroam a luce, quam adorabat, in tenebras, id est in potestatem diaboli, cecidisse : si enim ulla fides Arabibus scriptoribus, Abulfedæ testimonio apud Pocockium *Spec. hist. Arab.* p. 146, lux est Persis idem ac Deus bonus, et tenebræ diabolus. At Pisida forsan hic carcerem etiam designat, in quem Chosroes Siroæ filii jussu conjectus est, quæ vocabatur ὁ οἶκος τοῦ σκότου, ut narrat Theophanes, p. 271, qui, ut alibi monuimus, minime consentit cum nostro Iambographo.

15. Persidem, in qua erant ubique altaria in honorem ignis exstructa, fornaci, in quam Daniel est injectus, non illepide assimilat, ut Danielem alterum fuisse demonstret Heraclium.

16. Daniel. III, 50.

17. Ibid. 48.

20. Persas æquat Chaldæis, qui a leonibus, quibus objectus Daniel illæsus evaserat, tanquam αἴτιοι τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ devorati sunt.

22. Chosroam, quem nuper Nabuchodonosori ob morum feritatem comparavit, nunc ob mentis superbiam, et insaniam Nembrodo tacitus assimilat, qui turrim Babel exædificare instituit, ut a Dei potestate se liberaret; unde ex quorumdam opinione idololatriæ monstrum ortum habuit. Pisida, ut videtur, Josephum secutus est, qui *Antiq. Jud.* I, 4, ait Nembrodum contra Deum tyrannidem affectasse, hominesque eo contumeliæ in Deum, et despicientiæ adduxisse, ut eis persuaserit ne Deo concederent, eique acceptam referrent suam felicitatem. Forsan etiam Nembrodo Chosroes confertur, quia ex Hebræorum sententia immanis ille vir primus cultum ignis in Chaldæam intulit.

23. Heraclius Chosroam fugientem secutus, quæcunque templa igni dicata in Perside invenit, solo æquavit, ut copiose narrat Theophanes a p. 257 ad 275. At Pisida, ut puto, innuit hic palatium, quod Chosroes habuit Gazaci, et a quo primum secedere coactus est. Hæc enim fuit prima et multum spectabilis Heraclii victoria, qua fugatis hostibus, ut idem Theophanes testatur p. 258, Gazacum Orientis civitatem occupavit, ἐν ᾗ ὑπῆρχεν ὁ ναὸς τοῦ πυρὸς καὶ τὰ χρήματα Κροίσου τοῦ Λυδῶν βασιλέως καὶ ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων. Cur autem Pisida dicat de Chosroa καὶ θεὸς φαντάζεται, accipe a Cedreno, qui ex Theophane aliisque scriptoribus Byzantinis suam conciunavit historiam. Is autem, p. 412 iisdem plane verbis, quibus Theophanem usum esse nuper vidimus, ab Heraclio captam Gazacum ait, et deinde subjungit : Καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῇ εὗρε τὸ μυσαρὸν εἴδωλον τοῦ Χοσρόου, τό τε ἐκτύπωμα αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ παλατίου σφαιροειδεῖ στέγῃ, ὡς ἐν οὐρανῷ καθήμενον, καὶ περὶ τοῦτο ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἄστρα, οἷς ὁ δεισιδαίμων ὡς θεοῖς ἐλάτρευε, καὶ ἀγγέλους αὐτῷ σκηπτοφόρους περιέστησεν· ἐκεῖθέν τε σταγόνας στάξειν ὡς ὑετούς, καὶ ἦχους ὡς βροντὰς ἐξηχεῖσθαι ὁ θεομάχος ταῖς μηχαναῖς ἐπετεχνάσατο. Celeberrimum hoc fuit Chosroæ palatium ab Heraclio destructum, de quo Joannes Tzetza Chiliad. 3, hist. 66, ait mentionem fecisse in quodam suo poematio *De templo*, atque ex eo septem illos senarios profert, quos Allatius temere attribuit Pisidæ : satis enim aperte ibi Tzetza de se loquitur. Quos quidem iambos, ut conjicio, Tzetza composuit in laudem piæ cujusdam imperatricis, quæ magnificum templum artificioso fornice ornatum exstruxerit, ac proinde Archimedem inducit mulieris ingenio vinci se clamantem. In primo enim Tzetzæ senario, quod obiter dicam, illud πρὸς αὐτὸν ad ναὸν *templum* referendum est, et ἐπιτίθεται vel aliud ejusdem significationis verbum subaudiendum est.

25. Ut enim idem Cedrenus ibidem ait, Ταῦτα γοῦν πυρὶ ἀνάλωσε, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ναὸν κατέκαυσε καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν.

26. Rursus Chosroam comparat Xerxi, de quo plura a nobis dicta *De exped.* II, 308 et seqq.

28. Confer ibidem v. 316. Quod Pisida dicit, Chosroam πετρῶσαι τὸν βυθόν, ad bellum Abaricum est referendum, de quo vide in poemat. hujus argumenti v. 490. Nullum enim aliud fuit bellum navale inter Heraclium et Chosroam præter id quod prope mœnia urbis Cpoleos actum est. Cum autem dicat γῆν κυματῶσαι τοῖς λύθροις, id intelligendum de cædibus immanissimis Christianorum, quas in tota Syria et Perside Chosroes patravit. Vide *De exped* II, 108.

30. Clarius quam supra Chosroam æquat Nem-

Digitized by Google

Καὶ τὸν πρὸ πάντων εἰκονίζει Βαλτάσαρ,
Χραίνων τὰ θεῖα τῷ μολυσμῷ τῆς μέθης,
Ἕως κατ' αὐτοῦ δάκτυλος θεηγόρος
Τῇ δεξιᾷ σου χρώμενος χειρογράφῳ
Ψῆφον μελαίνης ἐξεφώνησε κρίσιν.
Λήγουσι λοιπὸν αἱ βροχαὶ τῶν αἱμάτων,
Φεύγει τὸ ῥεῦμα τῶν ἀειῤῥύτων φόνων·
Ἡ γῆ βιαίοις οὐκ ἐνοχλεῖται τάφοις,
Θάλαττα λύθρων οὐ μιαίνεται χύσει.
Τῶν αἱχμαλώτων οὐ βρύει τὸ δάκρυον·
Ἀργεῖ τὸ λοιπὸν ἡ πλοκὴ τῆς ἁγχόνης·
Οὐδεὶς μετ' ἕξους ἐκκενώσας αἰθάλην
Τὴν ῥῖνα ποιεῖν ἐκβιάζεται στόμα.
Τὰ δένδρα νεκροῖς οὐ βαρεῖται φορτίοις.
Πλήρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις·
Ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα·
Οὐδεὶς ἀμοιβὴν συμφορᾶς ἀντιστρόφου
Τὴν χεῖρα κιχρᾷ τῶν ποδῶν ἀντεργάτιν.
Ἀλλ' οὐρανὸς, γῆ, πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, νέφη;
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω
Κροτεῖ σὺν ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὰ σκάμματα,
Ἑνὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων ὅλων.
Νῦν τὸν πυραυγῆ Χοσρόης ἐωσφόρον
Ἔγνω ζοφώδη, καὶ πλάνητας οὐκ ἔχει

præstat tyrannum et unum præ omnibus repræsentat Baltasarem, conspurcans res divinas ebrietatum profanatione, donec in ipsum digitus divinoloquus, tuam ad exarandum mutuatus dexteram, (35) nigri lapilli protulit sententiam. Jam demum cessant sanguinis rivi, sistitur fluxus cædium perennium, terra violentis non exagitatur sepulcris, mare non sordet fusis cruoribus. (40) Nec scatent jugiter captivorum lacrymæ; torpent jam tandem feriati restes et laquei. Nemo cum aceto exhausta fuligine nasum cogitur vocare ad oris officium. Non arbores gravantur mortuorum pondere. (45) Integræ constant singulis membrorum junctura: nemo pedes manusque mutilus deprimit colla, nemo ad compensandam ex adverso calamitatem manu utitur ad officia pedum adjutrice. At cœlum, terra, ignis, aqua, aer, nebulæ, (50) omnisque rerum quæ sursum et deorsum sunt, ratio, dei nobiscum scammata concelebra: cecidit unus, et omnes sunt servati.

Nunc rutilantem Chosroes Luciferum sentit esse

VARIÆ LECTIONES.

47 ἀγχυστρόφου P_2

NOTÆ.

brodo, cujus vim nominis eam esse dicunt ut idololatram tyrannum et gigantem significet. Pisida manifeste versionem 70 secutus de Chosroa dicit γιγαντιᾷν. Ubi enim Vulgata *Gen.* x, 8 legit *ipse Nimrod cœpit esse potens in terra*, Septuaginta Interpretes habent οὗτος ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς. Hic senarius citatur a Suida in v. Γιγαντιᾷ.

31. Recte Baltasarem regem Babylonis πρὸ πάντων verius et melius quam cæteros tyrannos terræ imitatum esse dicit Chosroam: ut enim ille vasa de templo Jerusalem a Nabuchodonosore asportata inter convivandum contaminare non erubuit, ita Chosroes lignum S. Crucis, quod ab eodem templo arripuit et secum cum infinito captivorum numero abduxit, profanavit.

32. Τὰ θεῖα quid intelligat, vide *De exped.* II, 107 et seqq.

33. Dan. v, 5.

35. Suidas habet hunc iambum in v. ψῆφος· similis autem huic est 385 *De bell. Abar.*

36. Varia suppliciorum genera, quibus Chosroes in Romanos sæviit, enumerans, ipsum quidem tyrannum, Christianos autem martyres fuisse designat.

38. Hunc et prope sequentem senarium confer cum v. 487 et seqq. *De bell. Abar.*

40. Cum enim Siroes Chosroa exstincto pacem cum Heraclio composuisset, πάντας, ut habet Theophanes, p. 272, τοὺς ἐν φρουραῖς Χριστιανοὺς καὶ τοὺς ἐν Περσίδι πάσῃ αἰχμαλώτους παρέδωκεν αὐτῷ, σὺν τῷ πατριάρχῃ Ζαχαρίᾳ, σὺν τοῖς τιμίοις καὶ ζωοποιοῖς ξύλοις τοῖς ἐξ Ἱερουσαλὴμ ληφθεῖσι.

41. De variis tormentorum generibus, quæ Pisida poetice describit, consulendus Gallonius *de SS. martyrum cruciat.* p. 16: ut martyres enim Romanos a Persis laqueo suspensos et necatos videtur repræsentare idem poeta, qui procul dubio S. Anastasium Persam ejusque septuaginta socios martyres ob oculos habuit, dum hæc scribebat.

42. Hanc pœnam quondam a dominis infligi consuevisse servis, testis est Aristophanes Batr. 633. Ibi enim varias tormentorum species eleganter enumerat. At Pisida una cum aceto fuliginem per nares ingestam a Persis tradit, ut in Christianos magis sævitum esse ostendat quam fieri soleret in servos.

45. Rotis, equuleo, trocheis aliisque instrumentis martyrum corpora torquebantur, extendebantur discerpebanturque. Vide Gallonium, p. 33.

46. Citat hunc versum cum superiore Suidas in v. ἄχειρος, monetque poetam de Chosroæ crudelitate agere. Nulla autem occurrit varietas, nisi quod in Suida venit legendus primus, qui in Pisida est secundus. Perperam Kusterus pro οὐ βαρεῖ reponendum putavit σοβαρεύει, repugnante prorsus metro et sensu. Nec magis probaverim, quod eidem Kustero placuisset, ut in versu superiori pro ἑκάστῳ contra codicum fidem legamus ἑκάστων.

51. Σκάμματα sunt *limites* ac *termini*, stadii fossis vallisque terræ designati, intra quos cursus flebant in circo; unde illud adagium ὑπὲρ τὰ σκάμματα πηδᾷν. Maluimus aliorum exemplo Græcam vocem retinere quam alia uti, quæ vocabuli vim non exprimeret. Pisida, ut videtur, in amplissimo theatro mundi certantes inducit Heraclium et Chosroam, cœlum terramque spectatores facit, judicem et arbitrum Deum constituit, cujus benignitate et favore factum est ut nimia temeritate procurrens et terminos transgredi contendens Chosroes in σκάμματα, in *fossas*, præceps corruerit, et cæteri omnes salutis et victoriæ coronam sint adepti. Hunc esse sensum allegoricum nobis propositum, præter ea quæ sequuntur, facit ut credamus verbum κροτεῖν, quod usurpatum semper invenitur ad plausus exprimendos, quibus victores athletæ a spectatoribus excipiebantur. Si autem allegoriam dimittas, dei scammata erant divina consilia et judicia, seu fines ab eo constituti ratione plane diversa ac insanus Chosroes secum reputaverat: consilium enim fuit Chosroæ ut omnes Romani perirent, consilium autem Dei fuit ut unus periret Chosroes et omnes servarentur Romani, ἑνὸς πεσόντος καὶ σεσωσμένων ὅλων.

54. Ludit in voce πλανήτας, quæ a πλανάω, *erro* et *in errorem induco*; unde] scite dicit Chosroam,

Digitized by Google

Τοὺς ἑπτὰ, φησὶν, ἀλλ' ὅλους τοὺς ἀστέρας.
Νῦν πάντας αὐτοὺς ἐμπεσὼν τῷ Ταρτάρῳ
Βλέπει σκοτεινοὺς ἐξ ἀνάγκης ἑσπέρους
Καὶ τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀστοχήσας ἐλπίδος,
Οὓς ζῶν ἐτίμα, δυσσεβεῖ τεθαμμένος.
Ποῦ νῦν ὁ λῆρος τῶν ἀεισφαλῶν Μάγων;
Ποῦ τῶν ἐν ἄστροις ὀργίων τὰ σκάμματα;
Ποῖος πεσόντα Χοσρόην ὡροσκόπει; —
Πάντως ἔδοξεν ἐμπεσεῖν τῷ τοῦ κρόνου·
Τέκνου γὰρ ὁρμαῖς ὁ σφαγεὺς ἀνῃρέθη.
Ὅμηρε, τὸν πρὶν μηδαμῶς Ἡρακλέα
Θεὸν προσειπεῖν ἀξιώσῃς ἀσκόπως.
Τί γὰρ τὸ κοινὸν ὠφέλησε τοῦ βίου
Κάπρος φονευθεὶς ἢ λέων πεπνιγμένος;
Θαύμαζε μᾶλλον, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἕνα,
Τὸν κοσμορύστην εὐλόγως Ἡρακλέα.
Κατῆλθεν οὗτος ἄχρι τῆς Ἅιδου θύρας,
Τὴν λύτταν ἧξε τοῦ κυνὸς τοῦ παμφάγου,

obscurum, eique sunt errantia (55) non solum septem, ut aiunt, astra, sed omnia. Nunc omnia illa demissus in Tartarum tenebricosas videt necessario vesperas; atque a spe dejectus in ipsis posita, quæ vivus adorabat, exsecratur mortuus.

(60) Ubi nunc semper mendacium Magorum deliria, ubi deducta ab astris orgiorum scammata? Quotusquisque exstincti Chrosroæ notavit dies, pro certo statuit moriturum lapsu temporis: at illum nati furor homicidam sustulit.

(65) Homere, priscum illum nusquam Herculem deum vocare oscitanter præsumpseris.

Ecquid enim boni vitæ societati attulit aper mactatus aut suffocatus leo? Hunc admirare potius, velut unum inter homines (70) mundi liberatorem, verius dicendum Herculem. Hic usque ad portas

NOTÆ.

qui tantum in astris fideret ut ea pro diis haberet, nunc demum sentire non a septem modo planetis, quos esse sidera erratica vaga et palantia noverant veteres astronomi, sed etiam ab aliis omnibus stellis, quas fixas vocare solent, se fuisse deceptum. Sic etiam salse irridet Persarum religionem et scientiam, quæ potissimum in vana planetarum observatione versari solebat, cum ab eorum influxu omnia pendere arbitrarentur.

60. Ἀεισφαλεῖς. Magos appellat eo quod semper, ac præcipue Heraclii temporibus, astrologia judiciaria et ἀποτελεσματικὴ facultas tanto in honore apud eos esset, ut cum omnia ex magicæ disciplinæ arcanis petenda consilia essent, et nihil faustum esse posse existimaretur quod ab eis non fuisset definitum, quidquid agendum esset, per divinationes et somniorum interpretationes expendi et juxta varias planetarum species conversionesque et potestates explorari antea oporteret.

61. Quid sint σκάμματα, dictum supra v. 51. At hic Pisidam puto vocare *scammata* ex astrorum observatione petitas a Magis *definitiones*, quibus illi vanissimi æruscatores, quales qualive fato futuri essent homines, qui sub cujuscunque sideris forma et positione nati essent, divinabant. Ὄργια autem hujusmodi nugas et deliramenta appellat, tum ut eas æque impias et insanas esse demonstret ac Græcorum orgia, quibus olim Baccho sacra fiebant, tum ut Magorum stultitiam vexet, qui ut popello id præstigiarum facilius venditarent, in templa et pyrea coibant, ut de vaticiniis, quæ orgiis quid simile, si rerum vanitatem spectes, merito dixeris, inter se colloquerentur et deliberarent. Itaque Pisida per has verborum ambages, opinor, exprimit Persarum levitatem, qui horoscopos et genituras, cæteroquin res vanissimas, ut quid sacrum tractarent. Qui plura velit, quæ ad rem faciant, περὶ γενεθλιακῆς adeat Lucianum *de Astrolog.*, qui hanc plane ridiculam scientiam defendit, et Gellium 14, 1, quo nemo melius inter veteres subtilissimæ artis fundamenta convellit.

62. Magorum inscitiam et vanitatem evincit exemplo Chosroæ, quem diu victurum ex horoscopo prædixerant, usquedum ipse ab urbe Ctesiphonte invisenda abstineret, eum interfectum iri a filio Siroa penitus ignorantes, quamvis eos ut genus quoddam fatidicum et divinum laudet Lucianus in *Macrobiis*. Horum de morte Chosroæ vaticinium habes in Theophane, p. 269. Cæterum nil mirum, si omnium rerum humanarum tempus, rationem et causam Magi in cœlo, et ex stellis requirebant, cum ætatis vitio tum multi etiam alibi circumferrentur homines fatidici, qui regibus vitæ momenta singula explanare, et quo quisque genere mortis et ictu temporis esset interiturus, se posse prædicere profiterentur; cujus rei testes sunt tot oraculorum et visionum libri a Christianis auctoribus memorati, de quibus videndus Fabricius, *Bibl. Græc.* vol. VI, p. 363, qui, ut solet, pererudite disserens utrum Leoni Sapienti necne recte tribuantur oracula quæ sub ejus nomine circumferuntur, plurima hujusmodi scripta recenset. Leo etiam Allatius, *Diatrib. de Georgiis*, p. 351, obiter nonnullos vaticiniorum libros memorat, ex quibus etiam apparet exstitisse olim quædam oracula Chosroæ Persarum regis nomine inscripta, quorum, ni fallor, specimen est id quod de vaticiniis Chosroæ tradit Theophyl. Simocatta, p. 158.

63. Theophanes, p. 271, narrat Siroam, suadente Heraclio, in Chosroam parricidam arma movisse, ipsumque catenis onustum in carcerem detrusisse: ibi autem satrapas constituisse, qui eum pane et aqua parce sustentatum injuriis lacesserent et conspurcarent sputis; Merdasam ejus filium, quem Chosroes pro Siroa in regem coronari voluerat, interfici jussisse, omnesque reliquos ejus liberos e medio tolli mandasse. Ἐν πέντε δὲ ἡμέραις τοῦτο ποιήσαντας ἐκέλευσεν ὁ Σιρόης τοῦτον τόξοις ἀνελεῖν, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν ἐν δεινοῖς παρέδωκε τὴν πονηρὰν αὐτοῦ ψυχήν.

65. Homerum monet ne Herculem ob præclara gesta inter deos recenseat, ne ridiculus audiat, et ἀποθεώσεις quas narrat vilescant. Ac, ni fallor, respicit ad locum *Odysseæ*, in quo Ulyssem ait invenisse apud inferos Herculis idolum, 11 600. Cæterum de more ludens poeta in vocibus, ob similitudinem nominis Heraclii cum Hercule, imperatoris gesta longe præferenda et immortalitate valde digniora esse quam Herculis certamina contendit.

67. Præ cæteris poetis, qui Herculis labores describunt, consulendus Lucretius, lib. v *in princ.* cui deus ille est, qui, qua ratione animus purgari possit a vitiis, non quomodo terra a monstris liberari, docuerit.

68. Aprum in monte Erymantho Arcadiæ natum, qui Phocidis agrum vastabat, vinctum ad Eurystheum deduxit Hercules, et leonem Nemæum omnium armenta in Phliuntem et Cleonas dilaniantem nudis manibus apprehensum suffocavit.

70. Heraclium Herculi prælaturus, quæ de Hercule narrantur, ejusque κοσμορύστου titulum, imperatori melius convenire ostendit, Persas eorumque regem Chosroam monstris toto orbi terrarum infensissimis per allegoriam comparans.

71. Persidem cum inferis confert, ad quos Hercules descendisse fertur.

72. Cerberum canem ab inferis abactum per

Digitized by Google

Ἄλκηστιν ἐξήγειρε τὴν οἰκουμένην,
Ἀνεῖλε τὸν δράκοντα τὸν μιαιφόνον,
Καθεῖλεν ὕδραν μυριαύχενον βλάβην,
Ῥυπῶντα τὸν πρὶν ἐξεκόπρωσε βίον,
Ἔπνιξε τὸν λέοντα τὸν κοσμοφθόρον,
Καὶ νῦν προῆλθεν Ἡρακλῆς τῷ πράγματι,
Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τὰς πόλεις ὅλας.
Παρῆλθεν ἡ γῆ τῆς ἀφεγγοῦς ἑσπέρας·
Τὸ φῶς ὑπέστη, καὶ διέστη τὸ σκότος·
Καὶ δεύτερος νῦν κοσμοποιεῖται βίος,
Καὶ κόσμος ἄλλος καὶ νεωτέρα κτίσις.
Καὶ νῦν ὁ Νῶε τῆς νέας οἰκουμένης
Κιβωτὸν εὗρε τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν,

A Καὶ πᾶσαν ἔνδον ἐντεθεικὼς τὴν φύσιν
Ἀφῆκεν αὐτὴν εἰς ἔνοπλα τάγματα
Τῷ κατακλυσμῷ Χοσρόου φρουρουμένην·
Σχεδὸν γὰρ εἰπεῖν πᾶσα σὰρξ διεφθάρη
Ἐκ τῆς χυθείσης παγγενοῦς ἁμαρτίας·
Ἕως ἐλαίας ἠλεημένην κλάδον
Λαβὼν ἔσωσε τοῦ βίου τὰ λείψανα.
Ποῦ νῦν Ἀπελλῆς, ποῦ λαλῶν Δημοσθένης,
Ὅπως ὁ μέν σου σωματώσας τοὺς πόνους,
Ὁ δ' αὖ τὰ νεῦρα τῶν λογισμῶν ἁρμόσας,
Ἔμπνουν ἀναστήσωσι τὴν σὴν εἰκόνα;
Ὦ Σκηπίων, σίγησον· ἐγράφη νόμος
Τοὺς σκηπιῶντας Ἡρακλείωνας λέγειν.

penetravit inferi; rabiem compressit canis omnia devorantis; Alcestim excitavit ibi commorantem; draconem occidit crudelissimum; (75) hydram prostravit multorum capitum pestem, destercoravit vitam fluentem sordibus; leonem suffocavit mundi corruptorem: et nunc vere opus consummavit Hercules, aureis decerptis malis, id est urbibus. (80) Discessit terra caliginosæ noctis; lux est subinducta, et disjectæ sunt tenebræ: et jam altera instauratur vita, et mundus alter et nova creatura. Atque iste novæ terræ novus Noe (85) arcam sibi esse sensit suum cor. Totam ille intus includens naturam emisit ipsam in armatas acies, a Chosroæ diluvio bene custoditam. Ut enim ita dicam, omnis caro corrupta erat, (90) ex cujuscunque generis peccatorum colluvie, donec olivæ ramo, a quo misericordia, manu sumpto servavit vitæ reliquias.

B Ubi nunc Apelles, ubi facundus Demosthenes? Ille quidem ut tuos configurans labores, (95) hic autem tuæ mentis vires exprimens spirantem constituant tuam imaginem.

Scipio, taceto, scripta lex est: Scipiades Heraclio-

VARIÆ LECTIONES.

91 ἠλεημένης? 97 ὦ. ὁ ed.

NOTÆ.

Troezenem ad Eurystheum usque perduxit Hercules.

C 73. De Alcestidis pietate, quæ loco sui vivi Admeti mori elegit et ab Hercule in vitam est revocata et Admeto restituta, præter Euripidem, Palæphatus, *De incred. hist.* c. 41.

74. Draconem pervigilem centum attollentem capita, ut aurea Hesperidum nympharum poma custodiret, Hercules interemit.

75. Idem Lernam [?], monstrum horrendum, cui plura erant colla, quæ exsecta renascebantur, ferro et igne penitus confecit

76. Idem Augiæ stabulum pene immensum et fimo refertissimum uno die purgavit.

77. Vide supra, v. 68.

78. Hosce duos senarios paulum immutatos habes in *Poem. de resurrect.*, v. 106 et 107. Προέρχεσθαι τῷ πράγματι, ni fallor, est *summum opus aggredi* vel summam operis implere. Itaque poeta dicit Herculem opus consummasse, cum aurea poma D vel pecudes (per τὰ μῆλα enim utrumque recte potest intelligi) ab hortis Hesperidum abstulit, Heraclium autem opus ipsum confecisse, cum totius Persidis civitates devicit. At in *Poemat. cit.* Constantinum Heraclii filium summam laudem assecutum esse dicit, quod sapientium scripta, aurea vere mala, degustavit: Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τοὺς σοφοὺς λόγους.

80. Vossius *De orig. idol.* lib. II, c. 15, Hesperidum fabulam recte videtur interpretatus: ait enim Herculem esse solem, hortos cum aureis pomis esse cœlum cum stellis, Hesperidas autem esse noctem, ita ἀπὸ τῆς ἑσπέρας nuncupatas; ac proinde fabulæ eum esse sensum, ut intelligatur sole exoriente fugari stellas et pelli noctem. Porro Pisida huic interpretationi favet, qui Heraclii luce pulsas esse tenebras noctis, id est Persidis, hic ait, et alibi Heraclium solem disertissime appellat. *De exped.* III, 9.

84. De more ὑπερβολικῶς Heraclium comparat patriarchæ Noe, qui ex unanimi Patrum sententia fuit typus Christi.

89. Gen. VII, 12.

91. LXX Interpretes Gen. VIII, 11, habent φύλλον ἐλαίας· at Pisida dicens ἐλαίας κλάδον vulgatam versionem nobis commendat, in qua legimus *venit columba portans* ramum olivæ *virentibus foliis in ore suo*: nam κλάδος est ramus tener et virens. Cæterum cum ἀλληγορικῶς loquatur poeta, patet per ramum olivæ tabulam forsan oleaginam, Christi imaginem ἀχειροποίητον referentem, intelligere, qua munitus Heraclius in Chosroam movit. Proinde vero ramum ἠλεημένην vel potius, si placet, ἠλεημένον ipsam effigiem Jesu Christi vocat, per quam scilicet *misericordiam* Romani *sunt consecuti*: omnes enim spes suas in ea collocaverat imperator, eique partam victoriam ex Barbaris retulit acceptam. Vide *De exped.* I, 159, et II, 86.

93. Ostendit dignum fuisse Heraclium qui a solo Apelle Coo pingeretur et a solo Demosthene oratorum maximo celebraretur; quibus verbis tacitus Alexandri Magni decretum nobis in mentem revocat, de quo Horatius, Epist. II, II, 239.

97. Legem, de qua tam copiose agit noster, fuisse censeo civitatis Cpolitanæ solemne decretum, quo sancitum, ut videtur, fuit, ut Heraclius imp. in debellandis Persis adhuc occupatus, bellico ornatu insignitus aliqua in parte urbis pingeretur, et inscriptionis loco elogium scriberetur, in quo præter titulos imperatoribus dari solitos *novus Scipio* vocaretur, omnesque ex Heraclii gente *Scipiadæ* dicerentur

98. Cur Scipionis cognomen potius quam quodvis aliud

Digitized by Google

Κοινὸν τὸ δόγμα· νῦν ἀκινδύνως μόνον
Ἔξεστι δούλοις νομοθετεῖν πρὸς δεσπότας.
Κύρωσον, ὦ κράτιστε, τὸν νόμον τύπῳ.
Ἔχεις συνειδός, οὐκ ἔχεις ὑποψίαν·
Ἔχεις ἄμετρα μαρτυροῦντά σοι βέλη,
Ἔχεις συνεργοὺς ἐμφύτους τὰ τραύματα,
Ἔχεις ἀγῶνας εὐφραδεῖς συνηγόρους,
Ἔχεις ἀγῶνας εὐγενεῖς ταχυγράφους,
Οἳ τὸν νόμον γράψουσιν οὐ γραφῇ νόθῳ
Ἀλλ' ἐξ ἐρυθρῶν, ὡς προσήκει, γραμμάτων·
Τὸ σὸν γὰρ αἷμα τοῖς γραφεῦσιν ἀρκέσει.
Πλούταρχε, σίγα τοὺς παραλλήλους γράφων.
Τί πολλὰ κάμνεις καὶ στρατηγοὺς συλλέγεις;
Τὸν δεσπότην ἔκφραζε, καὶ γράφεις ὅλους.
Ἤδη γὰρ ὁ Πλούταρχος ἐξᾶραι θέλων
Τὸν τοῦ Φιλίππου καὶ πρὸς ὕψος ἁρπάσαι,

næ dicuntor. Commune est decretum: nunc solem tuto (100) licet servis statuere legem in despotas. Confirma, o fortissime, legem tuo typo: tibi testis est conscientia, non est suspirio. Tibi fidem innumeræ faciunt sagittæ; tibi sunt insiti suffragatores vulnera; (105) tibi sunt agones diserti patroni, tibi sunt agones nobiles tachygraphi, qui legem scribent fictitiis coloribus, sed rubricatis, ut est conveniens litteris: tuus enim sanguis sufficiet scribentibus.

(110) Sileas, Plutarche, Parallelorum scriptor. Cur undique tanto studio duces colligis? Despotam eloquere, et de omnibus scripseris. Jamdiu Plutarchus cum vellet extollere filium Philippi ipsumque in altum efferre, (115) contendit omnibus ostendere

NOTÆ.

cerentur. Idcirco, ni fallor, paulo ante Apellem et Demosthenem, ut in vivis essent, desiderabat, scilicet ut alter coloribus et alter verbis digne, atque ut tanti principis dignitas et virtus videbatur exposcere, exprimerent imaginem. Quo tamen in loco urbis exstiterit hæc pictura non constat: primus enim ex scriptoribus Byzantinis hoc narrat Pisida, neque inter epigrammata et monumenta urbis Cpolitanæ a poetis olim conscripta et a Bandurio diligenter collecta (*Imp. Orient.*, tom. I, lib. VII, p. 135), ulla invenitur inscriptio in laudem Heraclii facta. Anonymus plane scriptor apud eumdem Bandurium, tom. I, lib. II, p. 29, antiquitates Cpoleos singulatim describens, refert prope basilicam fuisse monumentum Heraclio dicatum, *Examum* dictum, quod Petrus Gillius, *Topogr. Cpol.*, lib. II, c. 19 *Examnion*, appellat. Anonymi verba hæc sunt: Εἰς δὲ τὸν τῆς Βασιλικῆς χρυσόφορον ὀπίσω τοῦ μιλίου ἦν ἀνδροείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως. Sed cum quid sub hac voce *Examum* lateat nemo dixerit, nihil dennio. Verumtamen non semel tantum cives in grati animi testimonium hujusmodi publicos honores Heraclio decrevisse, non est dubitandum, ac noster quidem Georgius testis est alia vice curatum fuisse a Cpolitanis ut imperator pingeretur. (Acroas. seq. v. 64).

aliud cives Heraclio ejusque liberis attribuerint, ut ex hoc senario, quod continet decretum, apparet, eam puto esse causam, quod merito apud veteres magno in honore esset Scipionum nomen: nulla enim gens tot claris viris illustris neque tot rebus præclare gestis adeo insignis ut Scipiadum gens fuit, unde *fortes* et *duri bello* et *fulmina belli* passim ab antiquis scriptoribus appellati. Atque hæc ita esse accipienda, facit etiam auctoritas Theophylacti Simocattæ, I, 14, qui Philippicum Mauricii sororium et militum ducem strenuissimum Scipioni pariter fuisse comparatum refert. Unde apparet, id quod hominum opinione de Philippico ferebatur, postea fuisse lege sancitum de Heraclio.

100. Sæpe Heraclium Pisida appellat *despotam*, quem honoris titulum amplissimum fuisse observavit Ducangius *Diss. de infer. ævi Num.* p. 35. Sed cum ille appellationis hujus antiquitatem videatur repetere ex nummo Fl. Nicephori, qui circa annum Christi 800 regnavit, videlicet annis 200 plus minus post Heraclium, animadvertendum fuit jamdiu apud Byzantinos invaluisse ut imperatores *despotæ* vocarentur. Neque illud plane constat, quod idem Ducangius adnotat, despotam minoris dignitatis titulum fuisse quam imperatorem. Certe Pisida passim Heraclium *despotam* salutat, ac si quid video, non alia inter imperatoris et despotæ appellationem differentia intercessit, quam ut ille regiam dignitatem, altera potestatem in subjectos populos indicaret. Ita Noster *De exped.* II, 99, Heraclium inducit ita de Deo loquentem: Οὗτος δὲ κοινὸς βασιλεὺς καὶ Δεσπότης. Aperte autem hic vim vocis δεσπότης declarat, cum ἐμφατικῶς dicit nunc tantum licere servis legem ferre in despotas; quibus verbis propriam relationem adnotat, quam habet princeps, ut dominus vel despota, ad servos.

101. Utrum Heraclius decretum confirmaverit, non liquet. Τύποι dicebantur principum constitutiones et decreta: sed hic τύπος est nota approbationis, vel regia subscriptio. Vide Ducangium *Lex. Gr.* v. τύπος.

102. Codex habebat συνειδὼς cum ὁ superius scripto, quod esse retinendum certum est.

104. Heraclium ad Sarum flumen fuisse vulneratum, testis est Theophanes, p. 263. Vide *Poem. de resurrect.* 116.

106. De tachygraphis, ἀπὸ τοῦ εἰς τάχος γράφειν a celeriter scribendo dictis, qui ὀξυγράφοι etiam eodem sensu vocabantur, videndus Montfauconius, *Palæogr. Gr.* lib. I, c. 5. Hi erant scribæ e notariorum numero ad litteras et decreta imperatorum veloci calamo exscribenda destinati.

107. Cum γραφὴν νόθον dicit, intelligit, opinor, fictitios colores, quibus utebantur scribæ in libris exarandis, videlicet atramentum aliasque hujusmodi misturas, ut est in Plinio lib. XXXV, p. 687. Nam Pisida aperte alludens ad imperatorias superscriptiones, quæ minio cinnabari et sacro encausto fiebant, hisce fictitiis coloribus unum opponit sanguinem, quo sincerior plane nullus color.

108. De coloribus rubris purpureis aureis ad firmandas leges adhiberi solitis, nuper laudatus Montfauconius, lib. I, c. 1, qui colores erant in hunc usum imperatoribus reservati. Ac tanta erat ergo eosdem imperatores vel in rebus minimis civium Byzantinorum reverentia, ut quidam esset vir nobilis qui *caniclium*, hoc est vasculum in quo sacrum encaustum continebatur, asservaret, quique ὁ κανίκλειος, *caniclei præfectus*, diceretur.

110. Παραλλήλους, id est βίους, *Vitas parallelas* Plutarchi, opus plane pretiosum.

113. Heraclium omnibus bello claris ducibus anteferre studens Plutarchum insimulat, quod in scribenda Vita Alexandri virtuti ejus plurimum, fortunæ parum tribuerit. Exstant inter opuscula maximi hujus scriptoris geminæ orationes sub hoc titulo, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, quas legisse eum non pœnitebit qui velit noscere quam ingeniose Græcus homo Græci principis laudes prosequatur.

Digitized by Google

Ἔσπευδε δεῖξαι πᾶσιν ὡς ἐναντίαι
Κατεῖχον αὐτὸν ἀντιπράττουσαι τύχαι·
Οὐκ ἠγνόει γὰρ, δεινὸς ὢν λογογράφος,
Ὡς εἴπερ αὐτὸν εὐτυχοῦντα συγγράφοι,
Δώσει τὸ νικᾷν ἀντ' ἐκείνου τῇ τύχῃ.
Ἀλλ' εἶχεν, ὦ Πλούταρχε. τῆς τύχης πλέον
Ὁ σὸς στρατηγὸς δραστικοὺς τοὺς συμμάχους.
Τίς δὲ στρατὸν γέμοντα Περσικοῦ φόβου,
Παρ' οἷς τὸ φεύγειν ἦν ἀκίνδυνος μάχη
Φύσις τε λοιπὸν ἐξ ἔθους ἐγίνετο,
Ἔπεισεν ὅπλοις καὶ καθώπλισε λόγοις,
Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς δειλίαν μεθαρμόσας
Εὐτολμίαν ἔδειξε τὴν ἀτολμίαν,
Εἰ μὴ τὸ σὸν φρόνημα καὶ τὸ σὸν κράτος
Ἤγειρεν αὐτοὺς, ὡς ἀκινήτους λίθους
Τὴν γῆν βαροῦντας τοῖς ἀκάρποις φορτίοις;
Ποῦ τῶν Ἀθηνῶν οἱ πρὸ τούτου ζωγράφοι,
Οἱ τὸν στρατηγὸν Τιμόθεον ἐν ταῖς μάχαις
Κοιμώμενον γράφοντες, εἶτα τὴν τύχην
Ἐκεῖθεν ἔνθεν ἐνδιδοῦσαν τὰς πόλεις;
Δέον γὰρ αὐτοῖς νῦν ἐναντίως γράφειν,
Τὴν μὲν τύχην σοι πανταχοῦ κοιμωμένην.
Μᾶλλον δὲ τοῖς σοῖς ἀντερίζουσαν πόνοις,
Σὲ δὲ στρατηγὸν διπλοκινδύνου μάχης,
Καὶ πρὸς τύχας καμόντα καὶ πρὸς Βαρβάρους.
Πόθεν μετῆλθεν εἰς βαφὴν ἐναντίαν
Ἡ τῶν τριχῶν σου χρυσομίμητος κόμη,
Ἔβαψεν αὐτὴν ἡ χιὼν τῶν φροντίδων.
Καὶ ποῦ μετέστη τῶν μελῶν ἡ λευκότης;
Πύρωσις αὐτὴν ἀντανεῖλεν ἡλίου.
Ἀπεικὸς οὐδὲν, ἀλλ' ὅμως στοχάζομαι,
Ἐν τῷ διαιχεῖσθαι τοὺς ἱδρῶτας τῶν πόνων
Ἡ λευκότης μετῆλθεν εἰς τὴν καρδίαν.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι πρὸς τυράννους αἱ μάχαι,
Οὓς ἡ παναλκὴς ἐξεπόρθησε κρίσις
Θᾶττον λογισμοῦ, καὶ σχεδὸν πρώτης τύχης,

quod adversa ei semper obstiterit fortuna. Non ignorabat enim, scriptor cum esset callidus, quod si eum fortunatum scriptis tradidisset, ab ipso ad fortunam transtulisset victoriam. (120) Verum habuit, Plutarche, quod fortunam superat, tuus ille dux commilitones strenuos. Quis vero exercitum plenum timore Persico (cui fuga de more erat pugna sine periculo et mos jam in naturam transierat) (125) quis suasit ad arma, et armavit sermonibus, et timore, qui eis inerat, immutato in alacritatem convertit socordiam? Quis, nisi tua sapientia et tua potentia collegit ipsos, qui velut immobiles lapides (130) terram gravabant inutili pondere?

Ubi illi veteres Athenienses pictores, qui ducem Timotheum inter prælia obdormientem pinxerunt, et prope fortunam hinc illinc ipsi tradentem urbes? (135) Opus enim eis nunc esset contra pingere fortunam quidem tibi prorsus abdormientem vel potius tuis obsistentem laboribus: te vero ducem in duplicis periculi bello contra fortunam connitentem et contra Barbaros.

(140) Unde conversa est in colorem contrarium capillorum tuorum auro similis coma? Infecit ipsam nix sollicitudinum. Et quo ille abiit membrorum candor? sustulit ipsum solis adustio. (145) Affirmare quidem possim, sed tamen conjicio, quod in effundendis inter labores sudoribus totus ille candor ad cor pertransierit.

Tibi satis non fuerunt in tyrannos bella, quos omnipotens profligavit judicium (150) cogitatione

VARIÆ LECTIONES.

150 πρὸ τῆς?

NOTÆ.

116. Pauca ex secunda Oratione Plutarchi, tom. III, p. 340 *ed. Londin. an.* 1729 licebat ad rem nostram proferre: Ἀλεξάνδρῳ τί παρ' ἀξίαν, τί ἀνδρωτὶ, τί ἀναιμωτὶ, τί προῖκα, τί μὴ πονήσαντι τῶν μεγάλων; ..... ποῦ σὺ καὶ τότε ταῖς Ἀλεξάνδρου πράξεσιν ὁδὸν ἔδωκας; ποίαν πέτραν ἀναιμωτὶ διὰ σὲ εἶλε; ποίαν πόλιν ἀφρούρητον αὐτῷ παρέδωκας ἢ ποίαν ἄνοπλον φάλαγγα; τίς εὐρέθη βασιλεὺς ῥᾳθυμος ἢ στρατηγὸς ἀμελὴς ἢ κοιμώμενος πυλωρός; Ἀλλ' οὐδὲ εὔβατος ποταμὸς, οὐδὲ χειμὼν μέτριος, οὐδὲ θέρος ἄλυπον.

118. Codex habet ὁ superpositum voci ὡς. Sed nulla, ut videtur, ratio immutandæ lectionis.

121. Inter duces, quorum ope Alexander Græciam Persiam et Indiam subegit, laudantur Parmenio, Hephæstion, Perdicca, Seleucus, Ptolemæus, Lysimachus, Antipater, Craterus, Antigonus, Cassander, Aridæus.

122. Theophanes p. 256 ita de Romanis: Οἱ γὰρ πρὶν μηδὲ Περσικὴν κόνιν τολμήσαντες ἰδεῖν νῦν, κ. τ. λ.

126. *De exped.* II 116 quid simile.

128. Codex habet καθώπλιζε, sphalmate manifesto.

132. Timotheus Atheniensis homo clarus et princeps civitatis, qui vulgo εὐτυχὴς est appellatus. Utrum hic ille Timotheus fuerit Cononis filius, cujus vitam nobis scriptam reliquit Cornelius Nepos, ut nonnullis placet, valde dubito. Frustra sane quærens in Nepote quæ Pisida hic narrat. Ea de re nonnihil attigit Aristophanes in Πλούτῳ 180, dicens Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος, *at Timothei turris* in caput tuum incidat; ad quæ ita scholiastes adnotat: Ὁ Τιμόθεος πλούσιος, ἅμα δὲ καὶ ὄλβιος ἀνὴρ, στρατηγὸς Ἀθηναίων, τεῖχος οἰκοδομήσας εἰς τοσοῦτον ἦρθη τῆς τύχης ὡς τὴν δαίμονα ἐν ὄψει φαίνεσθαι τούτῳ· καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν εἰκόσιν ἐποίουν αὐτὸν κοιμώμενον οἱ ζωγράφοι, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις, καὶ πορθοῦντα αὐτὰς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ. Scholiastæ verba in Suidæ Lexicon translata invenies v. Τιμόθεος.

140. Heraclii formam ejusque flavam cæsariem alibi laudat poeta, *De exped.*, III, 99, atque idcirco etiam, opinor, ipsum imperatorem modo solem, modo Phœbum appellat. Vide *ibid.*

150. *Prima fortuna* Heraclius tyrannum Phocam devicit: cum enim ex Africa Cpolim appulisset, statim seditione mota factiones Phocam interfecerunt et Heraclium regem salutarunt. Vide Theophanem, p. 244.

Digitized by Google

Εἴ πέρ τις ἔστι καὶ τυραννίδος τύχη·
Οὐκ ἤρκεσάν σοι φροντίδων πολυτρόπων
Ἐμφυλίων τε καὶ ξένων καὶ Βαρβάρων
Ἄλλαι μετ' ἄλλας συμπλοκαὶ καὶ συγχύσεις.
Οὐκ ἤρκεσάν σοι τοῦ στρατοῦ τὰ πράγματα,
Ἀλλ' εἰς τοσαύτην εὐσεβῶς ἀπληστίας
Ὄρεξιν ἦλθες, ὥστε καὶ τῶν ἐγκάτων
Ἐντὸς παρελθεῖν τῆς ἀθέσμου Περσίδος.
Ποίους στρατηγοὺς ἢ Σταγειρίτας ἔχων
Ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων Βαρβάρων;
Οὐ τὰς ἀπείρους τῆς ὁδοῦ διαστάσεις
Ὁ σὸς λογισμὸς ἐννοῶν συνεστάλη,
Βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,
Τὸν πλοῦτον, ἐκρεύσαντα πρὸς τοὺς Βαρβάρους.
Οὐ μητρὸς οἶκτος πυρσὸν ἔμφατον πνέων
Ἐπέσχεν ὑμᾶς· οὐ τὰ τέκνα σου τότε,
Οἱ ψυχαγωγοὶ μαργαρῖται τοῦ βίου,
Στοργῇ δεθέντα φυσικῇ παρεκράτουν.
Οὐκ εὐλαβήθης τὰς ἐνοχλούσας νόσους,
Οὐ τὰς δι' ἡμᾶς ἀντιπραττούσας τύχας,
Εἰ χρὴ καλεῖν με τὰς ἁμαρτίας τύχας.
Ἀλλ' ὡς ἄσαρκος, καὶ μόνος δοκῶν ἔχειν
Ἢ σῶμα χαλκοῦν ἢ σιδηρᾶν καρδίαν,
Ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὠπλίσω πάλιν
Εἷς ἀντὶ πάντων. Ὦ φιλάνθρωπος ζέσις
Πάσης ἀνάγκης δραστικῆς ὑπερτέρα!

citius et prope prima fortuna, si qua tamen est vel in tyrannide fortuna. Tibi satis non fuerunt variarum sollicitudinum ex civibus, ex exteris, ex barbaris, aliæ cum aliis implicitæ et mistæ curæ. (155) Tibi satis non fuerunt exercitus munia, sed in tantam pietatis studio aviditatem appetentiamque venisti, ut etiam in intimas partes penetraveris abominandæ Persidos.

Quos vero duces aut Stagiritas habens (160) in terram processisti fortunatorum barbarorum? Non immensas itineris distantias tua mens recogitans contracta est, præsertim cum videres etiam nervos belli, divitias, defluxisse ad Barbaros. (165) Non matris pietas insitam flammam excitans tum te distinuit, non item tui filii, pretiosæ margaritæ, præsidia vitæ, etsi vehementi amore devinctum retardarunt. Non reformidasti tumultuantes morbos, (170) non tibi nostra causa obsistentem fortunam, si mihi fas est vocare peccata fortunam. Sed veluti non constares carne, et solus haberes aut corpus æneum aut cor ferreum, discessisti, unaque simul factus es dux et miles, (175) unus pro omnibus.

O fervens humanitatis vis omni necessitate for-

VARIÆ LECTIONES.

προ φ σ
158 παρελθειν PV. 168 ψυχικῇ P, ψυχικῇ ed. v. 171 om. codices.

NOTÆ.

153. Ἐμφυλίων, *civium* dissidia, quibus tota flagrabat civitas, quando Heraclius imperator est renuntiatus. Ξένων *Abarum* fraudes et damna, de quibus plura in *Poem. de bell. Abar.* Ac si quis ξένων malit vertere *hospitum*, non repugno, satis enim ex Pisida apparet in principio laudati poematis Abares fuisse veluti hospitio receptos a Romanis et contribules factos. Demum Βαρβάρων *Persarum* bella et immanissimæ cædes.

155. Dixerat enim, *De exped.* II, 44, Heraclium invenisse exercitum nulla militari disciplina exercitatum et otio diffluentem; unde supra v. 130 Romanos milites lapidibus terram inutili pondere gravantibus comparavit.

158. In codice supra primam syllabam verbi παρελθεῖν legitur πρό. Et παρελθεῖν et προελθεῖν recte.

159. Duo proximi senarii citantur a Suida in v. Σταγειρίτης. Stagira oppidum Macedoniæ, patria Aristotelis, qui fuit Alexandri præceptor. Iterum Alexandro Heraclium videtur tacite prætulisse. Vide supra v. 113 et seqq.

160. Persas εὐτυχοῦντας appellat, ut in invidiam trahat, qui non virtute duce, sed comite fortuna Chalcedonem usque victores pervenerant.

163. Etiam hi duo senarii inveniuntur in Suida v. νεῦρα. Ibi Æmilius Portus ἐκρεύσαντα vertit *defluere* pro *defluxisse*. Heraclii magnanimitatem ex eo laudat poeta, quod a bello suscipiendo non desiterit, quamvis ei vires non viderentur suppetere et pecunia jam ad hostes transisset: nam Persæ, ut narrat Theophanes, p. 252, jam ab anno Heraclii 6 *collecta captivorum multitudine, spoliis etiam amplissimis et pecuniarum vi asportata, suas in provincias redierunt*; ita ut Heraclius, eodem Theophane teste, p. 255, in summa argenti inopia Magnæ ecclesiæ vasa et candelabra cudendis nummis usurpaverit. Τὸν πλοῦτον εἶναι τὰ τῆς μάχης νεῦρα multi veteres scriptores dixerunt, quos recenset Menagius in Diogene Laert. *Vit. Bionis*, 48, qui dicere solebat τὸν πλοῦτον νεῦρα πραγμάτων.

169. Suidas in v. εὐλαβηθεὶς citat hunc iambum, et, ut puto, melius quam noster codex habet ηὐλαβήθης pro εὐλαβήθης. Vertit Æmilius Portus: *Non reformidasti molestos morbos.* Sed ἐνοχλοῦσαι νόσαι hic non modo *molesti* sunt morbi, sed intestini, ex civilibus dissidiis orti, quos summo studio componere curaverat Heraclius, priusquam in Persidem contenderet.

171. Hunc iambum, qui in codice desideratur, supplevimus ex Suida in v. τύχη. cives Cpolitani in factiones divisi et intestinis dissidiis distracti occasionem Chosroæ præbuerunt ut facilius imperium Romanum invaderet et ab Hierosolyma vivificum sanctæ crucis lignum in Persidem asportaret. Hanc quidem tantæ calamitatis fuisse causam cognoverunt statim Byzantini ac fassi sunt, apud quos multis etiam post annis hæc fama perduravit, siquidem in Παραλλήλοις S. Joan. Damasceni, t. II, p. 749, hæc leguntur: Τοῦτο καὶ ἡμῖν ἐκ τῶν ἡμετέρων συμβέβηκεν ἁμαρτημάτων· καύχημα καὶ δόξασμα παντὸς γένους Χριστιανῶν ὁ σωτήριος σταυρὸς καὶ ἡ ζωηφόρος ἀνάστασις ὑπῆρχον, ἅτινα διὰ τὸ μεμιαμμένον βενετοπράσινον ὄνομα, ὃ ἐπεθήκαμεν ἑαυτοῖς καὶ ἐδδελύχθημεν ὑπὸ Χριστοῦ τοῦ ἁγιάσαντος ἡμᾶς τῷ θείῳ αὐτοῦ ὀνόματι, εἰς χεῖρας μεμιαμμένων παρεδόθησαν καὶ ἐμιάνθησαν. Ac paulo post: Μάθωμεν... τί τὸ αἴτιον τῆς καταλαβούσης ἡμᾶς ἀναρχίας καὶ συγχύσεως... ἐμολύναμεν γὰρ πρὸς τοῖς μυρίοις ἡμῶν ἀτοπήμασι καὶ ἐμφυλίῳ αἵματι τὴν ἁγίαν καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ σεβασμίαν τοῦ θεοῦ ἡμῶν πόλιν· ὡς καὶ μετανάστην γενέσθαι ταύτης τὸν τίμιον σταυρὸν τὴν ζωὴν ἡμῶν. Hæc placuit referre, quia sæpe Pisida eadem aut similia repetit.

Digitized by Google

Ποίαν, στρατηγὲ, χειρὸς ἔκτασιν φέρων,
Ποίαν δὲ μέχρι τῶν νεφῶν εὐρὼν βάσιν,
Σεαυτὸν ἐξέτεινας, ὥστε σε φθάσαι
Καὶ τὴν πρὸς ἄκρον ὑπερηρμένην τύχην
Τοῦ πυρσολάτρου Χοσρόου κατασπάσαι;
Ἦ ὅλον ὡς ἡ χεὶρ μὲν ἐκ τῶν ἱκμάδων
Τῆς εὐσεβείας εὐκόλως ἐτείνετο,
Πέτρα δέ σοί τις οὐρανῶν ὑπερτέρα
Ὁ Χριστὸς ἐγγὺς εἰς βάσιν παρίστατο,
Δι' οὗ τὸν ἐχθρὸν ἐν κακοῖς ἐπηρμένον
Ἐκ τῶν νεφῶν καθεῖλες ἐν τῷ Ταρτάρῳ.
Ποίαν παρῆλθες μὴ τεθλιμμένος τρίβον
Τῆς γῆς ἁπάσης δυσσεβῶς πεφλεγμένης;
Τὸ πῦρ γὰρ εἶχε προσκυνῶν ὁ Χοσρόης
Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

A Πῶς οὖν παρῆλθες τὰς ἐρήμους ὡς πόλεις,
Εἰ μὴ δι' αὐτῆς τῆς νοουμένης πύλης
Ἐλθὼν ἐδείχθης ἁπλανὴς ὁδοιπόρος;
Ὦ νῦν ἀληθῆ δεικνύων τὴν πορφύραν·
Πορφύρεται γὰρ εἰς βαφὴν αἰωνίαν
Ἱδρῶσι τοῖς σοῖς εὐσεβῶς ἡμαγμένη.
Μένει δὲ λευκὴ, καίπερ οὖσα πορφύρα·
Καὶ τῇ νέᾳ στίλβουσα καλλιεργίᾳ,
Ὅσον φορεῖται, μειζόνως λαμπρύνεται.
Χαῖρε, στρατηγὲ, κοσμικοῦ γενεθλίου
Τὸν σὸν γὰρ ἆθλον πᾶσα χώρα καὶ πόλις
Ἔμπρακτον οἶδε τοῦ βίου γενέθλιον.
Τὸν πεντάπλουν εἰς ἄκρον ἤνυσας δρόμον
Ἱδρῶν, ἐλαύνων, ἀντεγείρων, συντρέχων,
Ἕως καθεῖλες παραβάτην Χοσρόην.

tiori fortior! quales, o dux, supinas ferens manus, quamque usque ad nubes protendens basim te ipsum extulisti, ut præverteres (180) et ad fastigium evectam fortunam ignicolæ Chosroæ prosterneres? At plane constat quod manus a vaporibus tuæ pietatis facile intendebantur; petra vero tibi cœlis sublimior (185) aderat prope ad basim Christus, cujus ope inimicum in malis superbientem a nubibus dejecisti in Tartarum.

Quale perfecisti non defatigatus iter per omnem terram impie combustam? (190) Ignem enim, quem temere colebat Chosroes, non ad servandas, sed ad urendas res adhibuit. Quidnam igitur deserta per-

B agrasti ut urbes, nisi quia per eam, quæ mente concipitur portam egressus apparuisti tutus peregrinator.

(195) O vere nunc ostentans purpuram! purpurascit enim ex immortali colore, cum tuis sudoribus sit pie cruentata; manetque candida, quamvis sit purpura, et novo fulget opere exornata: (200) nam quo magis usu teritur, nitet magis.

Salve, dux, per quem mundus renascitur: tuum enim certamen omnis urbs et regio vitæ natalem sensit esse efficacem. Quintuplicem perfectissime perfecisti cursum, (205) sudans, impellens, incitans, concurrens, donec dejecisti armatum Chos-

NOTÆ.

180. Confer. *De exped.* II, 51 et seqq.

181. Vide *supra* v. 2 et 14, ubi plura de Persarum pyrsolatria, quæ occasionem eos irridendi præbuit Maximo Tyrio, dissert. 38: Πέρσαι μὲν πῦρ ἄγαλμα ἐφήμερον, ἀκόρεστον καὶ ἀδηφάγον· καὶ θύουσι Πέρσαι πυρὶ, ἐπιφοροῦντες αὐτῷ τὴν πυρὸς τροφὴν, ἐπιλέγοντες· « Πῦρ δέσποτα, ἔσθιε. »

185. Ephes. II, 20.

189. Chosroes Romanorum regiones non modo spoliare sed etiam igne vastare contendit; quod an ex animi sui feritate an ex vanæ religionis principio factum fuerit, nescio. Constat autem in more fuisse etiam apud veteres Persas ut agros urbesque incenderent: nam Xerxes, Herodoto teste, lib. VIII, p. 474, totam Atticam exussit. Quod fuit in causa ut Maximus Tyrius Persas acriter reprehenderet his verbis: Τούτῳ τῷ ἀγάλματι καὶ τῷ θεῷ καὶ τὴν Ἐρέτριαν ἀναλῶσαι δεδώκατε καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς καὶ τὰ Ἰώνων ἱερὰ καὶ τὰ Ἑλλήνων ἀγάλματα.

193. Νοούμενον est *quidquid mente concipitur et sub intelligentiam cadit:* opponitur autem τοῖς ὁρωμένοις et αἰσθητοῖς, *rebus visibilibus et sensibilibus.* Itaque νοουμένη πύλη *porta intellectualis*, per quam egressus est Heraclius, vel est pietas vel sapientia, vel tandem Deus, quo duce et comite a recto itinere aberrare non potuit.

200. Alludit ad diem natalem imperii, qui dies τὸ γενέθλιον simpliciter dici solebat et magna omnium ordinum solemnitate celebrabatur; unde γενέθλιον ἱππικὸν et γενεθλιακὴ θεωρία, natalitii ludi circenses et natalitia spectacula a Theophane, p. 191 et 195 memorantur, quæ in diem 11 Maii incidebant.

202. Sæpe Heraclium ut athletam repræsentat, ac nullibi sane apertius quam hic et in sequentibus

C iambis. Itaque inducit Heraclium et Chosroam veluti inter se certantes cursu: theatrum sive circus est terra universa, spectatores sunt omnium urbium cives, judex est Deus. Huc faciunt quæ diximus supra, v. 51.

204. Ut summum athletam fuisse Heraclium demonstret, quinque cursuum vel certaminum victoriam ei tribuit: ut enim antiquitatum scriptores tradunt, illi inter athletas habebantur peritissimi, qui πεντάθλῳ sive *quinque certaminum generibus* decertassent, videlicet cursu, saltu, disco, jaculo, lucta; ac proinde πεντάθλου sive quod idem est *quinquertionis* laus tam insignis apud veteres fuit, ut qui in illis quinque exercitationibus eminerent, πένταθλοι vel *quinquertiones* dicerentur. Quæ quidem laus tam late patuit, ut qui aliquo virtutum genere præstarent, translatitie πένταθλοι appellarentur. Quod de Democrito dictum refert Diogenes Laertius, lib. IX, 37: Ὡς πεντάθλῳ ἔοικε ὁ

D φιλόσοφος· καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος.

205. Ἀντεγείρων, hinc inde stimulo vel flagello incitans equos, ut in multis antiquis monumentis repræsentantur aurigæ.

206. Παραβάτην recte vocat Chosroam, tum quod legis violatorem *parabatum* vocabant Græci, ut observavimus *De exped.* II, 289, tum quod in curribus, quibus utebantur veteres non modo in bello, sed etiam in spectaculis, duobus erat locus, scilicet ἡνιόχῳ *aurigæ* et ὁπλίτῃ vel παραβάτῃ *militi* vel *parabatæ*; unde hujusmodi currus δίφροι dicebantur, ut aperte interpretatur Eustathius in Homerum *Iliad.* I, 262 *ed. Florent.* p. 850: Δίφρος τόπος τοῦ ἅρματος ὁ τοὺς ῥηθέντας φέρων· διὸ καὶ δίφρος λέγεται, ὡς οἱονεὶ, δίεφορος, καὶ τροφῇ καὶ συγκοπῇ δίφρος. Videsis ibidem commentaria P. Politi et Scheffe-

Digitized by Google

Κατεπλάγησαν οἱ πρὸ σοῦ διφροστάται
Ἐν τῇ τοιαύτῃ τοῦ δρόμου παρεκτάσει
Ὁρῶντες ὑμῶν τοὺς τροχοὺς βεβηκότας.
Καὶ πᾶς ὁ τῆς γῆς δῆμος ἐκ τῶν τεττάρων
Ὑμνησε πλευρῶν ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ·
Κοσμοῦσι πάντες σοῦ φανέντος τὴν πόλιν,
Ἄνθη δὲ συλλέξαντες ἐψυχωμένα
Στέφουσιν ὑμᾶς ταῖς προσευχαῖς ὡς ῥόδοις.
Τὰς κοσμικὰς γὰρ ἐξανοίγει σοι θύρας
Ὁ τῶν ἀγώνων βραβευτὴς καὶ δεσπότης,
Δι' ὧν προελθὼν παγγενὴς νικηφόρος
Ἔχεις ἄχραντον τὴν ἀφ' ὕψους εἰκόνα.
Οὕτως ἁπλήστως ἐχυθεὶς πρὸς τοὺς λόγους
Στέργω δι' ὑμᾶς τὴν καλὴν ἀπληστίαν.
Τί πρῶτον εἰπών, ποῖα συγγράφων μέσα,
Τῶν ἐσχάτων σου δράξομαι προοιμίων;
Ἀντεμπλοκὴ γὰρ συγκροτεῖται καὶ μάχη
Τῶν σῶν ἀγώνων νῦν ὁμοῦ μεμιγμένων,
A Καὶ μῖξις ὥσπερ γίνεταί μοι καὶ στάσις,
Ὥσπερ ῥεόντων τῶν ποταμῶν τῶν ὁμβρίων
Ὁ πόντιος ῥοῦς ἵσταται μεμιγμένος.
Οὕτω γὰρ ἐκβλύσαντες ἐξ ἑνὸς πόρου
Τῶν σῶν ἱδρώτων οἱ ποταμοὶ μεμιγμένοι
Ὠθοῦσι καὶ σφύζουσιν ὥσπερ ἐκ βίας
Ἄλλος τὸν ἄλλον, ἐκδραμεῖν ἠπειγμένοι
Καὶ ταῖς ἀδύσσοις ἐντεθῆναι τῶν λόγων.
Καί πού τις αὐτῶν εἴπερ ἐμβριθεστέρῳ
Τάχει προκύψει πρὸς τὸν ἄλλον, εὐθέως
Ὁ νοῦς μεταστὰς ἡδέως μερίζεται,
Ὡς ἐξ ἀνάγκης λοιπὸν ἐστενωμένος
Εἴργειν ἑαυτοῖς τὴν φορὰν τῆς ἐξόδου.
Ἕως ὁ σὸς νοῦς καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
Λύσει τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.
B Ὅμως ἁπλώσας ῥιψοκινδύνῳ θράσει
Τὸν νοῦν ἐπ' αὐτῶν νήχομαι τῶν πραγμάτων.

roam. Obstupuerunt ante te aurigæ, quod in tanta cursus extensione viderent tuas rotas non esse imminutas. (210) Tum vero omnis mundi natio ex quatuor partibus tibi plausit in theatro vitæ. Omnes suam ornant te apparente civitatem, et floribus collectis vitalibus, coronant te precibus tanquam rosis. (215) Tibi enim mundi late portas adaperit certaminum arbiter et Dominus, ad quæ processisti victor in omnibus, tenens intactam desursum imaginem.

Sic in sermones effusus inexplebiliter (220) per te tam pulchram inexplebilitatem prosequor. At quid C primum dicam, quæ scribam in medio? An ex ultimis sumam initium? Hinc enim inde conflatur conflictus et pugna ex tuis agonibus una simul commistis. (225) Ac mihi quædam veluti cietur turba et seditio, sicuti ex fluentibus imbre adauctis fluvius maris unda remanet immista. Ita enim educti et una scaturigine sudorum tuorum fluvii permisti (230) subsilientes instant, tanquam ex impete alius post alium adacti currere, et in abyssos sermonum scribentes trudere. Ac si quis forte ex ipsis magis contento cursu incumbit in alterum, repente (235) mens abrepta dulciter dividitur, ut ex necessitate demum pressa angustiis inhibeat omnibus exitus vias, donec tua mens et os tuum fontis instar perenne solvat tanta sermonum impedimenta. (240) At nunc audaci et exporrecta impavidus mente natare ipsa inter gesta instituo.

VARIÆ LECTIONES.

209 ἡμῶν P. 226 ὁμβρων codices. 231 τὸν ἄλλον P. τῶν ἄλλων ed. 239 λύσῃ cod.

NOTÆ.

rum *de re vehic. vet.* 1, 7, p. 71. Jure autem meritoque primo sensu *parabata* dici potuit Chosroes, qui non modo Mauritii imperatoris filius vocari voluit, sed etiam religionis Christianæ veritatem fateri vel agnoscere non dubitavit: ut enim narrat Theophylactus Simocatta, Chosroes Romanorum beneficiis devinctus ὁμολογεῖ μέγιστον εἶναι ἁπάντων θεὸν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις Χριστὸν θρησκευόμενον καὶ τιμώμενον, καὶ ἀπυλώτῳ τῷ στόματι τὴν πάλαι D θρησκείαν ὠθέλιζε.

207. Διφροστάτης, ut patet ex iis quæ nuper dicta sunt, idem ac ἡνίοχος *auriga*, quod ille staret in summa et anteriori parte diphri, et post eum esset parabata vel paræbata, id est vir armatus, qui e diphro esset pugnaturus, ita tamen ut utrisque esset locus in eadem parte anteriori, cum esset dimicandum, ut apparet ex Selinuntinorum nummis apud Goltzium, *De re nummar.* tom. IV, in quo duo stant in diphrum inclinati, quorum alter est ὁπλίτης cum intenso ad ictum arcu, alter vero est ἡνίοχος, qui habenas regit et equos impellit.

212. Vide supra v. 202.

215. Hoc non intelligo de urbe Cpoli, in quam post septem annorum bellum triumphatur Persis subactis ingressus est Heraclius, ut est in Theophane, p. 275, sed de omnibus civitatibus per quas pertransibat imperator, antequam in urbem se recepisset.

216. Vide supra v. 202: Βραβευτὴ *designator et ludorum præfectus*, qui etiam dictus invenitur ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης, ἀγώνων διαθέτης, ἆθλων ἐπιμελητής, προστάτης, ἐπόπτης, quibus nominibus supra a Patribus Deus bene certantibus distributor præmia appellatur. Confer *Thes. Eccl.* Suiceri. Et autem cuncta apponenda esse et βραβευτὴς scribendum esse puto, ut soluta diphthongo, spondei loco quem metri ratio non admittit, habeatur iambus.

217. Παγγενὴς νικηφόρος, qui in omni athletico certamine victor evadit; peræque ac si Heraclius vocet πένταθλον. Vide supra v. 204.

218. Imaginem ἀχειροποίητον, de qua plura *De exped.* I, 140 et seqq.

221. Succurrit illud Homericum *Odyss.* IX, 11: Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω;

226. Codex habet ὁμβρων reclamante metro.

238. Pisida, ut videtur, hæc scribebat Heraclio in Perside adhuc agente, necdum Persico bello penitus confecto; qua de re ait se dubium et hæsitantem abstinere ab exornandis iis quæ nondum satis clare et distincte ab imperatore gesta fuisse ferebantur, donec idem ipse imperator redux in urbem, res ut erant gestæ, ea qua pollebat dicendi facultate, singulatim enarraret, λύων τὰ πολλὰ τῶν λόγων ἐμφράγματα.

Digitized by Google

B.

Ῥώμη, δίκαζε τὴν ἰσόῤῥοπον κρίσιν·
Πολλῶν στρατηγῶν εὐπορήσασα φράσον
Ποίῳ δοκεῖ σοι συμβαλεῖν τὸν δεσπότην,
Μόνος τετάχθω, φησίν, οὐκ ἔχων ἴσον.
Ἤδη μὲν οὖν ἔσβεστο τῆς τυραννίδος
Τὸ πῦρ ὁ Φωκᾶς, ἡ καταιγὶς, ἡ μέθη,
Ὁ τῶν καθ' ἡμᾶς συμφορῶν πρωτεργάτης,
Ἡ τῶν ἐν ὕπνοις φασμάτων τιμωρία,
Ὦ τὰς καθ' ἡμᾶς αἱματώδεις ἐκχύσεις
Ἔχειν νομίζων εἰς τρισάθλιον κράτος,
Τῆς γῆς τὸ κῆτος, τὸ πρόσωπον Γοργόνος.
Οὐχ εἶλες αὐτοὺς ὡς ὁ Περσέως πλάνος,
Ἀλλ' ἀντιτάξας τῷ φθορεῖ τῶν παρθένων
Τὸ φρικτὸν εἶδος τῆς ἀχράντου Παρθένου·
Αὐτῆς γὰρ εἶχες τὴν βοηθὸν εἰκόνα,
Ὅτε προσῆλθες τῇ βορᾷ τοῦ θηρίου.
Καθεῖλες αὐτὸν, οὐ κρεμασθεῖσαν κόρην
Μίαν σεσωκὼς, ἀλλὰ τὰς πόλεις ὅλας.
Τοιοῦτον οὐκ ἦν, κἂν γενέσθαι τις λέγοι,
Τὸ πρὶν φονευθὲν κῆτος ἐξ Ἡρακλέους,
Οἷον καθεῖλεν Ἡρακλῆς ὁ δεσπότης
Κῆτος, τύραννον, οὐ μίαν φθεῖρον πόλιν,
Ἀλλ' ἐκθερίζον τὴν πολιτείαν ὅλην.
Πλὴν μισθὸς ὑμῖν ἐστιν εὑτρεπισμένος,

II.

Roma, dijudica æqua lance judicium : quæ tot abundasti ducibus, eloquere, cui tibi videtur comparandus despota ? Solus ponatur, inquit, non habens æqualem.

(5) Jamjam exstinctus erat tyrannidis ille ignis, Phocas, ille turbo, illa temulentia, nostrarum primus calamitatum artifex, de visis inter somniandum carnifex ; qui nostri sanguinis effusiones (10) in sua rebatur esse miserrima potestate, illud terræ cetos, illa facies Gorgonis. Non tu illum occidisti, ut de Perseo est fabula, sed objecisti corruptori virginum tremendam effigiem intemeratæ Virginis. (15) Ejus enim habuisti adjutricem imaginem, quando occurristi voracitati belluæ : ipsum occidisti, neque appensam puellam unam servasti, sed civitates universas.

Tale non fuit, quamvis fuisse quis dixerit, (20) cetos quod jamdiu mactatum fuit ab Hercule, quale occidit Hercules despota cetos in tyranno, non unam corrumpens urbem, sed totam late evertens

VARIÆ LECTIONES.

τὸ ον
11 ὁ προσωποτογοργόνος P.

NOTÆ.

Acroas. 2, v. 1. Recte in fine superioris acroaseos dixit se velle, tanquam in pelago natantem, Heraclii gesta percurrere : nam vere cursim et raptim nunc ea attingit quæ memoratu digniora ei videbantur. Itaque hæc acroasis est quædam ἀνακεφαλαίωσις et summaria descriptio rerum memorabilium quas gessit Heraclius. Continet autem acto supra decem annorum historiam, videlicet a die quo Heraclius ex Africa contra Phocam Cpolim venit, ad diem quo Chosroa occiso et pace cum Persis composita in urbem victor revertebatur. Poeta ἀποστροφῇ Romam compellans, ut de virtute Heraclii judicium ferat, ad *Parallela* Plutarchi videtur respicere, de quibus supra, v. 110.

5. Phoca apud historicos Byzantinos, ut tyrannus, pestis, malum, et si quid pejus in hominem obgeri potest, passim audit. Fuit autem, si Cedreno fides est, tom. I, p. 404, οἰνοβαρὴς, αἱμοχαρὴς, καὶ πρὸς γυναῖκας ἐπτοημένος, βραχὺς καὶ θρασὺς ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀσυμπαθὴς καὶ θηριώδης τὸν τρόπον καὶ αἱρετικός. Confer quæ contra eumdem Phocam congerit Theophylactus Simocatta in dialogo quem suæ præmisit historiæ.

7. Theophanes, p. 243 de Phoca ad regnum assumpto ita : Τῶν δήμων εὐφημούντων τὸν τύραννον ἀναγορεύεται τὸ κακὸν, καὶ κύριος τῶν σκήπτρων ὁ τύραννος προχειρίζεται, καὶ κρατεῖ τῆς εὐδαιμονίας ἡ συμφορὰ, καὶ λαμβάνει τὴν ἔναρξιν τὰ μεγάλα τῶν Ῥωμαίων ἀτυχήματα.

9. Cædes immanissimas a Phoca in cives commissas narrat Theophanes, p. 245 et 246, et Theophylactus Simoc. p. 210 et seqq.

11. Tres fuerunt sorores Gorgones dictæ, Medusa, Stheno, Euryale, angues pro capillis habentes et unico oculo vicissim utentes, quæ quotquot aspiciebant, ut mythologis visum est, in saxa vertebant. Vide Palæphatum 32

12. Cur αὐτοὺς, non αὐτόν? num Pisida ostendere voluit Phocam non unius tantum Gorgonis, sed omnium virus habuisse collectum? Atque adeo num aliqua honoris significatione mortuum principem, quamvis deterrimum hostem imperii, prosequi voluit, ita ut αὐτοὺς pro αὐτὸν dixerit, loquens de Phoca, ut sæpe ὑμᾶς pro σὲ et ὑμῖν pro σοὶ dicit de Heraclio ?

14. Heraclius Cpolim appulit cum navibus, e quarum malis, velut flammulæ, hinc inde erant appensæ Virginis Mariæ imagines; cui rei aperte hic alludit poeta, qui testis etiam citatur a Theophane, p. 250 : Ἦκεν Ἡράκλειος ἀπὸ Ἀφρικῆς φέρων πλοῖα καστελλώμενα ἔχοντα ἐν τοῖς καταρτίοις κιβώτια καὶ εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, καθὰ καὶ ὁ Πισίδιος Γεώργιος λέγει. Hinc corrigendus Cedrenus, qui cum pene ad verbum Theophanem transcribat, hic ab eo discedens ait Heraclium Cpolim appulisse ἐπιφερόμενον τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Vide *De exped.* I, 140.

17. Perseus, ut est in fabulis, Medusam Gorgonem interemit, ejusque caput abscissum in ægide collocavit, cujus ope postea Andromedam saxo appensam et ceto marino monstro expositam liberavit. Sed Heraclius aliquam Virginis Mariæ imaginem miraculis claram, ut videtur, habuit, qua ut Gorgone Perseus, in præsentibus periculis utebatur. Vide infra v. 91.

20. Hesionem filiam a patre Laomedonte, qui erat rex Trojæ, ceto similiter expositam, ut Neptuni placaretur ira, et ab Hercule deinde liberatam fuisse, narrant mythologi. Eadem fabulantur Herculem indignatum quod præstantissimos equos divino semine procreatos ob hujusmodi beneficium sibi promissos non dedisset, regem obtruncasse.

Digitized by Google

Οὐ μῦθος ἵππῳ τῆς φθορᾶς ἀνωτέρω·
Μῦθος γὰρ οὗτος καὶ κεγρωσμένος ψόφος,
Εἰ μή τις, ὡς σὺ, γνωστικοὺς ἔχων τόνους
Ἀλληγορήσει τὴν σποράν τῶν ἀρσένων
Ἄφθαρτον εἶναι τῇ μεταδόσει τοῦ γένους,
Ἄλλου μετ' ἄλλον ζωπυρούντων τὴν φύσιν.
Οὐχ οὗτος ὑμῖν, μηδὲ τοιοῦτον λάβοις
Μισθὸν δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὀχήματος τύχοις
Ζωῆς τρεχούσης εἰς ὁδοὺς ἀφθαρσίας.
Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τοῦ δήμου θράση
Συνεκτραπέντα τοῦ τυράννου τῇ μέθῃ
Ἔνοικον εἶχε τῶν μελῶν ἀταξίαν,
Σχεδὸν δὲ πάντας τοὺς πολίτας ἡ πόλις
Περφυρμένους ὤδινε Κενταύρου δίχην
(Τετμημένοι γὰρ καὶ κακῶς μεμιγμένοι
Πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἠσχολοῦντο συγχύσεις),
Ἰατρὸς ἐλθὼν κυρίως Γαληνίας,
Καὶ τὰς ἀτάκτους ψηλαφῶν ἀρτηρίας,
Σφύζουσαν αὐτὸς οὐ παρεῖδες τὴν νόσον,
Καὶ τμητικῇ μὲν οὐδαμῶς διαιρέσει
Οὐδ' αὖγε τοῖς στύφουσιν ἐχρήσω τόνοις,
Μαλακτικῷ δὲ καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
Ἔπεισας αὐτοὺς ἐκ μόνης εὐταξίας
Τὸ θηριῶδες ταῦτο μὴ νοσεῖν πάθος,

rempublicam. Atqui præmium tibi est paratum, (25) non fabulosus equus corruptioni non obnoxius. Fabula hæc enim est et canoræ nugæ, nisi quis forte, ut tu, mentis intendens aciem hoc ita interpretetur, virile semen incorruptibile esse in transfusione generis, (30) altero alterius reintegrante naturam. Non hoc tibi præmium, neque talem accipis mercedem pro nobis, sed currum assequeris vitæ currentis in viam immortalitatis.

Audax jam tandem ingenium populi (35) abreptum a tyranni temulentia domesticis assueverat membrorum dissensionibus; et jam prope omnes cives civitas deformatos pariebat, centauris similes (divisi enim et male inter se commisti (40) suis vacabant fovendis confusionibus), cum tu, medicus accedens, verus Galenus, atque inordinatas attrectans arterias, micantem intus morbum non neglexisti: at nunquam sectionibus amputationibusque, (45) nec item astringentibus usus es remediis. Sed emollienti eloquii pharmaco persuasum eis fecisti, ex bono tantum ordine hanc belluinam non nocere infirmitatem; et quo magis superne ra-

VARIÆ LECTIONES.

γρ. μετ' ἄλλον οἱ
30 ἄλλου μετ' ἄλλου P, ἄλλον μετ' ἄλλου ed. 32 τυχῆς cod. Vat.

NOTÆ.

27. Γνωστικοὺς ἔχει τόνους, qui moralem sensum in fabulis quærit.

30. Forsan melius ἄλλων.

32. Δι' ἡμᾶς scilicet σεσωσμένους, quasi diceret *ob servatos cives*. Codex habebat τύχῃ; cum οἱ superposito.

34. Τὰ τοῦ δήμου θράση cum dicit, aperte factionum, in quas tota Cpolitana civitas erat divisa, miram insolentiam, audaciam et temeritatem designat. Quatuor fuisse in ludis circensibus factiones, ex quatuor coloribus quibus distinguebantur appellatas, *Prasinam*, *Venetam*, *Russatam*, *Albatam*, norunt omnes eruditi; sed Prasinæ et Venetæ potissimum mentio fit apud historicos. Quæ autem quantaque fuerit civium Cpolitanorum insania in suis partibus fovendis, et quam gravia sæpe inde exorta dissidia et intestina bella cum maximo urbis incommodo et imperatorum periculo, docet Procopius, qui I, 29 *De bello Persico* funestissimam seditionem ex factionum contentione Byzantii exortam describit, et *Hist. Arcan.* c. 7, earumdem factionum licentiam abunde narrat. Verum qua auctoritate fretus Rosinus *Antiquitat. Rom.* V, 5, affirmet post seditionem illam Byzantinam, in qua supra triginta hominum millia trucidata sunt, factionum nomina abolita fuisse, plane nescio. Præterquam quod enim Procopius id non tradit, patet ex omnibus scriptoribus Byzantinis factionum nomina et potestates multis post Justinianum temporibus perdurasse. Ac Veneti quidem et Prasini sub imperatoribus Mauricio et Phoca sæpe tumultus excitarunt et de rerum summa decertarunt. Vide Theophanem, Constantinum Porphyrogen., et Codinum.

36. Factionum insaniam describit Procopius *De bello Pers.* I, 29.

41. Allusio est ad nomen Galeni, medici celeberrimi, quam in versione, detracto velo allegoriæ, denudavimus: si enim ad verbum reddantur voces Ἰατρὸς κυρίως Γαληνίας, *vere tranquilitatis medicus*, omnis sensus concinnitas perit, quæ ex duplici vocis γαληνίας significatione oritur.

42. Ἀταξίαν, ordinis defectum, ut morbum pestilentissimum describit *De exped.* II, 29, neque aliter intelligenda sunt quæ leguntur a v. 49 ad v. 62 *De bell. Abar.*, ἀρτηρίαι ἄτακτοι, arteriæ non una nec recta pulsatione constantes, sed quarum inæqualis est pulsus, formicanti consimilis, qui Græcis μυρμηκίζων dicitur. Confer quæ dicit poeta in laudem Sergii in princ. *Hexaem.*

45. Hæc omnia secundum medicam scientiam dicta sunt, ac facili negotio quis possit ea cum Galeni scriptis conferre. Τόνοι στύφοντες sunt remedia quæ ex vi astringenti nervos et fibras intendunt: quidquid enim dejectas vires reficit, τόνος a Galeno vocatur. At Pisida dum hæc medico more tractat, Heraclii mansuetudinem Phocæ feritati opponere intelligit: nam vere hic *sectiones* et *amputationes* sunt cædes, et *remedia astringentia* sunt carceres, quibus utebatur immanissimus Phocas, cujus tanta fuit in cives crudelitas, teste Theophane, p. 244, ὥστε ὀπηνίκα Ἡράκλειος ἐβασίλευσεν, ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐποιήσατο εἰς τὸ ἀκριβὲς, καὶ ἐκ πάσης τῆς πληθύος τῆς ὁραθείσης ἐπὶ τῆς τυραννίδος Μαυρικίῳ μετὰ Φωκᾶ οὐχ εὗρε πεπραιτέρω δύο ἀνδρῶν· οὕτως οἱ τὸν τύραννον προστησάμενοι ἐπὶ αὐτοῦ ἀνηλώθησαν. Quod idem Theophanes repetit p. 245. At Heraclius contra pacis studio ductus omnium amorem sibi conciliare sategit, et humanitatis ac clementiæ vi civium animos intestinis odiis flagrantes compescuit. quod quidem Pisida satis clare explanavit in ea concione in qua Heraclium alloquentem milites inducit *De exped.* II 92.

46. Similia in princ. *Hexaem.* in laudem Sergii.

43. Non obscure neque ineleganter, ut videtur

Digitized by Google

Ἄνω δὲ μᾶλλον τὴν λογικὴν ἔχειν φύσιν·
Κάτω δὲ ῥίψαι καὶ καλῶς ἐκλακτίσαι
Τὸ κτηνόμορφον τῆς ἀταξίας τέρας,
Μή πως παρατραπεῖσα τῆς τετριμμένης
Ἡ φατνιῶσα τῶν φρενῶν ἀταξία
Τὸν νοῦν ἑαυτῇ συμπλανώμενον λάβῃ.
Οὕτως ἄριστα τοὺς διεστῶτας τρόπους
Τῶν δημαγωγῶν συμβιβάζεις ταγμάτων,
Καὶ σύνθετόν τι ζῶον ἐξ ἐναντίων
Συνθεὶς λογισμῶν εἰς ἕνωσιν ἥρμοσας,
Καὶ τοὺς ἀποσκιρτῶντας ἀλλήλων τρόπους
Εἰς ἓν συνῆψας, καὶ κατώρθωσας μόνος
Ὃ μὴ κατορθοῦν εὐπόρησεν ἡ φύσις.
Τούτῳ θέλοντες τῷ μεγίστῳ πράγματι
Μνήμην συνάψαι συμφερόντως ἡ πόλις
Γράφουσιν ἡμῖν τῇ κάτωθεν εἰκόνι·
Εἰ τὴν ἄνω γὰρ ἄλλων εἶχες ζωγράφον.
Ἐπεὶ δὲ πάντας, οἰκοδεσπότου δίκην,
Τοὺς ἔνδον ἡμῶν ἐξεχέρσωσας τόπους,
Καὶ τὰς ἐνοίκους τῶν παθημάτων φλέβας
Τῷ σῷ κενώσας εὐσεβεῖ καθαρσίῳ
Τῆς ἔνδον ὠμότητος εἶρξας τὴν βλάβην,
Ἐκτὸς δὲ λοιπὸν καὶ τὰ τῆς Θρᾴκης νέφη
Χειμῶνας ὑμῖν ἐξανέστησε μάχης,
Καὶ πῇ μὲν ἡ Χάρυβδις ἡ Σκυθοτρόφος
Σιγᾷν δοκοῦσα λῃστρικῶς ὠδοστάτει,
Πῇ δ' αὖ συνεχθέοντες οἱ Σκλάβοι λύκοι
Τῇ γῇ συνῆπτον τῆς θαλάττης τὸν σάλον,
Καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν αἵμασι πεφυρμένος
Ὁ ῥοῦς ἐρυθρὸς ἐκ βίας ἐγίνετο,

tionalem haberet naturam, (50) magis inferius dejicere et bene calcitrare pecudiforme dissensionis monstrum, timendumque ne, aberrans a trita via quæ circum præcordia stabulatur discordia, mentem secum ipsa tandem in errorem trahat. (55) Sic optima ratione discordes sententias inter primores ordinum concilias, et mistum quoddam animal ex contrariis formans consiliis ad unitatem adducis; sic dissentientium invicem ingenia (60) in unum contraxisti, et solus emendasti quod emendare nequisset natura. Volentes pro tali opere maximo memoriam ponere convenienter cives tuam nobis hic deorsum pingunt imaginem: (65) sursum enim habuisti pictorem alterum.

Postquam autem nostra, ut paterfamilias, rimatus intus emundasti viscera, et domesticis imbutas morbis venas tua evacuisti piissima purgatione, (70) intestinæ cruditatis coercitis damnis, tum extra obortæ ex Thracia nebulæ procellas tibi suscitarunt belli; et qua Charybdis Scytharum altrix tacere simulans grassabatur clanculum; (75) qua vero turmatim ruentes Sclavi, ut lupi, simul terram miscebant et mare, ac ex ipsorum sanguine contaminata unda vim passa fiebat rubra, procul

VARIÆ LECTIONES.

49 ἔχει ed. 65 εἶχε P. vv. 69—132 desunt codici P.

NOTÆ.

imitatus est celeberrimum apologum, quo Menenius Agrippa ad plebem in Urbem revocandam usus est: sicuti enim, aiebat ille, corpus humanum, si artus inter se discordent, paulatim conficitur, ita res publica, nisi ordinum summa sit consensio, discordia perit, concordia valet. Vide Livium, II, 32 et Dionys. Halic. VI, 86, qui Menenium ita exorsum narrat: Ἔοικέ πως ἀνθρωπείῳ σώματι ἡ πόλις· σύνθετον γὰρ καὶ ἐκ πολλῶν μερῶν ἐστιν ἑκάτερον. Vere autem Pisida cum Platone consentit, qui in *Timæo*, p. 70, de partibus humani corporis loquens rationem in capite tanquam in summo arce collocatam esse dicit, affectuum autem sedem in inferiore parte ventris tanquam in præsepe sitam esse definit.

53. Novum verbum, quod a voce φάτνη *stabulum* vel *præsepe* Pisida confinxit. Præstat locum Platonis, ad quem respicit poeta, hic subjicere: Τὸ δὲ τῶν σίτων τε καὶ πότων ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς... τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ τῇ τοῦ σώματος τροφῇ τεκτηνάμενοι· καὶ κατέδησαν τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον.

56. Δημαγωγὸς est is cujus auctoritati et consiliis populus obsequitur. Cum δημαγωγῶν ταγμάτων τρόπους composuisse dicit, *factionum capita flexisse* affirmat.

57. Vide supra, v. 48.

61. Φύσις dictum ὑπερβολικῶς, tota humana natura, hoc est, cui rei conficiendæ quæcunque humani ingenii vires impares fuissent.

64. Nihil in historicis Byzantinis ea de re scriptum invenio. Vide *supra Acroas.* I, 97.

67. Perstat in allegoria a medica facultate desumpta, de qua *supra* v. 41: ἐκχερστόω, *exsicco, penitus emundo*; quod fit in vulneribus, ut sanentur. Οἰκοδεσπότου δίκην non sævi tyranni inclementia, sed boni patrisfamilias affectu.

70. Ὠμότης *cruditas* ex vitio humorum vel ex defectu caloris; qua hic exprimitur in animis civium insita ab exemplo Phocæ crudelitas: nam ὠμότης per metaphoram est *crudelitas*.

71. Hunc locum illustrat Theophanes, p. 248: Οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω τῆς πόλεως ἐτυράννουν Ῥωμαίους, ὁ δὲ Φωκᾶς ἔνδον τὰ χείρονα αὐτοῖς ἐποίει φονεύων καὶ αἰχμαλωτίζων. Τὰ νέφη τῆς Θρᾴκης sunt Abares, qui cum sæpe in Romanas provincias tentassent irrumpere, tandem Thraciam superiorem occuparunt, ut copiose disseruimus in principio *De bello Abar.* et ad v. 275, ubi quid simile habet noster Georgius.

73. Paululum diverse hæc eadem narrat poeta *De bello Abar.* 297 et seqq., varias Barbarorum nationes enumerans, qui de evertenda Cpoli consilium inierant. Atque ibidem 304 poetica libertate non Χάρυβδιν, sed Σκύλλαν σύντροφον appellat.

76. *Ibidem* v. 297 inter Barbaros Scythis, id est Abaribus, conjunctos Sclavos recenset: sed quos ibi Σθλάβους, hic Σκλάβους appellat. Horum autem Barbarorum multitudo conscensis monoxylis vel trabariis navigiis per fretum Ceratinum urbem diripere aggressa dicitur: ut enim *ibidem* Noster ait v. 512, Σθλάβων τε πλήθη Βουλγάροις μεμιγμένα ἔμιξε τὴν γῆν τῆς θαλάττης τὴν μάχην.

Digitized by Google

Κἀκεῖθεν ὥσπερ ἀντερίζουσα πλέον
Ἀντιπρόσωπος ἡ δυσάντητος θέα
Τῆς Γοργόνος προσῆκτο τῆς τοῦ Περσέως,
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος ἦν ὁμοῦ πεφυρμένος.
Σὲ δὲ στρατηγεῖν ἦν ἀνάγκη τῆς μάχης,
Τυχὼν μὲν ἄλλος ἐν τοσαύτῃ συγχύσει
Οὐκ ἂν κυβερνᾷν ῥᾳδίως ἐνέσχετο,
Ὑμῖν δὲ δόξαν ὥστε πᾶν τὸ φορτίον,
Εἴπερ δυνηθῇς, ἀντὶ πάντων βαστάσαι,
Ἀπηγόρευσας τῶν σεαυτοῦ φροντίδων
Καὶ σὰς ἐποίου τὰς ἁπάντων φροντίδας.
Καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντεῖναι θέλων
Βαλεῖν τε τὴν Χάρυβδιν, εἰς τὴν Γοργόνα
Τὴν πετροποιὸν τῶν θεατῶν εἰκόνα
Στραφεὶς ἐπέσχες τὴν βολὴν ἠπειγμένην.
Καὶ δὴ κατ' αὐτῆς ἀντιβάλλοντες βέλος
Ἀνθεῖλκον ὑμᾶς οἱ φιλάρπαγες λύκοι.

Χρόνῳ δὲ μικρῷ συγκροτῶν ἑκατέρεις
Μίαν κατ' αὐτῶν τριπλοκίνδυνον μάχην.
Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τῆς ἀνάγκης τὰ ξίφη
Κοιναῖς καθ' ἡμῶν προσβολαῖς τεθηγμένα
Ταῖς σαῖς μερίμναις ἐν βραχεῖ διῃρέθη,
Χειμὼν δὲ λοιπὸν οὐ μόνον τῶν πραγμάτων,
Καὶ τῆς φορᾶς δὲ τοῦ χρόνου κατεκράτει,
Ἐν ᾧ μάλιστα ταῖς μερίμναις εἰσόδους
Τῆς νυκτὸς ὠδίνουσιν αἱ παρεκτάσεις,
Γνώμης ἐγίνου τὰς ἀπ' ἄκρων ἡλίου,
Ὡς ἦν ἐφικτὸν, ἐκτεμεῖν περιστάσεις·
Πηγὴν γὰρ ᾔδεις τῶν κακῶν τὴν Περσίδα.
Καὶ δὴ τὸ πρᾶγμα σχηματίζων ἐπλάσω
Σαυτὸν παρασχεῖν τοῖς πρὸ ἄστεως τόποις
Οὐχ ὡς τι τερπνὸν, καὶ μάλιστα τοῦ χρόνου
Χειμῶνος ὄντος, εὐπορεῖν εἰθισμένους,
Ἀλλ' ὥστε τοῖς σοῖς μηδαμῶς βουλεύμασι.

autem, tanquam ad pugnandum æmula, (80) nobis contra truculentior aspectu Gorgon est objecta Gorgone Persei. Et jam universus orbis erat conturbatus, te vero ad bellum exire erat necessitas. Alter fortasse in tanta rerum confusione (85) haud facile hoc totum gubernare valuisset. Tibi vero visum, quod totius oneris sarcinam quam belle posses gestare pro omnibus. Tum valedicto tuis sollicitudinibus tuas effecisti omnium sollicitudines, (90) ac sæpe telum cum velles intendere, et Charybdim in Gorgonem immittere, imaginem vertentem spectatores in lapides, conversus cohibuisti contortum jaculum. Quippe in ipsam mittentes alia ex parte spicula (95) te retraxerunt lupi rapacissimi. Ac

brevi futurum hæc animo versans duxisti unum in ipsos bellum, sed triplicis periculi.

Itaque postquam tot furentes gladii in nos, uno impetu facto, constricti (100) tua cura sunt celeriter divisi, jam tandem hiems non operas tantummodo, sed etiam cursum contrahebat temporis. Tempus erat quo potissimum curis introitum noctis præbent longæ extensiones. (105) Tum cogitasti ut instantes ab ultimo Oriente, quantum fieri posset, calamitates averteres : fontem enim malorum sciebas esse Persidem. Et jam rem animo molitus simulasti te ipsum conferre in suburbia, (110) non ut qui deliciis, cum præsertim tempus instat hibernum, in more habent diffluere, sed

VARIÆ LECTIONES.

94 ἀντιβάλλοντας? 96 ἑκατέρεις ed.

NOTÆ.

79. Vide v. 592 et seqq.

80. Per Charybdim Abares, per Scyllam Sclavos, per Gorgonem demum Persas intelligit, qui Sarbaro duce occupata Chalcedone, dum Abares ex parte boreali Cpolim oppugnare tentarent, ipsi ex parte meridionali se eamdem regiam urbem aggressuros esse convenerant. Vide *ibidem*, v. 496.

91. Sequentium versuum sensum non satis apertum sic accipio. Cum Heraclius civium dissidentes animos in unum coalescere fecisset, de reprimendis Abaribus cogitavit, ac sæpe voluisset ope divina et Virginis Mariæ patrocinio fretus ad pacta servanda eos compellere; sed cum in eo esset ut Abaribus arma inferret, Sclavis ex alia parte Romanam ditionem vastantibus, contra ipsos occurrere et ab incepto desistere cogebatur. Itaque Charybdis, ut supra, est Abarum natio; lupi sunt Sclavi vel Persæ : at Gorgon hic non est monstrum, sed imago Virginis Mariæ, cujus ope Heraclius jam antea tyrannum Phocam devicerat. Confer *supra* v. 12 et seqq., et omnia erunt, ni fallor, plana et difficultatibus expedita.

97. Τριπλοκίνδυνον fuit bellum Abaricum : namque uno eodemque tempore contra tres hostes, Abares, Sclavos et Persas, dimicandum fuit Cpolitanis.

101. Anno 11 imperii sui Heraclius pacem cum Chagano Abarum duce composuit, ut contra Chosroam arma moveret, qui ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ οὐκέτι ἐν τῷ καθεστῶτι εἶναι ἠδύνατο. Τότε Ἡράκλειος ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβὼν καὶ μετὰ τῶν Ἀβάρων εἰρηνεύσας, ὡς ἐνόμιζεν, μετήνεγκεν τὰ στρατεύματα τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ διενοεῖτο τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργείᾳ κατὰ Περσίδος χωρῆσαι. Ita Theophanes, p. 251.

103. Anno Heraclii 11 exeunte, hieme autem appetente, Heraclius in oram Asiaticam Byzantio oppositam secessit, ubi usque ad diem quartum mensis Aprilis sequentis anni commoratus est. Tunc enim τελέσας τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα ἐκίνησεν κατὰ Περσίδος. Theophan., p. 253.

110. Ducangius *Cpol. Christ.* lib. IV, c. 13, palatia suburbana imperatorum recensens, palatium Chalcedonis et suburbanum Chalcedonis nominat. Heraclius in suburbanum concessit, cujus descriptionem nobis reliquit Sozomenus, lib. VIII, c. 17. Atque id plane est suburbanum, quod paucis abhinc annis Sarbarus Persici exercitus dux armis et igne vastaverat : nam Chronico Alexandrino teste, cum Chalcedonem ille accessisset, πάντα τὰ προάστεια καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους incendit. Certe Heræum palatium, quod erat trans fretum celeberrimum suburbanum, hic non designat Pisida, qui *De exped.* I, 157, dicit Heraclium, cum conscensa navi in Persidem iret, Heræum prætervavigasse.

112. Respicit, opinor, ad festa Brumalia, quæ Kalendis Januariis incipiebant et magna cum solemnitate celebrabantur a civibus et imperatoribus :

Digitized by Google

Τὰ τῶν πολιτῶν συμπλέκεσθαι πράγματα,
Μηδ' αὖ γενέσθαι βλαπτικοῖς κατασκόποις
Ἐκδηλα τῶν σῶν σκεμμάτων τὰ δόγματα·
Καλύπτεται γὰρ ὡς νέφει κατάσκοπος
Ὀχλῳ παρεισδὺς, καὶ δυσεύρετος μένει.
Ἐκεῖσε γοῦν, κράτιστε, συλλέγων ὅλον
Τὸν νοῦν σεαυτοῦ καὶ σχολῇ σοφῇ τρέφων,
Πάσας ἀνέγνως διατάξεις τῶν νόμων
Τὰς ἐξ ὅπλων καὶ πραγμάτων ὡρισμένας.
Ἀλλ' ἦν τὰ κρυπτὰ τοῦ σκοποῦ σου δόγματα
Λόγων ἀφορμαὶ τοῖς λαλεῖν εἰθισμένοις,
Παρ' οἷς ὀλισθήσασα τῆς ἔσω θύρας
Ἡ γλῶττα φεύγει καὶ βοᾷ πλανωμένως.
Ὅμως συνεῖδες ταῦτα συγγνώμην ἔχειν·
Ἔδοξε γάρ πως ἐξ ἀνάγκης εὐλόγου
Τοῦ πρὸς σὲ φίλτρου δυσφορεῖν ἡ κοινότης,
Οὐκ ἐκ φθόνου τὴν γλῶτταν ἠρεθισμένοι
(Τοῖς βασκάνοις γὰρ οὐ φθονοῦνται φροντίδες),
Ἀλλ' οὐ στέγοντες τὴν ἀπουσίαν βλέπειν.

Κἂν πολλάκις τυχώσιν ὠφελημένοι.
Ἐνταῦθα τὸν πρὶν Ἠλίαν μιμούμενος,
Καὶ ταῖς ἐρήμοις ἐμβατεύων ἐτρέφου
Οὐ βρῶσιν, ὡς ἔδειξας, ἀλλὰ φροντίδας·
Οὐκ ἦν γὰρ ἔργον πολεμικῶν συνταγμάτων,
Ὃ μὴ μετῆλθες τῇ σχολῇ τῶν σκεμμάτων
Τυπῶν, προτάττων, εὐτρεπίζων, προσγράφων,
Καὶ σχηματουργῶν τῆς μάχης τὰς εἰκόνας
Ἄλλοις, σεαυτῷ, τῷ στρατῷ, τοῖς ἔθνεσιν,
Ὡς ἄν τις εἴπῃ περιβαλὼν ἐν συντόμῳ,
Πρὸ τῶν ἀγώνων τοὺς ἀγῶνας συλλέγων
Καὶ τὴν νίκην δρῶν ἐντελῶς πρὸ τῆς μάχης.
Ἄλλοι μὲν οὖν γράψουσιν, οἷς δοκεῖ φίλον,
Ὄρη, φάραγγας καὶ στενὰς διεξόδους;
Καὶ τὰς πετρώδεις ἐξοχὰς καὶ δυσβάτους,
Δι' ὧν παρῆλθες ὡς πνοὴ ταχυδρόμος,
Ὡς οὔτε πέτραις ἐκ βελῶν ἀφιγμέναις
Ἔνεστι βάλλειν, οὔτε μὲν ὀρύγμασι
Τὴν γῆν ὑπογλύφοντας ἑλκύσαι κάτω.

ne tuis ullatenus consiliis civium interm iscerentur negotia, neque fieret perniciosis speculatoribus (115) aperta tuarum cogitationum voluntas. Absconditur enim, velut nube, explorator clam turbæ immistus, et inventu est difficilis. Ibi igitur totam colligens, o fortissime, tuam mentem, et otio sapienti nutriens, (120) omnes relegisti constitutiones legum circa res bellicas et civiles præfinitas. Sed ex occultis tuæ mentis consiliis loquendi occasio capta est a garrulis, queis lubrica extra septum dentium (125) effugit lingua, et falsa garriens clamitat. Attamen nosti hæc esse digna venia : visi enim sunt juste et necessario ob quoddam in te philtrum id ægre ferre cives, non autem ex invidia linguam acuere (130) (invidi enim curis non invident), sed quod nequirent tuam absentiam ferre, quamvis sæpe tuam opem essent experti.

Tu priscum interea imitatus Eliam, atque in eremis degens, vescebaris (135) non cibo, ut videbaris, sed curis (nulla enim erat res bello parando necessaria, quæ non occuparet tuæ mentis ostium), formans, disponens, apparans, describens, et repræsentans varias belli imagines, (140) tibi atque aliis, militibus et gentibus, atque, ut quis omnia complectens dixerit, ante prælia recensens prælia et ante pugnam referens plenam victoriam.

At scribent alii, queis hæc sunt cordi, (145) montes et valles et angustos exitus, et scopulosos vertices et impervios, quos pertransisti, ut spiritus celerrimus, quosque nec saxis ballistis immissis fas est oppugnare, neque item foveis (150) subtus humi effossis prosternere. Ita plane montes sunt hostibus mœnia : fauces tenent itineris præstrictas. Atque hic ego vellem, quamvis rudis scriptor, ut

VARIÆ LECTIONES.

123 τοὺς λαλεῖν εἰθισμένους ed. 136 ἔργων codices et ed. *ib.* πολεμικῶν P, μαχίμων ed. 137 μετῆλθε codices et ed.

NOTÆ.

etenim per eos dies erant ludi Circenses, convivia et largitiones publicæ. Videsis Ducangium *Lex. Gr.* v. Βρουμάλια et *Lex. Lat. v. Bruma*, et *Cpol. Christ.* lib. II, c. 6, p. 138, et Constantinum Porphyrog. *De cæremon. Aulæ Byzant.*, lib. II, c. 18. Cum igitur per totum fere hibernum tempus feriari solerent Byzantini, idcirco dicit καὶ μάλιστα χειμῶνος ὄντος.

115. De exploratoribus et speculatoribus disertissime agit Ezech. Spanhemius *De præstantia Numism.*, lib. II, p. 334; ad rem autem Suidas v. Ἐξπλωράτωρ· ἔργον τούτοις τὸ περιεργάζεσθαι τίς ἡ τῶν πραγμάτων κατάστασις καὶ ποῖα τὰ κατὰ Ῥωμαίων σκεπτόμενα ὑπὸ Περσῶν, καὶ ἀναφέρειν ἐπὶ τὸν βασιλέα.

120. Metri gratia adde articulum, et lege τὰς διατάξεις.

125. Non dubito, quæ de garrulis tradit, juxta mentem Plutarchi dixisse, qui aureo libello Περὶ ἀδολεσχίας p. 505 sic scribit : Οὐδὲν οὕτως ἡ φύσις εὐεχῶς κεχαράκωκε τῶν παρ' ὑμῖν ὡς τὴν γλῶτταν, βαλομένη φρουρὰν πρὸ αὐτῆς τοὺς ὀδόντας, ἵν' ἐὰν ἐντὸς κατατείνοντος ἡνία σιγαλόεντα τοῦ λογισμοῦ μὴ ὑπακούῃ μηδὲ ἀνειλῆται, δήγμασιν αὐτῆς κατέχωμεν τὴν ἀκρασίαν αἱμάττοντες.

128. Φίλτρον positum ἐμφατικῶς pro amoris magna vi : philtra enim sunt amoris illecebræ, quibus per vim quis ad amandum allicitur. Scite S. Gregorius Nazianz. inter carmina Nicobuli patris ad filium usus est hac voce ad pietatem, qua se invicem prosequuntur nati et parentes, exprimendam : Φίλτρῳ μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε.

130. Euripides in *Belleroph.* v. 49 : Φθονοῦσιν αὐτοὶ χείρονες πεφυκότες, εἰς τἀπίσημα δ' ὁ φθόνος πηδᾷ φιλεῖ. Similiter Pindarus *Nem.* Od. VIII, v. 37 : ἄπτεται δ' ἐσθλῶν ἀεὶ, χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει. Ubi scite scholiastes : Ὁ γὰρ φθόνος εἰς καλὰ βαίνει.

133. Heraclium Eliæ comparat, qui, Domino jubente, in vallem Carith secessit, ibique totus orationi et contemplationi vacavit. III Reg. XVII.

138. Vide *De exped.* II, 44 et seqq.

139. Alludit ad exercitia militaria, quæ describit, *ibid.* a v. 121 ad v. 162.

144. Quod præstitum fuit a Theophane, qui Heraclii longa itinera, labores et bella feliciter gesta copiose narrat,

Digitized by Google

Ἀλλ' εἰσὶ τείχη τοῖς ἐναντίοις δρῃ,
Τὰς κλεῖς ἔχοντα τῆς ὁδοῦ πεφραγμένας.
Ἠβουλόμην δὲ καίπερ ὢν βραδυγράφος
Τὴν συλλογήν σου τῶν στρατευμάτων γράφειν,
Τὴν εἰς ἅπαν γῆς ἐσκεδασμένην μέρος,
Βουλαῖς δὲ ταῖς σαῖς ἐν βραχεῖ συνηγμένην.
Οἱ σοὶ γὰρ αὐτοὺς ἦγον ἑκτικοὶ λόγοι,
Ὡς εἴ τις ἄλλος ἐκ μιᾶς ὑδραργύρου
Σύρει τὰ χρυσᾶ συλλέγων σπαράγματα.
Πλὴν ταῦτα σιγῶν καὶ τὸν Εὐφράτου πόρον,
Δι' οὗ τρέχων παρῆλθες Εὐφράτου πλέον,
Τὴν δραστικήν τε καὶ μετ' ἔργων ἐμπόνων
Ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τοῦ δ' ὁ βίος,
Εἴγε προσήκει συμφορᾷ παρεικάσαι
Τὴν εὐσεβοῦντι δεσπότῃ πορθουμένην,
Ἢ δυσσεβοῦντι Χοσρόῃ σεσωσμένην,
Ἤδη πρόσειμι τῇ Δαραρτάσει πόλει·
Ταύτην δέ φασι Περσικῶν ὁρισμάτων
Εἶναι βορείαν, τὴν δὲ πρὸς Νότον θέσιν,
Ὅσον πρὸς ἡμᾶς, ἀντικειμένως ἔχειν.
Καὶ τὸν κατ' αὐτῆς ἐν βραχεῖ παραδρόμῳ
Καμπτῆρα τῷ τρέχοντι μορφώσω λόγῳ.
Τὸν Ἀρτασῆρ γάρ, δοῦλον ὄντα τὴν τύχην,
Τυραννικῷ λέγουσι καὶ θρασεῖ ξίφει

exercitum collegeris describere, (155) et ut in omnem terræ partem dispersum tuis consiliis in unum statim contraxeris ; ita enim ipsos coegit tua conciliatrix oratio, ut si quis alter unius ope hydrargyri auri ramenta contrahens colligat. (160) Sed hæc omitto, atque Euphratis transitum quem trajecisti ipso Euphrate citius, illamque magnam, quæ post labores improbos velut in parergo vitæ obtigit calamitas, si tamen licet calamitati id conferre, (165) quod dicas melius a pio despota esse eversum, quam ab impio Chosroa servatum. Atque jam accedo ad civitatem Darartasim, quam dicunt habito ad Persica confinia respectu borealem esse, ad Austrum vero esse sitam, (170) quantum ad nos, atque e regione oppositam : et brevi in ipsam excursu deflectens gyrum conficiam festinante sermone.

Quippe Artaserem, qui fuit servus origine, per

VARIÆ LECTIONES.

152 ἔχονται ed., ἔχοντας P. 157 οἱ σοὶ] ὅσοι codices et ed. 162 τε add. P.

NOTÆ.

152. Heraclius cum primam expeditionem in Chosroam suscepit, Persis obviam factus est ad fines Ciliciæ, ubi mons Taurus exsurgens vaste satis attollitur et perpetuo jugo per totam Asiam extenditur. Itaque αἱ κλεῖς idem sunt ac Pylæ Ciliciæ, de quibus vide *De exped.* II, 10. Eas Theophanes, p. 238, τὰς εἰς Περσίδα ἀγούσας κλειτσούρας appellat.

154. Delectum exercitus, quem indicat poeta, descriptum invenies ibidem v. 55 et seqq.

157. Forsan pro ὅσοι legendum οὕτω. Orationis vim in Heraclio ad miraculum usque extollit Pisida, *De exped.* II, 170. Hic autem magno saltu a militum delectu, quem Heraclius instituit in prima expeditione, ad ea quæ idem imperator cis transque Euphratem gessit in secunda leviter attingenda excurrit. De transitu Euphratis, deque iis quæ insequente Persarum duce Sarbaro acta sunt, fuse Theophanes, p. 262.

160. Obscura plane sunt quæ in quinque sequentibus versibus continentur. Forsan aut mendum aut hiatus cubat in textu. Vocem τὴν δραστικὴν ad συμφορᾶς esse referendam non dubito : scio enim sæpe δραστικὸς cum genitivo conjungi, et τὴν δραστικὴν συμφορᾶς idem esse ac τὴν δραστικὴν δύναμιν τῆς συμφορᾶς vel τὴν δραστικὴν συμφοράν. Sed quid tamen significat ὡς ἐν παρέργῳ συμφορᾶς τοῦδ' ὁ βίος? et quod hoc sit genus syntaxeos, prorsus me latet. Novi Græcos τῆσδε pro τῆς γῆς et τοῦδε pro τοῦ κόσμου ponere aliquando, ac fortasse pro τοῦδ' ὁ βίος legendum est τοῦδε βίου. Verum quid inde? fortasse moralem sensum possis elicere, *tanquam vita hujus mundi sic calamitatum accessio.* Sed quomodo hæc inter se cohæreant, non video. Quale autem est infortunium, quæ est magna calamitas, quæ post transitum Euphratis et μετ' ἔργων ἐμπόνων accidit Heraclio? Certe Theophanes, qui hæc accurate describit, Heraclium Euphrate transmisso ad Saram flumen constitisse ibique viriliter pugnasse ac plurima vulnera accepisse narrat : ait enim, p. 263, πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο. Verum si demus hanc esse calamitatem de qua conqueritur Noster, quomodo quæ sequuntur v. 171 et 172 explicabimus? Aperte enim, ut mihi videtur, de aliqua urbe ab Heraclio eversa, non de vulneribus eidem inflictis, ibi sermo est. Quantum igitur colligere possum, Pisida aliquam ex illis Assyriæ civitatibus designat, in quibus Christiana religio quondam florebat, quam cum Heraclius a Chosroæ tyrannide oppressam et impietatibus profanatam deprehendisset, solo æquandam esse statuit. Porro hanc conjecturam secuti ita vertimus. Qui melius sapit, melius judicabit.

167. Darartasis Mesopotamiæ civitas cum urbe Dara non est confundenda. Daras enim, quæ, Procopio teste, *De bello Pers.* 10, distabat Nisibi stadiis 100 minus duobus, a limite autem utriusque imperii circiter 27, ex pago urbs munitissima facta est ab Anastasio imp. et Anastasiopolis dicta, ut narrat Evagrius, lib. III, 37. Darartasis autem, ut Pisida infra testatur, ab Artasere condita, Chosroæ aliorumque Persidos regum, qui Artaseri successerunt, regia sedes fuit. Hæc prope Tigrim flumen sita erat, et si Theophanis valet auctoritas, 25 millibus a Ctesiphonte distabat. Sed animadvertendum Pisidam metro nomen urbis, cæteroquin barbarum, accommodasse : quam enim ipse *Dararlesim* vocat, Dastagerda a Theophane, ab auctore *Chronici Paschalis*, p. 399, *Dastagerchosaris*, a Cedreno autem *Dystagerda* appellatur. At Pisida Artaxerxis vel Artaxaris nomen in Artaserem commutavit, atque ita ex duabus vocibus Persicis unam Græco more inflexam effinxit, hoc est, *Dararlasim*, quasi diceret *Daram Artaseris.*

172. Ut sæpe ad aurigationes, quæ in ludis Circensibus fiebant, ἀλληγορίζει. Nam καμπτὴρ, a κάμπτω *flecto*, est *flexus*, quem circa metam Circi vel hippodromi facere solebant aurigæ, iterum iterumque a carcere excurrentes eodemque revertentes.

173. Ilic est Artaxerxes vel Artaxeres, gregarius

Digitized by Google

Πάρθους ἀποστήσαντα τοῦ τότε κράτους
Εἰς αἰχμάλωτον ὄνπερ ἥρπασε θρόνον,
Ἀντενθρονίζειν ἐν κακοῖς τὴν Περσίδα.
Χρόνους δὲ συλλέγουσιν, ὡς φασι, δέκα
Σὺν ἓξ διαδραμόντας ἑξηκοντάσιν,
Ἐν οἷς τὸ πικρὸν τοῦδε τοῦ σπόρου γένος
Ἐξ αἱμάτων ὦδινεν αἱμάτων γόνον.
Ἐν γὰρ τοσαύτῃ τοῦ χρόνου παρεκτάσει
Ἐναλλαγὴν οὐκ ἔσχε τῆς μιαιφόνου
Σειρᾶς ἐκείνης ἡ δυσέκλυτος δέσις,
Ἀλλ' ἐκ τέκνων εἰς τέκνα συμμετεπλάκη

A

Ὁ δεσμὸς οὗτος ἐμφραγαῖς πεφυρμένος,
Καὶ πᾶς παρ' αὐτοῖς δυσμενὴς βροτοκτόνος
Ἔσπειρε τέκνον εἰς γονὴν πατροκτόνον,
Κἀκεῖνος αὖθις ὡς ἐχίδνης οὐσίαν
Τὸν κλῆρον ἀντέπεμψεν εἰς τοὺς ἐγγόνους.
Καὶ ῥοῦς ἐχεῖτο τοὺς φόνους ἐπιῤῥέων,
Ἕως πλατυνθεὶς εἰς ἀμέτρητον χύσιν
Ἔστηκεν ἐνθεὶς εἰς βυθὸν τὸν Χοσρόην·
Ἔδει γάρ, οἶμαι, τῆς Ἰωκάστης τὸν βίον
Ζηλοῦντας αὐτοὺς τῷ παραλλήλῳ φθόνῳ
Πρὸς τὰς ὁμοίας συμφορὰς ἀνατρέχειν.

vim atque audaciam ferunt stricto ense (175) ab ejus, cui suberant, potestate Parthis abductis ad servilem, quem arripuit, thronum, rursus in malis locasse thronum Persidis. Annos autem qui supputant, aiunt sexdecim supra sexaginta jam excurrisse, (180) ex quo crudele hujusce seminis genus a cædibus in cædes prolem peperit. In tanto enim temporis spatio nullam passus est vicem sanguinariæ hujus catenæ nexus insolubilis, (185) sed ex natis in natos insertus est strictius hic nodus, cruentis inquinatus cædibus. Itaque omnis ex ipsis homicida barbarus natum progenuit sui seminis parricidam; et ille rursus, tanquam viperæ substantiam, (190) suam transmisit hæreditatem ad nepotes. Atque ita rivus manavit in cædes perennis, donec diductus ad immensam effusionem stetit immissus in gurgitem Chosroæ. Oportebat enim, puto, ut qui Jocastæ vitam (195) pari inter se studio invidiæ æmula-

B

VARIÆ LECTIONES.

190 ἐκγόνους P. 192 φχύσιν P.

NOTÆ.

miles Persa, qui occiso Artabano IV, rege Parthorum ultimo, primus antiquum Persarum in Oriente imperium, quod in Dario finierat, renovavit, Romæ imperante Alexandro Mammææ. Plura de eo Herodianus, lib. VI, et Agathias, lib. IV. Novum autem hoc regnum ab anno Christi 226 vel 227 ad annum usque 632 vel 645 duravit: mira enim est in hoc Persici regni fine stabiliendo scriptorum dissensio, quorum opiniones ad examen revocat et expendit Assemanus, *Biblioth. Orient.* tom. III, part. I, p. 425. Regum post renovatum imperium Persicum genealogiam et historiam obiter descripsit Agathias in fine lib. IV, qui tamen ea quæ refert ἐκ τῶν Περσικῶν βιβλίων μεταληφθέντα, *ex Persicis archivis desumpta esse* affirmat. Verum cum ille suam narrationem ad Chosroam I usque deducat, cujus obitus ad a. 579 refertur, si quis posteriorum regum seriem nosse cupiat, laudatum virum Jos. Simonem Assemanum adeat *loco cit.*, qui ex Syris scriptoribus eamdem chronologiam ad Iezdegerdem usque perseguitur, atque hunc ipsum ultimum fuisse Persarum regem contra Theophanem, a quo rex alter, Hormisda vel Hormizanes vel Hormisdates nomine, post Iezdegerdem sufficitur, satis evincit.

C

175. Agathias, lib. II, p. 122, 6 Bonn.

178. Hanc Pisidæ supputationem cum chronologia Agathiæ et Assemani conciliare tentaveram, sed irritus omnis conatus fuit. Nam quomodocunque hanc 76 annorum periodum expendas, quam, ut videtur, auctores sibi cævos secutus statuit Noster, nullatenus convenire deprehendes, siquidem ille hujusce sanguinariæ periodi cursum ad annum usque 628 protrahit, quo Chosroes a juniore filio Siroa est interemptus, ut patet ex sequenti versu 179. Ex toto enim hujus poematis contextu apparet hæc scripsisse Pisidam statim ac nuntius de cæde Chosroæ Cpolin allatus est. Itaque si annum septuagesimum sextum ante mortem Chosroæ exactum inquiras, in annum Dominicum incides 551, qui fuit regni Chosroæ senioris vicesimus secundus: hunc enim aiunt tenuisse regnum annos 48. At seniori successit Hormisdas vel Hormisdares filius, Hormisdæ autem Chosroes junior quorum ille annos 12, hic vero 38 regnasse fertur. Horum igitur trium regum tantummodo successione 76 annorum periodus absolvitur. Cur igitur Pisida sanguinariorum regum catenam multiplici nodo intextam nobis repræsentat, qui mutuis se cædibus interfecerint? Ἐξ αἱμάτων ὦδινεν αἱμάτων γόνον. Sed neque illud verum est, hosce tres reges a filiis fuisse occisos: nam Chosroes senior, Agathia teste, p. 272, mœrore confectus, quod a Mauricio imperatore circumventus victusque fuisset, in regiis palatiis Ctesiphontis καταλύει τὸν βίον. Num igitur dicendum est non in diem quo Chosroes junior mortuus est, sed in eum quo natus est, Pisidanam periodum, de qua agitur, desinere, atque ita prorsus intelligenda esse quæ leguntur *versu* 198 et 199? sed neque hac habita temporum ratione Pisidæ descriptio convenit cum iis quæ de cæteris Persarum regibus narrantur. Quare statuendum putamus vel nondum satis explorata esse quæ circa regum Persarum genealogiam scriptis mandarunt cum Græci tum Syri scriptores, vel Pisidam non ad rectam historicæ veritatis normam, sed ex poetici ingenii liberiore judicio et facultate suam sanguinariam catenam confinxisse, ut omnium odium in Persas eorumque dominationem facilius converteret.

D

186. Ἐμφραγὴ idem ac ἐμφραγμὸς, *obstructio*; hic autem metaphorice pro *cæde*.

188. Non inscite Persæ, ut Pharisæi in Evangelio, γεννήματα ἐχιδνῶν appellantur, ex veterum auctorum traditione qua viperæ ferebantur ore coire, feminæ voluptatis dulcedine maris caput præcidere, et fetus matris uterum erodere; quæ quam falsa sint, hodie nemo ignorat.

190. Κλῆρον *hæreditatem* intelligo esse vindictam ex nuper allata veterum philosophorum de viperis opinione, quam tradit Herodotus, III, 109.

193. Vide supra v. 184.

194. Notissima sunt Jocastæ flagitia, quæ cum post Laii mariti necem, Œdipo filio nupsisset et ex eo Polynicem et Eteoclem genuisset, sibi manus intulit. Videsis Diod. Sic. lib. IV, Senecam in *Œdipo*, et Hyginum, n. 76.

Digitized by Google

Ἐκεῖνος οὖν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν
Εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ἀπόρθητον τόπον,
Εἰς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἁμαρτίας.
Ἐκεῖ γὰρ εἶχε Χοσρόης καὶ τοὺς Μάγους
Καὶ τοὺς ἑαυτοῦ προστάτας τοὺς ἄνθρακας,
Δεινῇ κρατηθεὶς εἰκότως ὑποψίᾳ,
Μὴ τοὺς σεβαστοὺς αἰχμαλώτους ἁρπάσῃς.
Ἀλλ' αὐτὸς ἐλθὼν ὥσπερ ἀστραπῆς τάχος,
Καὶ τὸν ἐπ' αὐτοῖς σχηματουργήσας φόβον
(Φόνον γὰρ αὐτὸς οὐδὲ Βαρβάρων θέλεις,
Εἰ μὴ καθ' αὐτῶν ἀσπάσοιντο τὰ ξίφη),
Στήσας τε πολλὰς μηχανὰς τῶν ὀργάνων,
Κριοὺς, χελώνας, πετροπομποὺς σφενδόνας,
Φράξας τε τὴν φάλαγγα καὶ τεῖχει νέῳ
Τὸ τεῖχος αὐτῶν ἐμπεριεκλείσας ὅλον,
Ἅπαντας ἔνδον εἶλες ἐκ μόνου φόβου.
Πρῶτον μὲν οὖν, κράτιστε, τῶν σκύλων ὅλων
Ἀπηνθράκωσας τοὺς θεοὺς τῆς Περσίδος,
Δεκτὰς ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ σου προσφέρων
Τὰ τῶν προπάππων Χοσρόου κειμήλια.
Σβεννὺς γὰρ αὐτοὺς ἔφλεγες τὸν Χοσρόην,
Οὐχ ὥσπερ ἐχθρὸς τοῦ πυρὸς τῆς οὐσίας
(Ὅλος γὰρ εἶ πῦρ τῷ Θεῷ συνημμένος),
Ἀλλ' ὡς ἐλευθέραν τε καὶ σεσωσμένην
Θέλων προσάξαι τῷ Θεῷ καὶ τὴν κτίσιν.
Ἀπηλλάγη γὰρ καὶ τὸ πῦρ μολυσμάτων
Τῇ προσκυνήσει μᾶλλον ἐξυβρισμένον,
Ἔχει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,
Τῇ σῇ καθαρθὲν εὐσεβεῖ καθαιρέσει,
Καὶ συμφερόντως δυστυχεῖν ἠνέσχετο,
Καλῶς τεφρωθὲν ἢ κακῶς ἀνημμένον.
Οὕτως ἐκεῖνο πᾶν τὸ πῦρ κατασβέσας,
Ἀφῆκας οὐδὲν, πλὴν ὅσον λαλεῖν ἔδει,
Σπινθῆρα μικρὸν εἰς τὸ φλέξαι Χοσρόην.

rentur, in pares calamitates concurrerent. Ille igitur hanc ipsam urbem condidit in modum excelsæ turris, loco inexpugnabili, tanquam murum, ut apparuit, peccati (200). Ibi enim habebat Chosroes et Magos et sibi ascitos præsides carbones : in fortem adductus, ut par est credere, suspicionem, ne quos colebat, captivos abduceres. Tu vero accedens, tanquam vis fulminis, (205) terrorem ipsis undique repræsentasti : non enim cædes Barbarorum volebas, nisi in te prius gladios constringerent. Eductis autem multis machinarum organis, arietibus, testudinibus, saxa jacientibus fundis, (210) et munita phalange novo scutorum muro, eorum mœnia late circumclusisti, omnesque sunt intus deprehensi sola formidine.

Hoc igitur primum spoliis dedisti initium ; in carbones redegisti deos Persidis, (215) acceptas Deo tuo offerens primitias avita Chosroæ cimelia : illos enim exstinguens combussisti Chosroam, non quod sis hostis igneæ substantiæ (omnis enim ignis est Deo succensus), (220) sed quod liberam et liberatam velles offerre Deo etiam creaturam. Vere enim liberatus est ignis a profanationibus, cui adoratio fuerat contumelia ; et nunc honoris habet loco pulchrum dedecus, (225) quod tua se sentiat pia destructione purgatum ; et lucro apponit illatum sibi damnum, potius bene exstinctus quam male accensus. Sic totum illùm ignem exstinxisti, nil prorsus reliquisti nisi, ut ita dicam, (230) parvam scintillam ad comburendum Chosroam.

VARIÆ LECTIONES.

199 εἰς P, ὡς ed. 210 καὶ] τῷ codices et ed. 213 μὴν ed.

NOTÆ.

197. Ἐκεῖνος Artaser vel Artaxares ver Artaxerses. Πόλιν Darartasim vel Dastagerdam.

200. In omnibus Persarum templis erant Magi custodiæ ignis destinati. Vide supra acroas. I, 23, ubi de templo Gazaci, in quo erat ἡ πλάνη τῶν ἀνθράκων *carbonum impostura*.

204. Theophanes a p. 267 ad p. 269 Chosroam metu perculsum, Dastagerda relicta, amne Tigride trajecto, ultra Ctesiphontem fugisse narrat; unde Heraclius vere ut fulmen, nullo obsistente, ubique victor, Dastagerdam spe citius occupavit.

205. Σχηματουργήσας φόβον, incutiens timorem bellico apparatu et incendiis, quibus Persidem late vastabat Heraclius, οὐχ ἑκὼν, ut idem imperator teste Theophane, p. 270. Chosroæ scripsit, πυρπολῶν τὴν Περσίδα, ἀλλὰ βιασθείς.

207. Καθ' αὐτῶν pro καθ' ἑαυτοῦ, ut alibi ὑμᾶς et ὑμῖν pro σὲ et σοί.

212. Plurima Chosroæ palatia memorantur in Theophane ab Heraclio eversa, quæ Persico nomine distinguuntur. Non longe a Dastagerd, ut videtur, erat palatium *Bebdrach* nuncupatum, de quo ita p. 268 : Ὁ βασιλεὺς ἐπῆλθεν εἰς ἄλλο παλάτιον τὸ ἐπιλεγόμενον Βεβδράχ· καὶ τοῦτο καταστρέψαντες καὶ πυρὶ παραδόντες εὐχαρίστουν τῷ Θεῷ. At paulo post idem Theophanes, enumeratis ingentibus divitiis quæ in Dastagerdæ palatiis inventæ sunt, ait : Ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων ἐν Δασταγέρδ..... καὶ καταστρέφων τὰ τοῦ Χοσρόου παλάτια, κτίσματα ὑπέρτιμα ὄντα, καὶ θαυμαστὰ, καὶ καταπληκτικὰ, ἅπερ ἕως ἐδάφους καθεῖλεν, ἵνα μάθῃ Χοσρόης οἷον πόνον εἶχον οἱ Ῥωμαῖοι τῶν πόλεων ἐρημουμένων παρ' αὐτοῦ καὶ πυρπολουμένων.

224. Eleganter per prosopopœiam ignem gaudentem inducit, quod ab impio Persarum cultu fuerit liberatus, debitum Deo honorem sibi præstari ægre ferentem. Ita supra acroas. I, 6 et seqq. solem et lunam eadem de causa gestire ac lætari jubebat. Simile autem est illud Pauli Rom. VIII, 21 : *Quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertate gloriæ filiorum Dei.*

227. Cf. De exped. acroas. III, 5.

230. Eo frigidior nobis videbatur hujus poematii conclusio, quod Chosroes non igne combustus periit. Miserum genus mortis, quod subiit, narrat Theophanes, p. 272. Sed ut videtur, Pisida intentus in laudanda potissimum pietate Heraclii illud præ cæteris commendat, quod Persarum πυρεῖα ubique subverterit imperator, ut alibi dictum est. Tanta enim fuit Persarum in ignem religio, ut etiam regum palatia πυρεῖα dicerentur, quod nullum esset

Digitized by Google

sine templo palatium. Quare, ut id obiter moneam, corrigenda est Porti versio in Suida, qui auctoris de Heraclio scribentis *in voce* πυρεῖον verba, ὁ δὲ Ἡράκλειος τάς τε πόλεις κατῄρει καὶ τὰ πυρεῖα διέστρεφε τῶν Περσῶν, ita vertit, *Heraclius vero et urbes demolitus est et speculas Persarum*. Nam πυρεῖα non sunt speculæ, nec turres e quibus ignis accenderetur, sed plane templa igni sacra. Minus aberravit a vero, sed rem tamen non attigit, Scacchius, *Miroth.* II, 48, qui hoc testimonio usus est Suidæ ut probaret πυρεῖον *significare ignium receptaculum ad suffumigationes, quod apud nos thuribulum et thymiaterium dici potest*. Sed ut ad Pisidam redeamus, certum est eum hic respicere ad stupendæ structuræ palatium, quod Chosroes habuit Dastagerdæ, Heraclius autem funditus delevit atque incendit, quod ibi impio cultu ignis una simul cum Chosroa adoraretur, ut paulo ante v. Λ 220 innuimus ex Theophane. Nam πυρεῖον templum vel palatium ignis erectum Dastagerdæ, quæ regum Persidos sedes fuit, longe aliis sumptuosius ac nobilius fuisse non est dubitandum, quamvis Cedrenus de palatio Gazaci, ut adnotavimus supra acroas. I, 23, tam magnifice scripserit ut nihil majus excogitari posse credas. Ibi enim fuit illud cœlum arte elaboratum, in quo Chosroæ simulacrum stabat, et ex quo pluviæ et tonitrua edebantur, ut stultus ille rex πυρσολάτρης Deo se parem faceret. Verum sive, quod Cedrenus ait de Gazaco, ad Dastagerdam transferendum est, sive palatio Gazaci omnino simile fuisse Dastagerdæ palatium concedendum est. Coronidis loco adde testimonium Tzetzæ *Chiliad.* III, 66, ea omnia confirmantis quæ hactenus de Heraclio dicta sunt : nam et is de Chosroæ palatiis incensis agit, et hoc ipsum *Heraclia-dos* poemation innuens Pisidam citat.

QUERCII DE HYMNO ACATHISTO MONITUM.

Coronidis loco Hymnum Acathistum in tota Græcia celeberrimum hic apponere opportunum duximus : primum quia cum pro reddendis gratiis Virgini Dei Genitrici fuerit compositus, quod ab Abarum obsidione Constantinopolim ipsa liberaverit, in suam veluti sedem, post poema Pisidæ de profligatis Abaribus (*a*), hic reponi postularet : deinde quia cum hæc pia elegansque cantiuncula de bello ad Constantinopolim gesto agat, inter cætera scripta quæ ad res Constantinopolitanas pertinent, jure quodam suo esset accensenda : demum, quæ potissima ratio est, quia, ni fallimur, hujus Hymni auctor est ipse Georgius Pisida. Quæ suspicionem moverunt, hæc sunt : I.) Stylus fere poeticus est ; et totus hymnus ea constat elegantia, et concinnitate verborum, quæ in aliis Pisidæ scriptis observatur. Mira sane in hoc hymno posita elucet industria, tum in componendis dictionibus. cum in periodorum ambitu circumducendo ; ita enim omnia sunt temperata, ut verba verbis respondeant, et sententiæ sententiis opponantur, et vocum videatur numerus definitus : quod Pisidæ cum sophistis fuisse commune in præfatione est demonstratum. Profecto qui Acathistum Hymnum legerit, et tot antitheses, orationisque flosculos intextos viderit, in picturam potius, quam in sermonem se incidisse arbitrabitur, hymnumque ipsum, ex Gregorio Nysseno desumptis verbis, Orat. 6 *contr. Eunom.*, πολυκέντητον, καὶ πολύηχμον τῶν λόγων ἐξύφασμα, *variis coloribus artificiose depictam, et distinctam sermonum telam* recte appellabit. Quare cum neque ante Pisidam nemo hunc hymnum conficere potuerit eo enim vivente Abares Constantinopolim evertere aggressi sunt, neque statim post ipsum alter innotescat scriptor qui de Abarica obsidione egerit, non temere illius auctor ipse Pisida judicabitur. II.) Accedit, quod in Acathisto occurrunt verba, et phrases, et sententiæ, quibus alibi usus est noster poeta, quæ quidem omnia colligere, et legentium oculis subjicere difficile non fuisset ; sed veriti ne in parvo opere videremur esse nimium diligentes, hanc curam iis, quorum intererit, relinquendam esse existimavimus. Id igitur tantum quo maxime Acathisti auctorem se prodere censemus, animadvertendum proponimus : inter plurimas acri sæpe repetitas salutationes, quæ Virgini Mariæ dicuntur, nonnullas esse, quæ non ad bellum in Abares, sed ad victoriam contra Persas sunt referendæ. Hujusmodi sunt, quæ capiti, cujus est initium Ἴδον παῖδες Χαλδαίων, etc., subjectæ leguntur :

Χαῖρε, ἡ τῆς βαρβάρου λυτρουμένη θρησκείας·
Χαῖρε, ἡ τοῦ βορβόρου ῥυομένη τῶν ἔργων·
Χαῖρε, πυρὸς προσκύνησιν παύσασα·

Ave, quæ a Barbari superstitione redimis :
Ave, quæ ab operum cœno eximis :
Ave, quæ fecisti cessare ignis adorationem.

Barbarus, cujus hic notatur superstitio circa ignis adorationem, plane est Persa, quem Πυρσολάτρην in principio *Heracliados* vocat Pisida, et ea de causa sæpe stultum et impium appellat. Conjicimus inde Pisidam ipsum, qui de bello Persico, et Abarico jam cecinisset, utramque in hoc Hymno exornando victoriam voluisse conjungere, acceptamque referre Virgini, ut Heraclii imperatoris pietatem, quam suis iambis ubique amplificat, hic quoque tacitus commendaret. III.) Confirmari adhuc nostram sententiam intelliget quicunque animo recogitabit, fieri potuisse, ut Georgius Pisida pro sui ecclesiastici muneris dignitate, scevophylax enim erat, hanc occasionem libenter arripuerit, quo suæ pietatis studium in Virginem testatum relinqueret : cujus rei fidem facere etiam possunt epigrammata illa duo in templum Blachernarum ab eo composita, quæ inferius inter fragmenta exhibentur ; ibi enim paucis versiculis inclusa habentur, quæ in toto Hymno aliter scripta leguntur. Quid quod non male quis asserat Georgium Pisidam inter auctores, qui ecclesiasticos Græcorum libros scripserunt, scilicet Canones, Troparia, Triodium, Pentecostarium et alia hujusmodi, quæ ἀκολουθίαι, *officia* nuncupantur, esse accensendum ? Leo certe Allatius in tractatu *De melodis Græcorum* catalogum auctorum texens, qui in tot orationum sylloge componenda suam operam contulerunt, duos Georgios nominat, *Siculum* unum, *Nicomediensem* alterum ; Pisidam non nominat : verum cum ille in Syntagmate de *Georgiis*, quisnam fuerit Georgius *Siculus* sibi in comperto non esse fassus esset, et *Nicomediensem* eumdem cum Pisida esse dubitasset, cui ex laudatis Georgiis ea

(*a*) Ordo editionis Jos. Mar. Quercii in nostra editione propter connexionem rei mutatus est. Edit.

Digitized by Google

omnia tribuenda essent, quæ sub *Georgii* nomine veniunt, non definivit. Angelus Maria Quirinius, postea S. R. E. cardinalis amplissimus, cum in diatriba 4 apposita ad *Vetus Officium Quadragesimale Græcæ orthodoxæ* ex Triodio vulgare, Latinumque facere statuisset canonem a Græcis dici solitum in Dominica Septuagesimæ, quæ τοῦ Τελώνου καὶ Φαρισαίου a parabola Publicani et Pharisæi nuncupatur, ipsum canonem præferre titulum Georgii animadvertit, et Allatii secutus auctoritatem, quis ille esset Georgius, statim dubitavit ; quamvis *Nicomediensem* cum *Pisida* conjungendum esse, eumdemque unum fuisse ex eo contenderit, quod nonnullis Orationibus varii codices modo Georgii *Nicomediensis*, modo Georgii *Chartophylacis* nomen præponant. Quæ conjectura, quam levis sit, constat ex iis quæ in Præfatione de utroque Georgio attigimus. Rem tamen nobis gratissimam fecisset Quirinius, si quas in codicibus orationes Georgii *Nicomediensis*, quas *Chartophylacis* nomine invenit inscriptas, indicasset : inde enim colligi forsan potuisset, num aliquid inter ipsas Orationes exsistat, quod Georgio Pisidæ videatur convenire. Canon certe Septuagesimæ, qui nomen præfert simpliciter *Georgii*. Georgio nostro non est adjudicandus ; longe enim distat a subtilitate et argutiis styli Pisidani. Quidquid tamen ea de re sit, constat non temere nos arbitrari, Georgium Pisidam unum ex iis fuisse, qui in Græcorum libros ecclesiasticos aliquid de suo comportarunt ; quamvis enim nonnulli existimaverint sæculo octavo antiquiores non fuisse hujusmodi scriptores, quam sententiam tuetur Franc. Ant. de Simeonibus in *Specimine animadvers. in Triodium* ; tamen ipso Leone Allatio teste *De libris et rebus Eccles. Græc.* ubi de Triodio disserit, certum est hujus libri auctores *plures et varios fuisse, qui pro tempore alia atque alia addendo, librum neque parvum per se, neque exiguum, majorem etiam usque ad fastidium fecere.... Auctores, quo propius aberant a Christo, et divina progenie, melius quæ erant veritatis cernentes, optime, et sine ulla offensione sanctorum laudes et fidei dogmata decantarunt*, etc. Unde quæ difficultas, si dicamus hymnum Acathistum a Georgio Pisida fuisse compositum, et cæteris orationibus ab auctoribus sequioris ævi conflatis Triodio fuisse unitum ? Omnes profecto eruditi viri, qui de hoc Hymno tractarunt, illum firmum ratumque habuerunt, tum primum fuisse compositum, et a Græcis in laudem Virginis recitatum, quando Heraclius de Chapano et Chosroa victor evasit. Quod quidem apertissime etiam evincunt illa Acathisto hymno præposita verba, Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν εὐχαριστήρια ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, Θεοτόκε. Cæterum utrum hæ conjecturæ aliquid valeant ad id probandum, quod intendimus, sapientiorum erit judicium. Nobis certe persuasum est, nulli melius quam Pisidæ hymnum Acathistum posse vindicari.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΙΣΙΔΟΥ
ΑΚΑΘΙΣΤΟΣ ΥΜΝΟΣ.

—

GEORGII PISIDÆ
HYMNUS ACATHISTUS.

—

Τροπάριον.

Τὸ προσταχθὲν μυστικῶς λαβὼν ἐν γνώσει, ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ Ἰωσὴφ σπουδῇ ἐπέστη ὁ ἀσώματος, λέγων τῇ ἀπειρογάμῳ· Ὁ κλίνας τῇ καταβάσει τοὺς οὐρανοὺς χωρεῖται ἀναλλοιώτως ὅλος ἐν σοί· ὃν καὶ βλέπων ἐν μήτρᾳ σου λαβόντα δούλου μορφὴν ἐξίσταμαι κραυγάζειν σοι·

Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Κοντάκιον.

Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, ὡς λυτρωθεῖσα τῶν δεινῶν, εὐχαριστήρια ἀναγράφω σοι ἡ πόλις σου, Θεοτόκε· ἀλλ' ὡς ἔχουσα τὸ κράτος ἀπροσμάχητον, ἐκ παντοίων με κινδύνων ἐλευθέρωσον· ἵνα κράζω σοι·

Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

ΤΟΥ ΑΚΑΘΙΣΤΟΥ ΟΙΚΟΙ,

Ὧν εἰς ἀνάγνωσιν ἵσταται· οἱ αὐτοὶ δὲ οἶκοι εἰσι κατὰ ἀλφάβητον, ἤγουν κδ', καὶ λέγονται παρὰ τοῦ ἱερέως.

Ἄγγελος πρωτοστάτης οὐρανόθεν ἐπέμφθη εἰπεῖν τῇ Θεοτόκῳ τὸ Χαῖρε· καὶ σὺν τῇ ἀσωμάτῳ φωνῇ

Troparion.

Jussum arcana mente complexus incorporeus Gabriel, Josephi domum festinanter ingressus est dicens Virgini nuptiarum nesciæ : Qui cœlos inclinavit descensu citra mutationem totus in te recipitur : quem ego quidem videns in utero tuo servi formam accepisse, præ admiratione ad te clamo :

Ave, sponsa innupta.

Contacium.

Tibi ego invictæ Imperatrici acceptos triumphos, tibi gratiarum actiones refero, o Deipara, a calamitatibus liberata civitas tua : sed tu qua polles virtute insuperabili ab omni me periculorum genere libera ; ut clamem ad te :

Ave, sponsa innupta.

ACATHISTI ŒCI,

Qui stando leguntur : Œci vero ipsi sunt in ordine alphabetico, scilicet XXIV, et dicuntur a sacerdote.

Archangelus e cœlo missus est, qui diceret Dei Matri, Ave : te vero, Domine, contemplans assu-

Digitized by Google

σωματούμενόν σε θεωρῶν, Κύριε, ἐξίστατο, καὶ ἵστατο κραυγάζων πρὸς αὐτὴν τοιαῦτα.

Χαῖρε, δι' ἧς ἡ χαρὰ ἐκλάμψει.
Χαῖρε, δι' ἧς ἡ ἀρὰ ἐκλείψει.
Χαῖρε, τοῦ πεσόντος Ἀδὰμ ἡ ἀνάκλησις.
Χαῖρε, τῶν δακρύων τῆς Εὔας ἡ λύτρωσις.
Χαῖρε, ὕψος δυσανάβατον ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς.
Χαῖρε, βάθος δυσθεώρητον καὶ ἀγγέλων ὀφθαλμοῖς.

Χαῖρε, ὅτι ὑπάρχεις Βασιλέως καθέδρα.
Χαῖρε, ὅτι βαστάζεις τὸν βαστάζοντα πάντα.
Χαῖρε, ἀστὴρ ἐμφαίνων τὸν Ἥλιον.
Χαῖρε, γαστὴρ ἐνθέου σαρκώσεως.
Χαῖρε, δι' ἧς νεουργεῖται ἡ κτίσις.
Χαῖρε, δι' ἧς βρεφουργεῖται ὁ Κτίστης.
Χαῖρε, δι' ἧς προσκυνεῖται ὁ Πλάστης. B
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Βλέπουσα ἡ ἁγία ἑαυτὴν ἐν ἁγνείᾳ, φησὶ τῷ Γαβριὴλ θαρσαλέως· Τὸ παράδοξόν σου τῆς φωνῆς, δυσπαράδεκτόν μου τῇ ψυχῇ φαίνεται· ἀσπόρου γὰρ συλλήψεως τὴν κύησιν πῶς λέγεις, κράζων·

Ἀλληλούϊα;

Γνῶσιν ἄγνωστον γνῶναι ἡ Παρθένος ζητοῦσα, ἐβόησε πρὸς τὸν λειτουργοῦντα· Ἐκ λαγόνων ἀγνῶν υἱὸν πῶς ἐστι τεχθῆναι δυνατόν; λέξον μοι· πρὸς ἣν ἐκεῖνος ἔφησεν ἐν φόβῳ, πλὴν κραυγάζων οὕτω·

Χαῖρε, βουλῆς ἀπορρήτου μύστις.
Χαῖρε, σιγῆς δεομένων πίστις.
Χαῖρε, τῶν θαυμάτων Χριστοῦ τὸ προοίμιον. C
Χαῖρε, τῶν δογμάτων αὐτοῦ τὸ κεφάλαιον.
Χαῖρε, κλίμαξ ἐπουράνιε, δι' ἧς κατέβη ὁ Θεός.

Χαῖρε, γέφυρα μετάγουσα τοὺς ἐκ γῆς πρὸς οὐρανόν.
Χαῖρε, τὸ τῶν ἀγγέλων πολυθρύλλητον θαῦμα.
Χαῖρε, τὸ τῶν δαιμόνων πολυθρήνητον τραῦμα.
Χαῖρε, τὸ φῶς ἀῤῥήτως γεννήσασα.
Χαῖρε, τὸ πῶς μηδένα διδάξασα.
Χαῖρε, σοφῶν ὑπερβαίνουσα γνῶσιν.
Χαῖρε, πιστῶν καταυγάζουσα φρένας.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Δύναμις τοῦ Ὑψίστου ἐπεσκίασε τότε πρὸς σύλληψιν τῇ ἀπειρογάμῳ· καὶ τὴν εὔκαρπον ταύτης νηδὺν, ὡς ἀγρὸν ὑπέδειξεν ἡδὺν ἅπασι, τοῖς θέλουσι θερίζειν σωτηρίαν, ἐν τῷ ψάλλειν οὕτως· D

Ἀλληλούϊα.

Ἔχουσα θεοδόχον ἡ Παρθένος τὴν μήτραν, ἀνέδραμε πρὸς τὴν Ἐλισάβετ· τὸ δὲ βρέφος ἐκείνης εὐθὺς ἐπιγνοὺν τὸν ταύτης ἀσπασμὸν ἔχαιρε, καὶ ἅλμασιν, ὡς ᾄσμασιν ἐβόα πρὸς Θεοτόκον·

Χαῖρε, βλαστοῦ ἀμαράντου κλῆμα.
Χαῖρε, καρποῦ ἀκηράτου κτῆμα.
Χαῖρε, γεωργὸν γεωργοῦσα φιλάνθρωπον.

Χαῖρε, φυτουργὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν φύουσα.
Χαῖρε, ἄρουρα βλαστάνουσα εὐφορίαν οἰκτιρμῶν.

A mentem corpus sua cum incorporea voce obstupuit, et stetit ad ipsam clamans talia :

Ave, per quam splendebit lætitia.
Ave, per quam deficiet maledictum.
Ave, lapsi Adæ revocatio.
Ave, lacrymarum Evæ redemptio.
Ave, humanis cogitationibus inaccessa altitudo.
Ave, ipsis angelorum oculis invisibilis profunditas.

Ave, quoniam Regis es thronus.
Ave, quoniam portantem omnia portas.
Ave, stella, quæ Solem profers.
Ave, divinæ incarnationis uterus.
Ave, per quam renovatur creatura.
Ave, per quam fit infans Creator
Ave, per quam Factor adoratur.
Ave, sponsa innupta.

Se totam videns in puritate sancta Virgo, fidenter dixit Gabrieli : Admiranda vox tua meo animo perceptu difficilis videtur : ecquem enim conceptionis sine semine fetum narras, dicens :

Alleluia?

Arcanæ rei notitiam habere quærens Virgo, ad ministrum clamavit : E puris visceribus, age, dic mihi, quinam fieri potest, ut nascatur filius? cui ille, quamvis in timore, clamans dixit ita :

Ave, consilii ineffabilis mystis.
Ave, eorum, quæ sunt reticenda, fides.
Ave, miraculorum Christi exordium.

Ave, dogmatum ipsius principium.
Ave, scala cœlestis, per quam Deus descendit.
Ave, pons terrigenas ad cœlum deportans.

Ave, multum insignis angelorum admiratio.
Ave, multum luctuosa dæmonum clades.
Ave, quæ lucem ineffabiliter genuisti.
Ave, quæ neminem de modo docuisti.
Ave, quæ sapientum cognitionem transcendis.
Ave, quæ fidelium mentes illuminas.
Ave, sponsa innupta.

Virtus Altissimi tunc obumbravit ei, quæ thori erat nescia, ut conciperet, et ejus fecundum uterum, tanquam agrum deliciosum ostendit omnibus qui metere volunt salutem, dum psallunt ita :

Alleluia.

Ferens uterum Virgo, quo Deum exceperat, festinavit ad Elisabeth, cujus infans salutationem illius statim agnoscens gavisus est, et saltibus, quasi cantibus clamavit ad Deiparam :

Ave, germinis immarcescibilis palmes.
Ave, fructus incorrupti possessio.
Ave, quæ benignum humani generis colis cultorem.
Ave, quæ vitæ nostræ generas satorem.
Ave, terra, quæ miserationum fecunditatem germinas.

Digitized by Google

Ave, mensa, quæ propitiationum affluentiam gestas.

Ave, quoniam facis efflorere pratum deliciarum.

Ave, quoniam præparas portum animarum.

Ave, acceptum orationis thymiama.

Ave, totius orbis propitiatio,

Ave, Dei benevolentia erga mortales.

Ave, mortalium ad Deum fiducia.

Ave, sponsa innupta.

Intus habens ancipitum cogitationum tumultum, turbatus est castus Joseph in te nuptiarum expertem, et furtinubam est suspicatus, o innocens : at vero edoctus tuam de Spiritu sancto conceptionem, dixit :

Alleluia.

Audierunt pastores angelos collaudantes Christi præsentiam in carne ; et postquam tanquam ad Pastorem cucurrerunt, ipsum, ut agnum immaculatum, in sinu Mariæ enutritum intuentur ; quam hymnis celebrantes dixerunt :

Ave, Agni et Pastoris mater.

Ave, rationalium ovium ovile.

Ave, hostium invisibilium propulsatio.

Ave, januarum paradisi reseratio.

Ave, quoniam cœlestia lætantur cum terra.

Ave, quoniam terrestria exsultant cum cœlis.

Ave, apostolorum os disertissimum.

Ave, martyrum fortitudo invincibilis.

Ave, firmum fidei fundamentum.

Ave, splendidum gratiæ documentum.

Ave, per quam spoliatus est infernus.

Ave, per quam induti sumus gloria.

Ave, sponsa innupta.

Stellæ fulgorem secuti sunt Magi, quam viderant cursu suo tendentem ad Deum ; eaque tanquam lucerna muniti, potentem inquirebant regem : et quem assequi nemo potest, assecuti, gavisi sunt, ad ipsum clamantes :

Alleluia.

In manibus Virginis eum viderunt Chaldæi, qui manu formavit homines, ipsumque Dominum esse sentientes, quamvis servi formam accepisset, studuerunt muneribus colere, et inclamare Benedictæ :

Ave, stellæ inoccidua mater.

Ave, splendor mystici diei.

Ave, quæ deceptionis fornacem exstinxisti.

Ave, quæ Trinitatis arcana addiscentes illuminas.

Ave, quæ inhumanum tyrannum e principatu dejecisti.

Ave, quæ Christum esse misericordem Dominum ostendisti.

Ave, quæ a barbara superstitione redimis.

Ave, quæ ab operum cœno eximis.

Ave, quæ fecisti cessare ignis adorationem.

Ave, quæ a flamma passionum eruis.

Ave, fidelium temperantiæ gubernatrix.

A Χαῖρε, τράπεζα βαστάζουσα εὐθηνίαν ἱλασμῶν.

Χαῖρε, ὅτι λειμῶνα τῆς τρυφῆς ἀναθάλλεις.

Χαῖρε, ὅτι λιμένα τῶν ψυχῶν ἑτοιμάζεις.

Χαῖρε, δεκτὸν πρεσβείας θυμίαμα.

Χαῖρε, παντὸς τοῦ κόσμου ἐξίλασμα.

Χαῖρε, Θεοῦ πρὸς θνητοὺς εὐδοκία.

Χαῖρε, θνητῶν πρὸς Θεὸν παῤῥησία.

Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Ζάλην ἔνδοθεν ἔχων λογισμῶν ἀμφιβόλων ὁ σώφρων Ἰωσὴφ ἐταράχθη· πρὸς τὴν ἀγαμόν σε θεωρῶν, καὶ κλεψίγαμον ὑπονοῶν, ἄμεμπτε· μαθὼν δέ σου τὴν σύλληψιν ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ἔφη·

B Ἀλληλούϊα.

Ἤκουσαν οἱ ποιμένες τῶν ἀγγέλων ὑμνούντων τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν· καὶ δραμόντες, ὡς πρὸς ποιμένα, θεωροῦσι τοῦτον, ὡς ἀμνὸν ἄμωμον ἐν τῇ γαστρὶ Μαρίας βοσκηθέντα, ἣν ὑμνοῦντες εἶπον·

Χαῖρε, Ἀμνοῦ καὶ Ποιμένος μήτηρ.

Χαῖρε, αὐλὴ λογικῶν προβάτων.

Χαῖρε, ἀοράτων ἐχθρῶν ἀμυντήριον.

Χαῖρε, παραδείσου θυρῶν ἀνοικτήριον.

Χαῖρε, ὅτι τὰ οὐράνια συναγάλλονται τῇ γῇ.

Χαῖρε, ὅτι τὰ ἐπίγεια συγχορεύει οὐρανοῖς.

Χαῖρε, τῶν ἀποστόλων τὸ ἀσίγητον στόμα.

Χαῖρε, τῶν ἀθλοφόρων τὸ ἀνίκητον θάρσος.

C Χαῖρε, στερρὸν τῆς πίστεως ἔρεισμα.

Χαῖρε, λαμπρὸν τῆς χάριτος γνώρισμα.

Χαῖρε, δι' ἧς ἐγυμνώθη ὁ ᾅδης.

Χαῖρε, δι' ἧς ἐνεδύθημεν δόξαν.

Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Θεοδρόμον ἀστέρα θεωρήσαντες Μάγοι, τῇ τούτου ἠκολούθησαν αἴγλῃ· καὶ ὡς λύχνον κρατοῦντες αὐτὸν, δι' αὐτοῦ ἠρεύνων κραταιὸν Ἄνακτα· καὶ φθάσαντες τὸν ἄφθαστον, ἐχάρησαν, αὐτῷ βοῶντες·

Ἀλληλούϊα.

Ἰδὸν παῖδες Χαλδαίων ἐν χερσὶ τῆς Παρθένου τὸν πλάσαντα χειρὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ Δεσπότην νοοῦντες αὐτὸν, εἰ καὶ δούλου ἔλαβε μορφὴν, ἔσπευσαν τοῖς δώροις θεραπεῦσαι, καὶ βοῆσαι τῇ εὐλογημένῃ

D Χαῖρε, ἀστέρος ἀδύτου μήτηρ.

Χαῖρε, αὐγὴ μυστικῆς ἡμέρας.

Χαῖρε, τῆς ἀπάτης τὴν κάμινον σβέσασα.

Χαῖρε, τῆς Τριάδος τοὺς μύστας φωτίζουσα.

Χαῖρε, τύραννον ἀπάνθρωπον ἐκβαλοῦσα τῆς ἀρχῆς.

Χαῖρε, Κύριον φιλάνθρωπον ἐπιδείξασα Χριστόν.

Χαῖρε, ἡ τῆς βαρβάρου λυτρουμένη θρησκείας.

Χαῖρε, ἡ τοῦ βορβόρου ῥυομένη τῶν ἔργων.

Χαῖρε, πυρὸς προσκύνησιν παύσασα.

Χαῖρε, φλογὸς παθῶν ἀπαλλάττουσα.

Χαῖρε, πιστῶν ὁδηγὲ σωφροσύνης.

Digitized by Google

Χαῖρε, πασῶν γενεῶν εὐφροσύνη.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Κήρυκες θεοφόροι γεγονότες οἱ Μάγοι, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν Βαβυλῶνα, ἐκτελέσαντές σου τὸν χρησμὸν, καὶ κηρύξαντές σε τὸν Χριστὸν ἅπασιν· ἀφέντες τὸν Ἡρώδην, ὡς λυρώδη, μὴ εἰδότα ψάλλειν·
Ἀλληλούϊα.

Λάμψας ἐν τῇ Αἰγύπτῳ φωτισμὸν ἀληθείας, ἐδίωξας τοῦ ψεύδους τὸ σκότος· τὰ γὰρ εἴδωλα ταύτης, Σωτὴρ, μὴ ἐνέγκαντά σου τὴν ἰσχὺν πέπτωκεν· οἱ τούτων δὲ ῥυσθέντες ἐβόων πρὸς τὴν Θεοτόκον·

Χαῖρε, ἀνόρθωσις τῶν ἀνθρώπων.
Χαῖρε, κατάπτωσις τῶν δαιμόνων.
Χαῖρε, τῆς ἀπάτης τὴν πλάνην πατήσασα.
Χαῖρε, τῶν εἰδώλων τὸν δόλον ἐλέγξασα.
Χαῖρε, θάλασσα ποντίσασα Φαραὼ τὸν νοητόν.

Χαῖρε, πέτρα ἡ ποτίσασα τοὺς διψῶντας τὴν ζωήν.
Χαῖρε, πύρινε στύλε ὁδηγῶν τοὺς ἐν σκότει.
Χαῖρε, σκέπη τοῦ κόσμου πλατυτέρα νεφέλης.

Χαῖρε, τροφὴ τοῦ μάννα διάδοχε.
Χαῖρε, τρυφῆς ἁγίας διάκονε.
Χαῖρε, ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας.
Χαῖρε, ἐξ ἧς ῥέει μέλι, καὶ γάλα.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Μέλλοντος Συμεῶνος τοῦ παρόντος αἰῶνος μεθίστασθαι τοῦ ἀπατεῶνος, ἐπεδόθης ὡς βρέφος αὐτῷ· ἀλλ' ἐγνώσθης τούτῳ καὶ Θεὸς τέλειος· διόπερ ἐξεπλάγη σου τὴν ἄῤῥητον σοφίαν, κράζων·
Ἀλληλούϊα.

Νέαν ἔδειξε κτίσιν ἐμφανίσας ὁ Κτίστης ἡμῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις· ἐξ ἀσπόρου βλαστήσας γαστρὸς, καὶ φυλάξας ταύτην, ὥσπερ ἦν, ἄφθορον, ἵνα τὸ θαῦμα βλέποντες, ὑμνήσωμεν αὐτὴν βοῶντες.

Χαῖρε, τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας.
Χαῖρε, τὸ στέφος τῆς ἐγκρατείας.
Χαῖρε, τῆς ἀναστάσεως τύπον ἐκλάμπουσα.
Χαῖρε, τῶν ἀγγέλων τὸν βίον ἐμφαίνουσα.
Χαῖρε, δένδρον ἀγλαόκαρπον, ἐξ οὗ τρέφονται πιστοί.
Χαῖρε, ξύλον εὐσκιόφυλλον, ὑφ' οὗ σκέπονται πολλοί.
Χαῖρε, κυοφοροῦσα ὁδηγὸν πλανωμένοις.
Χαῖρε, ἀπογεννῶσα λυτρωτὴν αἰχμαλώτοις.
Χαῖρε, κριτοῦ δικαίου δυσώπησις.
Χαῖρε, πολλῶν πταιόντων συγχώρησις.
Χαῖρε, στολὴ τῶν γυμνῶν παῤῥησίας.
Χαῖρε, στοργὴ πάντα πόθον νικῶσα.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Ξένον τόκον ἰδόντες ξενωθῶμεν τοῦ κόσμου, τὸν νοῦν εἰς οὐρανοὺς μεταθέντες· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ὑψηλὸς Θεὸς ἐπὶ γῆς ἐφάνη ταπεινὸς ἄνθρωπος, βουλόμενος ἑλκύσαι πρὸς τὸ ὕψος τοὺς αὐτῷ βοῶντας·
Ἀλληλούϊα.

A Ave, generationum omnium lætitia.
Ave, sponsa innupta.

Deiferi præcones effecti Magi, reversi sunt Babylonem; tuoque oraculo obsecuti, te Christum annuntiarunt omnibus populis, relicto Herode, tanquam deliro, qui non novit psallere:
Alleluia.

Veritatis splendore in Ægyptum immisso, mendacii tenebras inde expulisti: hujus enim regionis idola, cum tuam, Salvator, virtutem ferre non possent, ceciderunt: qui vero ab his liberati sunt ad Deiparam clamabant:
Ave, hominum erectio.
Ave, dæmonum subversio.
Ave, quæ fraudis errorem conculcasti.
B Ave, quæ idolorum fallaciam redarguisti.
Ave, mare, quod intellectualem Pharaonem demersisti.
Ave, petra, quæ sitientes vitam potasti.
Ave, ignea columna, quæ degentes in tenebris dirigis.
Ave, mundi umbraculum nube longius se extendens.
Ave, esca mannæ succedanea.
Ave, sanctarum deliciarum ministra.
Ave, terra promissionis.
Ave, ex qua fluit mel et lac.
Ave, sponsa innupta.

Transmigraturo Symeoni e præsenti fallaci sæculo, traditus ei fuisti, velut infans; sed agnitus es
C ab hoc etiam Deus perfectus; quapropter admiratus est tuam ineffabilem sapientiam, exclamans:
Alleluia.

Cum seipsum nobis ille, a quo sumus facti, manifestavit Creator, novum ostendit genus creaturæ: ex ventre enim germinavit sine semine, ipsumque ventrem reliquit, sicuti erat, incorruptum; ut nos miraculum videntes laudemus ipsam Virginem clamantes:
Ave, flos incorruptibilitatis.
Ave, corona continentiæ.
Ave, quæ typum resurrectionis præmonstras.
Ave, quæ angelorum vitam repræsentas.
Ave, arbor splendido fructu dives, quo fideles
D nutriuntur.
Ave, lignum, cujus grata foliorum umbra proteguntur multi.
Ave, quæ gestas in utero ducem errantibus.
Ave, quæ gignis redemptorem captivis.
Ave, justi judicis exoratio.
Ave, multorum peccantium indulgentia.
Ave, stola eorum qui nudi sunt fiducia.
Ave, amor omne desiderium superans.
Ave, sponsa innupta.

Peregrinum intuentes partum peregrinemur a mundo, mentem in cœlum transferentes: ob id enim excelsus Deus humilis homo in terra apparuit, volens in altum trahere clamantes ad se:
Alleluia.

Digitized by Google

Totum erat in inferioribus, et a superis neutiquam aberat incircumscriptum Verbum; descensio enim divina, non vero transmigratio localis fuit etiam partus Virginis afflatæ Deo, quæ hæc audit :

Ave, incomprehensibilis Dei comprehensio.
Ave, mysterii venerandi janua.
Ave, infidelium dubia auditio.
Ave, fidelium indubia gloriatio.
Ave, currus sanctissimus ejus, qui sedet super Cherubim.
Ave, domicilium præstantissimum ejus, qui est super Seraphim.
Ave, quæ contraria in unum conciliasti.
Ave, quæ virginitatem et partum conjunxisti.
Ave, per quam soluta est prævaricatio.
Ave, per quam apertus est paradisus.
Ave, clavis regni Christi.
Ave, spes æternorum bonorum.
Ave, sponsa innupta.

Universa angelorum natura magnum tuæ incarnationis opus demirata est; inaccessibilem enim, ut Deum, omnibus accessibilem, ut hominem, videbat; conversatum quidem nobiscum, et audientem ab omnibus hoc modo :

Alleluia.

Rhetores eloquentissimos, quasi mutos pisces esse circa te videmus, o Deipara : non enim satis sunt explicare, quomodo et virgo permanes, et parere potueris : at nos mysterium admirati fideliter clamamus :

Ave, sapientiæ Dei receptaculum.
Ave, providentiæ ipsius promptuarium.
Ave, quæ philosophos ostendis insipientes.
Ave, quæ eloquentiæ magistros eloquentia destitutos redarguis.
Ave, quoniam callidi perscrutatores desipuerunt.
Ave, quoniam fabularum auctores emarcuerunt.
Ave, quæ Atheniensium ambages dissolvis.
Ave, quæ piscatorum sagenas imples.
Ave, quæ a profundo ignorantiæ extrahis.
Ave, quæ multos in scientia illuminas.
Ave, navis servari cupientium.
Ave, portus in hac vita navigantium.
Ave, sponsa innupta.

Volens rerum omnium Conditor mundum serrare, in hunc ipsum sponte descendit, et cum, quatenus Deus est, pastor esset, propter nos apparuit nobiscum homo : similitudine enim nostra ad se vocata, ut Deus audit :

Alleluia.

Virginum et omnium ad te confugientium murus es, Virgo Deipara; Factor enim cœli et terræ in utero tuo commoratus ad hoc te instruxit, o immaculata, docuitque omnes salutare :

Ave, columna virginitatis.
Ave, porta salutis.
Ave, auctrix spiritalis reformationis.

Ὅλος ἦν ἐν τοῖς κάτω, καὶ τῶν ἄνω οὐδ' ὅλως ἀπῆν ὁ ἀπερίγραπτος Λόγος· συγκατάβασις γὰρ θεϊκὴ, οὐ μετάβασις δὲ τοπικὴ γέγονε, καὶ τόκος ἐκ Παρθένου θεολήπτου ἀκουούσης ταῦτα.

Χαῖρε, Θεοῦ ἀχωρήτου χώρα.
Χαῖρε, σεπτοῦ μυστηρίου θύρα.
Χαῖρε, τῶν ἀπίστων ἀμφίβολον ἄκουσμα.
Χαῖρε τῶν πιστῶν ἀναμφίβολον καύχημα.
Χαῖρε, ὄχημα πανάγιον τοῦ ἐπὶ τῶν Χερουβίμ.

Χαῖρε, οἴκημα πανάριστον τοῦ ἐπὶ τῶν Σεραφίμ.

Χαῖρε, ἡ τἀναντία εἰς ταὐτὸ ἀγαγοῦσα.
Χαῖρε, ἡ παρθενίαν καὶ λοχείαν ζευγνῦσα.
Χαῖρε, δι' ἧς ἐλύθη παράβασις.
Χαῖρε, δι' ἧς ἠνοίχθη παράδεισος.
Χαῖρε, ἡ κλεὶς τῆς Χριστοῦ βασιλείας.
Χαῖρε, ἐλπὶς ἀγαθῶν αἰωνίων.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Πᾶσα φύσις ἀγγέλων κατεπλάγη τὸ μέγα τῆς σῆς ἐνανθρωπήσεως ἔργον· τὸν ἀπρόσιτον γὰρ, ὡς Θεὸν, ἐθεώρει πᾶσι προσιτὸν ἄνθρωπον, ἡμῖν μὲν συνδιάγοντα, ἀκούοντα δὲ παρὰ πάντων οὕτως·

Ἀλληλούϊα.

Ῥήτορας πολυφθόγγους, ὡς ἰχθύας ἀφώνους, ὁρῶμεν ἐπὶ σοὶ, Θεοτόκε· ἀποροῦσι γὰρ λέγειν τὸ πῶς, καὶ παρθένος μένεις, καὶ τεκεῖν ἴσχυσας· ἡμεῖς δὲ τὸ μυστήριον θαυμάζοντες, πιστῶς βοῶμεν·

Χαῖρε, σοφίας Θεοῦ δοχεῖον.
Χαῖρε, προνοίας αὐτοῦ ταμεῖον.
Χαῖρε, φιλοσόφους ἀσόφους δεικνύουσα.
Χαῖρε, τεχνολόγους λόγους ἐλέγχουσα.

Χαῖρε, ὅτι ἐμωράνθησαν οἱ δεινοὶ συζητικοί.
Χαῖρε, ὅτι ἐμαράνθησαν οἱ τῶν μύθων ποιηταί.
Χαῖρε, τῶν Ἀθηναίων τὰς πλοκὰς διασπῶσα.
Χαῖρε, τῶν ἁλιέων τὰς σαγήνας πληροῦσα.
Χαῖρε, βυθοῦ ἀγνοίας ἐξέλκουσα.
Χαῖρε, πολλοὺς ἐν γνώσει φωτίζουσα.
Χαῖρε, ὁλκὰς τῶν θελόντων σωθῆναι.
Χαῖρε, λιμὴν τῶν τοῦ βίου πλωτήρων.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Σῶσαι θέλων τὸν κόσμον ὁ τῶν ὅλων κοσμήτωρ, πρὸς τοῦτον αὐτεπάγγελτος ἦλθε, καὶ ποιμὴν ὑπάρχων, ὡς Θεὸς, δι' ἡμᾶς ἐφάνη καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος· ὁμοίῳ γὰρ τὸ ὅμοιον καλέσας, ὡς Θεὸς ἀκούει·

Ἀλληλούϊα.

Τεῖχος εἶ τῶν παρθένων, Θεοτόκε Παρθένε, καὶ πάντων τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων· οὐ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κατεσκεύασέ σε Ποιητὴς, ἄχραντε, οἰκήσας ἐν τῇ μήτρᾳ σου, καὶ πάντας σε προσφωνεῖν ἐδίδαξας·

Χαῖρε, ἡ στήλη τῆς παρθενίας.
Χαῖρε, ἡ πύλη τῆς σωτηρίας.
Χαῖρε, ἀρχηγὲ νοητῆς ἀναπλάσεως.

Digitized by Google

Χαῖρε, χορηγὲ θεϊκῆς ἀγαθότητος.
Χαῖρε, σὺ γὰρ ἀνεγέννησας τοὺς συλληφθέντας αἰσχρῶς.
Χαῖρε, σὺ γὰρ ἐνουθέτησας τοὺς συληθέντας τὸν νοῦν.
Χαῖρε, ἡ τὸν φθορέα τῶν φρενῶν καταργοῦσα.
Χαῖρε, ἡ τὸν σπορέα τῆς ἁγνείας τεκοῦσα.
Χαῖρε, παστὰς ἀσπόρου νυμφεύσεως.
Χαῖρε, πιστοὺς Κυρίῳ ἁρμόζουσα.
Χαῖρε, καλὴ κουροτρόφε παρθένων.
Χαῖρε, ψυχῶν νυμφοστόλε ἁγίων.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Ὕμνος ἅπας ἠττᾶται, συνεκτείνεσθαι σπεύδων τῷ πλήθει τῶν πολλῶν οἰκτιρμῶν σου· ἰσαρίθμους γὰρ τῇ ψάμμῳ ᾠδὰς ἂν προσφέρομέν σοι, Βασιλεῦ ἅγιε, οὐδὲν τελοῦμεν ἄξιον, ὧν δέδωκας ἡμῖν τοῖς σοι βοῶσιν·

Ἀλληλούϊα.

Φωτοδόχον λαμπάδα τοῖς ἐν σκότει φανεῖσαν ὁρῶμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον· τὸ γὰρ ἄϋλον ἅπτουσα φῶς ὁδηγεῖ πρὸς γνῶσιν θεϊκὴν ἅπαντας· αὐγῇ τὸν νοῦν φωτίζουσα, κραυγῇ δὲ τιμωμένη ταῦτα·

Χαῖρε, ἀκτὶς νοητοῦ ἡλίου.
Χαῖρε, βολὶς τοῦ ἀδύτου φέγγους.
Χαῖρε, ἀστραπὴ τὰς ψυχὰς καταλάμπουσα.
Χαῖρε, ὡς βροντὴ τοὺς ἐθχροὺς καταπλήττουσα.
Χαῖρε, ὅτι τὸν πολύφωτον ἀνατέλλεις φωτισμόν.
Χαῖρε, ὅτι τὸν πολύῤῥυτον ἀναβλύζεις ποταμόν.
Χαῖρε, τῆς κολυμβήθρας ζωγραφοῦσα τὸν τύπον.
Χαῖρε, τῆς ἁμαρτίας ἀναιροῦσα τὸν ῥύπον.
Χαῖρε, λουτὴρ ἐκπλύνων συνείδησιν.
Χαῖρε, κρατὴρ κιρνῶν ἀγαλλίασιν.
Χαῖρε, ὀσμὴ τῆς Χριστοῦ εὐωδίας.
Χαῖρε, ζωὴ μυστικῆς εὐωχίας.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

Χάριν δοῦναι θελήσας ὀφλημάτων ἀρχαίων ὁ πάντων χρεωλύτης ἀνθρώπων, ἐπεδήμησε δι' ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς ἀποδήμους τῆς αὐτοῦ χάριτος, καὶ σχίσας τὸ χειρόγραφον, ἀκούει παρὰ πάντων οὕτως·

Ἀλληλούϊα.

Ψάλλοντές σου τὸν τόκον ἀνυμνοῦμέν σε πάντες, ὡς ἔμψυχον ναὸν, Θεοτόκε· ἐν τῇ σῇ γὰρ οἰκήσας γαστρὶ ὁ σύνεχων πάντα τῇ χειρὶ Κύριος, ἡγίασεν, ἐδόξασεν, ἐδίδαξε βοᾷν σοι πάντας·

Χαῖρε, σκηνὴ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου.
Χαῖρε, ἁγία ἁγίων μείζων.
Χαῖρε, κιβωτὲ χρυσωθεῖσα τῷ Πνεύματι.
Χαῖρε, θησαυρὲ τῆς ζωῆς ἀδαπάνητε.
Χαῖρε, τίμιον διάδημα βασιλέων εὐσεβῶν.
Χαῖρε, καύχημα σεβάσμιον ἱερέων εὐλαβῶν.
Χαῖρε, τῆς Ἐκκλησίας ὁ ἀσάλευτος πύργος.
Χαῖρε, τῆς βασιλείας τὸ ἀπόρθητον τεῖχος.
Χαῖρε, δι' ἧς ἐγείρονται τρόπαια.
Χαῖρε, δι' ἧς ἐχθροὶ καταπίπτουσι.
Χαῖρε, χρωτὸς τοῦ ἐμοῦ θεραπεία.
Χαῖρε, ψυχῆς τῆς ἐμῆς σωτηρία.
Χαῖρε, νύμφη ἀνύμφευτε.

A Ave, divinæ bonitatis ministra.
Ave, tu enim turpiter conceptos regenerasti.
Ave, tu enim mente captos ad mentem revocasti.
Ave, quæ mentium corruptorem depressisti.
Ave, quæ puritatis satorem peperisti.
Ave, thalamus incontaminati connubii.
Ave, quæ fideles aptas Domino.
Ave, speciosa Virgo virginum altrix.
Ave, sanctarum animarum pronuba.
Ave, sponsa innupta.

Hymnus omnis, qui multarum miserationum tuarum magnitudinem complecti velit, minor est, et deficit : quamvis enim arenæ æqualia tibi offeramus B cantica, o Rex sancte, nihil dignum iis peragimus, quæ dedisti nobis clamantibus ad te :

Alleluia.

Vivæ lucis lampadem, quæ degentibus in tenebris apparuit, intuemur sanctam Virginem : immateriale enim lumen accendens ad divinam cognitionem omnes adducit ipsa, quæ suo splendore mentem illuminat, et clamore nostro sic honoratur :

Ave, radius solis intellectualis.
Ave, jubar lucis inocciduæ.
Ave, fulgor animas illustrans.
Ave, ut tonitru hostes consternans.
Ave, quoniam splendorem emittis multiplicem.
Ave, quoniam flumen effundis multifluum.
Ave, quæ piscinæ refers imaginem.
C Ave, quæ sordes tollis peccati.
Ave, pelvis abluens conscientiam.
Ave, crater miscens exsultationem.
Ave, bonus odor suavitatis Christi.
Ave, vita mystici convivii.
Ave, sponsa innupta.

Gratiam cum decrevisset de antiquis debitis facere ille, qui omnium debita solvit, per seipsum ad eos commigravit, qui ab ejus gratia discesserant; scissoque chirographo a cunctis sic audit :

Alleluia.

Omnes, qui tuum canimus partum, te velut animatum templum laudamus, o Deipara : cum enim in tuo ventre habitasset, qui omnia manu continet D Dominus, te sanctificavit, glorificavit, docuitque omnes ad te clamare :

Ave, tabernaculum Dei et Verbi.
Ave, sancta sanctis major.
Ave, arca Spiritu deaurata.
Ave, thesaurus vitæ inexhaustus.
Ave, pretiosum piorum regum diadema.
Ave, religiosorum sacerdotum augusta gloriatio.
Ave, Ecclesiæ turris inconcussa.
Ave, regni murus inexpugnabilis.
Ave, per quam excitantur tropæa.
Ave, per quam concidunt hostes.
Ave, corporis mei medela.
Ave, animæ meæ salus.
Ave, sponsa innupta.

Digitized by Google

O cunctis laudibus honoranda Mater, quæ sanctorum omnium sanctissimum Verbum peperisti, præsenti oblatione suscepta, ab omni calamitate cunctos libera, et a futuro redime supplicio ad te clamantes.

Alleluia.

Ὦ πανύμνητε Μῆτερ, ἡ τεκοῦσα τῶν πάντων ἁγίων ἁγιώτατον Λόγον, δεξαμένη τὴν νῦν προσφορὰν, ἀπὸ πάσης ῥύσαι συμφορᾶς ἅπαντας, καὶ τῆς μελλούσης λύτρωσαι κολάσεως τοὺς σοὶ βοῶντας·

Ἀλληλούϊα.

IN HYMNUM ACATHISTUM.

J. M. QUERCII ADNOTATIONES.

Ἀχάθιστον, *Acathistum*, hunc hymnum vocant Græci, quia illum *stantes* canunt, ipsumque festum eadem de causa τῆς ἀχαθίστου ἑορτὴν, vel ἡμέραν, *Acathisti solemnitatem*, vel *diem*, dicunt: unde recte erroris arguuntur a Gretsero, tom. II, pag. 450, Meursius, et Junius, qui τῆς ἀχαθίστου putarunt esse epitheton Virginis, quasi diceres *Virginis iter facientis*, vel *ejus quæ non sedet, et quiescit*. Eam certe non esse vocis ἀχαθίστου originem ex ipso Menologio et Triodio Græcorum dignoscere potuissent. Constat hymnus Tropario, Contacio, et OEcis, de quibus videndi Goarius *Euchol. Græc.*; Ducangius, *Glossar. med. et infim. Græcit.*; Leo Allatius, *De libr., et reb. Eccles. Græc.*, Isac. Habert, *Lib. Pontif. Eccl. Græc.*, et Quirinius in *Diatriba*, de qua supra (col. 1335). Invenitur in libris Ritualibus Græcorum, ac præsertim in Triodio, quod continet Officium Quadragesimæ. Hunc hymnum religiosi quidam e Græcis homines in vernaculum, quo utuntur, sermonem translatum, sæpius privatim recitare, ac veluti quoddam firmum præsidium, et præsentem Virginis tutelam, secum deferre consueverunt. Idem vero ritu solemni in Ecclesia Græcorum membratim, ac in partes divisus quatuor primis Quadragesimæ Sabbatis, totus autem et una simul sumptus hebdomadis quintæ Sabbato canitur, scilicet ante diem festivitatis Annuntiationis beatissimæ Virginis Mariæ, in cujus laudem videtur factus: ea quippe de causa tot salutationibus, per illud angelicum *Ave* incipientibus, constare manifestum est. Cum igitur tanto in honore habitus sit, hodieque etiam habeatur apud Græcos hic hymnus, quis Philothei CPoleos patriarchæ impudentiam non demirabitur, qui Gregorii Palamæ erroribus addictus tam stulte desipuit, ut eum Virgini Deiparæ similem facere non erubuerit, hymnumque hunc ipsum Acathistum, paucis immutatis, per parodiam ad ejusdem Palamæ laudem non sine maxima temeritatis nota transtulerit? Vide *Græciam orthod.* Allatii, tom. I, pag. 771. Prosa, versaque oratione redditus Italice, itemque in Ruthenam, Arabicam, aliasque linguas translatus est: Latine autem esse factum ab Joanne Rubeone Antoniano, et Florilegio Orationum a Græcis petitarum insertum testatur Theophilus Rainaudus, tom. VII *Nomencl. Marian.*, observ. 2. Paucis demum abhinc annis ipsum sejunctim edidit Romæ, an. 1746, vir ill. Joseph Schiro, archiepiscopus Dyrrachinus, nova quadam versione, quam ei sors obtulit, munitum, ut ad Virginis obsequium venerationemque pios homines, exhibita parva mole utilis libelli, facilius alliceret. Eam nos versionem, cum satis elegantem, et Græcas sententias fideliter exprimentem invenerimus, pene in omnibus, si pauca tamen excipias, secuti sumus. Adnotatiunculas autem, quas laudatus Schiro suæ editioni adjunxit, omisimus, vel quia eas necessarias non esse censuimus, vel quia modum quemdam in hisce recudendis habendum esse cognovimus. De Hymno Acathisto plura in Codini Curopolatæ notis, *edit. Paris.* pag. 165, in Theophilo Rainaudo, *loc. cit.*; in Gretsero, tom. II *De cruce*, pag. 450; in Pagio, *ad an.* DCXXV, in Jos. Sim. Assemanio *Kalend. Eccles. universæ*, tom. VI, p. 588, et in Falconio *Præf. ad Tab. Ruthen.*, qui omnes in id unum consentiunt, tum primum fuisse confectum, incœptumque cani, cum, Heraclio imperante, a Sarbari et Chagani obsidione Constantinopolis est liberata. Quando autem inter Officia ecclesiastica Acathistum recipere, aut quo tempore hebdomadis quintæ Sabbato illum solemniter recitare instituerint Græci, plane non liquet. Nam ex Synaxario, vel *Lectione*, quam eo die legendam proponit Triodium, hoc unum apparet, ter fuisse Constantinopolim a Barbarorum incursione liberatam; Græcos vero pro tribus hisce acceptis beneficiis unius hymni cantu meritas Virgini laudes et gratias referre voluisse. Lectionem ipsam cujus auctor fertur fuisse Nicephorus Callistus, ex Triodio depromptam hic afferre e re esse putavimus; quamvis enim illam, jamdiu Latine factam in lucem emiserit Gretserus *loc. cit.*, ne tamen quidquam, quod ad hanc rem facere videatur, desideretur, iterum producendam esse censuimus.

Eadem die (nempe Sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ), celebramus hymnum Acathistum SS. Dominæ nostræ Deiparæ ob hujusmodi cau-

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ (τῷ Σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς Τεσσαρακοστῆς) τὸν ἀκάθιστον Ὕμνον ἑορτάζομεν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου

δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἡρακλείου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις ἀρχὴν διέποντος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἰδὼν τὰ Ῥωμαίων ἄκρως ταπεινωθέντα παρὰ Φώκα βασιλέως τοῦ τυράννου, ἕνα τῶν σατραπῶν Σάρβαρον ὄνομα μετὰ χιλιάδων πλειόνων στέλλει, πᾶσαν τὴν Ἑῴαν αὐτῷ ὑποποιήσασθαι· ἔφθη γὰρ καὶ πρότερον ὡσεὶ δέκα μυριάδας Χριστιανῶν διαφθείρας Χοσρόης, ἅτε τῶν Ἑβραίων αὐτοὺς ἐξωνουμένων, καὶ ἀπολλύντων. Ὁ γοῦν ἀρχισατράπης Σάρβαρος τὴν ἑῳ λῃσάμενος ἅπασαν, ἔφθασεν ἄχρι καὶ αὐτῆς Χρυσοπόλεως, ἣ νῦν Σκουτάριος ἐπικέκληται. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς Ἡράκλειος ἐν ἀπορίᾳ καταστὰς δημοσίων χρημάτων, τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς κέρμα μετασκευασάμενος ἐπὶ ἀπιδόσει μείζονι καὶ τελειοτέρᾳ, διὰ τοῦ Εὐξίνου μετὰ πλοίων τοῖς τῆς Περσίας μέρεσιν εἰσβαλὼν, ἀφανίζει αὐτήν· καὶ κατακράτος ἠττᾶται τούτῳ ὁ Χοσρόης σὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Σειρόης ὁ υἱὸς Χοσρόου ἀποστὰς τοῦ πατρὸς, τὴν ἀρχὴν ἑαυτῷ περιτίθησιν, καὶ τὸν πατέρα Χοσρόην ἀποκτείνας, τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ σπένδεται· Χαγάνος γε μὴν ὁ τῶν Μυσῶν καὶ Σκυθῶν ἀρχηγὸς, μαθὼν τὸν βασιλέα διαπόντιον ἐς Πέρσας γενόμενον, τὰς μετὰ Ῥωμαίων διαλύσας σπονδὰς, στίφη μυριάριθμα ἐπαγόμενος διὰ τῶν δυτικῶν εἰσβάλλει μερῶν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, κατὰ Θεοῦ βλασφήμους ἐκπέμπων φωνάς· αὐτίκα τοίνυν ἡ μὲν θάλασσα πλοίων, ἡ δὲ γῆ πεζῶν καὶ ἱππέων ἀπείρων ἔμπλεως ἦν· Σέργιος δὲ ὁ πατριάρχης, πολλὰ τὸν τῆς Κωνσταντίνου παρεκάλει λαὸν, μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα ἐκ ψυχῆς εἰς Θεὸν ἀναφέρειν, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ Μητέρα τὴν πανάχραντον Θεοτόκον· καὶ μὴν καὶ Βῶνος πατρίκιος ὁ τηνικαῦτα τὴν πόλιν διέπων, τὰ ἀνήκοντα εἰς ἀποτροπὴν τῶν πολεμίων παρεσκευάζετο· δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας, καὶ ἡμᾶς τὰ προσήκοντα ἐνεργεῖν.

Ὁ δὲ πατριάρχης τὰς θείας εἰκόνας τῆς Θεομήτορος μετὰ παντὸς ἐπαγόμενος τοῦ πλήθους περιῄει τὸ τεῖχος ἄνωθεν, ἐντεῦθεν τὸ ἀσφαλὲς αὐτῶν ποριζόμενος· ὡς δὲ ὁ μὲν Σάρβαρος ἐξ ἑῴας, Χαγάνος δὲ ἀπὸ δυσμῶν πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἤρχοντο· ὁ πατριάρχης τὴν ἀχειροποίητον τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τὴν τιμίαν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος ἐπιφερόμενος, διὰ τῶν τειχῶν περιῄρχετο. Χαγάνος δὲ ὁ Σκύθης, διὰ τῶν χερσαίων τειχῶν προσβάλλει τῇ Κωνσταντίνου σὺν πλήθει ἀπείρῳ ἄκρως ἐξ ὅπλων ἠσφαλισμένος, καὶ τοσούτῳ, ὡς ἕνα Ῥωμαῖον πρὸς δέκα Σκύθας σαφῶς διαμάχεσθαι· ἀλλ' ἡ ἄμαχος πρόμαχος διὰ τῶν παρευρεθέντων ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ἐν τῷ ναῷ ταύτης τῇ τῆς πηγῆς πλείστους αὐτῶν παραπώλεσεν. Κάντεῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἀναθαρσήσαντές τε καὶ ἀνασκιρτήσαντες ὑπὸ στρατηγῷ ἀμάχῳ τῇ Θεομήτορι αὐτοὺς ἀεὶ κατὰ κράτος ἐνίκων. Βλέψαντες δὲ καὶ πρὸς σπονδὰς οἱ τῆς πόλεως, ἀπεκρούσθησαν. Ἀνεῖπε γὰρ ὁ Χαγάνος, « Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε· πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν καταλήψομαι. » Οἱ δὲ τῆς πόλεως διακούσαν-

sam. Cum Heraclius Romanum imperium teneret, Persarum rex Chosroes, videns res Romanorum a Phoca tyranno penitus afflictas et prostratas, unum ex satrapis suis, Sarbarum nomine, cum multis millibus misit, ut totum Orientem suæ ditionis faceret : nam et prius jam decem myriadas Christianorum Chosroes deleverat et everterat; quippe quos Hebræi redemerant et perdiderant. Archisatrapa igitur Sarbarus, toto Oriente devastato usque ad Chrysopolim, quæ nunc Scutarium cognominatur, processit. Imperator autem Heraclius pecuniæ publicæ penuria pressus, sacris Ecclesiarum vasis, et instrumentis conflatis, et in nummos conversis, quo summa major et perfectior foret, per Euxinum mare classe in Persiæ partes ducta, et impressione facta, omnia populatur, et exscindit, ipsumque Chosroem cum reliquo exercitu potenti manu fundit, et profligat. Non diu post Siroes, filius Chosrois, cum a patre defecisset, regnum sibi vindicat, et interempto patre fœdus cum Heraclio init. Chaganus autem Mysorum et Scytharum dux, cum intellexisset imperatorem mari in Persas profectum esse, ruptis quæ cum Romanis inierat, fœderibus, et innumerabilibus copiis collectis, per partes Occidentales Constantinopolim aggreditur, jactis multis in Deum blasphemiis. Itaque derepente mare quidem navibus plenum fuit, terra peditibus equitibusque infinitis. Sergius autem patriarcha valde Constantinopolitanos incolas admonebat, ne animos desponderent; sed omnem potius spem suam ex intimo mentis sensu in Deo, et in Genitrice immaculata Deipara collocarent. Atqui et Bonus, qui tunc civitati præerat, ea quæ propulsandis hostibus necessaria erant, præparabat. Oportet enim, ut cum cœlesti auxilio nos etiam studium et operam nostram conjungamus.

Patriarcha autem, acceptis Deiparentis imaginibus, cum omni multitudine mœnia superne circuibat, hinc illis præsidium et salutem comparans. Ut vero Sarbarus ab oriente, Chaganus autem ab occidente igne succendere cœperunt omnia quæ in circuitu civitatis erant : patriarcha imaginem Christi non manufactam, item venerabilia et vivifica ligna, ad hæc venerandam vestem Deiparæ proferens mœnia obibat. Chaganus autem Scytha ex ea parte, qua terram mœnia spectant, impetum in Constantini urbem facit, tali ac tanta multitudine undique armis tecta et munita, ut uni Romano adversus decem Scythas pugnandum fuerit. Cæterum inexpugnabilis illa propugnatrix opera paucorum militum, qui erant in templo ejus ad fontem exstructo, plurimos ex illis trucidavit. Hinc Romani animis resumptis, et præ gaudio exsilientes, duce et auspice invicta Deipara, victoriam de illis gloriose reportabant : cumque cives jam pacta et fœdera inire cogitarent, repulsam tulerunt. Aiebat enim Chaganus : « Ne fallamini, freti Deo, cui creditis : certe enim cras urbem occu-

Digitized by Google

pabo. » Quo audito, incolæ civitatis manus ad Deum extendebant. Collatis igitur junctisque Chaganus et Sarbarus, terra marique, variis machinis et tormentis urbem oppugnantes, eam capere contendunt : sed tanta cæde a Romanis repulsi sunt, ut vivi humandis mortuis non sufficerent. Naves vero ex singulis arboribus confectæ, armatis hominibus refertæ, et per sinum, qui Cornu cognominatur, in Blachernium Deiparentis templum delatæ, turbine et procella ex improviso mari incumbente, idque in duas partes diffindente, cum omnibus hostium navigiis interierunt. Apparuit admirandum prorsus castissimæ Deiparentis miraculum, factumque præclarissimum : omnes enim ad littus maris, quod est in Blachernis, ejecit. At populus, portis sine mora patefactis, omnes omnino trucidavit, pueris et mulieribus in illos armatis. Horum vero duces reversi sunt non sine lacrymis et lamentatione.

At Dei amantissimus populus CPolitanus totam noctem absque ulla intermissione hymnum pro gratiarum actione Dei Genitrici decantavit, tanquam illi quæ pro omnium salute excubias egisset, et cœlesti sua virtute tam insigne tropæum contra hostes erexisset. Ab illo igitur tempore, in memoriam tanti ac tam divini miraculi, Ecclesia hunc diem festivum esse voluit Deiparæ, cujus auxilio tam eximium quoque tropæum erectum fuit. *Acathistum* vero nominavit, quod tunc et populus, et clerus universus eodem ardore idem faceret, nemine cessante, nemine a divinis laudibus quiescente.

Cæterum post triginta sex annos, sub Constantino Pogonato, Agareni, maximo coacto exercitu, rursus CPolim aggressi sunt, et septem annis eamdem obsederunt : quo tempore in Cyzici partibus hiemantes, multos ex suis amiserunt. Deinde spe abjecta, cum universa classe abeuntes, et ad Sylæum delati, omnes fluctibus maris hausti interierunt, ope et auspiciis intemeratæ Deiparentis.

Sed et sub Leone Isauro, Agareni, quamplurimis myriadibus congregatis, primum quidem Persarum regnum exscindunt : deinde Ægyptum, et Libyam, quin et Indos, et Æthiopes, et Hispanos quoque pervolitant, et ad extremum adversus ipsum urbium reginam expeditionem suscipiunt, adductis octies mille navibus. Conclusa igitur in orbem civitate, velut jamjam illam direpturi exspectabant. Porro sacratus urbis populus venerabili pretiosæ et vivificæ crucis ligno assumpto, acceptaque Virginis Hodegetriæ imagine, mœnia circumdabat, lacrymis Deum propitians. Communi igitur decreto Agareni in duas partes dividuntur, et alii quidem in Bulgaros arma ferunt, ubi duæ illorum myriades occumbunt. Qui vero ad occupationem urbis relicti sunt, impediti a catena, quæ a Galata ad urbis mœnia pertingit, deferuntur ad locum, quem Sosthenium nominant, ubi cum violentus aquilo exsti-

A τες, χεῖρας ἔτεινον εἰς Θεόν. Συμφωνήσαντες οὖν Χαγάνος τε καὶ ὁ Σάρβαρος, διὰ ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης προσβάλλουσι, διὰ μηχανημάτων τὴν πόλιν ἑλεῖν προθυμούμενοι· ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡττήθησαν, ὡς μηδὲ ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ζῶντας καίειν τοὺς τεθνηκότας, τὰ δὲ μονόξυλα ὁπλιτῶν πλήρη, διὰ τοῦ ἐπιλεγομένου κέρατος κόλπου εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναὸν τῆς Θεομήτορος καταγόμενα, κατ αἰγίδος αἰφνιδὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπεισπεσούσης βαγδαΐας, καὶ διαιρησάσης ταύτην εἰς τμήματα, σὺν τοῖς πλοίοις ἅπασι τῶν ἐχθρῶν διεφθάρη, καὶ εἶδεν ἄν τις παράδοξον ἀριστούργημα τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος· πάντας γὰρ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης τὸ ἐν Βλαχέρναις ἐξέβρασεν, ὁ δὲ λαὸς ὅσον τάχος τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἅρδην πάντας B ἀπέκτειναν, καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες κατ' αὐτῶν ἀνδριζόμενοι.

Ὅθεν μὴν θεοφιλὴς τῆς Κωνσταντίνου λαὸς τῇ Θεομήτορι τὴν χάριν ἀφοσιούμενοι, ὁλονύκτιον τὸν ὕμνον, καὶ ἀκάθιστον αὐτῇ ἐμελῴδησαν, ὡς ὑπὲρ αὐτῶν ἀγρυπνησάσῃ, καὶ ὑπερφυεῖ δυνάμει διαπραξαμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον· ἔκτοτε οὖν εἰς μνείαν τοῦ τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος, ἡ Ἐκκλησία τὴν τοιαύτην ἑορτὴν παρέλαβε τῇ Μητρὶ ἀνατιθέναι τοῦ Θεοῦ τῷ παρόντι καιρῷ, ὅτε καὶ τὸ τρόπαιον τῇ Θεομήτορι γέγονεν. Ἀκάθιστον δὲ ὠνόμασαν, διὰ τὸ τότε οὕτω πρᾶξαι τὸν τῆς πόλεως C κλῆρόν τε καὶ λαὸν ἅπαντα.

Μετὰ δὲ παρέλευσιν χρόνων τριάκοντα ἓξ, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγονάτου οἱ Ἀγαρηνοὶ ἄπειρον στρατιὰν ἐπαγόμενοι, πάλιν τῇ Κωνσταντίνου ἐπέθεντο, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι ταύτην πολιορκοῦνται, ὅτε καὶ ἐν τοῖς Κυζίκου παρεχείμαζον μέρεσι, πολλοὺς τῶν οἰκείων διέφθειραν· εἶτα ὀπισθοντες, καὶ μετὰ τοῦ στόλου αὐτῶν ὑποστρέφοντες, κάν τῷ Συλαίῳ γενόμενοι, τῇ θαλάσσῃ πάντες κατεποντίσθησαν προστασίᾳ τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τρίτον αὖθις ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, οἱ ἐξ Ἄγαρ ὑπὲρ πλείστας μυριάδας ἀριθμούμενοι, πρῶτον μὲν τὴν τῶν Περσῶν ἀφανίζουσι βασιλείαν, εἶτα τὴν Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην ἐπιδραμόντες, καὶ Ἰνδοὺς, Αἰθιοπάς τε καὶ Ἱσπανοὺς, ὕστερον καὶ κατ' αὐτῆς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπιστρατεύουσι, χίλια ὀκτακόσια πλοῖα ἐπιφερόμενοι, κυκλέσαντες οὖν αὐτὴν, ὡς αὐτίκα διαναρπάσαντες ἔμενον. Ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ τὴν σεβάσμιον εἰκόνα τῆς Θεομήτορος ὁδηγητρίας ἐπαγόμενοι, τὸ τεῖχος περιεκύκλουν, σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. Δόξαν οὖν οὕτω τοῖς Ἀγαρηνοῖς, εἰς δύο διαιροῦνται μέρη, καὶ οἱ μὲν κατὰ Βουλγάρων στρατεύουσι, καὶ πίπτουσιν ἐκεῖσε ὑπὲρ μυριάδας δύο· οἱ δὲ περιελείφθησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν· κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῆς ἁλύσεως, διηκούσης ἀπὸ τῶν Γαλάτου εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀναχθέντες περίπου τὸ λεγό-

Digitized by Google

μενον Σωσθέντων γίνονται, κἀκεῖ ἀνέμου βορέου καταῤῥάγέντος, τὰ πολλὰ τῶν πλοίων αὐτῶν διεῤῥάγη, καὶ διεφθάρησαν· οἱ δὲ περιλειφθέντες λιμῷ σφοδρῷ περιέπεσον, ὡς καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἅψασθαι, κόπριά τε φυρᾶν, καὶ ἐσθίειν· εἶτα φυγόντες, καὶ κατὰ τὸ Αἰγαῖον γενόμενοι πέλαγος, τὰ σκάφη αὐτῶν ἅπαντα, καὶ ἑαυτοὺς τῷ τῆς θαλάσσης διδοῦσι βυθῷ· χάλαζα γὰρ ῥαγδαία οὐρανόθεν καταπεσοῦσα, καὶ βρασμὸν κατὰ τῆς θαλάσσης ποιήσασα τὴν τῶν πλοίων πίσσαν διέλυσε, καὶ οὕτως ὁ ἀπειροπληθὴς ἐκεῖνος στόλος διώλολε, τριῶν μόνων εἰς ἀγγελίαν περιλειφθέντων.

A tisset, pluraque ex eorum navigiis diffracta et submersa sunt: at residuos tanta fames cœpit incessere, ut ab esu humanarum carnium sibi non temperarent, commistisque stercoribus vescerentur. Deinde arrepta fuga cum in Ægæum mare pervenissent, omnes suas naves, insuper et seipsos in profundum præcipitarunt: grando enim violenta e cœlo delapsa, fervoremque maris concitans, picem navigiorum dissolvit. Sic immensa illa classis disperiit, tribus duntaxat, qui cladis nuntium referrent, superstitibus.

Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς πανάγνου, καὶ Θεομήτορος τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν· Ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθοστάδην τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ ἐμελῳδαν· καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα. Ταῖς τῆς σῆς ὑπερμάχου τε, καὶ ἀπροσμάχου Μητρὸς πρεσβείαις, Χριστὲ ὁ Θεὸς, τῶν περικειμένων καὶ ἡμᾶς ἀπάλλαξον συμφορῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

Propter hæc igitur tam admiranda a castissima Dei Genitrice opera patrata præsentem diem festum celebramus. *Acathistus* vero, quasi carens B sessione, dictus est, quod totus populus tota nocte stando hymnum Deiparæ concinuerit: quodque cum in aliis omnibus ædibus ex more sedere liceat, in istis divinæ Matris, erecti omnes stantes auscultamus: precibus propugnatricis, et invictæ Matris tuæ, Christe Deus, ab imminentibus nos libera calamitatibus, et miserere nobis, tanquam solus clemens et misericors.

—

Jam ea omnia, quæ circa Hymnum Acathistum dici possent, habes in hac narratione luculentissime expensa ac demonstrata. Supervacaneum omnino esset, vel ea hic congerere, quæ contra Junium solerter adnotavit Gretserus, ut ejus allucinationem circa *Acathisti* denominationem evinceret. Illud tamen velim animadvertas, anne illa verba, C quibus narratio clauditur, Ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθῆσθαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος, ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα, κ. τ. λ. melius ita verterentur: *Quia in aliis omnibus Oecis recitandis in more habemus, ut sedeamus; in hisce autem, qui ad Deiparam spectant, stantes omnes auscultamus*, etc. Scilicet dum a sacerdote leguntur; quod patet ex titulo eidem Hymno in Triodio præposito, οἱ αὐτοὶ δὲ οἶκοι λέγονται παρὰ τοῦ ἱερέως· *ipsi autem Oeci a sacerdote recitantur*. Gretserus vocem οἴκοις reddidit *ædibus*, scilicet *templis* Virginis; ego vero de οἴκοις, *Oecis*, quibus constare Hymnum Acathistum jam antea observatum est, hic agi non dubito: id enim ipse in Triodio titulus satis declarat: Ἀναγινώσκομεν ἀπὸ τῶν Οἴκων ς', ἱστάμεθα δὲ εἰς τούτων ἀνάγνωσιν· *Leguntur primi sex Oeci, et stamus, dum eorum fit lectio*. At vero, quamvis satis superque de Abaribus, atque de Hymno Acathisto hactenus dictum sit; nihilominus, ut uno volumine comprehensa habeantur omnia, quæ ad bellum Abaricum illustrandum aliquid conferre possunt, superiori historiæ e Synaxario depromptæ prolixiorem alteram, quam in Bibliotheca Bavarica exstare testatus est Gretserus, et Franc. Combefisius e Cod. Bibliothecæ Regiæ evulgavit in *Hist. Monothel.* pag. 805, hic adjicere voluimus, ut et in promptu habeas quidquid usque ad præsentem diem in hac re protractum est in lucem, et rerum CPolitanarum collectio nostra cura fiat locupletior et absolutior. Facile vero senties præmissam narrationem esse sequentis compendium: utramque autem cum Pisidæ poemate tam bene consentire, ut ex eo conflatæ videantur.

Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος· ἡνίκα Πέρσαι, καὶ Βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἱ δὲ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες· ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, ἐτησίως ἐκ τότε ᾄδει εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν κατονομάζουσα.

Utilis narratio e veteri collecta historia novum miraculum in memoriam revocans, ac declarans, editum cum Persæ, ac Barbari urbem hanc regiam obsedissent; qui et perierunt, divino ulciscente numine; urbe interim, quam Dei genitrix suis intercessionibus servavit incolumem, votis annuis gratiarum actionis cantica exinde exsolvente, in dicta rei hujus die anniversaria, τῆς ἀκαθίστου nomine.

Ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ τῶν Ῥωμαίων D βασιλέως, Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν ἀρχὴν ἔχων, ἀπέστειλε Σάρβαρον αὐτοῦ στρατηγὸν μετὰ δυνάμεως βαρείας, πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις Ἑῴαν καταδραμεῖν, δίκην σκηπτοῦ τινος ἐμπιπρῶντα καὶ κατακαίοντα καὶ ἀφανίζοντα· οὗτος κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὴν Ἑῴαν λεηλατῶν, καὶ ὀλοθρεύων τοὺς

Administrante Heraclio rem Romanam, Chosroes Persarum rex Sarbarum misit cum multis copiis suum ducem, qui Orientales omnes Romani imperii provincias excurreret, haud aliter ac fulgur quoddam omnia incendentem, absumentem, ac destruentem. Hic secure admodum atque libere Orientem depopulatus, ac obviis quibusque Ro-

Digitized by Google

manis, nemine prohibente, ejusve late procedentem impetum retardante, internecioni datis : quippe cum Romanæ vires valde dejectæ essent, ejus, qui imperium Romanum regebat, gravissima ac ferina crudelitate tyranni Phocæ viri militaris attritæ, Chalcedonem veniens, in ea deinceps vallum ponit, atque opportuna omnia ad magnam hanc obsidendam civitatem disponit : ita enim illi constitutum erat, hocque modis omnibus studebat. Hæc videns Heraclius, qui nuper post tyrannum Phocam imperii regimen susceperat, valde anxius, gravique dolore affectus, relicta regia, collectis Romanis copiis, quæ superstites erant, per Pontum Euxinum repente, cum Persæ nihil cognovissent, eorum regionem invadit. Cognita autem Chaganus Scytha imperatoris expeditione, statim operi insistit ; ac mare quidem Scythicis replet monotylis lintribus, sic barbara voce nuncupatis, quod ex uno prælongo ligno, tumultuario velut opere, confecta sint, terram vero equestri milite ac pedestri.

Sergius interim patriarcha, populum in urbe regia constitutum multis hortabatur, docebatque, ut ne animis conciderent. « Confidite, aiebat, filii, et in Deum solum nostræ spem salutis referamus, atque ad eum, manus ac oculos ex toto animo levemus, et ipse mala dissolvet, quæ nos circumsteterunt, ac omnia adversum nos Barbarorum dissipabit consilia. » His Sergii sermonibus animatus populus, qui erat in urbe, manserunt omnes fide in intemeratam Deiparam roborati, atque in eum, qui ex ipsa per clementiam nasci voluit, Christum Deum nostrum, perseverabantque forti animo, exspectantes videre misericordiam ejus super ipsos, quam brevi post consequi meruerunt, nec vacui a sua spe exciderunt.

Is autem, qui ad urbis custodiam ab imperatore relictus fuerat, Bonus nomine, nihil non adversus Barbarorum machinamenta sedulo moliebatur, quantæ vires erant. Vult enim Deus, ut ne inertes et otiosi desideamus ; sed ut etiam aliquid operæ conferamus ; et ut quædam quidem a nobis ipsi inveniamus, ac spem tamen omnem salutis in ipso habeamus. Sic etiam jussit Jesu filio Nave, ut insidias poneret adversus Gaii [1], Gedeonemque hydriis ac lampadibus adversus Madianitas [2] instruxit. Cæterum Bonus quidem muniebat muros, omniaque bello opportuna parabat. At Sergius pontifex sacras Dei Genitricis imagines, quibus maxime infans quoque Salvator in ulnis matris repræsentabatur, assumens muros circuibat, qua supplicatione cum urbi tutamen concilians, tum Barbaris ac hostibus consternationem, interitum, ac fugam, quæ brevi eis illata, omnimodo exterminio tradidit.

Quoniam vero Persæ ad Chalcedonis muros castrametati, omnia in circuitu, ac vicina Chalcedoni

[1] Josue VIII, 1. [2] Judic. VII, 16.

παρατυγχάνοντας αὐτῷ Ῥωμαίους, οὐδενὸς κωλύοντος, ἢ τὴν ἐπὶ πολὺ φορὰν αὐτοῦ ἀνακόπτοντος· ἅτε τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων μάλιστα τεταπεινωμένων, τῇ βαρυτάτῃ καὶ θηριώδει ὠμότητι τοῦ τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαίων διέποντος ἀρχὴν, τοῦ τυράννου Φωκᾶ τοῦ στρατιώτου, φθάσας εἰς Χαλκηδόνα, τίθεται λοιπὸν ἐπ' αὐτῆς χάρακα, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως ἐξευτρεπίζει· τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ βεβούλευτο, καὶ τρόπῳ παντὶ ἐσπουδάζετο. Ταῦτα ὁρῶν ὁ Ἡράκλειος, μετὰ τὸν τυραννήσαντα Φωκᾶν ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένος, σφόδρα περιαλγὴς, καὶ κατώδυνος γεγονὼς, λιπὼν τὰ βασίλεια, διὰ τοῦ Εὐξίνου Πόντου συναγαγὼν τὰς ἔτι περιούσας τῶν στρατευμάτων δυνάμεις, ἀθρόως οὐδὲν προμαθόντων ἐν Περσίδι, τῇ χώρᾳ προσβάλλει· γνοὺς δὲ τὴν ἐκστρατείαν τοῦ βασιλέως ὁ Σκύθης Χαγάνος, εὐθὺς εἵχετο ἔργου· καὶ τὴν μὲν θάλασσαν πλοίων ἐπλήρου τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ, διὰ τὸ ἐξ ἑνὸς ἐπιμήκους σχεδιάζεσθαι ξύλου, *μονόξυλα* βαρβάρῳ φωνῇ προσαγορεύονται· τὴν δὲ γῆν, ἱππέων τε καὶ πεζῶν.

Ὁ δὲ κατὰ τὴν βασιλίδα λαὸς, ὑπὸ Σεργίου τοῦ τὴν πατριαρχίαν ἔχοντος τότε, πολλὰ παρεκαλεῖτο, καὶ πρὸς τοῦ μὴ πίπτειν ἐδιδάσκετο, « Θαῤῥεῖτε, τέκνα, λέγοντος· καὶ μόνον εἰς Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν τῆς σωτηρίας ἀναθώμεθα, καὶ πρὸς αὐτὸν χεῖρας, καὶ ὄμματα ἐξ ὅλης ψυχῆς αἴρωμεν, καὶ αὐτὸς τὰ περιστοιχίσαντα ἡμᾶς κακὰ λύσει, καὶ πάντα τὰ κατ' ἡμῶν διασκεδάσει τῶν Βαρβάρων βουλεύματα. » Τούτοις θαῤῥήσας τοῖς λόγοις ὁ ἐν τῇ πόλει λαὸς, ἔμενον πάντες τῇ πίστει νευρούμενοι, τῇ εἰς τὴν ἄχραντον Θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς εὐδοκήσαντα διὰ φιλανθρωπίαν τεχθῆναι Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν· καὶ προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπ' αὐτοὺς, ἐκαρτέρουν τῇ ἐλπίδι, οὗ μετὰ μικρὸν καὶ ἠξιώθησαν, καὶ τῆς ἐλπίδος κενοὶ οὐκ ἐξέπεσον.

Ὁ δὲ παρὰ βασιλέως εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως καταλειφθεὶς Βῶνος ὄνομα, ὅσα δυνατὸν ἦν ἀντιμηχανᾶσθαι, πάντα πράττων καὶ ποιῶν, οὐκ ἠμέλει. Βούλεται γὰρ ὁ Θεὸς ἡμᾶς, μὴ ἀργοὺς καὶ ἀπράκτους καθῆσθαι· ἀλλά τι καὶ ἐνεργεῖν· καὶ ἐπινοεῖσθαι μέν τινα καὶ ἀφ' ἡμῶν, ἐπ' αὐτὸν δὲ πᾶσαν ἔχειν σωτηρίας τὴν προσδοκίαν. Οὕτω καὶ τῷ Ἰησοῦ τῷ παιδὶ Ναυῆ, ἐνέδρας ποιῆσαι κατὰ τῆς Γαὶ ἐνετείλατο, καὶ τὸν Γεδεὼν κατὰ τῶν Μαδιηναίων ὑδρίαις καὶ λαμπάσι ἐξώπλισεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Βῶνος, τείχη ὠχύρου, καὶ πάντα τὰ πρὸς πολεμικὴν χρείαν ἐξήρτυε· Σέργιος δὲ ὁ ἱεράρχης, τὰς ἱερὰς εἰκόνας τῆς Θεομήτορος, αἷς μάλιστα καὶ βρέφος ὁ Σωτὴρ ἐξεικονισθεὶς, ἐν ἀγκάλαις τῆς μητρὸς ἐνεφέρετο, ταύτας λαβὼν, περιῄει τὰ τείχη· τῇ μὲν πόλει ἀσφάλειαν ἐκ τούτου περιποιούμενος· τοῖς δὲ Βαρβάροις καὶ πολεμίοις πτόησιν, καὶ δλεθρον, καὶ φυγήν· ἃ πάντα μικρὸν ὕστερον ἐπελθόντα αὐτοῖς, ἀφανισμῷ ἅπαντας δέδωκε παντελεῖ.

Οἱ κατὰ τὴν Χαλκηδόνα στρατοπεδευσάμενοι Πέρσαι, ἤρξαντο πυρπολεῖν τὰ πέριξ τῆς Χαλκηδόνος

Digitized by Google

καὶ γειτνιάζοντα, καὶ τἄλλα πάντα ποιεῖν, ὅσα τοῖς πολιορκεῖν προθεμένοις ἐργάζεσθαι σύνηθες· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Σκύθαι καὶ Βάρβαροι, τὰ παραπλήσια τοῖς Πέρσαις ποιοῦντες ἐφαίνοντο. Λαβὼν πάλιν ὁ Πατριάρχης τὸν ἀχειροποίητον τύπον τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν τῆς Παναγίου τιμίαν ἐσθῆτα· ἔτι τε τὰ ζωοποιὰ ξύλα, διὰ τῶν τειχῶν περιήρχετο· καὶ μετὰ δακρύων τὸ, *Ἐξεγέρθητι, Κύριε*, ἔλεγεν προσευχόμενος, *καὶ διασκορπισθήσονται οἱ ἐχθροί σου· καὶ ἐκλείψουσιν ὡς καπνὸς, καὶ τακήσονται ὡς κηρὸς ἀπὸ προσώπου πυρός.*

A cœperant igni vastare, omniaque alia iis consueta facere, quibus constitutum est, ut urbem aliquam expugnent; ac similiter Barbari, et Scythæ eadem et ipsi, atque Persæ facere videbantur : accipiens iterum patriarcha Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi imaginem non manufactam (1), ac vestem pretiosam sacratissimæ Mariæ, necnon etiam vivifica ligna, urbis muros circuibat, ac cum lacrymis orabat dicens : *Exsurge, Domine, et dissipabuntur inimici tui : et sicut fumus deficient, et fluent sicut cera a facie ignis* [3].

Οὕπω τρεῖς ἡμέραι διῆλθον τῆς γενομένης πυρπολήσεως, καὶ προσέβαλε παντστρατιὰ τῇ πόλει, ὁ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγός· τοσαύτη δὲ ἦν ἡ φάλαγξ τῶν πολεμίων, εἴς τε πλῆθος ἀναρίθμητον συντεταμένη, καὶ B ὅπλων περιβολαῖς κατησφαλισμένος, ὡς, ἵνα τὸ πᾶν ἐξ ὀλίγου δηλώσω, δέκα Σκύθας πρὸς ἕνα Ῥωμαῖον συρρήγνυσθαι. Ἀλλ' ὅμως ἡ ἀρχιστράτηγος, καὶ προπολεμοῦσα τῶν Χριστιανῶν ἄχραντος Δέσποινα, ἡ ταχίστη τῶν ἐπικαλουμένων ἐπίκουρος διὰ τῶν λαχόντων στρατιωτῶν τὸν ἐν τῇ πηγῇ, πολλοὺς τῶν ἐκστρατευσαμένων Σκυθῶν ἀνελοῦσα, οὐ μόνον τοῦ Σκυθάρχου τὸ θράσος κατέβαλε τῷ τοιούτῳ στρατηγήματι, ἀλλὰ καὶ τῆς μελλούσης συμβαίνειν αὐτοῖς παντελοῦς ἀπωλείας, ὀλίγῳ ὕστερον, οἷον ἀῤῥαβῶνά τινα τὸ γεγονὸς ἔχειν αὐτὸν, τέως ἐποίησε· ἐκ τούτου γὰρ μέγα φρονήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ θάρσους ἐπιπλησθέντες πολλοῦ, συμπλοκὰς καθ' ἑκάστην σχεδὸν ἐποιοῦντο πρὸς αὐτούς, ἔχοντες ὑπερμαχοῦσαν μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ Μητέρα, C καὶ ῥωμαλεωτέρους ἀποδεικνύουσαν· τὰ δὲ τῶν

Vix dum tertius dies ab ea populatione transierat, cum Scytharum dux exercitum omnem urbi admovet. Tantæ porro erant hostium copiæ, cum et numero pene innumerabili, tum etiam armorum munitionibus apprime instructo milite; ut quo rem universam ex paucis declarem, decem Scythæ cum uno Romano conflicturi essent. Nihilominus tamen Christianorum exercitus præses ipsa, ac propugnatrix intemerata Deipara, illa eorum, qui invocant, celerrima adjutrix, plures excurrentium Scytharum ad divinum ipsius templum, quod in Fonte (2) vocant, per levioris armaturæ milites necans, nedum eo stratagemate Scytharum ducis audaciam repressit, sed et ut etiam quod acciderat, velut arrhabonem ac præludium futuri postmodum omnimodi eorum interitus haberet, interim effecit. Exinde enim Romani animos assumentes, multaque fiducia aucti, manus in dies cum hoste conserebant, pugnante pro eis, ac auxiliante Deipara, robustioresque efficiente, necnon confundente Scytharum machina-

[3] Psal. LXVII, 1, 2.

(1) *Imaginem non manufactam.* Existimat Gretserus, c. 15, *De imaginibus non manufactis*, non fuisse hanc Salvatoris imaginem, quam Sergius gestaret archetypam ἀχειροποίητον, Heraclio in expeditione habente ejusmodi imaginem archetypam, illam nimirum Camulianensem, quæ sola non manufacta tunc temporis erat in urbe regia. Verum ut demus unam duntaxat fuisse hujusmodi imaginem, nihil est, quo probet, unam potius, quam alteram fuisse archetypam; ac sit conjectura potius vere archetypam relictam urbi præsidio, ubi et ipsa tutior videretur : vel certe ut ex monumentis loquamur, dato asportasse Heraclium imaginem non D manufactam archetypam, sibi et exercitui futuram præsidio, relicta sit Sergio ei similis, divinitusque expressa ex illa sub Tiberio imperatore, cum mulier quædam patricia in ægritudine impetrasset deferri in domum suam ad aliquot dies, non manufactam primam imaginem; qua de re Menæa, ubi etiam legimus, Sergium accepisse sic expressam imaginem a cœnobio, cui patricia legaverat, ac retinuisse, donec divinis terroribus coactus est restituere. Quod subditur de lignis vivificis, oportet intelligi de portione aliqua ligni crucis, quales ab ea Hierosolymis avellebantur, antequam a Persis tolleretur, non de cruce ipsa, quam Heraclius nondum receperat ex Perside. Deiparæ vestis videtur e Blachernis sublata sub hos timores, eo modo, quo narrat auctor tractatus in ejus depositionem, quando etiam intercesserunt illa pacis colloquia, quæ idem auctor indicat, de quibus illic ex Zonara. Erat illa circumgestatio humili pietate, cum satisfactio pro injuriosa tractatione, tum supplicatio pro auxilio.

(2). *Quod in fonte vocatur.* Effusior est Nicephorus in laudando hoc templo lib. XV, c. 25, quod ait a Leone Magno, stadio ab urbe, ad alteram partem urbis, ad auream ejus portam, ceu alterum a Blachernarum templo urbis propugnaculum, regia magnificentia exstructum. Illic ergo Constantinopolitani habentes præsidium, felicius velitando Dei genitricis auxilio, vincere didicerunt. Ut autem magnum ad victoriam, ac liberationem civitatis, præcipuumque momentum divina protectio Mariæ intercessionibus contulerit, ac ita merito Græci agnoverint, recolentes beneficium annua hac celebritate τῆς ἀκαθίστου. Haud tamen videtur res confecta iis prodigiis, quæ ponunt aliqui, ac aliis mediis quam humanis, ac iis proximis, ut ex Nicephoro, ac Zonara solidiori veritate scribentibus, potest colligi. Quamobrem figmentum puto, quod Cedrenus narrat, et ex eo Baronius anno 625, de muliere visa egredi e Blachernarum porta, quam Barbari putaverint uxorem Heraclii, ad ipsum egredientem, etc., qua disparente in mutuas cædes sint conversi, etc. Prudens itaque Heraclius urbe discedens ad expeditionem, non destituit forti milite, in quo licet pauco eam Deus Barbarorum nubem dispulit, excepta tempestate, qua plures absorptos, ac fere eorum periisse reliquias, auctorum est consensio.

Digitized by Google

menta, eorumque virtutem, ac peritiam bellicam deludente.

Σκυθῶν συγχέουσαν μηχανήματα, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῶν σφάλλουσαν, καὶ τὴν ἐμπειρίαν τὴν ἐν πολέμοις.

Iis ita habentibus, communi patriarchæ, populique consilio, destinantur quidam ex urbe cum muneribus, qui et pacifice Scythas alloquerentur, eosque ad pacis fœdera provocarent. Enimvero non tam homo ille quam bellua, nedum pacis illa monita non suscepit, verum etiam acceptis muneribus, quæ inferebantur, re infecta legatos remisit, hæc ad eos tantum adjiciens : « Ne decipiamini in Deo, cui creditis; prorsus enim in crastinum vestram capiam, ac desolabo civitatem. Quadam nihilominus pietate liberum facio, ut nudi exeuntes quo vultis abeatis. Cæterum abite, nihil a me amplioris exspectaturi clementiæ. »

Ἐπὶ τούτοις, κοινῇ γνώμῃ τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ λαοῦ, πέμπονταί τινες ἐκ τῆς πόλεως μετὰ δώρων · εἰρηνικά τε λαλῆσαι τοῖς Σκύθαις, καὶ πρὸς εἰρήνην αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι · ἀλλ' ὁ θὴρ μᾶλλον ἢ ἄνθρωπος, οὐ μόνον οὐ δέχεται τὴν εἰρηνικὴν πρόσκλησιν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα δῶρα λαβών, ἀπράκτους ἀποπέμπει, τοῦτο μόνον αὐτοῖς ἐπειπών · « Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῷ Θεῷ, ᾧ πιστεύετε · πάντως γὰρ αὔριον τὴν πόλιν ὑμῶν λήψομαι, καὶ ταύτην ἔρημον θήσω · χάριν δὲ συμπαθείας, ἀδείας δίδωμι γυμνοὺς ἐξελθόντας, ὅπου βούλεσθε ἀπελθεῖν · τὸ λοιπὸν, πορεύεσθε, ἕτερον φιλάνθρωπον παρ' ἐμοῦ μηδὲν ἀναμένοντες. »

His cives auditis ab iis, qui legatione functi sunt, gementes ex imo pectore, manus in cœlum tetenderunt, imbreque lacrymarum offusi : « Protector, inquiebant, Domine, qui universis superbis resistis; cujus est incomparabilis potentia, et dominatio insolubilis : audi verba barbari illius, quæ misit improperans tibi omnium Domino, et libera urbem hæreditatis tuæ, ac populum, qui a te nomen habet; ne quando dicant, *Ubi est Deus eorum?* » Atque hæc quidem populus. Deus autem Persarum transitum ad Chaganum prohibuit, quem meditabantur, multis eorum cæsis (3), quos subsidio mittebant. Porro non cessarunt, biduo toto vel triduo, velitationibus, ac paucorum per loca prœliis pugnare. Hoc autem canis ille consilio moliebatur, ut terra quidem machinas admoveret diruendis muris, ac urbi expugnandæ : mari autem, Scytharum aptaret lembos, quos habebat innumerabiles, ut uno tempore, ac eadem hora, terra simul, ac mari, pugna civitati ingrueret.

Ταῦτα παρὰ τῶν πεμφθέντων ἀκούσαντες, στενάξαντες ἀπὸ μέσης καρδίας, εἰς οὐρανοὺς τὰς χεῖρας ἀνέτειναν, καὶ δάκρυσι πολλοῖς ἐπικλυζόμενοι, « Ὑπερασπιστὰ, ἔλεγον, Κύριε, ὁ πᾶσι τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, οὗ τὸ κράτος ἀνείκαστον, καὶ ἡ δεσποτεία ἀκατάλυτος · ἄκουσον τοὺς λόγους τοῦ βαρβάρου, οὓς ἀπέστειλεν ὀνειδίζων σε τὸν πάντων δεσπόζοντα, καὶ ῥῦσαι πόλιν κληρονομίας σου, καὶ λαὸν, σῷ κεκλημένον ὀνόματι · μήποτε εἴπωσι · *Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν;* » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ λαὸς · Θεὸς δὲ, τὴν Περσῶν πρὸς τὸν Χαγάνον διάβασιν, ἣν ἐμελέτησαν, ἀπεκώλυσε πατάξας οὐκ ὀλίγους, ὧν περὶ ἀλλήλους ἀπέστελλον · δύο δὲ καὶ τρεῖς ἐφεξῆς ἡμέρας ἀκροβολισμοῖς καὶ τοπικαῖς ἐφόδοις τοῦ πολεμεῖν οὐκ ἐπαύσαντο · ἔργον δὲ ἦν ἐκ μελέτης ἑτοιμαζόμενον τῷ κυνὶ, κατὰ μὲν γῆν, μηχανὰς τειχομαχικὰς παραστῆσαι καὶ ἑλεπόλεις · κατὰ θάλασσαν δὲ, τὰ παρὰ Σκύθαις ἐξαρτύσαι μονόξυλα ὑπὲρ ἀριθμὸν ὑπάρχοντα · ὥστε καθ' ἕνα καιρὸν καὶ μίαν ἡμέραν, κροτῆσαι κατὰ τῆς πόλεως πόλεμον, ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης.

Tanto igitur instructo belli apparatu, accipiens quidquid equitum lectius erat, venit ad partes Ponti, quibus navigabatur, seque ipsum Persarum exercitui ostendit; illeque vicissim eadem fecit. Dicam melius : Alter quidem ex Asia, ex Europa alter, veluti feræ bestiæ rugiunt adversus civitatem, promptam sibi prædam sperantes fore. Verum quis loquetur Dei tunc exhibita mirabilia? Quis vero Virginis in nos impensiorem clementiam ac misericordiam possit enarrare? Nam ubi Chaganus sinus Ceratos lintribus, ac milite implevisset, ita moliens, ut per eos quidem, qui in terra pugnabant, muros civitatis dejiceret; per eos autem qui in sinibus Ceratos navalem pugnam erant inituri, facile in

Ἐν ὅσῳ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐξήρτυε πόλεμον, λαβὼν ὅσον εἶχεν ἐν ἱππεῦσιν ἐπίλεκτον, ἐν τοῖς ἀναπλεομένοις τοῦ Πόντου γέγονε μέρεσι, τῷ Περσικῷ στρατῷ ἐπιδεικνύμενος· κἀκεῖνος δὲ τὰ ὅμοια ἔπραττε· μᾶλλον δὲ, ὁ μὲν ἐξ Ἀσίας, ὁ δὲ ἐξ Εὐρώπης, καθάπερ θῆρες ἄγριοι ὠρύοντο κατὰ τῆς πόλεως, ἕτοιμον ταύτην ἔχειν νομίζοντες θήραμα · ἀλλὰ τίς λαλήσει τοῦ Θεοῦ τὰ τότε θαυμάσια ; τίς δὲ τῆς Παρθένου τὴν εἰς ἡμᾶς εὐσπλαγχνίαν διηγήσασθαι ἐξισχύσει ; Ὡς γὰρ ὁ Χαγάνος τοὺς τοῦ Κέρατος κόλπους ἐπλήρωσε μονοξύλων, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ ὁπλίταις ἐπειρᾶτο, διὰ μὲν τῶν πολεμούντων εἰς γῆν, τὰ τείχη καταβαλεῖν τῆς πόλεως · διὰ δὲ τῶν ναυμαχούντων ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Κέρατος, εὐχερῆ τὴν κατ' αὐτῆς

(3) *Multis eorum cæsis quos*, etc. Intercipiente, ac excurrente Romano fortissimo milite, ut ex Zonara colligi potest. Etiam S. Nicephorus maximam Sclavorum stragem factam narrat, ubi hostium stratagema detectum fuisset, immittente Bono patricio in incautos, ac velut suis subsidio venientes, ut erat conventum ad signum sublati ignis e Blachernarum munitione, medio ipso itinere expeditissimam Romanam classem : quam hostium cladem ista forte indicent; postquam secuta sit illa hostium irruptio ad muros hic narrata, quam Romani immensa cæde eorum depulerint, depugnante pro eis mari interim, immissa tempestate in hostium classem, Deipara Virgine.

Digitized by Google

ἔχειν ἐπίβασιν· πάντοθεν αὐτοῦ ὁ Θεὸς καὶ Δέσποινα Παρθένος, ἀπράκτους καὶ κενὰς τὰς ἐλπίδας ἀπέδειξαν· τοσοῦτον γὰρ πλῆθος καθ' ἕκαστον μέρος τοῦ τείχους τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα, τῶν πολεμίων ἀνεῖλεν, ὡς μηκέτι τοὺς ζῶντας, δύνασθαι καταλείειν τοὺς θνήσκοντας· καὶ τοῦτο μὲν γέγονε διὰ τῶν ἀπὸ γῆς πολεμούντων· τῶν δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης προσιόντων πολεμίων, αὖτανδρα τὰ μονόξυλα πρὸ τοῦ ἐν Βλαχέρναις θείου ναοῦ ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα ἐβύθισεν, ἀθρόως ἐξαίσιον καὶ βίαιον καταιγίδα κατ' αὐτῶν ἐγείρασα πνεύματος.

Ὡς γὰρ πλησίον ἐγένοντο τοῦ θείου ταύτης οἴκου, σφόδρα ὑψωθεῖσα ἡ θάλασσα, καὶ διαιρεθεῖσα θείῳ πνεύματι εἰς διαιρέσεις, πάντα ἄρδην κατεπόντισε καὶ κατέδυσεν ἅμα αὐτυῖς μονοξύλοις. Καὶ ἦν ἰδεῖν τηνικαῦτα μέγιστον καὶ ἄφραστον τεράστιον· ἴσα καὶ δρεσι κύματα ποιοῦσαν, καὶ τρόπον ἀγρίου θηρὸς ἐξογκουμένην, καὶ μαινομένην, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τῆς Θεομήτορος ἀποτόμως ἐπιπηδῶσαν, καὶ ἀνηλεῶς κατεσθίουσαν· ὥσπερ ποτὲ καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πεποίηκε, καταδιώκοντας τὸν πάλαι Ἰσραὴλ, τρόπῳ καινῷ πεζεύοντα δι' αὐτῆς· οὕτω ἡ προπολεμοῦσα τῆς ἰδίας πόλεως ἡ Θεοτόκος καὶ προασπίζουσα, τὸ παράδοξον ἀναιμακτὶ τρόπαιον ἔστησε τρόπῳ τοιούτῳ καὶ στρατηγήματι, τοὺς μὲν κατὰ τῆς οἰκείας κληρονομίας πόλεμον ἀκήρυκτον καταγαγόντας, καὶ ὅπλα ἐπ' αὐτὴν ἄραντας, ἄρδην ποντώσασα, καὶ ἔργων θαλαττίων ῥευμάτων ἀποφήνασα· τὸν δὲ τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας ἐν ταύτῃ καὶ μόνῃ σαλεύοντα κλῆρον ἐκ τῶν προσπεσόντων δεινῶν ἀπαθῆ πάντῃ διαφυλάξασα.

Τότε δὲ τότε, καὶ αὐτὸς ὁ τούτων ἔξαρχος αὐτόπτης γενόμενος τῆς τοιαύτης ἀπωλείας τοῦ ἰδίου στρατεύματος, αὐτοῦ που σὺν ὁπλίταις ἱππεῦσιν ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου ἱστάμενος, χερσὶ τὸ στῆθος καὶ τὸ πρόσωπον ἔτυπτεν· οἱ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀνταγωνισάμενοι, ἐπεὶ ἔμαθον τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ γενόμενον Βαρβάροις ὄλεθρον, εὐθέως θείᾳ δυνάμει ῥωσθέντες, καὶ τῇ τῆς Παρθένου ἰσχύι φραξάμενοι, τὰς πύλας τῶν τειχῶν ἀνεπέτασαν, καὶ σὺν βοῇ καὶ ἀλαλαγμῷ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπεξέδραμον· τοσαύτη δὲ περιέσχε χαρὰ καὶ δύναμις τὸ ἡμέτερον, τοὺς δὲ Βαρβάρους δειλία, ὡς καὶ παῖδας καὶ γύναια κατ' ἐκείνων ὁρμήσαντας, εἰς αὐτὸ παραγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν τὸ στρατόπεδον. Τότε ἦν ὁρᾶν, *Ἕνα χιλίους διώκοντα· καὶ δύο, μυριάδας μετακινοῦντα.* Τοιαύτη ἡ πάναγνος καὶ Παρθένος· τοιαύτη ἡ Θεοτόκος καὶ Δέσποινα· ἰσχὺν τοῖς ἀνισχύροις, καὶ δύναμιν τοῖς ἀδυνάτοις, δεδώρηται. Ὡς δὴ ὁ ἥλιος ἔδυ, καὶ νὺξ κατέλαβε, τὰς πολιορκητικὰς μηχανὰς, ὥσπερ ἐφ' ἁμαξῶν ἐκόμισαν οἱ Βάρβαροι, πάσας τῷ πυρὶ παραδεδώκασι· καὶ χάρις τῇ Θεοτόκῳ παρεσκευασαμένῃ γενέσθαι τῶν ἰδίων πόνων καὶ μηχανῶν αὐτουργοὺς αὐτοὺς καὶ ἐμπρηστάς. Ὁ δὲ ἱεράρχης, καὶ ὁ λοιπὸς λαὸς τὰς χεῖρας διαπετά-

urbem invaderet, eique applicaret, undequaque Deus, ac Deipara Virgo infectas ejus ac vacuas exspectationes fecerunt. Tantam enim multitudinem hostium ab utraque muri parte interfecit Romanus miles, ut qui erant superstites, minime jam defunctorum cadaveribus concremandis sufficerent. Et hoc quidem eorum facinus, qui terra pugnabant. Eos autem hostium, qui mari adoriebantur, una cum lintribus e regione divini Blachernarum templi Deipara Virgo ac Domina submersit, immanem subito, ac violentam in eos vehementioris flatus excitans tempestatem.

Cum enim propiores huic divinæ ædi accessissent, multo tumore elatum mare, flatuque a Deo immisso divisum in divisiones, omnes funditus cum actuariis ipsorum lembis submersit absorpsitque. Erat hic videre maximum quoddam ac ineffabile prodigium, ut et fluctus montium instar attolleret, atque in modum feræ bestiæ intumesceret, fureretque, atque in hostes Dei genitricis præceps irrueret, ac crudeliter devoraret : uti olim devoravit absorpsitque Ægyptios persequentes antiquum Israel, cum ille nova quadam ratione pedibus iter per ipsum ageret. Sic Virgo Deipara, suæ propugnatrix civitatis, atque tutrix mirabile tropæum hoc invento, et stratagemate incruentum erexit : eos quidem, qui adversus suam ipsius hæreditatem implacabile bellum gererent, ac arma in ipsam tulissent, omnino submergens, ac marinis fluctibus agendos tradens : ipsam autem suam sortem, quæ in ipsa, eaque sola spem posuisset, fluctuantem ab immanibus malis, quæ invasissent, penitus servans incolumem.

Ac tum quidem ipse etiam horum præfectus exercitus sui cladem tantam oculis spectans, sublimi quodam loco cum equestribus copiis constitutus, pectus, vultumque manu percutiebat. Illi autem, qui intra muros adversus hostes certamen habuerant, ut cladem didicerunt, quam Barbari in mari accepissent, divina protinus virtute roborati, Virginisque freti potentia, aperuerunt civitatis portas, sublatoque clamore, et ululatu, impressionem in hostes fecerunt. Tanta porro vis gaudii, tantaque virtus nostros habuit, Barbaros autem tantus pavor, ut etiam pueri, et mulieres in eos irruentes, in ipsa hostium castra penetraverint. Tunc utique videre erat ut *Unus persequeretur mille, duoque fugarent decem millia* [a]. Talis est intemerata illa, ac Virgo : talis Deipara, et Domina : potentia impotentes, et virtute destitutos virtute donavit. Cæterum cum sole occidente nox advenisset, machinas expugnandæ urbi comparatas, quas Barbari in curribus advexerant, omnes igni tradiderunt : ac plane gratias Deiparæ, quæ effecerit, ut iidem ipsi suorum laborum ac machinarum incensores essent, qui fuissent auctores. Patriarcha autem, ac reliquus populus, manibus in cœlum expansis, gratia-

[a] Exod. xiv.

Digitized by Google

rum actionis cantica, in lacrymas effusi, in hæc verba panxere : *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine : dextera tua, Domine, percussit inimicum et in multitudine gloriæ tuæ contristi inimicos* [a].

Sic autem insipiens Chaganus, qui innumerabili multitudine expeditionem fecisset, confusus reversus est : simili quoque ratione, qui ducebat Persarum exercitum, manum ori imponens, ac vultum operiens, paucos secumve tot millibus ducens, cum pudore in suam venit regionem. In hunc modum divinæ œconomiæ ac bonitatis ministra, illa sanctissima, ac prorsus immaculata Dei genitrix, potens illa Christianorum defensio, suæ in nos defensionis potentiam ostendit : sic magna nos ac mirabili salute impertivit, in cujus beneficii memoriam, præsentem quotannis collectam totius populi conventu solemnem agimus, noctemque totam celebrem habentes, eidem pro gratiarum actione offerimus canticorum laudem. Atque hæc hactenus.

Verum ubi jam anni sex supra triginta (4) abhinc effluxissent, Constantino Pogonato regente imperium, iterum Agarenorum examen ingenti Constantinopolim classe petiit, statimque appulsi sunt ad portum Hebdomi (5) : quotidie vero committebant navalia prælia, a vere ad autumnum ; tumque hieme adveniente transfretabant, ac Cyzici hiemabant : iterum ineunte vere inde reducta classe, simili modo navibus prælia inibant. Cum itaque bellum in annos septem protractum fuisset, ac classis Saracenorum naves plurimas, multosque nec facile numerabiles, atque in illis bellatores viros ac strenuos amisisset : ad hæc vero multa jactura necessarii commeatus fuisset, ipsa quoque inanis ad sua reversa est ; cumque ad Sylæi venisset partes (6), ventorum vehementi turbine jactata, per justam Dei iram penitus deleta est. Ita diversis temporibus hanc a Deo conservatam urbem miseri illi adorientes, furoris sui impetum expleturi, re infecta, ac confusione pleni coacti sunt redire.

Rursus tamen, quod eorum dominatio undequaque in majus provecta esset, atque ab ortu ad occasum aucta, ac multitudine diffusa ; primum quidem ceperunt Persarum regnum, deinde Ægyptum, et Africam, jurata Christianis fide, ut nē eos inculpa-

[a] Exod. xv, 6.

σαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺν δάκρυσι χαριστήρια ᾠδον, καὶ ἔλεγον· *Ἡ δεξιά σου, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύι· ἡ δεξιά σου χεὶρ, Κύριε, ἔθραυσεν ἐχθρούς· καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους.*

Καὶ οὕτω μὲν ὁ παράφρων Χαγάνος πλήθει δυσαριθμήτῳ ἐπιστρατεύσας μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψεν· ὁμοίως καὶ τὸ Περσικὸν στράτευμα ὁ ἐπαγὼν, χεῖρα ἐπὶ στόματι θεὶς, καὶ τὸ πρόσωπον καλυψάμενος, ἀπὸ τῶν τοσούτων χιλιάδων, εὐαριθμήτους συνεπαγόμενος, μετ' αἰσχύνης τὴν ἰδίαν χώραν συνέβαλεν· οὕτως ἡ τῆς θείας οἰκονομίας καὶ ἀγαθότητος ὑπουργὸς, ἡ παναγία καὶ ὑπεράμωμος Θεοτόκος, ἡ τῶν Χριστιανῶν κραταιὰ ἀντίληψις, τῆς περὶ ἡμᾶς ἀντιλήψεως τὴν ἰσχὺν ἐπεδείξατο· οὕτω μεγάλην ἡμῖν καὶ παράδοξον τὴν σωτηρίαν κεχάρισται, ἧστινος εὐεργεσίας εἰς ἀνάμνησιν, τὴν παροῦσαν ἐτησίως πανδημεὶ σύναξιν ποιοῦμεν, καὶ πανήγυριν ἄγομεν ἑορτὴν, εὐχαριστηρίους ᾠδὰς αὐτῇ προσφέροντες· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

Μετὰ παραδρομὴν δὲ χρόνων τριάκοντα καὶ ἕξ, τὴν βασιλείαν ἰθύνοντος Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, πάλιν κατελάβετο τῶν Ἀγαρηνῶν σμῆνος ἐν στόλῳ μεγάλῳ τὴν Κωνσταντίνου πόλιν, καὶ παραυτίκα προσώρμισαν τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἑβδόμου· ὑφ' ὧν ναυμαχίαι καθ' ἑκάστην ἐγίνοντο, ἀπὸ ἐαρινοῦ καιροῦ μέχρι φθινοπωρινοῦ· χειμῶνος δὲ ἐπιγενομένου, περαιούμενος ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος ἐχείμαζεν ἐν Κυζίκῳ· καὶ πάλιν ἀρχομένου ἔαρος ἐκεῖθεν ἀναγόμενος, ὁμοίως τοῦ διὰ θαλάσσης εἶχετο πολέμου· ἑπτὰ οὖν ἔτεσι τοῦ πολέμου διαρκέσαντος, ὁ τῶν Σαρακηνῶν στόλος πάμπολλα πλοῖα ἀποβαλὼν, καὶ πολλοὺς καὶ ἀναριθμήτους, καὶ μαχίμους ἄνδρας, ἔτι τε πλείστην σκευὴν ὧν ἐπεφέρετο χρειωδῶν, ὑπέστρεψε καὶ αὐτὸς διακενὴς εἰς τὰ ἴδια· καὶ ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου γενόμενος, ὑπὸ σφοδρῶν καὶ ῥαγδαίων ἀνέμων ἐπιπνευσάντων αὐτοῖς, κατὰ δικαίαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ, ἄρδην ἀπώλετο. Οὕτω κατὰ διαφόρους καιροὺς τῇδε τῇ θεόθεν φυλαττομένῃ πόλει προσβάλλοντες οἱ ἀλιτήριοι, τὰ τῆς μανιώδους ὁρμῆς αὐτῶν ἀποπληροῦντες, ἄπρακτοι καὶ αἰσχύνης πλήρεις ὑπέστρεφον.

Ἀλλὰ πάλιν, ἐπεὶ πάντοθεν αὐτοῖς ἡ δυναστεία ἤρθη πρὸς μέγεθος, καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ηὐξήθη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκε, πρότερον μὲν κατέλαβον τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν, εἶθ' οὕτως τὴν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην, διδόντες λόγον τοῖς Χριστια-

(4) *Ubi jam anni triginta sex.* Incidit tempus hoc in Pogonati annos, quibus vivo adhuc patre imperavit, a quibus etiam vi synodus ejus imperii annos numeravit : qua de re satis ad Acta ejus synodi.

(5) *Ad portum Hebdomi.* Τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἑβδόμου. Marcell. comes, et *Hist. Miscell.* vocant Septimum. Erat suburbium Constantinopolitanum septem milliaribus ab urbe Constantinopoli.

(6) *Ad Sylæi venisset partes.* Ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ Συλαίου. Sic etiam S. Nicephorus, πρὸς τοῖς πελάζουσι τοῦ Συλαίου γενόμενοι : ubi non bene Interpres *ad Sylæum mare propius accedunt*, aliud ex alio reddens proprium nomen, adjectione illa litteræ. Zonaras, *cum classis reliquiæ jam ad Sylæum pervenissent*, etc. Videtur Promontorium aliquod in Pamphylia, cujus Sylæus, ipsa eadem ac Penge, ut in jure Græco-Romano, metropolis erat : quanquam ipsa posita erat ad Mediterranea. Unde et subdit Zonaras : si qui evasissent ex hoc naufragio, *eos Cybirotarum ducem delevisse ;* nimirum in eadem Asia minori, ubi ponuntur duæ Cybiræ, altera major in Phrygia, minor altera in Cilicia.

Digitized by Google

νοῖς, ὡς οὐ βιάσονται αὐτοὺς παραβῆναι τὴν ἀμώ- A
μητον καὶ ὀρθόδοξον εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν πίστιν, ὅπερ οὐκ ἐφύλαξαν· ἀλλὰ πολλοὺς μάρτυρας ἀπέδειξαν, διὰ τὸ μὴ πατηθῆναι ὑπ' αὐτῶν τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ τιμίου· τοῦτο γὰρ πράττειν τοὺς Χριστιανοὺς ἠνάγκαζον. Καὶ, ὡς ἔφην, πᾶσαν τὴν γῆν ἐπῆλθον λεηλατοῦντες. Ἐπιδραμόντες δὲ καὶ Ἰνδοὺς καὶ Αἰθίοπας καὶ τὰ Μαυρούσια ἔθνη, Λιβύας τε καὶ Ἰσπανοὺς ἔσχατον πάντων, ἐπεστράτευσαν καὶ κατὰ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως, βουλόμενοι ταύτην ἑλεῖν. Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, ἄρτι τῆς βασιλείας ἐπειλημμένου, προθεμένου δοῦναι αὐτοῖς τέλη, αὐτοὶ καὶ φύλακας ἐγκαταστῆσαι τῇ πόλει κατεδιάζοντο· ἐθάρρουν γὰρ τῷ πλήθει τοῦ τε οἰκείου καὶ μισθοφόρου στρατοῦ, καὶ τῷ ἐξευτρεπισθέντι ἀπείρῳ ναυμαχιστῷ στόλῳ, ὃς εἰς B
χίλια καὶ ὀκτακόσια πλοῖα πᾶς ἀπηρίθμητο, ὡς οἱ τὰς χρονικὰς συντάξεις πεφιλοπονηκότες, ἀνέγραψαν.

tam, rectamque in Christum Deum nostrum fidem prævaricari cogerent, quam tamen nihil servaverunt : imo plures affecerunt martyrio, quod pretiosæ crucis signum sprevissent pedibus conculcare ; ad hoc quippe Christianos cogebant. At, ut dicebam, terram omnem depopulantes pervaserunt. Cum autem Indos quoque, ac Æthiopes, necnon Maurusios (7), Afros item, ac Hispanos incursassent, ad extremum, adversus hanc quoque regiam urbem castra moverunt, quo eam caperent. Cæterum Leone Isauro imperatore, constitutum habente, ut tributa eis penderet, illi abunde etiam militem in urbe ad præsidium cogebant recipere : freti nimirum multitudine exercitus, tum proprii ipsorum, tum quem sub mercede merentem habebant, classeque ad navalem pugnam expedita, tantaque navium multitudine, ut pene infinita, ad mille ac octingenta navigia, tota accenseretur, quemadmodum scripsere, qui illorum temporum historiam annalesque texuerunt.

Θέντες δὲ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν πρὸ τοῦ ἄστεως οἱ πεπλανημένοι Χριστομάχοι· τέως μὲν οὐδεμίαν προβολὴν τοῖς τείχεσι προσῆγον, διὰ τὸ σχολάζειν ἐπὶ κτίσεις οἰκημάτων, ὡς οἶκον μένοντες· ἀφῃρημένοι μὲν φρόνησιν καὶ λογισμὸν, τὸ δὲ ἀληθὲς ὑπὸ Θεοῦ κωλυόμενοι ματαιώσαντος αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις διαβουλίοις. Ὁ δὲ κατὰ τὴν πόλιν φιλόχριστος λαὸς, διηνεκεῖς μετὰ δακρύων ποιούμενοι τὰς λιτὰς, ὥσπερ ἔθος αὐτοῖς ποιεῖν, καὶ ἐν εἰρηνικῇ καταστάσει· τό τε πάνσεπτον ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ C
Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαβόντες, καὶ τὴν ἁγίαν εἰκόνα τῆς παναγίου Παρθένου, περιῆεσαν τὸ τεῖχος, αἴροντες ἐπὶ Θεὸν τὰς χεῖρας, καὶ λέγοντες· *Ἀνάστηθι, Κύριε, μὴ ἀπώσῃ τὸν λαόν σου εἰς τέλος· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἤχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν· μὴ δῷς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι ἡμῶν ἔθνη, μήποτε εἴπωσι· Ποῦ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; Ἀλλὰ γνώτωσαν ὅτι ὄνομά σοι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.*

Cum itaque errones illi Christi hostes e regione urbis milites collocassent, interim quidem nullam in muros impressionem fecerunt, quod velut in suis quippe Laribus versarentur, domibus exstruendis vacarent : plane destituti prudentia et ratione ; vel ut dicam quod res habet, Deo impediente, ac in suis ipsorum consiliis stultos faciente. Qui autem in civitate erat Christi amans populus, juges cum lacrymis supplicationes faciens, velut solemne habet rerum etiam tranquillo statu, venerabilissimumque crucis Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi lignum ferens, necnon castissimæ Virginis sacram imaginem, murum circuibat, tollens ad Deum manus dicensque : *Exsurge, Domine, ne repellas populum tuum in finem : quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te extulerunt caput. Ne des hæreditatem tuam in confusionem, ut gentes dominentur nostri : nequando dicant : Ubi est Deus eorum? Sed cognoscant quia nomen tibi Dominus Jesus Christus in gloriam Dei Patris.*

Εἷς δέ τις τῶν πολεμίων Ἀγαρηνὸς, βλασφήμοις ῥήμασι *Κωνσταντίαν* καλῶν τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ψιλῷ ὀνόματι *Σοφίαν* προσαγορεύων, εἴς τι βάραθρον σὺν τῷ ἵππῳ αὐτοῦ καταπεσὼν, διεφθάρη· ἀλλὰ καὶ ὁ κῆρυξ αὐτῶν, ἐν ὑψηλῷ ξύλῳ ἀνελθὼν, πρὸς τὸ κηρύξαι τὴν μιαρὰν αὐτῶν προσευχὴν, καὶ αὐτὸς ὁμοίως κατενεχθεὶς, βιαίως τὴν ἄθεον ψυχὴν ἀπέρρηξεν. Εἶτα κατὰ Βουλγάρων ἐκστρατεύειν διαγνόντες δύο στρατηγοὶ γεγονότες, ὁ μὲν πολιορκεῖν κατελείφθη τὴν πόλιν· ὁ δὲ, πρὸς τοὺς Βουλγάρους πολεμήσων ἀπῆει· οἷς καὶ συμβαλόντες, ἡττῶνται, καὶ πίπτουσιν ὑπὲρ δισμυρίους· οἱ δὲ περιλειφθέντες τοῦ ὁλέθρου διασωθέντες, σὺν

Porro autem, ut unus quis hostium Agarenus blasphemis vocibus *Constantiam* vocasset, ac Ecclesiam nudo nomine appellasset *Sapientiam*, in quamdam præceps cum equo lapsus foveam interiit. Sed et eorum præco cum ascendisset in altam arborem, ad eorum exsecrandam precationem vocis præconio efferendam, simili et ipse ratione cadens, violenta morte impiam animam abrupit. Postmodum vero cum creati duo exercitus duces in Bulgaros movere decrevissent, alter quidem relictus est, qui expugnaret urbem ; alter expeditionem contra Bulgaros suscepit : cum quibus congressi vincuntur, ac supra duo millia cadunt. Qui autem evase-

(7) *Maurusios.* Μαυρούσιοι, inquit Ortelius, *quædam gens Phœnica in Africa, circa Tripolim, et Syrtim Magnam, qui hodie Pacati dicuntur.* Habent Zonaras, Cedrenus et alii eadem fere a Saracenis, et in Saracenos gesta sub Leone Isauro, cujus fuerunt initia, quam finis, auspicatiora. Fuit Umarus, sæviit contra fidem datam in Christianos.

Digitized by Google

runt necem, multo pudore affecti ad eos, a quibus discesserant, reverturtur. Cum autem reversi conarentur immissis navigiis in Blachernarum partem irrumpere, extensa catena a trajectus parte altera (8) ad adversam Galatæ partem, prohibiti sunt id præstare, quod decreverant.

Eo successu animum despondentes sese in angustum sinum receperunt, suaque navigia ad portum dictum Sosthenium, aliosque angustissimos appulerunt, ac pars major valida tempestate, et vento contrita est, quorum (navigiorum) majora Romani incenderunt. Ac quidem civitas ciborum penuria arctabatur; hostes vero cum obvia quæque nullo discrimine devastassent, nihilque ad necessarium commeatum sibi reliquissent, in eam annonæ penuriam redacti sunt, ut neque ab humanis carnibus, aut animalium ultro mortuorum cadaveribus abstinuerint. Quin et postea, humana ipsa stercora exiguo fermento subigentes, ac clibano excoquentes esitarunt: ut ideo multi inter illos viri illustres, ac fortes bellatores in urbem dilapsi sint. Ac Ægyptii quidem, persequentes Israelem, *demersi sunt in profundum, sicut lapis: Induxit enim Dominus super eos aquas maris, et ponto operuit eos* [7]. At Saracenis fugam a nobis abripientibus eadem acciderunt. Oborta siquidem procella, insolitaque, ac magni æstus in mari tempestate, tota pene millenaria illa classis periit. Cum enim pars maxima ad Ægæum mare navigasset, horrenda grando e cœlo cecidit. Quemadmodum autem, si ignis ferro accedat, naturam frigidam in calorem solvit; sic sane et grandinei lapides marinis illisi undis, has fervefaciebant: eoque æstu dissoluta pice, qua hostium naves obductæ erant, inspicientibus oculis, profundo mergebantur: ut tantum decem (9) incolumes eo naufragio superaverint. Eratque videre insulis omnibus, orisque, littoribus, ac promontoriis, eorum mortuos acervatim hinc inde congestos.

[7] Exod. xv, 5.

A αἰσχύνῃ πολλῇ πρὸς τοὺς, ἀφ' ὧν διῃρέθησαν, ἐπανέστρεφον, πειρώμενοι δὲ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν διὰ τῶν ἐπαγομένων πλοίων ἐπὶ τὸ ἐν Βλαχέρναις μέρος ἐλθεῖν, τῇ ἐκταθείσῃ ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τῶν Γαλάτου ἀλύσει κωλυθέντες, οὐκ ἴσχυον ποιῆσαι ὅπερ προέθεντο.

'Ανακλασθέντες δὲ, ἀνῆλθον εἰς τὸ στενόν· καὶ ὥρμησαν τὰ πλοῖα αὐτῶν εἰς τὸ λεγόμενον Σωσθένιον, καὶ εἰς ἑτέρους βραχυτάτους λιμένας, ὧν τὰ πλεῖω, ὑπὸ χειμῶνος σφοδροῦ καὶ πνεύματος συνεθλάσθησαν, ἐξ ὧν τὰ μείζονα οἱ Ῥωμαῖοι πυρπολοῦσι· καὶ ἡ μὲν πόλις ἐστενοχωρεῖτο τροφὰς μὴ ἔχουσα, αὐτοὶ δὲ πάντα ἀφειδῶς τὰ προστυγχάνοντα ἀφανίσαντες, καὶ μηδὲν εἰς ἀποτροφὴν ἑαυτῶν καταλελοιπότες, εἰς τοσαύτην περιέπεσον ἀπορίαν B λιμοῦ, ὡς σαρκῶν ἀνθρωπίνων καὶ ζώων τεθνηκότων ἀπογεύσασθαι· ὕστερον δὲ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην κόπρον μετὰ βραχυτάτου φυράματος προσμάττοντες, καὶ ἐξοπτῶντες κλιβάνῳ, ἤσθιον, ὥστε ἐκ τούτου, πολλοὺς τῶν ὀνομαστῶν αὐτῶν καὶ μαχητῶν, τῇ πόλει προσρυῆναι· καὶ Αἰγύπτιοι μὲν διώκοντες τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, *κατέδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος· ἐπήγαγε γὰρ ἐπ' αὐτοὺς Κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτούς*. Σαρακηνοὶ δὲ φεύγοντες ἀφ' ἡμῶν τὰ αὐτὰ τούτοις πεπόνθασι· λαίλαπι γὰρ καὶ καταιγίδι ξενοφυεῖ τε καὶ βρασματώδει κατὰ θάλασσαν, σχεδὸν ἅπας ἐκεῖνος ὁ χιλιόναυς διόλωλε στόλος· κατὰ γὰρ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος τοῦ πλείστου στόλου καταπλέοντος, χάλαζα μὲν ἐξ C οὐρανοῦ κατηνέχθη ῥαγδαίως. Ὥσπερ δὲ σίδηρος τῷ πυρὶ προσομιλήσας ἀναθερμαίνει τὸ ψυχρὸν, οὕτω δὴ καὶ οἱ τῆς χαλάζης λίθοι τοῖς θαλαττίοις ῥεύμασιν ἐμπεσόντες, ἀναβράσαι ταῦτα πεποιήκασι, καὶ τῷ τοιούτῳ βρασμῷ διαλυθείσης τῆς ἐπικεχρωσμένης πίσσης ταῖς ὁλκάσι τῶν πολεμίων, αὐθωρὸν τῷ βυθῷ κατεδύοντο, δέκα μόνον αὐτοῖς περισωθέντων πλοίων. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν πάσαις ταῖς νήσοις, ἀκταῖς τε καὶ προβόλοις λιμένων καὶ ὅρμων, σωρηδὸν τοὺς νεκροὺς αὐτῶν διερριμμένους.

(8) *A trajectus parte altera.* Ἀπὸ τοῦ περάματος μέχρι τῶν Γαλάτου. Eodem sensu Synaxarium editum, ἀπὸ τῶν Γαλάτου ἕως τὰ τείχη· ut totus ipse clauderetur sinus. Non meminerunt hujus catenæ S. Nicephorus, nec Zonaras. Laonicus tamen lib. VII *Rerum Turcicarum* vel eamdem, vel similem describit: sic enim ait supremum urbis CPolitanæ obsidionem referens: Ἕλληνες μὲν οὖν, ὡς ἐπύθοντο ἐπιέναι σφίσι τὸν βασιλέα στόλον διὰ θαλάσσης, πέδας σιδηροῦς διατείνοντες, ἀπὸ τῆς κατ' ἀντικρὺ πόλεως, εἰς τὸ τεῖχος τοῦ Βυζαντίου, παρὰ τὴν ἀκρόπολιν καλουμένην· καὶ τάς τε ναῦς, ὅσαι ἔτυχον παραγενόμεναι αὐτοῦ, αἱ μὲν μετὰ συμμαχιῶν, αἱ δὲ καὶ ἐμπορίας χάριν, φέροντες καθίστασαν εἰς τὰς πέδας· καὶ οὕτω διενοοῦντο διακωλύειν τὸν βασιλέως στόλον, μὴ παριέναι εἴσω, εἰς τὸν Βυζαντίου λιμένα· διήκει γὰρ ἐντὸς ἐπὶ σταδίοις κατὰ μὲν τὴν πόλιν ὀγδοήκοντα, ἐπὶ δὲ τὴν ἄλλην ἤπειρον τῆς χώρας, ἐπὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. *Græci ubi intellexere adversum se adventare classem regiam, catenas ferreas ab urbe, quæ ex adverso erat, nempe Pera sive Galata, extenderunt in Byzantii portum juxta* D *arcem, quam vocant. Naves præterea, quotquot aderant, quarum quædam auxilii ferendi gratia, quædam mercium appulerant, intra catenas sistunt, arbitrantes ea se ratione exclusuros aditu regiam classem. ne intra portum veniret. Is enim ad urbem patet stadiis octuaginta, inque continentem alium sese porrigit stadiis centum et quinquaginta.* Eadem fere Franzes *lib.* 3. *c.* 8. ut et Sabellicus in *Hist. Venet.* lib. VII, apud quem turris illa apud Laonicum nominata, Gallorum turris appellatur, ab eorum forte præsidio, dum urbe potirentur. Grande opus hujus catenæ, ut tamen tradente Deo nequiverit Turcas portu prohibere. De duabus catenis, quibus Xerxes Bosphorum revinxit haud procul Constantinopoli, egregie Gillius in suo Bosphoro, a quo etiam Constantinopolitani portus amplior notitia potest peti.

(9) *Ut tantum decem.* Ita quoque Zonaras, addens quinque ex illis, abunde captas a Romanis: ut aliæ tantum quinque superaverint cladis ad suos nuntiæ. Videri potest Nicephorus satis accurate ista describens in Leone.

Digitized by Google

Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα *εἰς γενεὰν ἑτέραν*, ψαλμικῶς εἰπεῖν, *διηγείσθωσαν*, καὶ ἅπαν στόμα Χριστιανῶν προσφωνείτω τὸ ἱερὸν λόγιον μετὰ τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· *Σὺ, Κύριε, συνέτριψας τὰς κεφαλὰς τῶν δρακόντων ἐπὶ τοῦ ὕδατος*. Προστιθέτω δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἐξόδου Ἰσραὴλ ᾆσμα μεγαλοφώνως· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.*

Ἐνταῦθα τοῦ λόγου γενόμενος, καὶ πρὸς τὸ ὕψος ἀφορῶν τῶν μεγίστων θαυμασίων τοῦ Θεοῦ καὶ Δεσπότου, καὶ τῆς ὑπεραγίας καὶ μόνης Θεοτόκου, ἄφωνος ὑπ' ἐκπλήξεως γίνομαι, οὐχ εὑρίσκων λόγους ἰσορρόπους τοῖς πράγμασι· ποία γὰρ μεγαλόφωνος γλῶσσα, τὴν Παρθένον καὶ Θεοτόκον ἀξίως εὐφημήσει; Πῶς παραδόξως ὑμνήσει τὴν παράδοξον ταύτης χάριν; Καὶ τὴν πηγὴν τῆς φιλανθρωπίας δοξάσει, καὶ τὴν εὐχαριστίαν προσάγειν τῇ Θεομήτορι; Ταύτῃ γὰρ ἥδεται μᾶλλον αὐτή τε, καὶ ὁ ταύτης Υἱός, ἥπερ σὺλῶν καὶ ὀργάνων μουσικωτάταις ᾠδαῖς. Αὕτη δέ ἐστιν, ὡς ἐγὼ φημι, ἀγάπη ἀνυπόκριτος, νόμου καὶ προφητῶν οὖσα κεφαλή· φιλαδελφία ἀνόθευτος· συμπάθεια ἀνεπίστροφος· παρθενία ἔνθεος· γάμος ἔννομος· σωφροσύνη ἀκατάγνωστος· δικαιοσύνη σύντονος· ἀνδρεία κατὰ τῶν παθῶν ἔμμονος· φρόνησις εὔτακτος· ἐλεημοσύνη δαψιλής· ἐγκράτεια ἄτυφος· ταπείνωσις εὐκατάνυκτος· καὶ πρὸς τούτοις βίος ἄληπτος· τρόπος εὔχρηστος· ἦθος μέτριον· νοῦς ἐνσύνετος· στόμα εὔλαλον· γλῶσσα εὔφημος· λόγος εὔλογος· ὀφθαλμὸς οὐκ ἀκόλαστος· χεῖρες οὐκ ἀκρατεῖς· πόδες οὐκ ὀξεῖς πρὸς κακίαν· θυμὸς οὐκ ἀλόγιστος καὶ παρασύρων τὸν λογισμὸν τῷ τῆς μανίας ῥεύματι· κἄλλα, οἷς ἂν ὁ κατ' εἰκόνα πεποιημένος ἄνθρωπος, καὶ μετὰ Θεοῦ τεταγμένος, ὡς κόσμῳ πολυτελεῖ καὶ ὡραίῳ ἐγκαλλωπίσατο.

Διὰ τούτων ἔδει τῇ Θεοτόκῳ εὐχαριστεῖν· ἐπεὶ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἔργοις ἀλλ' οὐ λόγοις ὁρίζεσθαί φασιν οἱ ταῦτα σοφοί· ἐπεὶ δὲ τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀσθενὲς, καὶ τὸ τῆς διανοίας νωθρὸν ἀποκνεῖν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἐπίπονον ποιεῖ, καὶ βραχέα ταύτης ἁπτόμεθα, καὶ ὅσῳ εἰπεῖν, ἄκρῳ δακτύλῳ, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἔκτισιν τῆς εὐχαριστίας ἐνδεῶς ἔχομεν κἂν τὴν διὰ ῥημάτων ψιλῶν εἰσενέγκωμεν· ὑψώσαντες τὴν φωνὴν ἑαυτῶν, καὶ τὰς φρένας μετεωρίσαντες, οὕτως εἴπωμεν ἐν ἀλαλαγμῷ· « Σὺ μὲν, ὦ Δέσποινα Θεοτόκε, τὸ φιλάνθρωπον ἐκ τῆς φύσεως ἔχουσα, οὐ διέλιπες προνοουμένη τοῦ γένους ἡμῶν· ἀλλ' ὥσπερ μήτηρ κοινὴ τοῦ τῶν Χριστιανῶν γένους, φιλόπαις ὁμοῦ καὶ φιλόστοργος, οὕτως ἀεὶ τὰς σὰς εὐεργεσίας ἐπιχορηγεῖς ἡμῖν διασώζουσα, περισκέπτουσα, φυλάττουσα, κινδύνων ἐλευθεροῦσα, πειρασμῶν ἀπαλλάττουσα. Ἡμεῖς δὲ ἀντὶ τούτων εὐχαριστοῦμεν· ἀνακηρύττομεν τὰς χάριτας· οὐ κρύπτομεν τὰς εὐεργεσίας· ᾄδομεν μεγαλοφώνως τὰ σὰ θαυμάσια· τὴν κηδεμονίαν δοξάζομεν· τὴν πρόνοιαν μεγαλύνομεν· τὴν προστασίαν ὑμνοῦμεν· τὴν βοήθειαν ἐκθειάζομεν· τὴν εὐσπλαγχνίαν δοξολογοῦμεν· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παρελθοῦσι μεμνημένοι τῶν σῶν δωρεῶν, καὶ ἐξ ὅσων κινδύνων ἐῤῥύσθημεν διὰ

Atque hæc quidem talia sunt, quæ, ut loquar cum Psalmista : *Enarrentur in generatione altera*[8] : osque omne Christianorum sacrum illud oraculum cum Davide acclamet : *Contribulasti capita draconum in aqua*[9]. Ad hæc accedat et canticum pro exitu Israelis magnifica voce : *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est*[10].

Hoc loci deducto sermone, animoque in Dei ac Domini, præsanctæque ac solius Deiparæ, maximorum mirabilium sublimitatem intendens, præ stupore elinguis fio, deficientibus verbis, ut rem possim æquare. Quæ enim lingua magnifiua, Virginem, ac Deiparam, dignis præconiis possit celebrare? Quomodo autem mirabiliter mirabilem ejus laudabit gratiam, fontemque clementiæ magnificabit, ac gratias referet? Par quidem erat, ut eas Dei Genitrici gratias referremus, quæ ipsis constant operibus. Quippe ea, ejusque natus, præ tibiarum, ac organorum modulatissimis canticis, iis delectatur. Sunt vero, ut ego pronuntio, charitas non ficta, quæ summa est legis, et Prophetarum; sincera fraterna dilectio; compassio non affectata, atque ex animo; divina virginitas; legitimæ nuptiæ; irreprehensibilis castitas; justitiæ vigor; constans fortitudo adversus vitia; composita prudentia; largæ eleemosynæ; continentia non tumens; humilitas ad compunctionem facilis : ad hæc autem vita sine crimine; boni mores, ac modesti; animus prudens; os bene loquens; lingua favens; sermo rationabilis; oculus non impudicus; manus nihil incontinentes; ira non sine judicio, vel furoris impetu secus rationem trahens; aliaque, quibus homo ad Dei factus imaginem, ac ordinatus cum Deo, ceu pretioso ac venustissimo mundo ornetur.

Iis oportebat Deiparæ Virgini gratias referre : quandoquidem et morales philosophi operibus, dicunt, non verbis gratiarum actiones definiri. Quia nihilominus imbecilli natura, ac animo segnes, ad virtutis labores pigriores efficimur, leviusque eam attingimus, atque, ut dicunt, extremo digito, eoque referendis gratiis, earumque exsolvendo debito impares sumus; vel nudis saltem verbis constantes gratias inferamus. Levantes ergo vocem nostram, ac mentes in sublime erigentes, in hunc modum jubilo dicamus. « Tu quidem, Deipara Domina, insitam a natura clementiam habens haudquaquam genti nostræ providentia defuisti; sed velut communis Christianæ gentis parens, filiorum amans, ac visceribus affluens, sic semper tua nobis beneficia impertis; nos salvans, protegens, custodiens, a periculis liberans, eruens a tentationibus. Nos autem pro ejusmodi rebus gratias agimus; alto vocis præconio agnoscimus dona; beneficia non occultamus; magnifice canimus tua mirabilia; tuum in nos studium, et curam glorificamus; magnificamus providentiam; protectionem laudamus; auxilium ceu quid divinum efferimus; misericordiam sermone celebramus. Atque pro iis quidem,

[8] Psal. ci, 19. [9] Psal. lxxiii, 13. [10] Exod. xv, 1.

Digitized by Google

quæ præcesserunt, tuorum memores donorum, ac ex quammultis tuo favore eruti sumus periculis, gratiarum actionis canticum hoc, ceu debitum tibi offerimus, non velut tuis congrue beneficiis respondeat. Quid enim etiam iis congruum haberi possit? enimvero amica habes filiorum balbutimenta. Pro iis autem malis, quæ ingruunt, ac nobis molesta sunt, obsecramus, ut festine auxilium impendas. Rogamus probato patrocinio, et tutela, ut tollas offendicula in medio exsistentia; dispellas vero occupantem nebulam, ac atram caliginem, qua cæcati, ceu nocturna pugna, cædimus pariter, cædimurque: vel ut melius dicam, uti furiosi nostras ipsorum carnes discerpimus, non agnoscimus cognatos, ac contribules nescimus. Atque hæc audemus: quinam vero? qui nimirum dignatione divina, eumdem Patrem, Christum unum, eamdem fidem, idem baptisma, unam Ecclesiam, sacramenta communia (ne in longum abeat sermo) habemus. Quamobrem supplices obsecramus tuam clementiam, ut tui populi ac tuæ hæreditatis miserearis, adsisque intercedens apud natum ex te Deum nostrum, ac nobis in extremo constitutis periculo auxilieris, atque a deploratis eripias calamitatibus. Vides, o Domina, quot undique malis absumamur: *Exsurge igitur, et ne repellas in finem: Cur faciem tuam avertis, et obliviscēris inopiæ nostræ* [11]? Dissolve incumbentes nobis timores ac tremores: tolle contentiosas opponentium pugnas: seda pugnas ac bella: siste motam in nos Dei iram ac contritionem: compone medias nostrum seditiones ac turbationes, tuisque famulis tranquillitatem ac pacem concede; ut plurimis illis beneficiis, quibus nos cumulasti, accedente hoc beneficio, tua prodigia sempiterno præconio celebremus. »

Huc autem deducto sermone, ac ejus contrahentes vela, ad tutum silentii portum applicemus: hoc iterum admonentes collectum cœtum, ut ne ingrati erga beneficam et Dominam videamur; neque qui ipsis rebus beneficio simus affecti, vel saltem verbis gratiarum actionem offerre negligamus: in quos nimirum iterum revertamur commodum. Siquidem enim pro prioribus bonis grati fuerimus, magnam nobis ad futura fiduciam comparabimus, ac assequemur inenarrabilia ac arcana bona, gratia ac misericordia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria ac potestas in sæcula. Amen.

[11] Psal. XLIII, 25.

A σοῦ, ταύτην σοι τὴν εὐχαριστήριον ᾠδὴν, ὡς χρέως προσάγομεν· οὐκ ἀντάξιον μὲν οὖσαν ταῖς σαῖς εὐεργεσίαις. Τί γὰρ ἂν καὶ εἴη τούτων ἀντάξιον; πλὴν φίλα σοι τὰ τῶν σῶν παίδων ψελλίσματα. Ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐνεστῶσι καὶ λυποῦσιν ἡμᾶς, παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ὀξυτάτην βοήθειαν· δεόμεθα τῆς σῆς ἀντιλήψεως, λῦσαι τὰ ἐν τῷ μέσῳ προσκόμματα· διασκεδάσαι τὴν ἐπέχουσαν ἡμᾶς νεφέλην τε καὶ σκοτουμένην, ὑφ' ἧς ὥσπερ ἐν νυκτομαχίᾳ βάλλομέν τε, καὶ βαλλόμεθα, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, τῶν ἰδίων σαρκῶν ἁπτόμεθα, καὶ ἀγνοοῦμεν τοὺς συγγενεῖς, καὶ τὸ ὁμόφυλον οὐκ ἐπιγινώσκομεν. Καὶ ταῦτα τολμῶμεν τίνες; Οἱ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς, τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ, τῆς αὐτῆς πίστεως, τοῦ αὐτοῦ βαπτίσματος, τῆς μιᾶς Ἐκκλη-
B σίας, τῶν αὐτῶν μυστηρίων ἠξιωμένοι, ἵνα μὴ λόγον ἀποτείνωμεν μακρόν. Διὰ τοῦτο ἱκετεύομεν τὴν σὴν εὐσπλαχνίαν, οἶκτον λαβεῖν τοῦ σοῦ λαοῦ καὶ τῆς κληρονομίας σου, καὶ στῆναι πρέσβιν πρὸς τὸν ἐκ σοῦ τεχθέντα Θεὸν ἡμῶν, καὶ βοηθῆσαι μὲν ἡμῖν τὰ ἔσχατα κινδυνεύουσιν, ἐξελέσθαι δὲ ἡμᾶς συμφορῶν ἀνηκέστων. Ὁρᾷς ὅσοις, ὦ Δέσποινα, κακοῖς περιαντλούμεθα· *Ἀνάστηθι οὖν καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος· Ἵνα τί πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις, καὶ ἐπιλανθάνεις πτωχείας ἡμῶν*; Διάλυσον τοὺς ἐπικειμένους φόβους καὶ τρόμους· ἄνελε τὰς φιλονείκους ἐνστάσεις· παῦσον τὰς μάχας καὶ τοὺς πολέμους· κόπασον τὴν καθ' ἡμῶν κινηθεῖσαν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ καὶ θραῦσιν· καταπράϋνον τὰς ἐν τῷ μέσῳ
C στάσεις καὶ ταραχὰς, καὶ γαλήνην καὶ εἰρήνην βράβευσον τοῖς ἱκέταις σου· ἵνα ταῖς πολλαῖς εὐεργεσίαις προστεθείσης καὶ ταύτης, ἀνακηρύττωμεν διαπαντὸς τὰ σὰ τεράστια. »

Ἀλλ' ἐνταῦθα γενόμενοι, καὶ τὰ ἱστία τοῦ λόγου χαλάσαντες, εἰς τὸν ἀσφαλῆ τῆς σιωπῆς ὁρμήσωμεν λιμένα· ἐκεῖνο πάλιν τοὺς συνειλεγμένους ἀναμνήσαντες, μὴ ἀγνώμονας φανῆναι περὶ τὴν εὐεργέτιν καὶ Δέσποιναν, μηδὲ διὰ τῶν ἔργων εὐεργετουμένους, ὀκνεῖν τὴν διὰ τῶν λόγων εὐχαριστίαν προσφέρειν· καὶ γὰρ πάλιν, εἰς ἡμᾶς τὸ κέρδος ἐπάνεισιν. Ἐὰν γὰρ ἐπὶ τοῖς φθάσασιν εὐχάριστοι γενώμεθα, μεγάλην ἑαυτοῖς πρὸς τὰ μέλλοντα εὑτρεπίσομεν παῤῥησίαν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἐπι-
D τύχωμεν· χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Digitized by Google

MONITUM.

Opusculum nec inelegans, nec a Christianæ pietatis sensu alienum tibi sisto, candide Lector, cujus quidem tale est initium ut hymnum potius quam poemation Pisidam confecisse, statim judicare possis. Verum ulterius progrediens a Dominicæ Resurrectionis solemnitate ei sumptam occasionem intelliges, ut imp. Heraclii filium laudibus exornaret, eique Christiano more, et boni omnis gratia, quod nunc quoque fit, roscе senarios, veluti piam quamdam strenam, mitteret, et religiosum munusculum offerret. Atque hujus quidem libelli nulla in Suida mentio, qui cum alioquin Ἐγκώμιον εἰς τὸν μάρτυρα Ἀναστάσιον, *Encomium Anastasii Martyris* inter opera Pisidæ recenseat, quod nullibi reperire statim contigerat, minimum movit, ut crederem, ex scriptoris vitio factum esse, ut pro εἰς τὴν Ἀνάστασιν legeretur εἰς τὸν Ἀναστάσιον : sed cum tandem in codice bibliothecæ regiæ Mediceo-Laurentianæ Encomium in sanctum Anastasium a Suida memoratum invenissem, conjecturam meam ut levem non invitus rejeci. Nec mirum sane libellum hunc, quamvis non illepidum, neque inficetum, sed mole parvum, silentio præteriisse Suidam, qui alia Pisidæ opuscula inter fragmenta a nobis relata tacitus præteruisit. At filium Heraclii, quem Pisida commendat, esse Flavium Constantinum patet ex vers. 64, in quo σοφὸν γέννημα καὶ τέκνον φέρον eum vocat : grandior enim natu filius certe fuit Flavius Constantinus, qui etiam Novus Constantinus est appellatus, ac plane idem ille est, ad quem Pisida orationem convertit in fine Poematii *De bello Abarico*, v. 537, ut ibidem adnotavimus. Cæterum noster poeta, qui sacrarum Scripturarum testimoniis suos sermones semper confirmat, illud Pauli ad Rom. XIII, 11, 12, videtur opportune explanare : *Hora est jam nos de somno surgere : nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis*, etc. Ita Constantinum Augustum laudat, monetque, quam deceat Christianum principem in Christiana virtute proficere. Nam proposito patris exemplo hortatur filium, ut morum integritatem tueatur, eloquentiæ studio incumbat, et bellicis artibus se exerceat. Hæc autem monita Pisida Constantino tradebat, cum Heraclius contra Chosroam dimicaret in Perside, ut ex v. 112 et seqq. intelligi potest. Unde etiam patet Pisidam hoc Poemation scripsisse circa annum Christi 628, quæ causa fuit, ut in hunc locum reponeretur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΑΝΑΣΤΑΣΙΝ
ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ.

EJUSDEM
IN SANCTAM RESURRECTIONEM
JESU CHRISTI DOMINI NOSTRI

Λευχειμονοῦσα νῦν προῆλθεν ἡ κτίσις,
Τὸ γὰρ σκοτεινὸν ἐκδιδύσκεται χρέως,
Λευκὴν δὲ φωτὸς ἀμφιέννυται χάριν.
Εὐφραίνεται δὲ πᾶσα τῶν ὄντων φύσις,

A Albo induta nunc prodit creatura ;
Tenebricoso enim exspoliatur debito,
Albamque lucis circuminduit gratiam.
Nunc omnis lætatur rerum natura,

NOTÆ.

VERS. 1. Similia his, quæ Pisida Christiana pietate, et lætitia perfusus annuntiat, habent fere omnes SS. Patres. Confer sanctum Joan. Chrysostomum, sanctum Augustinum, sanctum Leonem, ac præsertim sanctum Cyrillum Alexandrinum, cujus Homiliæ *De Festis pasch.* multam lucem huic poematio affundent. Sanct. Joan. Damascen. *Carm. in Theoph.*, tom. I, pag. 778.

Λευχειμονείτω πᾶσα γήϊνος φύσις
Ἐκ πτώσεως νῦν οὐρανῶν ἐπηρμένη.
Albo induatur omnis terrestris creatura,
Post casum nunc super cœlos elata.

2. Vetus Adæ debitum Christus exsolvit. Vid. sanctum August. *Enarrat. in Psal.*, tom. IV, pag. 1533.

Digitized by Google

Eorumque, qui ceciderant, basis resurgit,
Et profanationum squallor abstergitur.
Et nunc vere tenebræ illuminantur,
Et appropinquant cœlestibus terrestria.
Septum est sublatum, et stimulus confractus.
Jam omnia sunt communia : junctæ sunt naturæ,
Et terra serpens humi cœlos affectat,
Et limus spiritus arrhabonem accipit.
Atque unus idemque, et imperat supernis,
Et corpus assumit et descendit deorsum.
Et in lucem convertitur terrestris substantia,
Et in vitalem flammam cinerea fuligo.
Et ignis pro nobis rore temperatur,
Et passionum vis igne destruitur.
Absumitur enim omnis impurus error,
Velut quædam materia auro immista,
Manet autem deinde ex igne purificante
Aurum conservans quam habuit imaginem.
Jam quidem nox abiit fallacium sermonum.
Defecit Orpheus, et dimisit lyram ;

A Ἀνίσταται δὲ τῶν πεσόντων ἡ βάσις,
Καθαίρεται δὲ τῶν μολυσμῶν ὁ ζόφος
Καὶ νῦν ἀληθῶς τὸ σκότος φωτίζεται,
Καὶ γειτνιῶσι τοῖς ἄνω τὰ τῶν κάτω.
Ὁ φραγμὸς ἠρθη· καὶ τὸ κέντρον ἐφθάρη.
Καὶ πάντα κοινά· καὶ συνῆλθον αἱ φύσεις.
Καὶ χοῦς χαμερπὴς οὐρανοὺς μνηστεύεται,
Καὶ Πνεῦμα πηλὸς ἀῤῥαβῶνα λαμβάνει.
Καὶ εἷς ὁ αὐτὸς καὶ κατάρχει τῶν ἄνω,
Καὶ σωματοῦται, καὶ κατέρχεται κάτω·
Καὶ γίνεται φῶς ἡ γεώδης οὐσία,
Καὶ ζωτικὴ φλὸξ ἡ τεφρώδης αἰθάλη.
Καὶ πῦρ δι' ἡμᾶς τῇ δρόσῳ κεράννυται,
Καὶ πυρπολεῖται τῶν παθῶν ἡ σφοδρότης.
Χωνεύεται γὰρ πᾶσα κίβδηλος κλάνη,
B Ὥσπερ τις ὕλη χρυσίῳ μεμιγμένη.
Μένει δὲ λοιπὸν ἐκ πυρὸς καθαρσίου
Σώζων ὁ χρυσὸς ἥνπερ εἶχεν εἰκόνα.
Παρῆλθεν ἡ νὺξ τῶν πλανῶν μὲν λόγων·
Κέκμηκεν Ὀρφεὺς, καὶ παρῆκε τὴν λύραν·

NOTÆ.

5. I Cor. III, 11 : *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Vid. sancti Cyrilli *Hom. Pasch.* 12, p. 163.

8. Ephes. II, 6. *Deus autem... conresuscitavit nos, et consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu.* Sanctus Cyrillus *Hom. Pasch.* 1. pag. 15. Αὐτὸς ἡμᾶς ἰσοπολίτας τοῖς ἐν οὐρανῷ καθίστησιν ἀγγέλοις· αὐτὸς τοῖς ἐπουρανίοις συνῆψε τὰ ἐπίγεια, καὶ ὁμοδίαιτον τοῖς ἐκεῖσε τυγχάνουσι πνεύμασι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀπέδειξε, κεχωρισμένην μὲν πάλαι διὰ τῆς C ἁμαρτίας, καὶ δραπετεύσασαν· *Ipse nos cœli cives æquali cum angelis jure constituit. Ipse cœlestibus terrena copulavit, sociamque supernis spiritibus humanam naturam addidit, segregatam quidem olim ob peccatum, ac fugitivam.* Vide sanctum Leonem, serm. 1 *De Ascens. Dom.*

9. *Φραγμὸς* idem ac τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, *medius paries, quem Jesus Christus, qui fecit utraque unum, solvit sanguine suo, et in carne sua*, ut ait Paulus ad Ephesios II, 14. Nam quæ erant inter Judæos et gentes inimicitiæ, post reconciliationem a Christo factam, τὰ ἀμφότερα ἕν, *ambo unum facti sunt* : quia placuit Deo per Jesum Christum ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *reconciliare omnia ad se, pacificans tum quæ in terris, tum quæ in cœlis sunt*, ut est in *Epist. ad Coloss.* I, 20. Vide sanctum Cyrillum *Hom. Pasch.* 7, pag. 91. et sanctum Basilium *in Isaiam*, tom. I, pag. 481, D Κέντρον autem est *stimulus* mortis, quem Christus sua morte confregit atque disrupit; unde sanctus Paulus I Cor. I, 15, 55. Ποῦ σοῦ, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ, ᾅδη, σου τὸ νῖκος· *Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi, inferne, victoria tua?* Quid autem sit stimulus mortis, statim declaravit dicens, Τὸ δὲ κέντρον θανάτου ἡ ἁμαρτία, *Stimulus autem mortis peccatum*, quo scilicet, tanquam aculeo, animas hominum confodit.

10. Legerem συνῆλθον. Natura humana per Christum verum Deum, et verum hominem divinæ naturæ est copulata.

12. *Πνευματηλὸς* est homo, *spiritu* et *corpore* compositus; ἀῤῥαβὼν Spiritus sancti pignus, quod datum est apostolis, postquam Christus in cœlum assumptus est, ut est in Actis. Sanctus Cyrillus, *Hom. Pasch.* 5. pag. 43. Ἔλυσε καὶ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, ἀῤῥαβῶνα μὲν τῆς μελλούσης ἐλπίδος θεὶς ἐν ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνέχυρόν τε τῶν προσδοκωμένων ἀγαθῶν, *mortis quoque imperium everti, ac futuræ spei arrhabonem, et pignus bonorum, quæ expectamus, sanctum in nobis Spiritum collocavit.*

13. Christi resurrectio humani corporis resurrectioni fidem facit; quemadmodum enim Christus cum corpore, quod assumpserat, resurrexit, ita et nos mortui peccatis cum Christo, cujus membra sumus, resurgemus.

17. Spiritus sancti adventum significat, per quem charitas diffusa est in cordibus nostris.

23. Rom. III, 12 : *Nox præcessit, dies autem appropinquavit*, etc. Sanctus Cyrillus in suis Homiliis Paschalibus sæpe hoc utitur Pauli testimonio, ut maxima a reparatore Verbo humano generi collata beneficia commonstret. Ac omnes quidem SS. Patres invictissimis contra gentes argumentis probarunt, post Christi mortem ignorantiæ, videlicet idololatriæ tenebras, et nubes, quas undique diabolus affunderat, fuisse disjectas, oracula cessasse, philosophorum inanem sapientiam fuisse confutatam. In re clarissima et pervulgata multus et insolens viderer, si plura subderem. Πλάνοι λόγοι sunt oracula, de quibus videndi Ant. Van-Dale, *De oraculis*; Georgius Moebius, *De orac. orig.*, Fontenelle, *Hist. des oracles*, et qui Fontenellium refutavit, *Réponse à l'Hist. des oracles*. Hi enim auctores inter se dissident, et alter alteri est contrarius. Unum tamen contra Van-Dalium, et Fontenellium observare non prætermittam, omnes veteres ecclesiasticos scriptores perdiu in ea fuisse sententia, ut, non quemadmodum eis placet, meras hominum præstigias fuisse oracula dictitarent, sed a diabolo, quem recte *Simiam divinitatis* Tertullianus appellat, fuisse invecta contenderent. Quamobrem caveant illi, ne dum a diabolo hanc invidiam removere satagunt, de Divinitate Christi luculentissimum testimonium infirment.

24. Similia in sancto Gregorio Naz. orat. 4 *in Jul.*, pag. 127 : Οὐκ ἔτι μὲν λίχνοι καὶ ἀπατηλοὶ δαίμονες δυναστεύουσιν· οὐκ ἔτι δὲ καθυβρίζεται κτίσις ἐν σχήματι τιμῆς ἀντὶ Θεοῦ προσκυνουμένη... Αἰσχύνθητί ποτε τοῖς τοῦ θεολόγου σου βίβλοις Ὀρφέως... Οὐκ ἔτι φθέγγεται δρῦς· οὐκ ἔτι λέβης μαντεύεται· οὐκ ἔτι Πυθία πληροῦται, οὐκ οἶδ' ὅντινων, πλὴν μύθων καὶ ληρημάτων. Πάλιν ἡ Κασταλία σεσίγηται καὶ σιγᾷ, καὶ ὕδωρ ἐστὶν οὐ μαντευόμενον, ἀλλὰ γελώμενον. Πάλιν ἀνδριὰς ἄφωνος ὁ Ἀπόλλων.

Digitized by Google

Ὁ Φοῖβος αὐτῶν οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα·
Μαραίνεται δρῦς· καὶ πεφίμωται τρίπους·
Πλάτων σιωπᾷ, καὶ λαλεῖ σκυτεργάτης·
Νοσεῖ Γαληνὸς, ἐκφοβεῖ δὲ τὰς νόσους
Ὁ Πέτρος ἡμῶν· τὰς σαγήνας ὁ πλέκων
Πᾶσαν διώκει τῶν βροτείων τὴν νόσον.
Καὶ πνευμάτων μὲν πᾶς ἐλαύνεται κλόνος·
Λαλεῖ δὲ κωφός· καὶ παρειμένος τρέχει·
Κωφοῖς ἄνηχος ἐξανοίγεται θύρα·
Πηλῷ δὲ τυφλὸς ὀμματοῦται, καὶ βλέπει·
Λεπρὸς δὲ σάρκας ἐκδιδύσκεται νέας·
Λόγῳ δὲ νεκρὸς τετραήμερος τρέχει·
Καὶ συλλέγονται τῶν μελῶν αἱ συνδέσεις,
Πρὸς σῆψιν ἤδη τοῦ νεκροῦ νενευκότος.
Καὶ πᾶσα τὸν Κτίσαντα δοξάζει κτίσις
Λευκὴν φοροῦσα τὴν στολὴν τῆς καρδίας.
Λευκὴν δὲ καὶ σὺ νῦν φορεῖς τὴν καρδίαν·
Τὰς γὰρ ζοφώδεις οὐκ ἔχεις ἁμαρτίας.
Μόνος δὲ θρηνεῖ, καὶ μελαχίτων μένει
Ὁ τῆς ἀπαρχῆς ἐντολῆς ὁδοστάτης.
Ὀδύρεται δὲ τῶν τάφων συλωμένων,
Καὶ τῶν πυλωρῶν τῆς φθορᾶς νεκρουμένων.
Εἰσπράττεται δὲ τὴν ἁπάντων οὐσίαν,
Ἣν εἰς ἀσέμνους αἰτίας ἐσκόρπισε,
Φθείρων, ὑφέλκων, πορνοβοσκῶν τὴν φύσιν,
Πειθοῖ τε μιγνὺς τοῦ λόγου τὸ φάρμακον,
Καὶ συγκεραννὺς τῷ γλυκεῖ τὴν πικρίαν.
Πολλοὺς δὲ νεκροὺς τῇ φθορᾷ τεθηγμένους
Ἐκ τῆς σκοτεινῆς κοιλίας ἐρεύγεται·

A Phœbus non amplius ipsis os adaperit ;
Marcescit quercus, et obmutuit tripus ;
Plato tacet, et loquitur coriarius ;
Ægrotat Galenus, fugatque morbos
Petrus a nobis : ille retium consarcinator
Humanam quamlibet infirmitatem expellit.
Et spirituum quidem omnis ejicitur turba ;
Loquitur vero mutus, et claudus currit ;
Surdis occlusa adaperitur porta ;
Luto autem cæcus oculatus fit, et videt ;
Leprosus vero carnes exuit novas ;
Verbo autem mortuus quatriduanus ambulat,
Et conjunguntur membrorum ligamenta,
Cum jam cadaver ad putrefactionem inclinasset,
Et omnis Creatorem glorificat creatura
B Candidam intus ferens stolam cordis.
Et tu similiter cor modo gestas candidum,
Nam caliginosa non habes peccata.
Solus vero luget, et pulla cum veste manet
Ille in principio præcepti insidiator.
Dolet autem sepulcra esse exspoliata,
Et janitores corruptionis esse mortuos.
Undique vero corrogat divitias,
Quas ad turpes causas distribuit
Vitians, alliciens, lenocinans naturam,
Et persuasioni admisto sermonis pharmaco,
Atque attemperata dulcedini amaritie.
Multa autem cadavera corruptione consumpta
E tenebroso ventre eructat :

NOTÆ.

Πάλιν ἡ Δάφνη φυτόν ἐστι μύθῳ θρηνούμενον. *Non jam gulæ dediti, et fraudulenti dæmones rerum potiuntur : non jam sub honoris obtentu contumelia creaturæ infertur, dum pro Deo adoratur... Pudeat te tandem Orphei librorum, theologi tui... Non jam quercus loquitur : non jam lebes vaticinatur : non jam Pythia impletur, haud scio quibus, fabulis tamen, et deliramentis. Rursus Castalia siletur ; et silet, atque unda est, non vaticinia edens, sed excitans risum. Rursus muta statua Apollo : rursus Daphne arbor est fabulis deplorata*, etc. De Orpheo, de Apolline, de quercu Dodonæa, de tripode Pythiæ vide supra laudatos auctores, et *Comment.* Eliæ Cretensis in sanctum Gregorium Naz.. tom. II, pag. 493.

C

26. Eosdem auctores hinc inde disputantes invenies, utrum oracula nato Christo obmutuerint? Quædam plane cessasse ex ipsis ethnicis scriptoribus evincitur.

D

27. Sanctum Paulum fuisse σκηνοποιὸν *tabernaculorum artificem* testatur Lucas in Actis, cap. XVIII, 3. *Σκυτεργάτην coriariam artem exercentem* generatim vocat Noster, ut Theodoretus, *quæst.* 16 *in Judices* σκυτοτόμον *corii sectorem* appellat, sic dicens, Διὰ δώδεκα ἁλιέων, καὶ τελωνῶν, καὶ σκυτοτόμου ἑνὸς, τὴν τῶν δαιμόνων κατέλυσε φάλαγγα, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν διέσωσε. *Per duodecim piscatores, et publicanos, et unum coriarium, dæmonum exercitum fudit, et naturam humanam conservavit.*

29. Sanctum Petrum fuisse piscatorem testes sunt Evangelistæ Matthæus cap. IV, Marcus cap. I, Lucas cap. V, apud quos facile invenies, quæ sequuntur de miraculis Christi.

32. *Κωφὸν* æque mutum ac surdum vocant Græci : nam qui non loquitur, et qui surditate laborat ἄλαλος est.

36. Joan. II, 43 : *Lazare, veni foras.* Et ibid. v. 39 : *Domine, jam fetet, quadriduanus est.*

37. Lege συνδέσεις.

41. Nunc primum ad Constantinum Heraclii filium sermonem convertit.

43. Μελαχίτων ex μέλας, et χιτὼν, *nigra vestis.* S. Joan. Damascenus *Carm. in Theoph.*

Ἐλευθέρα μὲν ἡ κτίσις γνωρίζεται,
Υἱοὶ δὲ φωτὸς οἱ πρὶν ἐσκοτισμένοι·
Μόνος στενάζει τοῦ σκότους ὁ προστάτης.
Libera quidem creatura cognoscitur,
Filiique lucis ante obtenebrati :
Solus gemit tenebrarum præfectus.

46. *Πυλωροὺς* vocat spiritus, idola, etc.

47. *Οὐσίαν substantiam* diaboli, opinor, dicit peccata, pravos animi affectus, illusiones, et omnia, quæ ex eo sunt.

52. Egregie sanctus Cyrillus, *Hom. Pasch.* 5, p. 44. Νενίκηται θάνατος ὁ τὸ νικᾶσθαι παραιτούμενος· κεκαινοτόμηται φθορά· λέλυται θάνατος πάθος ἀήττητον· ᾅδης δὲ ὁ πᾶσαν ἀπληστίαν νοσῶν, καὶ κόρον ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσιν οὐδένα δεξάμενος ἐδιδάχθη καὶ ἄκων, ὃ μὴ μαθεῖν νῷ πρότερον ἠνέσχετο· οὐ γὰρ ὅπως τῶν ἔτι πιπτόντων ἔσται κάτοχος φιλονεικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἁλόντας ἀπέμησε, τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύϊ καλὴν ὑπομείνας τὴν ἐρημίαν· *Superata mors est, quæ vinci recusabat : sublata corruptio, et mors, insuperabile malum, destructa. Infernus autem, qui aviditate insaturabili, pereuntium multitudine infinita, tamen non expleretur, id vel invitus didicit, quod antea sibi persuadere nequibat : non enim de iis, qui nunc moriuntur, intercipiendis est certamen, sed eos quoque, quos jam captos tenebat, evomit, atque in pulchram solitudinem nostri Servatoris virtute reductus est.*

Digitized by Google

Cum enim se immodice ingurgitasset,
Contraxit cruditatem ex ventris ingluvie.
Hinc antea dives, nunc pauper incedit,
Qui enim, ut latro, animarum bona
Deprædavit primum, post magis deprædatus est.
Alte vero suspirat, quod Judæis jamdiu
Monstravit lignum illud alterum ;
Non enim ad Deum necandum movisset invidiam,
Si cognovisset tantæ cædis causam
Futuram esse omnium resurrectionem.
Ast, o docta soboles, et nate senex,
Quem cingunt fasciæ sapientis purpuræ,
Et pro sceptris ostentas utiles vitæ sermones,
Queis mundus ab ignorantiæ morbo
Defenditur, et validius confirmatur,
Tu vere serpentis antiqui es destructor :
In te enim nihil ex illius operibus :
Non stultus furor iræ : non argenti desiderium,
Amor turpis, et excrucians animum :
Non manus paratæ ad accipiendum, ut noceas,
Sed ad dandum, et propulsandum quod noceat,
Non noctis opus, sed phosphorus ingenium
Tuum refulgens noctu, sicut lux interdiu,
Non te puerilium decursionum tangit oblectamen
Inconditis vocibus, et clamoribus permistum.
Una cum equis evolantes, qui gaudent equis,
Manus extollunt ad inanes plausus,
Et pedes protendunt, et una cum oculis,
Quos pules velle a superciliis cadere,
Membra sese exporrigentes diducunt,
Et omnes artuum dissolvunt compagines :
Et pectoris obliti, quod deceret ferire,
Aerem feriunt, et digitis,
Queis incompositos adumbrant cursus,
Stringunt, et verberant umbram solum :
Atque alte inclamant equorum agitatoribus
Hinc inde nihil audientibus,

A Καὶ τὴν ἄταχτον ἐμφορήσας γαστέρα
55 Ἀπεψίαν πέπονθεν ἐξ ἀπληστίας.
Ὁ πρὶν δὲ πλουτῶν, νῦν προέρχεται πένης·
Τὰς ψυχικὰς γὰρ ληστρικῶς ὑποστάσεις
Κλέψας τὸ πρῶτον, μειζόνως ἀντεκλάπη.
Στένει δὲ πολλὰ τοῖς Ἰουδαίοις τότε
60 Δείξας ἐκεῖνο τὸ ξύλον τὸ δεύτερον.
Οὐκ ἂν γὰρ ἦρξε τοῦ Θεοκτόνου φθόνου,
Εἴπερ διέγνω τοῦ φόνου τὴν αἰτίαν
Μέλλουσαν εἶναι τῶν ὅλων ἀνάστασιν.
Ἀλλ' ὦ σοφὸν γέννημα, καὶ τέκνον γέρον,
65 Ὁ σπαργανωθεὶς τῇ νοητῇ πορφύρᾳ·
Καὶ σκῆπτρα δείξας τοὺς βιωφελεῖς λόγους,
Ἀφ' ὧν ὁ κόσμος ἐξ ἀμουσίας νόσου
Περικρατεῖται, καὶ πλέον στηρίζεται·
B Ὁ τοῦ δράκοντος τοῦ πάλαι καθαιρέτης.
70 Ἐν σοὶ γὰρ οὐδὲν τῶν ἐκείνου κτισμάτων·
Οὐ θυμὸς ἄφρων· οὐ φιλάργυρος πόθος,
Ἔρως ἀναιδὴς, καὶ δακεῖν ἠπειγμένος·
Οὐ χεῖρες ὑμῖν πρὸς τὸ λῆμμα τῆς βλάβης,
Ἀλλ' εἰς τὸ δοῦναι, καὶ πατάξαι τὴν βλάβην·
75 Οὐ νυκτὸς ἔργον, ἀλλὰ φωσφόρος τρόπος
Ἐν νυκτὶ λάμπων, ὡς τὸ φῶς ἐν ἡμέρᾳ.
Οὐ τέρψις ὑμῖν παιδικῶν ἱπποδρόμων
Ἤχοις ἀτάκτοις, καὶ βοαῖς πεφυρμένη.
Ἵππου συνεισρέοντες οἱ φιλιππόται
80 Τὰς χεῖρας ἐξαίρουσι τῷ κούφῳ κρότῳ·
Καὶ τοὺς πόδας τείνουσι· καὶ τῶν ὀμμάτων
Σχεδὸν θελόντων ἐκπεσεῖν τῶν ὀφρύων,
C Τὰ κῶλα μηκύνουσι τῇ παρεκτάσει·
Καὶ τῶν μελῶν λύουσι τὰς θέσεις ὅλας·
85 Καὶ τὰς ἑαυτῶν ἠγνοηκότες φρένας
Τὸν ἀέρα πλήττουσι· καὶ τοῖς δακτύλοις
Σκιαγραφοῦσι τοὺς ἀσυνθέτους δρόμους·
Ἄγχουσι, καὶ τύπτουσι τὴν σκιὰν μόνην·
Καὶ συντόνως κράζουσι τοῖς ἱπποστάταις,
90 Ἐκεῖθεν ἔνθεν μηδὲν ἀκροωμένοις·

NOTÆ.

60. Crucem intelligit, de cujus ligno pendens Christus, mortem, quam Adamus comedens de ligno vitæ in mundum invexerat, subegit.

61. Matth. xxvii, 18 : *Sciebat enim quod per invidium tradidissent eum.*

62. I Cor. ii, 8 : *Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

64. Hactenus poeta de summis beneficiis, quæ Christus ex mortuis resurgens hominibus contulit, juxta Apostolum : *Nox præcessit*, etc., nunc cum eodem apostolo ad Constantinum ait : *Abjiciamus ergo opera tenebrarum*, etc. Τέκνον γέρον eum vocat, vel quod cæteris Heraclii filiis esset natu grandior, vel quod vere senis sapientia polleret.

75. *Νυκτὸς ἔργον opera tenebrarum* ibid. enumerat sanctus Paulus. Sanctus Joan. xii, 36 : *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.*

77. Omnes fere SS. Patres circenses ludos damnarunt, in quibus spectatores mirifice insaniebant. Vide sanctum Basilium, sanctum Joan. Chrysostomum, sanctum Cyprianum, sanctum Augustinum, etc. Pisida equorum cursus, qui hippodromo, vel circo Constantinopolitano fiebant, designat : ubi sæpe factiones Prasina, et Veneta partium studio adductæ in jurgia, et cædes erumpebant. Ac mirum sane non est, tam diligenter Patres studuisse, ut Christianos ab hujusmodi spectaculis averterent, cum Libanius Sophistica, orat. 32, pag. 384, insanum circa illos ludos studium vitio verterit Alexandrinis : Ἀλλ' ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε, τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ σχημάτων μεταβολὰς, καὶ χρωμάτων, D καὶ βλασφημίας, οἵας καὶ ὅσας ἀφίετε ; *Verum cum in stadium pervenistis, quis dicere queat illic exorientes clamores, et tumultum, et sollicitudinem, et habituum, colorumque mutationes, et convicia quæ et quanta jactatis?*

79. *Ἱπομανοῦντας insano equorum amore æstuantes* vocat sanctus Joan. Chrysostomus, quos Pisida φιλίππους. Libanius autem, ibid. pag. 386, circensium spectatores similiter irridet : Ὑμῶν δὲ οὐδεὶς ἐν τῇ θέᾳ καθέστηκεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον πέπτεσθε τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ γελοῖοί ἐστε, καὶ ἡγεῖσθε, καὶ πίπτετε· *Vestrum autem nullus in spectaculo quiete consistit, sed multo magis volatis, quam equi, et aurigæ, et ridiculi estis, et præceditis, et caditis.*

89. *Ἱπποστάτας* idem ac ἡνιόχους, quod aurigæ instent equis.

90. *Ἐκεῖθεν ἔνθεν*, geminas, opinor, factiones in assidentes denotat, quarum plausus internoscere certe nequibant cursores.

Digitized by Google

Ἐν ἀστάτῳ γὰρ τῆς θεωρίας δρόμῳ
Συναστατοῦσι τῶν θεατῶν οἱ τρόποι.
Οὐ νοῦς παρ' ἡμῖν δεκτικὸς πονηρίας·
Οὐ βλέμμα πικρόν· οὐκ ἀσύμφορος λόγος·
Οὐ γλῶττα χαῦνος· οὐ διάῤῥυτος γέλως·
Εἰκῇ παρ' ὑμῖν τοὺς ὀδόντας δεικνύει·
Οὐ τόξον ὑμῖν καίπερ οὖσι τοξόταις,
Ἐργῶδες οὕτως, ὡς τὸ πέμπειν εὐστόχως
Βέλος κατ' αὐτοῦ τοῦ πονηροῦ τοξότου.
Σφαῖραν δὲ διττὴν, τὴν μὲν εἰς τὸ γυμνάσαι
Τὸ σῶμα παίζεις· τὴν δὲ νουνεχῶς ἔχεις,
Ὅτε πρὸς ὕψος ἐκταθεὶς τὴν καρδίαν
Ζητεῖς τὸν εἱρμὸν τῶν ἄνω σφαιρωμάτων.
Οὕτως ἐδείχθης σκεῦος ἐξειλεγμένον,
Κειμήλιόν τε πατρικῶν ἀγαλμάτων.
Οὕτω προῆλθες Ἡρακλῆς τῷ πράγματι,
Λαβὼν τὰ χρυσᾶ μῆλα, τοὺς σοφοὺς λόγους,
Τέμνων τε πάντας τοὺς νοουμένους ὄφεις,
Τοὺς τοῦ δράκοντος θηριώδεις αὐχένας,
Τοὺς πολλάκις φυέντας, ἀλλὰ πολλάκις
Τῷ σῷ λογισμῷ δραστικῶς τετμημένους.
Ἀλλ' εὐτρέπιζε τοῦ λόγου τὴν ἀσπίδα,
Ὅπως πρὸ πάντων εὑρεθῇς πρωτοστάτης,
Φράζων ἐκείνους τοῦ πατρός σου τοὺς πόνους,
Οὓς ἀντὶ πάντων ἐκτελῶν καθημέραν
Κάμνει, μεριμνᾷ, δυσφορεῖ, τοξεύεται·
Ζωῆς γὰρ αὐτὸν ζωπυροῦσιν ἐλπίδες.
Δέον σε λοιπὸν καὶ πρὸς ὅπλα, καὶ μάχας·

Χρὴ γὰρ μάχεσθαι τοῖς φιλοῦσι τὰς μάχας,
Ὡς Ἡρακλείδην τῷ τεκόντι συντρέχειν.

A In instabili enim spectaculi cursu,
Instabiles sunt spectatorum sententiæ.
Non mens tibi susceptrix nequitiæ :
Non intuitus malignus : non sermo inutilis :
Non lingua tumens : non diffusus risus
Facit ut temere dentes ostendas :
Non tibi de sagittis, quamvis sis sagittarius,
Tantum est curæ, quantum de immittendo recta
Telo in ipsum sagittarium iniquitatis.
Sphæra vero tibi duplex : ludis altera,
Corpus ut exerceas ; alteram mente moves,
Quando elevato in altum corde
Quæris complexionem cœlestium sphærarum.
Ita te ostendisti vas electum,
Paternorumque bonorum thesaurum.
B Ita processisti verus Hercules ad opus,
Nam aureis decerptis malis sapientum sermonum
Omnes amputasti mente conceptos serpentes,
Draconis belluinas cervices,
Quæ sæpius enascuntur, quamvis sæpius
Tua ratione viriliter exsectæ.
Macte esto : appara sermonis clypeum,
Ut ante omnes inveniaris primus
Ad enarrandos patris tui labores,
Quos pro omnibus sustinens quotidie
Deficit, curis torquetur, dolet, obruitur telis :
Vitæ enim ipsum spes inflammant.
Opus est tamen, ut te pares etiam ad arma, et pu-
[gnas;
C Oportet enim pugnare cum amantibus pugnas,
Tanquam Heraclidem patris prementem vestigia.

NOTÆ.

91. Ex laudato Libanio, p. 387, cujusdam poetæ versus recitante intelligitur, quid velit Pisida : . . . . . Τοὶ δὲ θεαταὶ
Θώκοις ἐν σφετέροις οὔθ' ἕτασαν, οὐδ' ἐκάθηντο,
Χλωροὶ ὑπαὶ δείους πεφοβημένοι, οὐδ' ὑπὸ νίκης
Ἀλλήλοισί τε κεκλόμενοι, καὶ πᾶσι θεοῖσι
Χεῖρας ἀνίσχοντες μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστοι.
At nullus stabat penitus, nullusque sedebat
Sede, locoque suo spectator, pallidus illis
Vertebat timor, et turpis trepidatio mentem.
Hortabantur, et ob palmam se mutuo vastis
Vocibus, et gestu. manibusque ad sidera tensis
Cunctos quisque deos votis, precibusque vocabant.

97. Non alium sensum ex hisce versiculis elici posse existimo, quam Constantinum ab omni ludorum genere fuisse alienum, et quamvis in expediendis dirigendisque in scopum telis esset peritus, eo tamen solum animum intendisse, ut improbum sagittarium, qui diabolus est, telo pietatis perfoderet. De sagittatione, τοξικῇ τέχνῃ consule Mercurialem lib. II, cap. 13.

100. De Sphæristica, quæ artis Gymnasticæ pars erat, videndus idem Mercurialis, lib. II, cap. 4. Pisida dicit Constantinum uti duplici pilæ genere, videlicet una, qua corpus, altera qua mentem exerceret, ut totius gymnastices studium, quemadmodum placet etiam Platoni, *De republ.*, lib. III, ad instructionem animi esse referendum demonstret, et Græcos contra vituperet, qui puerilibus hisce oblectamentis tam perdite, tam intemperanter se penitus dederent, ut in nulla alia re viderentur esse magis occupati. Quamobrem Anacharsis Scytha, Libanio auctore, pag. 374, de Gymnasio discere solebat : Ὡς ἔστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ' ἡμέραν· *In unaquaque Græcorum civitate certum esse designatumque locum, ubi interdiu insanirent.*

104. *Vas electionis est mihi iste.* Act. IX, 15.

105. Ἄγαλμα explicat Suida πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, *omne id, quo quis se jactat et delectatur.*

107. Constantinum non inscite comparat Herculi, cujus inter præclara gesta illud recensetur, quod jubente Aristeo aurea mala decerpserit, quæ apud Hesperidas Nymphas a Dracone pervigili, cui centum erant capita, custodiebantur. Pisida χρυσᾶ μῆλα esse σοφοὺς λόγους, *sapientiam* recte affirmat, qua quis munitus vitiorum monstra facile profligat.

D 116. Dum hæc Pisida scriberet, Heraclius contra Chosroam dimicabat. Theophanes, p. 263, eam fuisse in conflictu ad Euphratem Heraclii virilem constantiam narrat, ut ipse hostium dux Sarbarum admiratione captus Cosmæ cuidam transfugæ dixerit : Ὁρᾷς τὸν Καίσαρα, ὦ Κοσμᾶ, πῶς θρασὺς πρὸς τὴν μάχην ἵσταται, καὶ πρὸς τοσοῦτο πλῆθος μόνος ἀγωνίζεται, καὶ ὡς ἄμμον τὰς βολὰς ἀποπτύει ;.. καὶ πολλὰς πληγὰς ἐδέχετο, ἢ καὶ οὐδεμίαν. *Vides Cæsarem, o Cosma, quanta audacia pugnam conserat, solusque adversus tantam multitudinem decertet, et velut arenam, sagittas despuat?... et jam certe plurima, nullum tamen cum vitæ discrimine vulnus acceperat.* Nicephorus autem in *Breviar.* pag. 13, tradit eum fuisse ictu spiculi vulneratum ad labia, et ad imum pedis talum. Vide *Heracliad.* Acroas. 1, v. 104, et acroas. 2, v. 166.

118. Σὲ, supple εὐτρεπίζειν.

120. Heraclidem vocat Constantinum facta ad Herculis et Heraclii nomen duplici allusione.

Digitized by Google

Sume tractanda arma genitoris acuta,
Cessare fac venenum echidnæ Persicæ,
Contunde aculeos scorpionum Istri.
Habes promptos ad opus commilitones,
Per quos manes invulnerabilis, armatos habens
Ex eo, qui te generavit immaterialiter.
A quo cum sis genitus, sine patre es magis.
Nostrarum enim carnalium conceptionum
Spiritus, qui generat, potius pater exsistit.

A Κίνησον ὅπλα πατρικὰ τεθηγμένα,
Παῦσον τὸν ἰὸν τῆς ἐχίδνης Περσίδος,
Θλᾶσον τὰ κέντρα τῶν παρ' Ἴστρῳ σκορπίων.
Ἔχεις ἑτοίμους εἰς ἀνάγκην συμμάχους,
Δι' ὧν μένεις ἄτρωτος, ὁπλίτας ἔχων
Ἐκ τοῦ σὲ γεννήσαντος ἐξ ἀΰλίας·
Ὑφ' οὗ κτηθείς, ἀπάτωρ γίνῃ πλέον·
Τῶν γὰρ παρ' ἡμῖν σαρκικῶν κυημάτων
Ὁ πνεῦμα γεννῶν, πατρικώτερος μένει.

NOTÆ.

122. Persas viperis comparat, eo quia per longum temporis spatium filii parentes suos occiderint, ut regno potirentur. Vide *Heracliad.* acroas. 2, v. 191 et seqq., ubi Persas ἐχίδνης οὐσίαν *viperæ substantiam*, vel *genus* vocat.

123. Abares *scorpiones* nominat, ut eorum indomitam naturam, morumque feritatem designet. Apuleius, *Metam.* IX, pag. 284 : *Nosti quemdam civitatis nostræ Barbarum decurionem, quem Scorpionem præ morum acritudine vulgus appellat.* De Abaribus vide poemat. *De bello Abarico.*

125. Per ὁπλίτας, quibus astantibus ait nihil timendum esse Constantino, angelos intelligit, quos ejus custodiæ innuit esse traditos a Deo.

127. Cur ipsum Constantinum *immaterialiter generatum*, et ἀπάτορα *sine patre* vocet, præstat audire ex Lactantio, *Opif. Dei*, cap. 19, qui Pisidæ lucem afferet opportunam : *Serendarum animarum ratio uni ac soli Deo subjacet.*

Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi,
Omnibus ille idem pater est,

ut ait Lucretius (lib. II, v. 990); *nam de mortalibus non potest quidquam nisi mortale generari : nec patari pater debet, qui transfudisse, aut inspirasse animam de suo nullo modo sentit ; nec si sentiat, quando, aut quomodo id fiat, habet animo comprehensum. Ex quo apparet, non a parentibus dari animas, sed ab uno eodemque omnium Deo patre, qui legem, rationemque nascendi tenet solus ; siquidem solus efficit... Cætera jam Dei sunt omnia, scilicet conceptus ipse, et corporis informatio, et inspiratio animæ, et partus incolumis, et quæcunque deinceps ad hominem conservandum valent : illius munus est, quod spiramus, quod vivimus, quod vigemus*, etc. His non contentus adeat Harvæum *De conceptione*, in libro *De generat.*, pag. 566.

MONITUM.

Georgii Pisidæ nomen longæ nimis oblivioni damnatum tandem ex editione Hexaemeri, vel poematis de opere sex dierum, quam sæculo XVI, exeunte Fridericus Morellius adornavit, factum esse celebre, ac tum primum prope orbi litterario innotuisse sciunt omnes viri eruditi, idque nos in Præfatione enucleatius declaravimus. Hoc ipsum autem opus, etsi omnium primum typis editum fuit, primi tamen loci sedem occupare noluimus, ea potissimum ratione ducti, quod non videatur a nostro auctore ante alia poemata conscriptum. Etenim de prima et secunda Heraclii expeditione, quas præmisimus Acroases, Georgium nostrum, antequam Hexaemeron edidisset, jam habuisse confectas ex eo conjici posse censemus, quod in fine hujusce poematis versu 1867, legitur. Ibi enim ipse Patriarcham Sergium ita pro Heraclio orantem inducit.

Οὕτω γὰρ ἕξει πιστὰ νικητήρια
Νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας.
Ita enim suæ fidei tropæa obtinebit,
Post secundam ab hostibus relatam victoriam.

Quod quidem anno J. C. 628, evenisse constat. Cum igitur suas in Chosroam expeditiones Heraclius confecisset, quando Pisida Hexaemeron vulgavit, jure meritoque, ut temporum servaretur ordo, quæ de illis agunt poemata, prima in sede erant collocanda, atque hic omnino suus locus erat Hexaemero tribuendus. Nemini autem dubium esse potest, eum quem multa pietate insignem nobis repræsentat in principio, et in sine suæ Cosmopoeiæ Pisida, fuisse Sergium patriarcham CPolitanum : is enim eo tempore clarus vivebat, quo Heraclius Persas devicit, necdum suam de una in Christo voluntate impiam sententiam protulerat, sed suis tantum amicis clanculum aperuerat. Magnam quippe sui spem dederat Sergius, cum ad patriarchatum, Thoma sanctissimo viro defuncto, promotus est; ipsum enim optimum antistitem futurum esse prædixerat B. Theodorus Siceota, qui Eleusio teste apud Surium in *Vita Theodori*, die 22 Aprilis, Constantinopolitanos ob Thomæ mortem mœrentes ita solatus est : *Nolite, modicæ fidei homines, et pusillanimes dolere, et conqueri; qui enim futurus est patriarcha non minus nos diliget*, ac deinde ad Sergium conversus, *confirma*, inquit, *te, et robustus sis, atque viriliter age : Deo enim confisus spero administrationem tuam et diuturnam, et præclaram fore.* Merito igitur ille dignus habitus est a Georgio Pisida, qui tantis laudibus exornaretur, cum nondum instar Saul in pejus mutatus Monothelitarum dux et antesignanus esset factus, sed omni virtutum genere conspiciendus exsisteret. Certe Pisida, a Sergio se edoctum, et mysticis doctrinis eruditum statim ostendit in principio poematis : ita enim eum alloquitur v. 32 :

Ἧκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας
Καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς δρόσου.
Venio tibi ablaturus inculti cordis
Fructus cultos, et irrigatos tuo rore, etc.

Eumdem autem multa pietate clarum, et mira precum vi pollentem demonstrat in fine, ubi illum tacite, atque ex intimo cordis recessu, non articulate, et distincte orantem inducit ; eo quod ex abstinentia, et jejuniis verba proferre nequiret, v. 1880 :

Ὁ πατριάρχης ταῦτα κράζει, καὶ λέγει,
Κἂν ἐστιν ἰσχνόφωνος ἐξ ἀσιτίας.
Hæc patriarcha inclamat, et dicit,
Quamvis vocem habeat attenuatam jejuniis.

Sed plura alibi de Sergio dicenda occurrent.

Digitized by Google

Nunc his rebus breviter constitutis, tria sunt, quæ nobis consideranda proponimus, ut operi Pisidano claritas affundatur. I.) Qui vel ante, vel post Pisidam, in Hexaemeron scripserint. II.) Quomodo Pisida in Hexaemeron scripserit. III.) Contra quem Pisida Hexaemeron scripserit.

I. *Qui ante, vel post Pisidam in Hexaemeron scripserint.*

De opificio mundi, quo sane nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem, nec majus ad molem, mirum quot omni ætate celeberrimi viri exstiterint, qui consulto scriberent, aut admiratione tanti operis capti, aut sapientiæ studio inflammati. Huc enim referre quis valeat, quæcumque ab antiquis philosophis, et poetis de theogoniis, de chao, de primis rerum principiis, de materia, de elementis, ingeniose ne magis dicam, an nugaciter, solerterne; an insipienter excogitata hinc inde sunt tradita : unde veluti ex Alpibus fluvii, tot de prima mundi origine, et constitutione sunt enatæ sententiæ, et in varias, multiplicesque sectarum, academiarumque divisiones sunt propagatæ. At vero illi dum multa animi contentione, ut plurimum sapere viderentur, contendebant, ut nihil tandem saperent effecerunt : *Vani quippe homines sunt, in quibus non subest scientia Dei.* (Sap. XIII).

Nos igitur veterum poetarum, philosophorumque commenta libenter omittimus : neque enim Orpheum laudabimus, qui teste Suida περὶ θεογνωσίας λόγους *Tractatus de cognitione Dei* reliquit, quique, ut nonnullis placet, mysticæ doctrinæ inter veteres primus, quamvis Lino posterior, habendus est magister; non Linum ipsum, cujus auditor fuit Orpheus, memorabimus, qui de mundi origine disserens, omnia in momento creata esse dixit; non Musæum Orphei discipulum, qui ὑποθήκας *vitæ præcepta* ex eodem fonte et principio deducta versuum fere quatuor millibus scripsit; non Thamyridem musicum, cantoremque forma præstantissimum, quem κοσμογονίαν πενταχιλίοις στίχοις *mundi creationem quinque millibus versuum* scripsisse tradit Tzetzes *Chiliad.* VII, 108; non Abarim Scythain, quem θεογονίαν καταλογάδην *Theogonium soluta oratione* litteris mandasse testatur Suidas; non Hesiodum Aseræum, cujus exstat θεογονία, nec nonaliud celeberrimum poema, cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι; non Antimachum Ægyptium Heliopolitanum, qui eodem Suida auctore κοσμοποιΐαν ἐν ἔπεσιν ἡρωικοῖς νψπ', versibus heroicis 3780. *Cosmopœiam* conclusit; non Ovidium, cujus *Metamorphoseon* libri omnium manibus teruntur; non denique primæ, ac barbaricæ, elegantiorisque inde secutæ philosophiæ auctores nominabimus : verum illos tantummodo præstantes viros, qui in creatione mundi enarranda Mosem sibi ducem elegerunt, recensendos putamus, ut quæ Pisidæ mens fuerit in hoc poemate scribendo, clarius elucescat. Cum vero maxima sit hujusmodi scriptorum copia, neque ullus fere sit ex SS. Patribus, et veteribus scriptoribus, qui in Genesim aut fuse, aut carptim aliqua non sit commentatus, nobis quidem in animo non est ea singula referre : præsertim cum de illis longum catalogum retexere supervacaneum videri possit, post multam in hoc negotio insumptam operam a Sixto Senensi, et longe felicius, accuratiusque a Jacobo Le Longio. Igitur de scriptoribus ecclesiasticis duntaxat, qui usque ad sæculum XIII, in Hexaemeron ea mente potissimum scripserunt, ut Ethnicorum impietatem, hæreticorumque deliramenta refutarent, nonnulla leviter attingere e re fore putavimus; atque ut lectorum commoditati, et ipsius tractationis claritati inserviremus, Auctorum nomina, et scripta in tres classes, ordine chronologico inique servato, digessimus, eos in deperditos, A ineditos, et editos distinguentes. Neque actum nos agere quisquam dixerit : quamvis enim Sixtus Senensis, Guillelmus Cave, Casimirus Oudinus, et Jacobus Le-Longius in suis quidem laboriosis, iisdemque exquisitissimis Commentariis omnia ecclesiasticorum. Scriptorum opera complexi fuisse videantur; nemo tamen, quotquot in *Hexaemeron* scripserunt, ita in unum omnes contulit, ut quæ fuerit eorum mens, in hisce elucubrationibus conficiendis pateret, quod nos præstitisse confidimus. Itaque si aliqua inde utilitas erit legentibus, diligentiam nostram probatum iri speramus.

CLASSIS I.

Variorum auctorum Commentarii in Hexaemeron deperditi.

Μικρογένεσις, sive λεπτὴ γένεσις, *Parva genesis*, opus apocryphum, cujus fragmentum exstare in duobus Codicibus mss. Bibliothecæ Vindobenensis testatur Lambecius in *Comment.* lib. I, pag. 28. B Eruditissimus Vir Albertus Fabricius in *Cod. pseudep. Vet. Test.* tom. I, pag. 849, varia loca collegit ex scriptis sancti Hieronymi, Zonaræ, Georgii Syncelli, Glycæ, et Georgii Cedreni, in quibus *De creationis operibus* secundum *parvæ Geneseos* auctoritatem fit sermo.

Papias Asianus, ab Anastasio Sinaita *Contemplat. Anagog.* lib. VII : ὁ πάνυ Ἱεραπολίτης τοῦ ἐν τῷ ἐπιστηθίῳ φοιτήσας dictus *vir clarissimus Hieropolitanus, qui discipulus fuit Apostoli, qui supra pectus recubuit*, scripsit in Hexaemeron, ipso Anastasio teste, omnia ad Christum deflectens. Hoc autem opus esse λογίων κυριακῶν ἐξήγησιν *oraculorum divinorum explanationem*, quam Papiam confecisse plures testantur, non videtur dubitandum, cum sanctus Irenæus, lib. V, cap. 33 nil aliud præter quinque explanationum libros scripsisse Papiam subnotet.

Sanctus Justinus martyr, philosophus Christia- C nus, qui claruit anno 140, scripsit ὑπομνήματα εἰς Ἑξαήμερον *Commentarios in Hexaemeron*, e quibus nonnulla loca servata leguntur in lib. VII *Contemplat.* Anastasii Sinaitæ, quæ quidem Græce edidit J. Ernestus Grabius in Spicilegio Patrum, tom. II, pag. 195.

Sanctus Pantænus, quem alii Palæstinum, alii Alexandrinum, alii denique Siculum faciunt, eo quod *Apis Sicula* a sancto Clemente, *Strom.* lib. I, qui eum habuit magistrum, dictus inveniatur, vir sane clarissimus, e Stoico Christianus philosophus factus, qui obiit anno 213, scripsit, Anastasio Sinaita teste lib. I, aliquid de *Hexaemero*, ita tamen ut omnia ad Christum, et Ecclesiam referret.

Sanctus Clemens patria Alexandrinus, seu, ut malunt alii, Atheniensis, qui floruit circa finem secundi sæculi, ἱερὸς ἀνήρ, ut ait Theodoretus *Hæret. fab.* lib. I, c. 6, καὶ πολυπειρίᾳ ἅπαντας ἀπολιπών, *vir sanctus, et qui doctrinæ copia omnibus antecelluit*, D scripsit ad mentem sui præceptoris sancti Pantæni *Hypotyposeon libros* VIII, et περὶ τοῦ ἕνα εἶναι τὸν Θεὸν, *quod unus idemque sit Deus Veteris, et Novi Testamenti*, et *Commentarium in Genesim*, et *De Providentia* librum; quæ omnia intercidisse dolendum est.

Rhodon ex Asia oriundus, qui claruit circa an. 189, scripsit *Commentarium in Hexaemeron*. De eo sanctus Hieronymus *in Catalogo Script.* sic loquitur : *Rhodon Tatiani auditor temporibus Commodi, et Severi in Hexaemeron elegantes tractatus scripsit.*

Sanctus Irenæus, Smyrna ut videtur oriundus, sancti Polycarpi discipulus, Ecclesiæ Lugdunensis episcopus, qui claruit sæculo III ineunte, scripsit, ut quibusdam placuit, tempore Photii, librum περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, *de natura universi*. Verum idem Photius cod. 48 hanc opinionem refellit, ut mox dicemus.

Candidus, sancti Maximi æqualis, qui claruit an.

Digitized by Google

196 scripsit *Tractatum in Hexaemeron*, teste Eusebio Cæsariensi lib. v *Hist. eccles.*, et sancto Hieronymo, *de script. eccles.* cap. 28, ac primus quidem omnium, si Nicephorum audis. Sed ne unum Philonem Judæum commemorem, de quo suo loco erit dicendum, patet idem argumentum ab aliis fuisse tractatum.

Apion, qui male apud Rufinum Appius vocatur, Græcæ facundiæ professor, qui floruit circa an. 200, scripsit *in Hexaemeron*, teste Eusebio, et Hieronymo. Vide Fabricium, *Bibl. Gr.* lib. v, cap. 1.

Caius Presbyter, et episcopus gentium ordinatus, qui sæculo III ineunte florebat, scripsit librum Περὶ τοῦ παντὸς *De universo*, vel Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, *De natura universi*, hisce diversis titulis inscriptum, ut testatur Photius cod. 48, qui Josepho, Justino martyri, et Irenæo dicit a quibusdam fuisse tributum ; sed revera Caii esse contendit, aut si mavis Caium ejusdem argumenti librum confecisse affirmat : ipse enim Caius in fine alterius operis sui, qui *Labyrinthus* erat inscriptus, auctorem libri *De natura universi* aperte se dixerat. Verum cum in tractatu, quem legit Photius, non satis clare indicaretur, quid de hac re sentiendum esset, non audet asserere, idemne sit liber, an alter. Illud autem pro certo tradit, totum in eo fuisse auctorem, ut probaret, Platonem secum pugnare : quo testimonio nituntur, qui hunc tractatum sancto Hippolyto ascribi malunt.

Sanctus Hippolytus, Portus Romani episcopus, sancti Irenæi discipulus, et doctor Ecclesiæ γλυκύτατος, καὶ εὐνούστατος *dulcissimus, et bene animatus*, ut in sancto Joan. Chrysostomo *Hom. de Pseudoproph.*, dicitur, qui martyr occubuit ann. 235, scripsit εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον, *in Hexaemeron, et in ea, quæ post Hexaemeron*. Quæ multum erudite ad id probandum disputantur, videsis in Stephano Le Moynio, in *notis ad varia Sacra*, pag. 969, in Fabricio, pag. 80 *Op. S. Hippolyti ;* in Cave, *Ad Hippolytum*. et in *Hist. Litter.* Gallorum, atque Francorum a PP. Benedictinis nuper edita, tom. I, part. I, pag. 372. Sancto Hippolyto etiam liber *De natura universi* tribuitur, ut supra in *Caio* indicatum est.

Methodius, Eubulius dictus, primum Patarenorum, deinde Tyri episcopus, qui sæculo III exeunte vixit, scripsit Περὶ τῶν γενητῶν, *De rebus creatis*. Deperditi operis specimen nobis conservavit Photius in cod. 235. Hunc librum, contra id, quod Cave censuit, quid diversum fuisse arbitramur a Commentariis *in Genesim*, quos inter Methodii scripta recenset sanctus Hieronymus : nam ex excerptis Photii, qui alioquin diligens est in notandis librorum titulis, quos legit, colligitur, tractatum *De rebus creatis* non ad Commentariorum, sed potius Dialogi, vel Apologiæ formam fuisse conscriptum.

Eusebius Emessenus, qui circa annum 360 mortuus est, scripsit *De operibus sex dierum congruenter litteræ, missis allegoriis :* quod diserte testatur Anastasius Sinaita, lib. VII. In Catalogo librorum Syrorum Ebed-Jesu metropolitæ Sobensis, quem post Abrahamum Ecchellensem recudendum curavit Jos. Simon Assemanius in *Bibl. Orient.* tom. III, pag. 44, recensentur *Quæstiones Eusebii in Vetus Testamentum*, quas esse opus ab Anastasio laudatum forsan credendum est.

Theophilus, Alexandriæ episcopus, qui sæculo IV labente floruit, scripsit Gennadio teste *De script.*, cap. 33, *adversus Origenem, unum et grande volumen*. Quod opus ab eo fuisse confectum, ut Origenem erroris argueret, qui creationis historiam per allegorias interpretatus est, non est dubitandum. Aperte enim Anastasius, *loc. cit.* testatur Theophilum unum fuisse ex iis, qui sua scripta *de sex Dei operibus* ad litteram exposuerunt, ut Origenis laborem vanum fuisse ostenderent.

Heliodorus, presbyter Pictaviensis, qui claruit anno 340, scripsit librum unum *De naturis rerum exordialium*, in quo ostendebat unum esse principium, nec quidquam cœternum Deo. Gennadius, *De script.*, cap. 6. Vide *Hist. litter. Gallorum, et Franc.* tom. I, part. II, pag. 190.

Philo a sancto Epiphanio Carpasiæ episcopus ordinatus, qui circa finem sæculi IV floruit, videtur aliquid scripsisse in *Hexaemeron*. Fidem facit Cosmas Indico-Pleusta, a quo pag. 330, ita citatur : Φίλωνος ἐπισκόπου Καρπάθου εἰς τὸ ἑξαήμερον· *Philonis Carpathii episcopi in Hexaemeron.*

Ammonius, genere Ægyptius, monachus Alexandrinus, qui ut Cave putavit sæculo IV, exeunte vixit, scripsit *Enarrationes in opus sex dierum*, quas commendat Anastasius in prologo *Homil Anagog.* ipsum Ammonium, quem etiam in *Hodego*, pag. 278, laudat, probatissimum Ecclesiæ Alexandrinæ ἐξηγητὴν appellans.

Q. Aurelius Prudentius Clemens, gente Hispanus, poeta Christianus, qui claruit anno 405, scripsit more Græcorum *Commentarium de fabrica mundi usque ad prævaricationem primi hominis*, cujus meminit Gennadius cap. 13.

Theodorus Syrus, Antiochenus, sancti Joan. Chrysostomi primum amicus, Mopsuestiæ in Cilicia episcopus, qui obiit anno 428, scripsit *Commentarium in Hexaemeron*, sive ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως septem tomis distributam, ut ait Photius cod. 38. Ejusdem opera e Græca in Syriacam linguam olim fuisse conversa testatur Liberatus in Breviario, cap. 10 Versionis autem auctorem fuisse Ibam Edessenum episcopum patet ex actione 10 concilii Chalcedonensis. Vide Assemanium, *Bibl. Oriental.* tom. III, pag. 30.

Salvianus, Coloniæ Agrippinæ natus, Ecclesiæ Massiliensis presbyter, qui claruit anno 440, scripsit *librum unum in Hexaemeron, in modum Græcorum versu compositum*. Gennadio teste, cap. 67. In veteri ms. Corbeiensi pro *versu* est *quasi versuum*, quæ lectio valde obscura est. Hoc Salviani opus anonymus quidam in Tillemontio, tom. XVI, pag 193, de Tertulliano disserens fieri posse suspicatur, ut hoc sit *Poema de Genesi*, quod inter opera Tertulliano ascripta numeratur.

Moses Bar-Cepha, Jacobita Syrus, episcopus Mosul, qui claruit circa finem sæculi IX, scripsit Hexaemeron Syriace. Vide Assemanium, *Bibl. Orient.* tom. II, pag. 127. Eum floruisse circa annum 480, et sancto Joan. Chrysostomo σύγχρονον fuisse addubitat card. Bona in Analectis liturgico-sacris a D. Roberto Sala ad calcem *Epistolarum Select.* ejusdem cardinalis nuper editis.

B. Anselmus, Augustæ prætoriæ natus, abbas Beccensis primum, postea Cantuariensis in Anglia episcopus, qui obiit anno 1109, scripsit *librum unum in Hexaemeron*, si Trithemio id asserenti in Chronico Hirsaug. credimus, et Sixto Senensi, qui Trithemium est secutus, quod a scriptorum ecclesiasticorum nomenclatoribus non est observatum. In antiquioribus sancti Anselmi editionibus exstant libri duo *de imagine mundi*, ad quos respexisse Trithemium facile est credere. Cæterum hosce etiam libros *De imagine mundi* a sua editione operum sancti Anselmi exclusit P. D. Gabriel Gerberonius, quod cujus sint, satis non constet : ut enim ipse in principio tom. I, animadvertit ex titulis diversorum codicum, variis auctoribus tribuuntur. P. Echard tom. I, pag. 232 *De Script. Ord. Prædicat.* hoc unum ex duabus antea ineditis epistolis evincit, auctorem esse quemdam Honorium appellatum, sive ille sit monachus Anglus, ut placet Theophilo Raynaudo, sive Augustodunensis, ut Labbæus contendit.

Arnulphus Gallus, monachus Bellovacensis, Lanfranci discipulus, episcopus Roffensis, qui obiit ann. 1124, scripsit *De operibus sex dierum libros duos*, teste Le Longio, tom. II, pag. 616, qui Pos-

Digitized by Google

sevinum secutus est in *Append. sacr.*, tom. I, pag. 514. Verum quæ a Possievino tribuuntur Arnulpho ad Arnaldum Bonævallis in Carnotensi episcopatu abbatem, sub cujus nomine prodierunt, pertinere jamdiu exploratum est.

Honorius Augustodunensis Ecclesiæ presbyter, qui claruit anno 1130, scripsit *Neocosmon de primis sex diebus* : vide Le Longium, ibid., pag. 781, Neocosmon Honorii idem opus esse ac *Synopsim mundi*, sive libros de *imagine mundi*, qui inter opera Sancti Anselmi olim recensebantur, quique variis auctoribus sunt affixi, ut dictum est supra in Sancto Anselmo, dicendumque erit in Guillelmo de Conchis, non videtur esse amplius dubitandum.

Bartholomæus de Luca, per syncopem Tholomæus, Lucæ in Etruria natus, Sancti Thomæ Aquinatis discipulus, et socius, qui sæculo XIII, labente florebat, scripsit Hexaëmeron, quod tamen quale sit, et ubi sit, assequi se non potuisse fatetur P. Echard, tom I, pag. 343.

Zachæus Surensis, id est e Sura Babyloniæ urbe, scripsit *admirabilem mundi demonstrationem*, Syriace, teste Ebed Iesu in Catalogo librorum Syrorum apud Assemanium *Bibl. Orient.* tom III, pag. 352.

Deperditorum auctorum Classem claudam illud referens, quod ad rem nostram de quodam Tyrrheno ait Suidas in v. Τυρρηνία, qui sex dierum opificium pro libitu suo fabulose est interpretatus, ita tamen ut Mosis historiam se legisse clarissime demonstret.

Ἱστορίαν δὲ παρ' αὐτοῖς (Τυρρήνοις) ἀνὴρ ἔμπειρος συνεγράψατο· ἔφη γὰρ τὸν δημιουργὸν τῶν πάντων Θεὸν δώδεκα χιλιάδας ἐναυτῶν τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ φιλοτιμήσασθαι, καὶ ταύτας διατεῖναι τοῖς ιβ' λεγομένοις οἴκοις· καὶ τῇ μὲν α' χιλιάδι ποιῆσαι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· τῇ δευτέρᾳ τὸ στερέωμα τοῦτο τὸ φαινόμενον, καλέσας αὐτὸ οὐρανόν· τῇ τρίτῃ θάλασσαν, καὶ τὰ ὕδατα τὰ ἐν τῇ γῇ πάντα· τῇ δ' τοὺς φωστῆρας τοὺς μεγάλους ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας· τῇ ε' πᾶσαν ψυχὴν πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν, καὶ τετραπόδων, ἐν τῷ ἀέρι, ἐν τῇ γῇ, ἐν τοῖς ὕδασι· τῇ ς' τὸν ἄνθρωπον. Φαίνεται οὖν τὰς μὲν πρώτας ἓξ χιλιάδας πρὸ τῆς τοῦ ἀνθρώπου διαπλάσεως παρεληλυθέναι· τὰς δὲ λοιπὰς ἓξ χιλιάδας διαμένειν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· ὡς εἶναι τὸν πάντα χρόνον τῆς συντελείας μέχρι χιλιάδων δώδεκα· *Apud eos (Tyrrhenos) vir peritus Historiam scripsit, in qua ait opificem verum omnium Deum duodecim annorum millia universi hujus creationi impendisse, resque omnes in domos duodecim ita dictas distribuisse ; ac primo quidem millenario fecisse cælum, et terram : altero fecisse firmamentum illud, quod appareat, idque cælum vocasse : tertio mare, et aquas omnes, quæ sunt in terra : quarto luminaria magna, solem, et lunam, itemque stellas : quinto omnem animam volucrum, et reptilium, et quadrupedum in aere, terra, et aqua degentium. Videntur igitur primi sex millenarii ante formationem hominis præteriisse, et reliquos sex millenarios duraturum esse genus hominum : ut sit universum consummationis tempus duodecim millium annorum.*

CLASSIS II.

Variorum auctorum Commentarii in Hexaemeron nondum editi, quos tamen in bibliothecis mss. asservari compertum est.

Aristobulus Hebræus, philosophus Peripateticus, quem laudat Clemens Alexandrinus, Strom. lib. I et V., necnon Eusebius, *Præp. Evang.* lib. XIII, cap. 12, *Commentarios explanationum in Mosem ad Ptolemæum Philometorem*, olim exaravit, atque edidit. Utrum hic Aristobulus ille fuerit, de quo fit mentio in libro II. Machab. I, 10, disputant Critici, inter quos præcipue consulendi Jos. Scaliger in notis ad Eusebii Chronicon, et Jos. Poterus in loc. cit. Strom. Sancti Clementis lib. V. Putarunt nonnulli Commentarios Aristobuli haberi Florentiæ in codice Bibliothecæ Mediceæ, et Mantuæ exstare in alio codice apud Patres Benedictinos : ingens enim ejus opus Græca lingua scriptum utrobique latere olim testatus est Buxtorfius, pag. 33, ad librum Cosri, quod et Philonem ipsum tam doctrina, et præstantia, quam ipsa etiam forma superaret, neque aliud quam idoneum interpretem exspectaret!

S. Epiphanius, gente Palæstinus, Salaminæ, ve. Constantiæ in Cypro episcopus, vir eruditissimus, qui sæculo quarto labente claruit, scripsit in Hexaemeron, Anastasio Sinaita teste lib. VII, a quo verbis, et factis sanctissimus vocatur. In codice ms. theologico Græco 89. Bibl. Vindob. exstat opus Sancti Epiphanii hoc titulo, *Recensio viginti duorum operum Hexaemeri creationis mundi*, ut videre est in Lambecio, lib. III, pag. 196. Oudinus Petavium secutus putat, hoc opus ad Epiphanium juniorem, qui sæculo IX vixit, pertinere. Ego sane nihil temere statuere velim : sed cum ab Anastasio citetur Sancti Epiphanii nescio quod scriptum in Hexaemeron, inquirendum censeo diligentius, an illud esse possit memorata *Recensio operum*, etc.

Victorinus in confinio Græciæ natus, Petavionensis in Pannonia episcopus, et Martyr, qui floruit circa annum 290, scripsit tractatum *de fabrica mundi*, quem apud se habuisse ex vetusto codice transcriptum testatus est Guillelmus Cave, quemque inseruit ad an. 290 suæ historiæ litterariæ. Recte autem intellexit id aliud non esse, quam quoddam ἀποσπασμάτιον ex Commentariis, quos sanctum Martyrem scripsisse in Genesim ferunt.

Jacobus Sapiens, vel Magnus dictus, civis et Episcopus Nisibensis, qui obiit anno 338, scripsisse dicitur Hexaemeron, vel *Historiam creationis, et rerum creatarum ad Constantinum* Syriace, quam exstare in biblioth. Lugduno-Batava, num. 87, et in Colbertina, n. 2148, testantur Cave, et le Longius. Verum cl. viro Jos. Simonio Assemanio primum addubitatum est opera omnia, quæ Jacobo Nisibensi a Gennadio tribuerentur, Jacobo potius Sarugensi esse adjudicanda : cum autem postea intellexisset revera exstare quosdam codices, qui Jacobi Nisibeni Sermones continerent, sententiam suam ingenue retractavit. Laudatos Sermones ex codice Armenico Latinos factos nuper edidit vir ecclesiastica eruditione, ei morum probitate spectatissimus Nicolaus Antonellius, nuper cardinalis factus, ex quibus tamen non probatur, Jacobum Nisibensem *de mundi creatione* scripsisse. Contra vero cum Assemanius testetur ad calcem codicis Nitriensis 13, sub nomine Jacobi Sarugensis venire sermonem mutilum *de opere sex dierum*, jam non erit dubitandum, cui sit opus in Hexaemeron ascribendum. Consulat *Bibliothecam Orient.* tom. I, pag. 23, 339, et 488, qui plura de hac re nosse velit : atque inde intelliget, alium etiam exstitisse Jacobum Edessæ episcopum, *Commentatorem librorum* appellatum, qui cum Nisibeno, et Sarugensi passim confunditur, quique, ut Assemanio placet *Bibl. Orient.* tom II, pag. 295, *Historiam creationis ad Constantinum*, quam superius memoravimus, scripsit, et Abulpharagio teste in Hexaemeron pariter Commentarios edidit.

Andreæ archiepiscopi Lundensis ante annos 450 clari Hexaemeron ms. carmine heroico memorat Stephanius in notis ad Saxonem grammaticum, pag. 11.

Auxilius, cujus patria ignoratur qui tamen sæculo IX labente vixit, quique a papa Formoso fuit ordinatus, scripsit capit. 137, *in Hexaemeron* : si tamen ille Auxilius, cui hæc capita in codice ms. Bibliothecæ Casinensis adscribuntur, unus idemque est ac ille, quem laudamus, de quo videnda *Hist. litter. Gallorum, atque Franc.* tom. VI, pag. 526. Hujus operis nulla certe mentio apud scriptorum ecclesiasticorum nomenclatores, et ne in Dupinio

Digitized by Google

quidem, etsi de hoc auctore fuse disserat, sæc. IX, pag. 527.

Emmanuel, doctor Syrus, qui sæculo IX exeunte vixit, scripsit librum *De opere sex dierum*, carminibus Syriacis, ut testatur Ebed-Jesu in Catalogo librorum Syrorum apud Assemanium *Bibl. Orient.* tom. II, pag. 499, et tom III, pag. 277, qui codicem in bibl. Vatic. exstantem describit, in quo omnia, quæ Emmanuel scripsit, continentur. Ex recensione autem capitum, quæ ibidem legitur, Emmanuelem eadem via, quam Pisida tenuit, institisse dignoscitur : ab utrisque enim idem argumentum eodem fere modo tractatum est.

Sanctus Odo Gallus, abbas Cluniacensis, et monasticæ disciplinæ in Galliis restitutor, qui obiit anno 942, scripsit opus, cui titulus : *Occupationes*, in quatuor libros divisum, quorum primus agit *De opificio Dei*, sive *De opere sex dierum*, secundus *De creatione hominis*, etc. Libellos hosce exstare mss. in Bibliothecis Cluniacensi, et Carmelit. Excalceat., et Sancti Juliani Turonensis testantur auctores *Hist. litt. Gallorum*, tom VI, pag. 545.

Niceta Serron, Heracleæ Ponti in Thracia Metropolita, qui claruit anno 1077, reliquit *Collectionem expositionum* ex pluribus scriptoribus in Hexaemeron. Citatur hoc opus inter codices Bibliothecæ Seguerianæ pag. 18. Verum in bibliotheca Coisliniana, quæ olim fuit Segueriana, non alius est codex continens Nicetæ Serronis opera, quam CXC. in quo est *Collectio* mutila in *Psalterium* ex SS. Patribus, quæ tamen integra edita fuit a P. Balthasare Corderio in *Catena Patrum*.

Guillelmus de Conchis, ex oppido hujus nominis diœcesis Ebroicensis in Neustria sic appellatus, non monachus, ut Possevinus ait in *Appar. sacr.* tom. I, sed sæcularis, vir sua ætate insignis, qui claruit an. 1150 scripsit, si fides eidem Possevino, quem exscripsit Oudinus, *libros triginta super opere sex dierum*. Verum P. Echard tom. I, pag. 235, validis argumentis probat deceptum esse Possevinum, opusque ab eo citatum esse Vincentii Bellovacensis dicti, de quo in tertia classe verba faciemus. Guillelmum de Conchis tamen hisce similia scripsisse laudatus P. Echard ex codice a se viso in Victorina, n. 769, testatur, scilicet : *Tractatum philosophiæ in particulas quatuor divisum, de causa rerum, sive de Deo; de cœlo, ac de sphæra; de aere, et de zonis ; de terra, et homine*, etc., ex quibus sane operibus multa ad utilitatem suam contraxit Vincentius, qui Guillelmum ipsum, a quo ea sumebat, nominat : unde error Possevini natus est.

Simon Magister, et Logotheta, qui claruit an. 1170, scripsit *in mundi opificium ex Genesi, et Chronicis opus collectum*. Codicem hæc ipsa continentem fuisse olim asservatum in Bibliotheca Messanensi Sancti Salvatoris testatur Possevinus. Sed de hoc auctore consulendus Oudinus ad an. 1150, p. 1505.

Robertus Scriba, Anglus, Cœnobii Bridlentonensis Præses, qui claruit anno 1190, scripsit *De operibus sex dierum librum unum*. Hunc codicem exstare in bibl. collegiorum Oxon. colligitur ex catalogo n. 5165.

Salomon, ex Chalata Mediæ urbe oriundus, Episcopus Bassoræ, qui anno 1222 vivebat, fecit librum Spicilegii, *Apis* inscriptum, in quo *de creatione mundi, et operibus sex dierum* pro ingenio suo disputat; ut videre est in Assemanii *Bibl. Orient.* tom III, pag. 311, qui hujus operis specimen edidit ex duplici codice Syriaco in bibliotheca Vatic. asservato.

Gregorius Bar-Hebræus, qui et Abulpharagius appellatur, scriptorum Jacobitarum facile princeps, qui obiit anno 1286, scripsit Theologiam, cui titulus, *Candelabrum sanctorum de fundamentis ecclesiasticis*, quod opus cum in XII fundamenta sit divisum, *de natura universi, de conditu mundi, et de opere sex dierum* agit in secundo. Arabice scriptum exstare in bibl. Regia Parisiensi testatur Renaudotius, tom. II, *Libr. Orient.* quod tamen ex Catalogo ejusdem bibliothecæ non liquet. Exstat autem Syriace in bibliotheca Medicea Palatina, et in Vaticana. Vide Assemanii *Bibl. Orient.* tom III, pag. 287, dissertissime de Abulpharagio loquitur.

Ebed-Jesu, hoc est *Servus Jesu*, Metropolita Sobæ, et Armeniæ, cognomento Bar-Bricha, id est *Filius Benedicti*, gente Chaldæus, secta Nestorianus, qui sæculo XIII exeunte vixit, præter alia, quæ in suo Catalogo librorum Syrorum se composuisse canit, scripsit librum *Margaritæ* de veritate religionis Christianæ, cujus excerpta ex codice Vaticano habes in Assemanio *Bibl. Orient.* tom III, pag. 352. In hoc opere Sobensis Metropolita, qui jubente suæ gentis patriarcha illud se suscepisse dicit, plura *de Deo mundi creatore, de Trinitate, et de Christo* in morem Pisidæ disputantur.

R. Juda filius Mosis, filius Halaowa scripsit tractatulum *de operibus sex dierum*, quem exstare in bibliotheca Urbino-Vaticana, n. 22, 58, et 48, testis est ex Bartoloccio Le Longius, tom. II, pag. 807. Verum hi codices in Catalogo codicum mss. Hebraicorum bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ, quem nuper ediderunt in lucem Stephanus Evodius, et Jos. Simon Assemanius, diversum inter se titulum exhibent : ibi enim ita legitur. codex 22, 3 : *R. Judæ fil. Mosis fil. Danielis Romani* Portæ, *sive tractatus philosophici ex sacra Scriptura, ex quibus tamen non nisi fragmentum tribus paginis comprehensum in hoc codice reperias*. Codex 58 : *Ejusdem tractatus philosophici tres, quorum primus tractat De opere sex dierum*. Codex 43, 2. *Aben Rasciad, sive Averrois liber De substantia cœlorum, sive orbis cœlestis, ex Latino idiomate in Hebraicum a R. Juda fil. Mosis fil. Danielis conversus*. Editores Catalogi Vaticani observarunt hunc Judam in codicibus præferre nomen *Romani*, et *Philosophi*, ac proinde male Bartoloccium duos Judas ex uno fecisse. Varia quidem opera ejusdem R. Judæ Romani et Philosophi nuncupati in eodem Catalogo Vaticano recensentur, quorum e numero est, *Commentum super opere Geneseos*, sive *creationis*, in fine mutilum, cod. Palatino-Vat. 191, 12, et *Expositio in sectionem in principio* philosophica quæ priora quinque capita Geneseos complectitur, cod. Urbino Vat. 290, 2. Utrum hæc omnia unum sunt cum tractibus supra enumeratis, alius viderit.

Opus in principio, *De operibus sex dierum* Hebraice. Librum ita inscriptum exstare in bibliotheca Vaticana num. 1295, ex Bartoloccio testatur Le Longius, tom. II, pag. 1046. Opus a Bartoloccio citatum esse *Tractatum Cabbalisticum* anonymi *in tres libros distributum*, quorum tertius *historiam de creatione*, vel *de operibus sex dierum* continet, non est dubitandum. Invenitur in Catalogo Vatic. relatus hic liber inter codices Palatino-Vatic. ad numerum 792. Nec mirum tantam esse numerorum varietatem, cum post Bartoloccium Codicum, ordinem in bibliotheca Vat. fuisse immutatum constet.

Explanationem sex dierum creationis ex Ambrosio, Augustino, aliisque exstare in bibliotheca Sancti Germani a Pratis cod. 300 affirmat Le Longius ibid. ; et plures codices, commentarios Rabbinicos in *Genesim* continentes, laudantur in Catalogo Vaticano.

CLASSIS III.

Variorum auctorum Commentarii in Hexaemeron typis editi.

Philo Judæus, patria Alexandrinus, ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος, ut in Josephi *Antiquitatibus* XVIII, 10, appellatur, qui claruit anno Christi 40, scripsit Περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιΐας, *de mundi opificio*, necnon Νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας πρώτας τῶν μετὰ τὴν Ἑξαήμερον, *Sacrarum legum allegorias post*

Digitized by Google

sex dierum opus. Habes hæc omnia in editionibus operum Philonis.

Theophilus Antiochenus, sextus ab apostolis Ecclesiæ Antiochensis episcopus, qui sæculo secundo labente floruit, scripsit *ad Autolycum libros tres*, in quibus potissimum probat, Mosis historiam esse antiquissimam, et verissimam, sed in secundo *De Dei operibus* agit disertissime. Pluries editos Theophili libros iterum luci donavit Joan. Christophorus Wolfius Gr. Lat. *Hamburgi*, 1724, in 12.

Origenes Alexandrinus, ob multam in scribendo insumptam operam χαλκέντερος, et *adamantius* dictus, plane stupendæ eruditionis vir, qui obiit anno 254, scripsit *in Genesim Tomos*, *Homilias*, *Scholia Tomos*, sive Commentarios ad *Hexaemeri* explanationem fuisse omnino elaboratos, deducitur ex fragmentis, quæ P. Carolus La Rue collegit, et in principio tomi secundi præfixit in nitidissima editione operum Origenis, quam Clementi XII Pontifici vere Maximo dicavit. Ipsum autem Origenem ab omnibus Patribus fuisse postea rejectum constat, eo quod allegoriarum studio abreptus vim intulerit Scripturæ; *neque enim*, ut ait Anastasius Sinaita lib. VII. *Contemplat.*, *cœlum sensile*, *neque terram*, *neque aquas*, *neque plantas vere plantas*, *neque stellas vere stellas*, *neque quidquam aliud convenienter litteræ intellexit*. Quod jam antea in Origene reprehenderat sanctus Basilius homil. 3, *in Hexaem.* 9.

Eusebius, Pamphili dictus, patria Palæstinus, vir pietate, et eruditione celeberrimus, qui sæculo tertio exeunte, et ineunte quarto vixit, plura, ut omnes norunt, scripsit pro re Christiana, sed libros XV Προπαρασκευῆς εὐαγγελικῆς, *Præparationis evangelicæ* ea videtur mente confecisse, ut Mosaicæ historiæ veritatem contra philosophos ethnicos vindicaret. Exstant editi hi libri cura Francisci Vigeri, *Parisiis* 1628, *in fol.*

Lucius Cæcilius Lactantius, Firmio natus, ob stili elegantium *Cicero Christianus* appellatus, qui claruit circa annum 320, scripsit *divinarum institutionum libros* VII, librum unum *De ira Dei*, et librum alterum *De opificio Dei*. Lactanti opera, quæ omnia mundi creationem, gubernationemque respiciunt, jam sæpe recusa iterum prodierunt cura Nic. Lenglet Dufresnoy, *Lutetiæ Parisiorum* 1748, tom. II, *in* 4.

Sanctus Eustathius, ex Side Pamphiliæ, episcopus Antiochenus, ἀνὴρ ὁμολογητὴς καὶ τὴν πίστιν εὐσεβὴς, *confessione clarus*, *et religione pius*, ut in sancto Athanasio, *Epist. ad Solit.*, qui claruit circa an. 325, scripsisse fertur εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπόμνημα, *in Hexaemeron Commentarium*, quem primum edidit Leo Allatius cum locupletissimis adnotationibus, *Lugduni* 1629, *in* 4. Sancto Eustathio tamen hunc Commentarium abjudicant critici viri Tillemontius, tom. VII *Hist. Eccles.*; Natalis Alexander, *Sæc.* IV; Cave, et Oudinus ad annum 325; et Fabricius, lib. V, cap. 21, qui omnes male consutarum ex alienis scriptis fabularum compilationem esse consentiunt.

Juvencus presbyter Hispanus, quem ut poetam, non ignobilem laudant antiqui, recentioresque auctores, scripsit circa annum 340 *librum in Genesim*. Edidit hunc primus in lucem Edmundus Martene *Vet. Script.* tom. IX, pag. 15.

Sanctus Athanasius, archiepiscopus Alexandrinus, orthodoxæ doctrinæ judex, ac vindex acerrimus, qui sæculo IV currente floruit, scripsit Λόγον κατὰ Ἑλλήνων, *Orationem contra Græcos*. Sanctus Hieronymus *De Script.* memorat duos *Contra Gentes* libros, quos tamen exploratum est non esse ab illis diversos, quorum alter, ut dictum est, *contra Gentes*, alter *De incarnatione* inscribitur. Qua ratione sanctum Athanasium inter auctores de opificio mundi agentes recenseamus, ii plane sentiunt, qui aurea hæc tanti doctoris scripta legerunt. Mira enim ille eloquentiæ vi opera creationis exornat, omnipotentiam Dei deprædicat, et gentium stultitiam, Manichæorumque impietatem exagitat: adeo ut cæteris aliis in hoc argumenti genere pertractando videatur antecellere. Exstant in primo tomo editionis Parisiensis a PP. Benedictinis Sancti Mauri comparatæ an 1698, *in-fol.*

Sanctus Ephræmus Syrus, ὁ θαυμάσιος καὶ πολυγραφώτατος ἀνὴρ, Nisibiæ in Mesopotamia natus, Ecclesiæ Edessenæ diaconus, qui obiit anno 378, scripsit *Explanationem in Genesim*, quæ primum prodiit Syriace, et Latine, *Romæ ex typographia Vaticana* 1737, *in fol.* Sanctum Ephræmum inter Scriptores de Hexaemero bene adnumeratum iri putavimus, quia tota ejus in Genesim explanatio circa *opera sex dierum* versatur, ac passim ab aliis auctoribus idem argumentum tractantibus citatur.

Sanctus Basilius Magnus, Cappadox, Cæsareæ civis, et Episcopus, ἄριστος ἐν πᾶσι τοῦ αὐτοῦ λόγοις, *in omnibus suis libris præstantissimus*, ut Photius ait cod. 141, qui obiit anno 378, scripsit *Homilias* IX *in Hexaemeron* multa admiratione dignas, ut verbis utar Suidæ in *v.* Βασίλειος. Quas Homilias accuratissime, elegantissimeque olim fuisse ab Eustathio Latine redditas testis est Cassiodorus *divin. Lect.* cap. 1, pag. 445. Sed de hac in vertendo elegantia non omnium idem est judicium. Hexaemeron Basilii interpretatus est etiam Dionysius Exiguus, una cum duabus homiliis *de creatione hominis*, quæ a nonnullis eidem Basilio sunt attributæ, ab aliis vero ejusdem fratri sancto Gregorio Nysseno. Exstant etiam aliæ Hexaemeri Basiliani versiones, quas inter celebratior est illa Joannis Argyropuli Byzantini, quæ habetur inter opera sancti Basilii edita Basileæ 1565, a Godefrido Filmanno recognita. Laudatæ homiliæ habentur in principio tomi I editionis Maurinæ, *Parisiis* 1721, *fol.*

Sanctus Ambrosius, origine Romanus, ortu Gallus, episcopus Mediolanensis, qui obiit anno 397, scripsit in Hexaemeron, sive *de operibus sex dierum*, nihil aliud pene agens, quam ut quæ Basilius in IX *Homilias distinxerat*, *in* IV *libros* contraheret, et Latina redderet. Basilium enim, et Ambrosium legenti patet, hunc esse alterum plane secutum, interpretisque potius, quam auctoris munere fuisse perfunctum; ita ut alter alteri lucem affundat. Exstant sancti Ambrosii libri VI inter ejus opera edita a Benedictinis Maurinis *Parisiis* 1686, tom. I, *in fol.*

Sanctus Gregorius, sancti Basilii Magni frater, natu minor, Nyssæ in Cappadocia episcopus, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ πάσης ὑπάρχων παιδείας ἀνάπλεως, *vir*, teste Suida in *v.* Γρηγόριος, *eloquentissimus*, *omnique doctrina refertus*, qui sæculo IV exeunte mortuus est, scripsit Ἀπολογητικὸν περὶ τῆς ἑξαημέρου *explicationem apologeticam in Hexaemeron* ad Petrum Sebastenum episcopum fratrem suum, quam non satis firmis rationibus suspicatur Oudinus ei esse affictam. Scripsit etiam homilias, vel orationes *De opificio hominis*, et in ea Scripturæ verba: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*. Exstant hæc omnia in Operum tom. I, editionis Parisiensis 1638.

Sanctus Gregorius, Arianzi natus, episcopus Nazianzenus, qui κατ' ἐξοχὴν Theologus dictus est, obiit an. 389. Ejus oratio 34, quæ est secunda *De theologia*, continet explicationem operum Dei: atque in ea plura deprehenduntur, quæ Pisida videtur imitatus. Exstat inter opera impressa *Coloniæ* 1690, tom. I, pag. 536. Nec multum ab Hexaemero Pisidæ differt, si argumenti vim spectes ejusdem Gregorii Carmen heroicum, cui titulus Ἀπόῤῥητα, ἢ περὶ ἀρχῶν, *arcana sive de principiis*.

Nemesius ex philosopho, ut fertur, episcopus Emesenus factus, sæculo IV exeunte claruit; sancti Gregorii Nazianzeni, ut videtur, æqualis et

Digitized by Google

amicus fuit; scripsit librum *De natura hominis*: qui post varias editiones prodiit iterum in lucem recognitus, et notis illustratus Gr. Lat. *Oxonii* 1671, *in* 8.

Sanctus Joannes, ob miram qua pollebat, eloquentiam *Chrysostomus* appellatus, Antiochiæ ad Orontem fluvium natus, et Constantinopoleos archiepiscopus postea factus, qui obiit anno 407, scripsit *in Genesim homilias* LXVII, quarum primæ XII *de opere sex dierum* agunt. Exstant in tomo III editionis Maurinæ.

Anonymi auctoris, qui tamen circa initium sæculi V videtur claruisse, *Carmen heroicum de divina Providentia*, eadem fere methodo, qua usus est Pisida, agit de creatione mundi, de Providentia, de incarnatione, etc. Hoc opus quondam fuit affictum sancto Prospero Aquitano; sed tantum abest, ut sit illius sanctissimi viri, qui sancti Augustini nomen, et doctrinam tutissimam de gratia strenue propugnavit adversus Pelagianos, ut potius a Pelagiano quodam compositum existimem omnes eruditi. Exstat in editione operum sancti Prosperi, *Parisiis* 1711, *in fol.*

Severianus, Gabalorum in Syria episcopus, sancti Joannis Chrysostomi primum amicus, mox æmulus atque etiam inimicus, qui floruit circa annum 401, scripsit εἰς κοσμοποιΐαν, *de creatione mundi orationes sex*. Eas esse decerptas *ex* XIV, *in Genesim concionibus*, quas Alexius Brassicanus *Præfat. in Salvianum*, 1530, testatus est exstare in Bibliotheca Vindobonensi inter alia Severiani opera, recte forsan conjecit Guillelmus Cave, sed illæ quidem XIV conciones nec a Lambecio, nec a Neissel memorantur. Orationes autem de creatione mundi leguntur inter opera sancti Joannis Chrysostomi tom VI, pag. 436 editionis Maurinæ.

Sanctus Augustinus Afer, Tagastæ natus, episcopus Hipponensis, qui obiit anno 430, scripsit *de Genesi contra Manichæos libros duos*, et *de Genesi ad litteram librum*, quem *imperfectum* inscribi voluit, et *de Genesi ad litteram libros* XII. Quæ mens sanctissimo, doctissimoque viro fuerit in hisce libris varie de eadem re conscribendis, ipse testatum reliquit in lib. I. *Retract.* cap. 18, et lib. II. cap. 24. Exstant autem omnes in præstantissima editione Parisiensi PP. Congregationis S. Mauri tom. I, et III.

Eustathius superius memoratus in Basilio, qui diaconus invenitur dictus in Cod. Colbertino, ut asserit doctissimus Julianus Garnier in tom. I. Operum sancti Basilii pag. 631, claruit circa annum 440, fuitque poetæ Sedulii æqualis. Exstat ejus versio e Græco in Latinum IX *Sermonum, vel Homiliarum sancti Basilii in principium Geneseos* a Cassiodoro cap. I *De divinis lectionibus* multum laudata sub hoc titulo, *Eustathii in Hexaemeron sancti Basilii latina metaphrasis*: ut videre est ad calcem tom. I operum sancti Basilii editionis Maurinæ.

Dracontius, ut pluribus placet, Hispanus, Presbyter certe Toletanus, qui claruit anno 440, scripsit *Carmen heroicum in Hexaemeron*, cujus variæ sunt editiones, ac prima quidem Parisiensis anni 1560. Vide infra in Eugenio.

Claudius Marius Victor, male a multis pro Victorino Afro acceptus, rhetor Massiliensis, qui obiit ante annum 450, scripsit *libros tres Carminum*, sive *Commentarium in Genesim*, qui seorsim sunt editi, et exstant etiam in Bibliothecis Patrum. Hoc Poemation piæ mentis studio elaboratum, sed parvi ponderis sententiis suffultum declaravit Gennadius *De script.* cap. 60.

Sanctus Hilarius, Gallus, episcopus Arelatensis, qui medio sæculo V obiit, scripsisse fertur *Carmen heroicum in prima capita Geneseos*. Omnium primus Sixtus Senensis Hilario Arelatensi hoc opusculum attribuit, quod etiam Hilario Pictaviensi est ascriptum. Ac. P. Quesnellius Sixtum Senensem secutus idem Carmen, de quo loquimur, edidit ad calcem operum sancti Leonis tom. I, pag. 771, sub nomine Hilarii Arelatensis. Verum neque Arelatensi, neque Pictaviensi convenire observatum est a PP. Benedictinis in *Hist. Litt. Galliæ*, tom. II, pag. 272.

Alcimus Ecdicius Avitus, Gallus, archiepiscopus Viennensis, poeta non inelegans, qui obiit anno 523, scripsit *in tria priora capita Geneseos de initio mundi, et primorum parentum creatione librum unum*, qui primus est ex quinque, quibus consat poema *de origine mundi* inscriptum. Opera, quæ exstant Aviti, jam primum prodiere cura Jac. Sirmondi. *Parisiis* 1643, et habentur in tom. II, operum ejusdem Sirmondi. Inter deperdita vero Cave recenset *Homiliarum librum unum de mundi principio*. Hanc notitiam ipsum male hausisse ex sancto Gregorio Turonensi, *Hist.* lib. II, cap. 34, ostendunt PP. Benedicti in *Hist. Litt. Galliæ*, tom. III, pag. 152, *Homilias* enim quid sejunctum, ac divisum esse affirmant *a tractatu de principio mundi*.

Theodoritus, natione Syrus, domo Antiochenus, ac Cyri episcopus, qui obiit anno 557, scripsit Ἑλληνικῶν θεραπευτικὴν παθημάτων *Græcarum affectionum curationem*, in XII Sermones distinctam; quorum secundus agit *de principio*, III de Angelis, IV de materia, et mundo, V de natura hominis, VI de providentia Dei. Exstant inter ejus opera edita a Sirmondo, *Parisiis* tom. IV, pag. 461.

Cosmas Ægyptius Alexandrinus, primum mercator, postea monachus, ob peragratas Indicas regiones *Indicopleustes* dictus, qui anno circiter 535 floruit, scripsit Χριστιανικὴν τοπογραφίαν, *Christianam topographiam*, quam edidit doctissimus P. de Montefaucon in *Collect. nova Patrum*, tom. II, pag. 113. Cosmam Ægyptium inter Scriptores *De Hexaemero* jure adnumeramus: nihil enim aliud est *Christiana topographia*, quam disertissima quædam creationis explicatio, et Mosis contra Gentes Apologia.

Zacharias, professione scholasticus, sive rhetor, Melitenensis metropolita, qui claruit circa annum 540, scripsit *Dialogum contra Ammonii discipulum*, qui male cum Aristotele Platonem conciliare studens mundi æternitatem asserebat. Hic liber editus fuit Gr. Lat. *Lipsiæ* 1654; et cum *Origenis Philocalia*, *Parisiis* 1619, *in* 4.

Junilius episcopus, Africanus, qui claruit circa annum 550, scripsisse ferebatur *in tria priora capita Geneseos*; sive in *Hexaemeron Commentarios*, qui inter Bedæ opera, cujus revera sunt, recensentur. Prodierunt sub nomine Junilii, *Basileæ* 1536, *in* 4, et alibi. Vide intra *Beda*.

Eugenius Hispanus, Ecclesiæ Toletanæ episcopus, hujus nominis secundus, qui florebat circa annum 550. Dracontii libellos in Hexaemeron recensuit, auxit, adeoque expolivit, ut teste Ildefonso cap. 14, pulchrius de manu corrigentis, quam de manu processisse videantur auctoris. Addidit etiam Eugenius *De diei septimi opere carmen heroicum*, quod Dracontius imperfectum reliquerat, editumque est in lucem ab Jac. Sirmondo, *Parisiis* 1619, in 4, et habetur etiam inter ejusdem Sirmondi opera tom. II.

Joannes, a Scriptorum copia, et laboris contentione Philoponus dictus, genere Alexandrinus, arte Grammaticus, qui sæculo VI labente vivebat, scripsit τῶν εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγους ζ', *Commentariorum in Mosaicum mundi creationem libros VII*, qui prodierunt Gr. Lat. cum versione Balthasaris Corderii, *Viennæ* 1630, in 4. De hoc opere, ejusque auctore plura dicenda erunt inferius.

Georgius Pisida, cujus opera illustrare conamur,

Digitized by Google

hic venit recensendus. Quæ ad ejus vitam spectant, habes in principio, quæ vero ad poematis in Hexaemeron explanationem faciunt, suis passim subjecta locis invenies.

Anastasius Sinaita, presbyter et monachus celeberrimus, qui alius est a duobus Anastasiis episcopis Antiochenis, quique claruit medio sæculo VII a Græcis recentioribus Μωσῆς νέος dictus, scripsit εἰς τὴν πνευματικὴν ἀναγωγὴν τῆς ἑξαημέρου κτίσεως λόγους ιβ', *anagogicarum contemplationum in Hexaemeron libros XII*, quorum ultimus duntaxat editus est Græce *Londini* 1682, in 4, cum versione Andreæ Dacerii : priores autem x exstant Latine redditi in Bibliothecis Patrum, et manuscripti adservantur in bibliothecis Regia Parisiensi, et Bavarica, etc. Vide Fabricium egregie de hoc Anastasio disserentem *Bibl. Græc.* lib. v, cap. 34, et 35.

S. Isidorus, Hispalensis dictus, qui sæculo VII, ineunte florebat, scripsit librum *De natura rerum*, sive *de mundo ad Sisebutum Visigothorum regem*. Exstat inter ejus opera edita cura J Griao, *Matriti* 1599. In hoc tractatu, non ut cæteri ecclesiastici scriptores contra hæreticos dimicat, sed more tantum scholastico suam de mundo, ejusque partibus opinionem exponit, quam tamen SS. Patrum auctoritate passim confirmat : ita ut si quæ ibi leguntur, cum iis, quæ in *Etymologicorum* libris XI, XII, et sequentibus, conferas, atque conjungas, quæ fuerit tum temporis in Occidente philosophandi ratio plane intelligas, eamque a philosophorum Orientalium doctrina parum differre plane fateberis.

B. Flaccus Alcuinus, sive Albinus, Anglus, in provincia Eboracensi natus, litterarum in Gallia post Carolum Magnum instaurator, Cœnobii Sanmartiniani Turonensis abbas, qui obiit anno 804, scripsit *interrogationes, et responsiones quæstionum in Genesim*, quas Sigulfo fratri suo dicavit, ut ipse testatur in epistola quæstionibus præposita, necnon super illud Geneseos *faciamus hominem*, etc. Quæ duo opuscula exstant in principio operum Alcuini ab Andrea Quercetano editorum.

Remigius monachus cœnobii S. Germani Antissiodorensis, Ordin. S. Benedicti, qui post ann. 882 a Fulcone archiep. Remensi ad scholam ibi regendam evocatus est, scripsit *Expositionem super Genesim*, quæ edita est in *Thes. Anecd.* Bern. Pezii, Tom. IV, part. I, col. 1.

Beda Venerabilis, Anglus, monachus Benedictinus Ingyrvensis, qui floruit circa initium VIII sæculi, scripsit *Hexaemeron, et in Genesim expositionem*. Utrumque opus exstat in tomo IV, editionis Colon. 1688. Scripsit etiam *in principium Geneseos usque ad nativitatem Isaac, et Ismaelis ejectionem libros tres*, quos Cave testatur esse mss. Lambethæ in Bibliotheca archiepiscopali, eorumque primam partem *Expositionem in Hexaemeron continentem*, eam esse, quæ sub Junilii nomine in Orthodoxographis, et in prioribus Bibliothecæ Patrum editionibus prodiit. Integros tres libros ex Codice Lambethano edidit H. Varthonus *Londini*, 1693, in 4. Emendatiores autem postea recudit Edmundus Martene in *Thesauro Anecd.* tom. V, pag. 115.

Angelomus monachus, et diaconus Luxoviensis, Ordinis S. Benedicti, qui floruit anno 825, scripsit commentarium in Genesim, ubi plura *de opere sex dierum*. Exsta in *Thesauro anecd.* P. Bernardi Pezii, tom. I, p. 45. De Angelomo fuse agunt PP. Benedictini in *Hist. litt. Gallorum*, tom. V, pag. 136.

Fridugisius Anglus, Alcuini discipulus, et assecla, ejusque in præfectura Cœnobii Turonensis sancti Martini successor, qui obiit anno 834, scripsit *Epistolam*, sive *Tractatum de nihilo et tenebris*, etc. Vide modo laudatam *Hist. litt.* tom. IV, pag 514.

Vandelbertus monachus, et diaconus Prumiensis monasterii, itemque rhetor, et poeta sæculo IX labente clarus, scripsit metrice *Libellum de creatione mundi*, quam Patros congregationis S. Mauri, qui *Historium litterariam Galliæ* contexunt, perperam ineditum pronuntiant, tom. V, pag. 582. Exstat enim in nova editione *Spicilegii Lucæ d'Achery*, tom. II, pag. 62.

Rabanus Maurus, Moguntiæ natus, Alcuini discipulus, abbas primum Fuldensis, postea archiepiscopus Moguntinus, qui obiit anno 856, scripsit libros XXII *De universo*, jejune quidem, et grammaticorum more elaboratos, sed sacræ Scripturæ explanandæ studio exaratos ; itemque *Commentarios in Genesim*. Exstant in collectione operum Rabani *Coloniæ Agrippinæ*, 1627, editorum.

Hildebertus Gallus, monachus Cluniacensis, et episcopus Cenomanensis, qui obiit anno 1155, scripsit elegiaco carmine *De operibus sex dierum*, et carmine heroico *De ordine mundi*. Utrumque poemation exstat inter ejus opera edita, studio Antonii Beaugendrei, *Parisiis* 1708, sed videsis etiam Leyserum in *Historia poetarum medii ævi* pag 391 et 398.

Arnaldus, Bonævallis in Valle Carnotensi abbas, sancti Bernardi æqualis, eique in primis carus, qui vixit circa annum 1140, scripsit *Tractatum de operibus sex dierum*, quem male Arnulpho Bellovacensi a quibusdam fuisse affictum adnotavimus supra in Arnulpho, Classe I.

Hugo Gallus, archiepiscopus Rothomagensis, qui claruit circa annum 1140, scripsit *Tractatum in Hexaemeron*, cujus fragmentum edidit ex ms. Rothomagensi Edmundus Martene *Anecd.* t. V, p. 1002.

Petrus Abælardus, natione Gallus, abbas Rugiensis, vir famosissimus, qui obiit anno 1142, scripsit *Expositionem in Genesim*, scilicet *opus sex dierum*, quod publici juris fecit idem Martene *Anecd.* tom. V, p. 1136.

Vincentius Burgundus, Bellovacensis dictus, quod in monasterio Fratrum ordinis Prædicatorum Bellovacensium vixerit, atque obierit, qui claruit anno 1240, scripsit *Speculum naturale*, sive *De dictis innumerabilium auctorum tam Christianorum, quam gentilium in Hexaemeron* volumen ingens XXXII, magnis libris divisum editum fuit *Speculum, Venetiis* 1591 *in fol.* Multa de Vincentio in Sixti Senensis *Bibl. sancta*, pag. 489, et in Bibliotheca PP. Prædicatorum tom. I, pag. 212.

R. Moses Maiemonides, Cordubensis, Moses Ægyptius etiam a suis dictus, vir inter Judæos celeberrimus, qui sæculo XII currente claruit, scripsit Arabice opus hoc titulo, *Scpher More Nevuchim*, id est, *Liber director perplexorum*, cujus tertia pars agit *De opere sex dierum*. Hunc librum Maiemonidis, de quo dictum est, quod Plinius olim de Diodoro Siculo adfirmavit, primum inter suos desiisse nugari, tanquam Judaicis superstitionibus contrarium Hebræi Galli comburendum curaverunt, servarunt Hispani. Redditus primum fuit ex Arabica in Hebraicam linguam a R. Samuele fil. Judæ Aben Tibbon, qui Maiemonidis discipulus fuit, ac paulo post in Latinum translatus. Exstat Hebraice inter opera ejusdem R. Mosis edita *Amstelodami* anno mundi 5461, id est Christi 1701, *fol.*, et Latinus iterum factus ab Johanne Buxtorfio juniore editus est *Basileæ*, 1629 in 4.

R. Meir fil. Todros, Levita, Judæus Toletanus, qui obiit anno 1244, scripsit *Hortum palatii, librum cabalisticum ad sectionem Berescit* interpretandam, cum Commentario R. Sem Tob, et R. Jacob Bar-Todros. Francofurti ad Mænum fuisse excusum testatur Le Longius tom. II, pag. 856, et 957.

Sanctus Bonaventura Etruscus, S. Rom. Ecclesiæ Cardinalis, Episcopus Albanensis, qui obiit anno 1274, scripsisse fertur *Expositionem*, sive *Sermones* XVIII *in Hexaemeron*, qui prodierunt *Romæ* 1588, *in* 8. Verum qui nuper novam operum sancti Bonaventuræ editionem procuravit, in Diatriba quam præposuit tomo primo Venetiis edito 1751, supposititios hos Commentarios indicat, indignosque, præsertim ob barbariem stili, qui tanto doctori tribuantur.

R. Levi fil. Gerschoim, vel Gersonis, qui sæculo

Digitized by Google

XIII labente vivebat, scripsit librum *Prœliorum Dei*, in sex partes divisum, in quo agitur philosophice de rebus ad fidem spectantibus. Sexta pars hujus libri, qui fuit impressus *Rivæ Tridenti* 1560 *in fol.*, tractat *De creatione mundi, et utrum mundus fuerit æternus.* Vide Bartoloccium *Vit. celebr. Rabbinorum.* Asservatur ms. hic liber in Bibl. Urbino-Vatic. inter Codices Hebræos num. 28.

II. *Quomodo Pisida de Hexaemero scripserit.*

Hi sunt igitur auctores ecclesiastici, qui in Hexaemeron usque ad sæculum XIII scripserunt, quos ideo collegimus, ut facilius qui velit ea, quæ Pisida profert in hanc rem, cum aliorum Commentariis conferre possit. De singulis quidem disputationem instituere nostrum non erat : verum hoc unum hic observandum putamus, quotquot huic rei pertractandæ animum mentemque applicuerunt, sive *De Hexaemero*, ac *operibus sex dierum*, sive *De mundo. De natura universi, De opificio Dei, De fabrica mundi, et de creatione* suos libros inscripserunt, illuc omnes intendisse, ut gentium errores circa mundi originem refutarent, Dei providentiam statuerent, astrologorum insana deliramenta confunderent, resurrectionem mortuorum post ultimum judicium adstruerent, et Domini nostri Jesu Christi incarnationem in Historia Mosaica fuisse adumbratam ostenderent : unde jure meritoque inter Scriptores, qui pro Christianæ religionis veritate pugnarunt, una cum Georgio Pisida sunt accensendi.

Jamvero quæ fuerunt SS. Patrum placita, et sententiæ in Mosis enarratione de ortu mundi exponenda, paulo diligentius inquirendum est : quamvis enim a plurimis clarissimis viris id erui posset, ac præsertim a P. Nicolao Le Nourry in *Apparatu ad Bibl. Max. Patrum*, a P. Balto *Defense des SS. Pères accusés de Platonisme*, ab J. Franc. Buddeo in *Isagoge Hist. Theol.* tom. I, pag. 478, et tom. II, pag. 802, et ab Jacobo Bruckero in *Hist. Crit. Philos.* tom. II, pag. 189, et tom. III, pag. 278, qui omnes ex instituto de primorum Christianorum, in Philosophiam studio disserunt ; nonnulla tamen hic attingere necessarium esse ducimus, ut quid sibi voluerit Pisida in suo Hexaemero scribendo fiat apertum, quod sane primum legenti ejus poema non satis liquet. Neminem igitur ecclesiasticis imbutum antiquitatibus latere potest, veteres Christianos contemptui habuisse quæcunque ab ethnicis philosophis circa res creatas disputabantur, eorumque placita, tamquam nugas, et senum deliria non solum neglexisse, verum etiam summa animi contentione refutasse, et veluti fabulas risu excipiendas traduxisse. Quod quidem optimo consilio ab illis esse factum ex eorum scriptis dignoscitur, vel quia futiles esse, et nullis firmis innixas fundamentis philosophorum sententias intelligebant ; vel quia falsas, inter se plerumque pugnantes, impiasque, et Mosis imprimis sanctissimis effatis contrarias esse sentiebant ; vel ea tandem de causa, quod Christianis viris dedecere arbitrarentur, terrena sapere, qui tantum cœlestia inquirere deberent. Propterea sane apud eos philosophi dicebantur, qui divinas res animo colebant ; adeo ut firmissimum sit illud, quod a pluribus est observatum, veterum Christianorum philosophiam idem plane esse, ac theologiam. Quod apertissime declaravit sanctus Clemens Alexandrinus *Strom. lib. VI, pag.* 768, dicens: Φιλόσοφοι λέγονται παρ' ἡμῖν μὲν οἱ σοφίας ἐρῶντες, τῆς τῶν πάντων Δημιουργοῦ καὶ διδασκάλου, τουτέστι γνώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. *Philosophi apud nos quidem vocantur, qui sapientiam illius amant, qui rerum omnium est opifex, et magister, hoc est Filii Dei cognitionem.* Præclarissimum autem est ad rem nostram S. Basilii testimonium, qui Hom. 9 *in Hexaemeron* de figura terræ nonnulla attingens, fassusque se nihil posse affirmare, quia Moses ea de re nullum verbum fecerit, inquit, Ἆρα τούτου ἕνεκεν ἧττον ἀτιμότερα ἡγήσομαι τῆς μωρανθείσης σοφίας τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια ; ἢ μᾶλλον δοξάσω τὸν μὴ ἀπασχολήσαντα τὸν νοῦν ἡμῶν ἐπὶ τὰ μάταια, ἀλλὰ πάντα εἰς οἰκοδομὴν καὶ καταρτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν γραφῆναι οἰκονομήσαντα · *Num ideo quæso Spiritus sancti eloquia censuero insatuata sapientia viliora? nonne ei potius gloriam dedero, qui mentem nostram in rerum vanarum occupatione non detinuit, sed omnia ad ædificationem, perfectionemque animarum nostrarum conscribi sanxit?*

Nihilo tamen minus SS. Patres terrenæ etiam philosophiæ operam aliquatenus dedisse, eamque collaudasse, tum ex disertissimis contra ethnicos conscriptis Apologiis, cum ex eorum variis doctissimis Commentariis, aliisque præclaris testimoniis evincitur. Et quod ad eorum circa philosophiam instituta spectat, Eclecticæ Platonicæ scholæ placita, quæ sub finem sæculi secundi, et initio tertii Potamone, vel potius Ammonio Sacca auctore, Alexandriæ cœpit clarescere, et exinde per totum orbem facta est celeberrima, eos secutos esse multorum fuit sententia, quæ plane ab aliorum quoque non multum differt opinione, quibus eos meros putosque fuisse Platonicos placuit asserere. Utrumque tamen esse falsum, si recta lance rem perpendere velimus, fateri non dubitabimus : fieri enim haud potuit, ut sanctissimi viri, qui omnem gentium philosophiam damnabant, illam sibi potissimum sectam probandam susceperint, qua nulla unquam pestilentior, et Christiano nomini infensior fuit. Norunt enim omnes, ab impio, et Christi transfuga Ammonio, ejusque in Alexandrina schola successoribus Plotino, Porphyrio, Jamblicho, Juliano Apostata, Proclo, aliisque, in Christianæ religionis fraudem, et perniciem, dolis, mendaciis, præstigiis, et calumniis undique congestis, ipsam fuisse vaferrime adornatam. Cum enim nequissimi homines impares se esse sentirent ad vim veritatis refellendam, hinc inde collectis Ægyptiorum, Chaldæorumque, Platonis, et Aristotelis sententiis, iisdemque inter se conciliatis, quinetiam ex Christianorum doctrina nonnullis avulsis, et in suum penum comportatis, ac veluti abtorto collo adductis, novum systema conflarunt ; ita tamen ut ethnicæ philosophiæ integra semper maneret auctoritas : atque tum demum hoc immane monstrum Platoni subjecerunt, ejusque nomine venditarunt, ut fucum facerent Christianis. Platonem enim eum esse, quem Christiani ex Philosophis minus aspernarentur, probe illi sane cognoverant.

At vero Eclecticos fuisse Patres, doctoresque Christianos, quatenus neminem prorsus ex antiquis philosophis sequendum sibi fas esse duxerint, in rebus physicis enucleandis, ipse quoque libenter affirmaverim ; Eclecticæ autem sectæ Alexandrinæ nomen dedisse, quibus argumentis probari possit plane non video, cum satis ex adverso constet in ipsam acriter insurrexisse, et valide pugnasse, multaque tandem cum laude victoriam esse consecutos. Platonicos autem eos dicere non dubitaverim, si id unum, qui eos Platonicos vocant, intelligant ; scilicet Patrum judicio ex omnibus philosophis Platonem meliorem de Deo sententiam fovisse, et sanius, sobriusque de divinis rebus esse philosophatum ; eo quod suam doctrinam ex Hebræis ipsum hausisse crederent. Unde etiam factum esse non negaverim, ut quædam Platonis placita, pluresque rerum præcipue metaphysicarum notiones, nimis etiam fortasse confidenter, ad utilitatem suam converterint, non ut Eclecticorum Platonicorum deliria approbarent, vel eorum fallaciis consentirent, sed ut hominum, captui, vel potius genio sæculi se accommodarent, quod quidem innoxie et laudabiliter se facere crediderunt ; ut enim sanctus Augustinus ait lib. VIII, cap. 10. *De civit. Dei*, cum Platone sæpe videbantur Christiani sentire, quia Plato a Christianis visus est minus discedere : *Hæc causa est, cur istos cæteris præferamus; quia cum*

Digitized by Google

alii philosophi ingenia sua, studiaque contriverint in requirendis rerum causis, et quinam esset modus discendi, atque vivendi : isti Deo cognito repererunt ubi esset causa constituta universitatis, et lux percipiendæ veritatis, et fons bibendæ felicitatis. Sive ergo isti Platonici, sive quicunque alii quarumlibet gentium philosophi de Deo ista sentiunt, nobiscum sentiunt. Sed ideo cum Platonicis magis placuit hanc causam agere, quia eorum sunt litteræ notiores, etc. Cæterum ne Platoni quidem Patres pepercisse patet ex locis quamplurimis, quos P. Baltus collegit integro libro id unum professus, ut a crimine Platonismi Patres vindicaret. Nos igitur de veterum Christianorum philosophia e re nata disserentes, cum magna usque ad nostram ætatem maximos inter viros exstiterint dissidia, et contentiones variæ, his quidem Platonismo reos Patres incusantibus, illis vero defendentibus, nullo plane negotio tantam litem dijudicatum iri existimamus. Patres enim ex Commentariis, quos scriptis commendatos reliquerunt, Platonicos passim videri, negandum non esse putamus. Quamvis enim sexcenta sint testimonia, quibuscum probare quis posset, eos nulli sectæ, et ne Platonicæ quidem fuisse addictos, exstant tamen sexcenta alia, ex quibus eos Platonismum sapere possit evinci. Ea est igitur, ut nobis quidem videtur, inter Eclecticos Platonicos Alexandrinos, et Patres Platonismum redolentes satis clara, et evidens differentia, quod illi non alia mente in gentilium philosophiam ex Evangelica doctrina desumpta quædam semina insperserant, nisi ut hac prætenta pietatis specie Christianos facilius deciperent, seipsos autem in suis magis magisque confirmarent erroribus : Patres autem contra cum solam Christi sapientiam amplecterentur, eam tantummodo tuebantur firmissime ; sed phrases, locutiones, quandoque etiam placita quædam Eclecticorum usurpare, prout ferebat occasio, non sunt dedignati, vel quia fraudem subesse non sentirent, vel quia modus ille loquendi in rebus philosophicis invaluisset. Itaque Patrum scripta quicunque legenda susceperit, si cutem, ut ita dicam, coloremque tantum spectet, Platonicos ipsos judicabit; si autem re melius considerata succum et sanguinem inquirat, Christianos tantum inveniet. Animus igitur, non verborum sonus, mens, non litteræ in Patrum lectione sunt perpendendæ. Hoc autem facile ex eorumdem testimoniis confirmarem, sed ut lectorum satietati occurratur, unus tantummodo ex sancto Clemente Alexandrino in medium producam, qui cum ex schola Alexandrina profectus sit, et quo se nomine Eclecticum vocari velit, apertissime declaret, rem totam conficit, atque demonstrat : Φιλοσοφίαν δὲ οὐ τὴν Στωϊκὴν λέγω, οὐδὲ τὴν Πλατωνικήν, ἢ τὴν Ἐπικούρειόν τε καὶ Ἀριστοτελικήν· ἀλλ' ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων καλῶς δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ Ἐκλεκτικὸν φιλοσοφίαν φημί· ὅσα δὲ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἀποτεμόμενοι παρεχάραξαν, ταῦτα οὐκ ἄν ποτε θεῖα εἴποιμ' ἄν· *Philosophiam autem non dico Stoicam, nec Platonicam, aut Epicuream, et Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis recte dicta sunt, quæ doceant justitiam cum recta scientia, hoc totum Eclecticum*, sive Selectum, *dico philosophiam; quæcunque vero humanis ratiocinationibus prorsus malam notam retinerunt, ea nunquam divina dixerim.* (*Strom.* lib. I, p. 338.)

Jam vero hisce de Patrum philosophia universim sumpta delibatis, quæ Pisidæ scriptis illustrandis nonnihil conferre possunt, quam ipsi de rebus physicis notionem habuerint, nunc videamus : quod erat potissimum nobis de Hexaemero loquentibus considerandum. Ac primum fatear, me non invitum eorum sententiam venire, qui Physicam, vel naturalem Philosophiam a Patribus fuisse prorsus neglectam contendunt, quod sibi probandum suscepit Caddeus in Isagoge *Hist. Theol.* tom. I, cap. 5, pag. 502, et Bruckerus in *Hist. Crit. philos.* tom. III, pag. 356. Nec quisquam id nos concedere mirabitur, cum Patres ipsos habeamus confitentes. Porro cum ipsi cognovissent, quam impia, et quam ἄτοπα gentiles philosophi, qui de mundi ortu, de Dei providentia, de stellis, de animæ immortalitate, deque omnibus tum mundanis, cum cœlestibus rebus curiosius inquirebant, venditarent, nec quidquam ipsi in sacris Litteris invenirent, quod ad rerum causas, et origines detegendas præberet aditum, libentissime totam hanc scientiam, tanquam vanissimam repudiarunt, illud animo recolentes, quod Paulus I Cor. II, 19, definivit, ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι, *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum*. Legat qui velit Patrum in Hexaemeron Commentarios, omnesque in hoc unum consentire deprehendet, ut de rebus naturalibus nimis curiosas investigationes contemnerent, et gentilium deliramenta longis disputationibus refellerent. Equidem cum plurimum eos omnes demirer, qui Apologias pro Christianis, primis Ecclesiæ sæculis, contra philosophorum subtiles nugas, et sophismata scripserunt, unum tamen hic laudatum præ cæteris volo Eusebium Cæsariensem, qui magno et quidem laborioso volumine *Præparationis evangelicæ* hanc rem lucidissime pertractavit.

Itaque nil mirum si Patres exilium argumentorum vi freti a quæstionibus physicis brevi se expedierint : quamvis si partium studio deposito, leves quidem Patrum interpretationes cum immanibus, ac portentosis quorumdam veterum, necnon recentiorum de mundi exordio commentis conferamus, dubium videri possit, suamne imbecillitatem fatentis ingenue laudanda sit potius modestia, an audacter suam perspicaciam jactantis damnanda temeritas? Sed causas, quibus Patres in rebus physicis minus acuti esse videantur, has esse reor : I.) quod ut antea dictum est, ab erroribus, quos Ethnici scriptores de mundi creatione disserentes propugnabant, quam longissime abhorrerent; II.) quod rerum naturalium studium jam tum minus in honore esset apud cujuscunque sectæ philosophos, et de rebus tantummodo aut ad mentem, aut ad mores spectantibus disputationes inirentur; III.) quod Christiani præsertim evangelicæ doctrinæ radiis illustrati nihil sanctius haberent, quam omnia ad quamdam religionis normam adducere, et res quascunque ad sensum moralem inflectere; IV.) quod ipsis etiam nihil esset antiquius, quam ut Mosem sequerentur, et Hebraicam tantummodo philosophiam amplecterentur. Atque hosce quidem puto esse quatuor veluti Canones, quibus Patrum scripta περὶ τὰ φυσικὰ legi et defendi possunt. Rem totam complexus est nuper laudatus Eusebius Cæsariensis, qui cum nugas, et dissidia Græcorum philosophorum detexisset, et quam merito Christiani Hebraicæ doctrinæ inhærerent, ostendisset, ita lib. XV, cap. 61, confidenter concludit : Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν δίκῃ σοι δοκοῦμεν, κρίσει καὶ λογισμῷ τῆς τούτων ἁπάντων ἀνωφελοῦς, καὶ πολυπλανοῦς ματαιοπονίας ἀνακεχωρηκέναι; καὶ τῶν μὲν εἰρημένων μηδὲν πολυπραγμονεῖν; μηδὲν γὰρ ὁρᾶν ἐξ αὐτῶν τὸ λυσιτελὲς, καὶ αὐτόθεν συντεῖνον πρὸς ὠφέλειαν, καὶ ἀγαθοῦ κτῆσιν ἀνθρώποις· μόνης δὲ τῆς ἀμφὶ τῶν πάντων δημιουργὸν Θεὸν εὐσεβείας ἔχεσθαι, καὶ διὰ σώφρονος βίου, τῆς τε ἄλλης κατ' ἀρετὴν θεοφιλοῦς πολιτείας, ἀρεσκόντως ζῆν σπουδάζειν τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ; *Nonne igitur tibi nos horum omnium inito judicio, et ratione perspecta a tam inani curiositate rerum prorsus inutilium, et scatentium erroribus videmur merito discessisse? nihilque jure de dictis nos esse sollicitos? cum nullum fructum, nullam utilitatem, nihil quod ad boni possessionem conferat, ipsis inesse videamus : et unam illam, quæ rerum omnium conditorem Deum spectat, pietatem amplectamur, castæque vitæ studio,*

Digitized by Google

cæterarumque Deo placentium virtutum cultu, omnipotentis Dei gratiam inire satagamus?

Cæterum fatendum est, eam esse Patrum in suis sententiis circa mundi creationem, et ordinem exponendis, gracilitatem, tenuitatemque, ut ex eorum in Hexaemeron Commentariis, quid sibi voluerint, vix interdum intelligatur; obscura enim, implexa, et strigosa sunt, quæ ex Mose ad litteram interpretati nobis reliquerunt. Nec ea quidem, quæ ad explicandam Hebræorum sententiam circa mundi systema, erudite, ut solet, congessit Calmetius in *Præf. libri Ecclesiastici*, satis affundunt luminis ad Patrum mentem assequendam. Cosmas monachus Ægyptius, *Indicopleustes* dictus, in opere *De topographia Christiana*, cum ex instituto agat de Physiologia Christianorum, clarius videtur rem aperuisse, sed totus, nimiusque in eo est, ut contra gentium philosophos frigidis ratiunculis evincat terræ figuram non esse sphæricam, sed in rectanguli formam complanatam. Ridendum hoc rursus veniet cum quid Pisida ea de re senserit, observabimus? Ille enim videtur a Cosma esse quædam mutuatus: sed qui hæc nosse velit, nostras in Hexaemeron adnotationes adeat, supervacaneum enim esset, si quæ alibi volentibus patent, hic etiam congesta reperirentur.

Nihil aliud igitur certi ex Patribus, qui τὰ φυσικὰ attigerunt, erui posse censeo, nisi hoc unum, quod Mosis historiam acerrime semper propugnarunt, totisque viribus contenderunt, ut philosophos mundi æternitatem asserentes refellerent: in hoc enim uno vere sunt uberes et clari, et eloquentiæ, et doctrinæ laude commendandi. Non illis sane curæ fuit, Mosaicum systema propriis ingeniis accommodare, quæ nostrorum temporum est insania; legimus enim alios, qui Mosem pro atomis stare dicerent, alios qui Platonicum, alios qui Peripateticum, alios qui Cartesianum, alios denique qui Newtonianum facerent, ut videre est in Comenio, Bajero, Dickinsonio, Burneto, Wistonio, aliisque hac ætate delirantibus philosophis, qui quidquid ex humano fluxit ingenio, θεοπνεύστῳ Scriptori consentaneum judicare non dubitarunt: de qua re Alphonsus Nicolaius nova quadam dicendi ratione nuper disputavit in sua Geneseos explanatione Florentiæ edita. Sed patres de investigandis rerum, causis, et naturis parum studiosi illud firmum certumque habuerunt, Mosem nullibi philosophum agere, et in iis, quæ mundi constitutionem spectant, et hominum ingenia maxime torquent, non in rerum principiis designandis, definiendisque tempus terere; sed iis omnibus, quæ levitatem quamdam sapiunt, omissis, potius συγκαταβαίνειν *descendere*, et demittere se, et nostrarum mentium captui se attemperare. Quod sanctus Joannes Chrysostomus, ut de aliis taceam, passim testatur in suis homiliis *in Genes.* I. Πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην συγκαταβαίνων ἅπαντα φθέγγεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. *demittit se, et secundum humanam consuetudinem hæc omnia loquitur beatus ille propheta. Hom.* 4, n. 3.

Quæcunque igitur illuc non tendunt, ut vel Deum mundi conditorem manifestent, vel hominis erga Deum inde orta officia declarent, tamquam vanas, et nullius momenti quæstiunculas sicco pede Patres pertransisse legenti patebit. Nihilominus de animalibus, et de plantis fere omnes libentius scriptitasse nonnulla, compertum est. Cujus rei eam esse rationem puto, quod quasi solemne esset ex Hebraicæ philosophiæ instituto de Zoologia, et Phytologia disserere, sumpto forsan usque a Salomone exemplo, *qui disputavit a cedro, quæ est in Libano usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete; et disseruit de jumentis, et volucribus, et reptilibus, et piscibus*, etc. III Reg. IV, 33. Opinionem nostram confirmat totum caput septimum libri XI *Præparationis evangelicæ*, in quo Eusebius refert, quæ fuerit naturalis Hebræorum philosophia. Ac specimen quidem hujusmodi Physiologiæ Christianæ exhibet, ut est a Buddeo observatum, Φυσιολόγος διεξελθὼν περὶ τῆς ἑκάστου γένους φύσεως τῶν θηρίων τε καὶ τῶν πετεινῶν· *Physiologus de cujascunque generis ferarum, et volucrum natura*, qui exstat inter opera sancti Epiphanii tom. II, pag. 189, cum notis, et versione Gontali Ponce de Léon, qui multum, sed frustra allaborat, ut fabellas, quæ in hoc opusculo leguntur, defendat. Scatet enim totum ineptis interpretationibus, et allusionibus a proprietate animalium deductis, et ad theologicos sensus detortis. Quo sane vitio laborant omnium Patrum scripta, qui in eodem argumento tractando versati sunt. Nisi enim pietatis studium suspicias, nihil aliud fortasse in eis invenies, quod demirere: quippe omnia in hujusmodi commentariis non aurifices statera, sed quadam populari trutina examinata deprehenduntur.

Hæc autem, quæ de SS. Patrum philosophia hactenus dicta sunt, etiam de Pisidæ philosophia esse dicta facile sentiet quicunque a sequenti poemate legendo non detinebitur. In variis enim Pisidæ poematiis, et præsertim in Hexaemero quatuor illa facillime dignoscuntur, quæ Patribus καθόλου esse communia nuper observavimus. Ipse enim I.) a placitis Platonicorum non alienum se demonstrat; II.) adversus philosophos æternitatem mundi astruentes validissime pugnat, atque in hoc unum, tantnam ad scopum, totas vires suas intendit; III.) de plantis, ac de animalibus frigidiuscule quidem, sed tamen fusissime tractat; IV.) omnia non quod philosophi est officium, severo judicio perpendit, et rimatur, sed contra per nugaculas interpretationes a vulgaribus fabulis petitas ad theologicas, mysticasque significationes deflectit. Quæ quidem quatuor, veluti præcipuos philosophiæ Pisidanæ characteres hic indicasse sufficiat; plura enim, quæ rem faciant apertiorem, in adnotationibus sumus allaturi.

Sed unum adhuc, antequam ad alia progrediamur, animadvertendum præcipue putamus, Pisidam in ea incidisse tempora, quibus philosophia Eclectico-Platonica, cum omnium mentes jamdiu occupasset, seseque ad summum honoris, et famæ gradum extulisset, e fastigio tandem dejecta, et deturbata æmulæ Aristotelicæ locum cedere, sibique quoddam veluti asylum intra monachorum claustra quærere coacta est; quod sæculo VI exeunte, et ineunte VII contigisse in comperto est. Odium enim, quod antea in Peripateticam philosophiam multorum errorum late vagantium causa susceperant Christiani, sensim deferbuit, ac postea adeo restinctum est, ut ipsa primum ex humo caput extollere potuerit, ac sumptis paulatim viribus, odioque jam in admirationem converso, tyrannidem ausa sit occupare, qua semel potita sævum, violentumque imperium per varias rerum vices fere ad nostra usque tempora retinuit. Nihilo tamen serius Pisida Aristotelicam doctrinam non tam presse sequitur, ac probat, ut ipsum Aristotelicum quis jure nominet: non semel enim Stagiritam, ejusque in rebus physicis opiniones refutat, ut videre est vers. 574 cum de grandine agit; quamvis non meliora iis, quæ damnat, ipse de suo nobis obtrudat. Patet autem, se potius platonicum profiteri, nec nisi invitum Aristotelicæ scholæ decretis interdum se accommodare. Quod sane occurrendi studio sui temporis philosophis fecisse non dubitaverim affirmare; eo quod ille nosset; quantum ii, qui Aristotelem sequebantur suis ingeniis, ac viribus fiderent, quas novas pro lubitu quisque suo sententias in controversiis etiam Ecclesiasticis sibi fingerent, et quam callide aliis sua sophismata venditare satagerent. Quibus accedit, quod Aristoteles inter eos, qui pro mundi æternitate pugnabant, princeps, et coryphæus a Christianis haberetur.

III. *Contra quem Pisida Hexaemeron scripserit.*

Digitized by Google

Guillelmus Cave, Casimirus Oudinus, aliique Georgium Pisidam poema *De opere sex dierum* contra Joannem Grammaticum, cognomento Philoponum, sub Procli nomine adumbratum, scripsisse, adeo pro certo habuerunt, ut Hexaemeron idem opus esse existimaverint cum alio poemate, quod Nicephorus lib. XVIII, 48, tradit a Pisida fuisse contra eumdem Philoponum exaratum. Sed præterquamquod iambi, quibus Nicephorus ait Pisidam in Philoponum insurrexisse ad poema *Contra Severum*, non autem huc plane spectant, ut in Præfatione demonstravimus; nobis totum id ex aliis etiam argumentis minus verum statim visum est; quare operæ pretium nos esse facturos putavimus, si rem ipsam paulo attentius consideraremus. Sed nisi ea, quæ ad Proclum, Philoponum, et Pisidam attinent, sedulo perpendamus, fieri neutiquam poterit, ut aliquid certe inde eruatur. Ac de Proclo quidem, qui quod esset ex Platonicæ Alexandrinæ Academiæ successione, *Diadochus* dictus est, singula enarrare longum esset, neque id res nostra patitur. Consulat qui velit Joan. Albertum Fabricium *Bibl. Græc.* lib. v, part. IV pag. 455, et Jac. Bruckerum *Hist. Crit. Philos.* tom. II, pag. 318, qui de ejus vita et scriptis multa eruditionis copia disserunt. Unum est quod modo interest adnotare, Procli nomen fuisse Christianis omnibus odiosum, eo quod homo impius e schola Alexandrina profectus, et Porphyrii exemplum secutus, Christianam religionem impudentissime exagitaverit. Cujus rei testem Suidam dabo opportune ita de Proclo loquentem: Οὗτός ἐστι Πρόκλος ὁ δεύτερος μετὰ Πορφύριον κατὰ Χριστιανῶν τὴν μιαρὰν καὶ ἐφύβριστον αὐτοῦ γλῶσσαν κινήσας· πρὸς ὃν ἔγραψεν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος, πάνυ θαυμασίως, ὑπαντήσας μετὰ τῶν ιη' ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ, καὶ δείξας αὐτὸν κάν τοῖς Ἑλληνικοῖς, ἐφ' οἷς μέγα ἐφρόνει, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον· *Hic est ille Proclus, qui secundus a Porphyrio impuram et petulantem linguam in Christianos acuit. Adversus hunc Joannes cognomento Philoponus scripsit, qui argumenta ejus* XVIII *admirabili dexteritate refutavit, eumque vel in Græcis disciplinis, quarum peritia se jactabat, indoctum, et exiguo judicio præditum ostendit.* Quidam crediderunt Proclum hisce XVIII argumentis omnia Christianorum dogmata impugnasse, sed alii rectius putarunt omnem vim suam in id unum intendisse, ut mundum esse æternum demonstraret. Procli ἐπιχειρήματα, si qui alii ex Christianis refutarunt, idipsum maxime præstitit Philoponus, et quidam πάνυ θαυμασίως, ut nuper laudatus Suidas affirmat. Exstant etiam nunc Philoponi Κατὰ Πρόκλου περὶ ἀϊδιότητος κόσμου λύσεις λόγων ιη', *adversus Procli pro æternitate mundi argumenta duodeviginti solutiones*, cum Græce, tum Latine edita, ex quibus plane liquet, Proclum sua XVIII contra Christianos argumenta ea tantum mente direxisse, ut mundum æternum assereret, Philoponum autem pro re Christiana pugnantem Procli argumenta refutasse. Ac Philoponum quidem hac in re a Proclo dissentientem ostendunt etiam, qui ejus exstant τῶν εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγοι ζ', *Commentariorum in Mosaicam mundi creationem libri* VII, qui prodierunt Græce, et Latine ex versione Balthazaris Corderii, Viennæ Austriæ 1630, atque iterum prodituri erant, si quod meditabatur, Bibliothecæ Patrum supplementum absolvere potuisset vir doctissimus Petrus Lambecius: novam enim hujus operis editionem ex eodem codice Vindobonensi, quo usus erat Cordelius, se daturum promiserat, lib. I, pag. 138, eo quod ipsum Corderium interpretis munere male functum putaret, cujus quidem vel incuriam, vel inscitiam in Græcis vertendis notat etiam Joan. Bapt. Cotelerius in *Notis ad Mon. Eccles. Græcæ*, tom. III, ubi eum sæpe, et turpiter peccasse demonstrat. Itaque in hisce Commentariorum libris, quos præcipue contra Theodorum Mopsuestiæ episcopum Philoponus scripsit, mundum creatum a Deo secundum sanctæ Scripturæ oracula probare contendit. Neque enim tantum in suis scriptis Aristotelem, ut quibusdam placuit asserere, defendit, quantum Proclum damnat, quod Platonem male intellexerit, et captiosis syllogismis ex ipsius Platonis doctrina voluerit inferre mundum fuisse æternum. Vere enim Philoponus id maxime affirmat, Platonem, cujus armis pugnare videbatur Proclus, non ex theologica subtilitate omnia scripsisse, sed poeticarum fabularum consuetudinem sæpe secutum, non ea, quæ censebat, ob populi Atheniensis metum, dixisse. Quare patet Philoponum in longe diversam a Proclo sententiam abiisse, cum eum etiam in hisce Commentariis aperte impugnaverit. Ac Photius quidem acris ingenii judex, jam tum a priscis temporibus Philoponi Hexaemeron legerat, et ab omni labe purum invenit. Ἀνεγνώσθη, inquit cod. 43, Ἰωάννη τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν ἑξαήμερον. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καθαρὸς καὶ σαφὴς, καὶ κρείττων τῇ λέξει ἑαυτοῦ· καὶ συμφορῶν σχεδὸν ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ· *Legimus Joannem Philoponum in Hexaemeron, quo in libro purus est, et clarus, seque ipse dicendi modo evincit: atque Basilio Magno plurimum forte consentit.* Quod suum sane judicium Photius confirmat cod. 240, in quo nonnulla excerpta ex opere Philoponi profert, quibus evincit, ipsum eo respexisse, ut ostenderet mundi ortum apud Mosem rebus apparentibus respondere. Rectissime autem Photium judicasse sentiet quicunque Philoponis Commentarios legat: totum enim in eo occupatum inveniet, ut demonstret, Mosem non argutas quæstiones sibi proposuisse ut scriberet, sed homines voluisse ad Dei notitiam adducere, et animis rudibus, nec quidquam aliud præter ea quæ apparent intelligentibus, divinam cognitionem instillare: unde hoc unum omnibus in Mose proponit inspiciendum *Comment.*, lib. II, ζητεῖτω μόνον, εἰ μὴ τοῖς φαινομένοις γέγραφε σύμφωνα, *inquiratur solum, anne rebus apparentibus Moses scripserit consentanea?*

Igitur nulla hactenus videtur esse ratio, qua dici possit, Georgium Pisidam sub Procli nomine Joannem Philoponum suis iambis in Hexaemeron lacessisse, cum Pisida aperte Proclum petat, et Philoponus in eumdem Proclum, ut patet, calamum strinxerit. Verum propius hæc sunt inspicienda, ne laudibus, quibus Philoponum nuper commendatum vidimus, ipsi nos decipi videamur. Quare Philoponus jam non cum Proclo, sed cum Pisida conferendus est, ut quid uterque præstiterit dignoscatur. At vero si quis in hoc examine instituendo longius se detineri ægre fert, properet ad alia; nihil enim moramur fastidiosos, gratiam fortasse inituri cum humanioribus viris, quibus plura a re nostra non aliena, et nondum bene a quoquam expensa atque dijudicata hic reperire non displicebit: præsertim cum nonnulla etiam, quæ ad Poemation Pisidæ *Contra Severum* illustrandum alibi dicenda essent, in antecessum hic dare nos cogat argumenti affinitas et ratio. Quotquot igitur de Philopono, et Georgio Pisida scripserunt, eos ætate suppares, et sibi invicem contrarios fuisse tradiderunt. Verum cum uterque eorum de iisdem rebus, atque ut ex librorum plane titulis judicare quis possit, eodem spiritu ducti scripsisse videantur, mecum ipse mirabar, quomodo hæc inter se possent convenire. Scimus enim Philoponum supra memoratos *Commentarios de creatione mundi*, necnon *Contra Procli argumenta duodeviginti solutiones* edidisse, itemque librum alterum Κατὰ Σευήρου, *Contra Severum Antiochenum*, quem Suidas in Ἰωάννης memorat. Atqui etiam Georgius Pisida *De creatione mundi* contra Proclum, itemque *Contra Severum* scripsit, et ipsum tamen omnes unum Philoponum suis iambis petere consentiunt. Quid quod tam Philoponus, quam Pisida sua *in Hexaemeron*, et *Contra Severum* scripta Ser-

Digitized by Google

gio Constantinopolitano patriarchæ dicasse feruntur? Aut quis intelligat, quod Nicephorus testatur, ad defendendam Monophysitarum hæresim librum edidisse Philoponum, et tamen Severum, qui eorumdem Monophysitarum post Eutychem alter parens fuit, impugnasse? Quæ quidem omnia investiganda, et quantum in nobis est majore in luce ponenda esse censemus.

Ac primum quidem qua ætate Philoponus vixerit, videndum est. Qua in re nihil certius afferri posse putamus, quam quod Photius cod. 24 asserit, se legisse βιβλίον ἔχον πεπραγμένα συστάντα παρὰ τῷ τῆς βασιλίδος ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ, Ἰουστίνου βασιλεύοντος· ἅτινα συνέστησαν μεταξὺ Κωνόνος, καὶ Εὐγενίου τῶν Τριθειτῶν, καὶ Παύλου, καὶ Στεφάνου, καὶ αὐτῶν τῆς τῶν διακρινομένων αἱρέσεως τυγχανόντων· *acta disputationis initæ coram Joanne regiæ urbis episcopo, Justino imperante, inter Cononem, et Eugenium Tritheitas, et Paulum, et Stephanum, qui et ipsi de numero hæsitantium erant.* At Philoponus Tritheitarum auctor habitus est, et coram Joanne Scholastico judicatus est, ejusque impia doctrina primum refutata: igitur circa annum 565 florebat Philoponus, quo tempore Joannes Scholasticus thronum Cpolitanum occupabat. Verum alio solent inniti argumento, qui Philoponi ætatem usque ad VII sæculum putant esse protrahendam. Quod quidem, ut nobis videtur, satis leve est, nec cum cæteris, quæ de eo narrantur, conveniens. Vulgata sane est de Bibliothecæ Alexandrinæ miserrima clade, et combustione historiola, quam narrat Abulpharagius. Alexandria enim a Saracenis Amro duce expugnata, quæ omnis eruditionis, ac imprimis philosophiæ fuit sedes amplissima, quæque innumeras una simul collectas Bibliothecas complectebatur, Joannes Philoponus petiit, ut libri philosophici, quotquot sane in regiis gazis, et bibliothecis reperirentur, sibi concederentur. Amrus ea de re ad Califham Omarum sibi scribendum esse dixit, tulitque ab Omaro celeberrimum responsum, *quod ad libros, quorum mentionem fecisti, si in illis continetur quod cum libro Dei*, Corano scilicet, *conveniat, in libro Dei est, quod sufficiat absque illis: quod si in iis fuerit, quod libro Dei repugnet, neutiquam est illis nobis opus. Jube igitur e medio tolli.* Jussit ergo Amrus eos dispergi per balnea Alexandriæ, atque in illis calefaciendis comburi. *Ita spatio semestri*, concludit Abulpharagius, *Hist. Dynast.*, pag. 114, *consumpti sunt. Audi quid factum sit, et mirere*, etc. Abulpharagii testimonium recipere, eique subscribere non dubitarunt viri clarissimi Pocokius, *Specim. hist. Arabum*, pag. 165; Renaudotius, *Hist. patriarch. Alexandr.*, pag. 170; Fabricius, *Bibl. Gr.*, tom. IX, pag 359; Bruckerus, *Philos. crit.*, t III, pag. 30 et 550, aliique plures. At si hoc verum sit, Philoponus post annum Christi 641 adhuc vivebat; eo enim anno Saracenicis copiis instructus dux Amrus Alexandriam occupavit. Id tamen pace tantorum virorum fieri non potuisse credimus; quia nimis in longum tempus vitam suam protraxisse Philoponum dicendum esset. Certe si coram Joanne Scholastico, qui ab anno 564 ad annum 567 urbis regiæ fuit patriarcha contra Philoponum instituta est disputatio, ejus nomen jamdiu celebre esse factum, atque in Academia Alexandrina tantum laudis et famæ sibi comparasse, ut errorum suorum domi forisque haberet asseclas, et administros, fatendum est. Demus igitur Philoponum, tum cum de ejus doctrina disputatum est annos ad quadraginta esse natum, idque paulo ante obitum Joannis Scholastici contigisse, septuaginta quatuor adhuc anni supersunt, antequam ad tempora Saracenicæ in Africam invasionis, quæ anno 641 facta est, deveniamus. Itaque hac habita ratione supputandi ultra decimum quartum supra centesimum annum Philoponus vixisset. Difficultatem sensit Bruckerus *loc. cit.*, verum contractis primæ ætatis, quam nos Philopono tribuimus temporibus, octogenario majorem ipsum tantum facit, eumque inter philosophos μακροβίους adnumerat.

Sed ne temere videamur a clarissimis viris dissentire, argumenta, quæ opinionem nostram confirmare possunt, in medium proferantur. Arabicis et Syriacis primum Scriptoribus non esse nimis fidendum jamdiu observatum est a multis: illi enim neque rerum delectu, neque limato judicio in rebus externis exponendis usi sunt, et magnum quid sæpe se fecisse putarunt, si incredibilia potius quam vera narrarent. Abulpharagium ipsum hac labe immunem esse nemo dixerit; atque in eo, quod ad Philoponum spectat, non bene sibi constare patet, ni fallimur, ex *Specimine chronici Syriaci*, quod sæpe laudatus Jos. Simonius Assemanus, a quo plurima hujusmodi petunt, et exspectant quotquot sunt rerum antiquarum amatores, edidit *Bibl. Orient.*, tom. II. pag. 328. Ibi enim hæc ad rem nostram Gregorius Bar-Hebræus, qui et Abulpharagius dictus est, scribit: *His itidem annis innotuit hæresis Tritheitarum, quorum parens exstitit Joannes Ascusnaghes, quod* Utris-fundum *recte interpreteris. Is porro Samuelis Petri Syri ex Rhesina in Mesopotamia docti viri discipulus fuit, qui per viginti annos Constantinopoli universam Græcorum eruditionem didicit. Eo magistro suo exstincto, Joannes ejus cathedram occupavit: cumque aliquando ad imperatorem intromissus, ab eodem de sua religione rogaretur; unam, respondit, Christi verbi incarnati naturam profiteor, in Trinitate vero secundum numerum personarum naturas, essentias, et Deitates tres esse supputo. Quamobrem ab imperatore exsilio multatus fuit. Scribit autem Joannes Asiæ, nos ejus causa fuisse præcipue infamatos: quandoquidem ille ex nobis, et non ex Dyophysitis se esse professus est. Per hæc tempora imperatrix Theodora quemdam ex filia nepotem habebat Athanasium nomine, qui apud Amantium monachum Edessenum, et Sergium presbyterum, qui orthodoxorum patriarcha fuit, educatus est. Hic similiter Chalcedonensium communione rejecta in eorum hæresim offendit, cum esset simplex frater, habuitque in errore socios Cononem Tarsensem, et Eugenium ex Seleucia Isauriæ, sed et Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, Alexandrinus, cum ecclesiastica eruditione clarescere cœpisset postremo eamdem opinionem amplexus est. Exinceps populus noster in duas factiones scissus est, atque ex nostris quamplurimi Chalcedonensibus adhæsere, cum dicerent: potius utique est nobis cum illis duas, quam cum istis quatuor naturas admittere. Demum cum Joannes* Utris-fundus *a Magno Theodosio reprehensus in suo errore persisteret, ab Ecclesia ejicitur, et paulo post moritur. Tum vero Athanasius monachus demonstrationes ab* Utris-fundo *compositas in unum compingens volumen, Alexandriam transmisit ad Joannem Grammaticum, qui et Philoponus, qui de ea opinione tractatum conscripsit, et ad Athanasium misit. Re cognita Alexandrini librum simul et auctorem condemnarunt. Cæterum cum Tritheitæ eam ob causam omnium in se odium concitatum animadverterent, imperatori supplicarunt, ut ipsorum causa publico judicio disceptaretur. Id vero patriarchæ Chalcedonensium commissum fuit, simulque cautum, ne in ea disputatione Patrum Dyophysitarum testimonia adhiberet, sed Severi tantum, ac Theodosii, atque Anthimi. A patriarcha itaque citati Diacrinomeni, illi videlicet nostri, qui unam in Christo naturam constentur, constituta die affuerunt. Affuere pariter et eorum adversarii; et illorum quidem, nempe Tritheitarum partes tuebantur præcipue Conon et Eugenius. Pro orthodoxis stabant Joannes Asiæ et Paulus Sergii patriarchæ postea successor. Quatriduo coram patriarcha Chalcedonensium disceptatum est*, etc. Hæc Abulpharagius; post quæ, Assemanio teste, pergit referre, convictis ea disputatione Tritheitis, hæresim quoque ejusmodi exstinctam fuisse. Totum

Digitized by Google

hoc ἀποσπασμάτιον licet satis longum exscribendum nobis fuit: multa enim inde erui possunt, unde veritas confirmetur. Interea, ut mihi plane videtur, patet Justiniani, et Theodoræ Augustæ temporibus Joannem Philoponum vixisse, ac tum etiam jamdiu ex ephebis excessisse, cum disertissime dicatur, quod *ecclesiastica eruditione clarescere cœpisset*, et ad eum Athanasius Theodoræ Augustæ nepos Joannis *Utrisfundi* scripta, tanquam ad causæ Patronum miserit, atque inde judicium contra Tritheitas, quorum causam Philoponus ipse Athanasio suadente tutatus est scripto, sit enatum. Si autem hæc vera sunt, quis credat, quæ alibi de Philoponi colloquio cum Amro Saracenorum duce idem narrat Abulpharagius? Quis non videt, quam male hæc conveniant cum historia de Bibliotheca Alexandrina ipso Philopono reclamante combusta? Esto Philoponum, cum Theodora Augusta decessit e vivis, anno scilicet 548, triginta non amplius annis fuisse natum, ipsumque eodem anno, quo bibliothecæ Alexandrinæ fatum, scilicet 641, contigit, obiisse, quis hoc credat, ultra vicesimum supra centesimum eum vitam protraxisse?

Nostra igitur de Philoponi vita sententia est, eum circa sæculi v finem esse natum, neque ad VII initium potuisse pervenire. Ac prima quidem ætate, ni fallimur, elegantioribus litteris ille incubuit, eaque scripsit, quæ Grammaticam, et eruditionem spectant, unde *Grammaticus* est appellatus, quo nomine sæpe eum vocat, et reprehendit Simplicius *De cælo*. Tum vero cum ab Ammonio Hermea, Procli discipulo, Peripateticismi amorem hausisset, ea omnia in Aristotelem, et Platonem scripsisse putamus, quæ edita nunc quoque exstant, quæque diligentissime recensentur a Fabricio *Bibl. Gr.* tom. IX, pag. 363. Interea cum magnæ illæ turbæ in Ecclesia Dei a Severo patriarcha Antiocheno excitatæ late ferverent, neque minus in Oriente quam in Occidente, quo Severus ipse Antiochia ejectus se contulerat, Monophysitarum lues deterrima serperet; tum quidem Philoponum, qui in Academia Alexandrina ad magnam nominis celebritatem venisset, et Severum ipsum in Ægypto latitantem nosse potuit, ecclesiasticis quæstionibus, ut verisimillimum est, se immiscere cœpit: quod etiam eo libentius fecisse putandum est, quia quæ Monophysitæ contra Synodum Chalcedonensem objiciebant, cum doctrina Aristotelis, quem sibi potissimum magistrum habebat, et commendabat aliis, melius convenirent. Unde tamen ipse in ecclesiastica eruditione *clarescere* primum *cœperit*, ut Abulpharagius ait, divinare licet, affirmare non possumus. Nihilominus conjecturam facimus, eum a libro περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως auspicatum esse. Quem librum non amplius exstantem quondam scripsisse Joannem Philoponum nemo animadvertit, ne ille quidem præcæ eruditionis promus condus Joan. Albertus Fabricius, qui mira quadam diligentia omnia ejusdem auctoris opera enumerat. Creditum enim est omnino, tractatum Περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως nihil aliud esse, quam Τοὺς εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν λόγους de quibus supra disputatum est. Verum non ita se habere rem, testis nobis est ipse Philoponus, qui in proœmio suæ Cosmogoniæ aperte asserit τοὺς περὶ κοσμογονίας λόγους scripsisse, ut in antea editum περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως librum defenderet: ita enim ait, Πολὺς μὲν ἐμοὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἐν πολλαῖς πραγματείαις διήνυσται λόγος *ingens quidem a me de mundi generatione multis elucubrationibus confectus est liber*, ἄλλοι δὲ διὰ τοῦτα συνεχῶς ἡμῖν ἠνώχλουν ἠρέμα πως, καὶ ὑπωνειδίζον, ὡς ἐξωτερικῶν μὲν λόγων ἀσέλεγχον, *sed multi idcirco contra nos tacite turbas citarunt, et exprobrarunt, quod extraneis rationibus hoc argumenti genere usi simus*: unde sequitur, sed ille secundum Mosem, quod superius adnotavimus, eadem de re disserere. Hinc primum apparet, non bene statim inter Christianos audivisse nomen Philoponi, cum ipse de rebus sacris agere est aggressus: ac non vanam quidem fuisse suspicionem eventus declaravit. Plura enim postea Joannes Grammaticus, quem Photius cod. 55, μᾶλλον ματαιόπονον, quam φιλόπονον. *amentem potius quam laboris amantem* velit appellare, a catholicis doctrinis abhorrentia ausus est effutire. Unde ejus impietatem sæpe carpit, et damnat idem Photius cod. 21, 23, 55, et 65, et Nicephorus lib. XVIII, a cap. 46 ad 50. Et quidem merito: nam ecclesiasticis disputationibus profanus homo ausus se immiscere, et ut videtur Severi sententiam primum amplexus, cum eo simul contra Patres Chalcedonenses pugnavit; tum vero novo errorum æstu abreptus contra Severum ipsum, unaque contra Orthodoxos insurrexit: ut enim testatur Photius cod. 55, calamum impudenter strinxit, κατὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, *adversus sacram, et œcumenicam quartam Synodum;* itemque alium edidit libellum βιβλιδάριον περὶ τῶν δογματισθέντων περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος *adversus ea, quæ de SS. Trinitate* docuit in Sermone catechetico Joannes Scholasticus patriarcha Constantinopolitanus. Atque hujus quidem generis fuit scriptum, cui titulum Philoponus fecit, Διαιτητὴς, *arbiter* sententiarum περὶ ἑνώσεως *de unione naturarum* in Christo, in quo quid ab omnibus sentiendum esset, audacter statuebat. His etiam accedit impium opus in plures tomos distinctum περὶ ἀναστάσεως de resurrectione, in quo Photio judice cod. 21: τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἀναιρεῖ, πολλά τε ἀπεριτσκέπτως λέγει, *corporum resurrectionem subvertit, et multa inconsiderate jactat.* Igitur errorum capita, in quibus ille obstinatus obduruit, tum ex Photio, tum ex Nicephoro hæc fuisse colligitur: primum quod contra SS. Patrum auctoritatem, quos irridebat, novam de resurrectione mortuorum sententiam ipse somnians, deliransque in mundum invexerit; adeo ut cum Theodosius monachus, nec non tres e suis asseclis Conon, Eugenius, et Themistius acriter impugnaverint atque a fide Christiana discessisse affirmaverint: secundo autem, quod contra quartam synodum impudenter scripserit, et Orationem catecheticam, quam Joannes Scholasticus habuit pro certo dogmate de sancta et consubstantiali Trinitate, ipse quodam libello proscindere non erubuerit, tres naturas in SS. Trinitate profitendas esse affirmans; unde factum est, ut Paulus, et Stephanus, ejus item socii, ab eo discesserint. Itaque in falsas opiniones, erroresque turbulentos delatus quidem est; verum cum neque aperte se prodere, neque prorsus latere vellet, sibi cohærentia non scripsit, et modo quidem aliquid sanum, purumque suis in scriptis edidit, modo vero suum virus argumentorum subtilitatibus, et fallaciis emollitum, ut quid sibi voluerit, non plane constet. Animadverterat hoc jamdiu Photius, qui cod. 75, *adeo putidum, et imbecillem in suis argumentis* declarat, ut ne *umbratili quidem veritatis specie propria potuerit adversus pios sophismata colorare:* nec minus ejus fraudulentum ingenium detegit, ei vitio vertens, quod aliena scripta sibi vindicaverit, atque adeo corruperit, *ut quod germanum erat in ipsis auctoribus, ac masculum, ab ipso depravatum perierit;* et quamvis SS. Patrum testimonia proferat, *ut Gregorii, Basilii, etc., ea tamen esse, quæ causam ipsius impiam, quam habet propositam, minime promoveant.* Ex hac igitur Philoponi malitia, sublesta fide, et fraudulentia, quibus præsertim artibus niti solemne semper fuit tum antiquis, tum recentioribus hæreticis, factum putamus, ut alia in lucem ille ediderit, quæ suspicionem erroris ab seipso amoverent, alia vero, quæ ejus mentem a recta fide non alienam per inanes quosdam dolos, argutulasque fallacias detegerent. Fidem faciunt ejus scripta: neque enim alia de causa, ut videtur, *Contra Proclum* scripsit, nisi ut se ab eo dissentire

Digitized by Google

in re summa ostenderet; aut *Cosmogoniam* secundum Mosem contra Theodorum Mopsuestenum explicavit, nisi ut quæ in libro *De generatione mundi* inaniter disseruerat, castigaret : nec alia tandem mente contra Severum scripsit, nisi ut jam sibi non amplius faventem ab uno in alterum errorem traheret. Omnium sane orthodoxorum scriptorum consentiens vox est, Philoponum a Catholicorum fide descivisse, quod Suidas fatetur. Quamvis autem ea omnia, quibus Christianam doctrinam impugnavit, interciderint, exstant tamen libri Διαιτητοῦ quædam laciniæ in act. x Conc. Constantinopolitani III, et in Nicephoro lib. XVIII, cap. 47, necnon fragmenta nonnulla in sancto Joanne Damasceno *De hæresibus*, quæ jamdiu Cotelerius, tom. I *Monum.* pag. 509, ediderat, postea vero recusa nobis donavit vir cl. P. Le-Quienius in nova edit. operum Damasceni tom. I, pag. 101, e quibus sane colligitur, quam jure Photius de Philopono dixerit, quod ματαιολογεῖ, καὶ θρασύνεται *nugas vendit, et audax est*, et quam recte hunc Philoponi librum Anastasius Antiochenus non διαιτητὴν, sed διαιρετὴν maluerit appellare, ut testatur sanctus Maximus tom. II Opp. pag. 124, nihil enim loquar *De summa doctrinæ* Philoponi, quam in codice Syriaco Vaticano contineri affirmat Assemanus in Dissert. *De monophys.* tom. II *Bibl. Orient.* præposita. Illud autem rem aperte demonstrat, Philoponum vix, ac ne vix quidem latere potuisse, dum vixit; quod cum jamdiu obiisset, cum aliis Hæreticis tandem damnatus fuit. In concilio enim Constantinopoli habito anno 681 lecta fuit Synodica Sophronii archiepiscopi Hierosolymitani, in qua dicitur, ὑπὲρ πάντας ἔστω καὶ Σεσῆρος ἀνάθεμα... Θεοδόσιος ὁ Ἀλεξανδρεύς... Ἰωάννης ὁ Γραμματικὸς, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Φιλόπονος, μᾶλλον δὲ ματαιόπονος, Κόνων τε καὶ Εὐγένιος, οἱ τρεῖς τῆς Τριθεΐτας τρισκατάρατοι πρόμαχοι, *super omnes sit et Severus anathema... Theodosius quoque Alexandrinus..., Joannes Grammaticus, cognomento Philoponus, id est studiosus, vel potius matæoponus, scilicet nugator, Conon quoque, et Eugenius, qui sunt triplicis Deitatis ter maledicti propugnatores.* Atque hæc de doctrina, et deliramentis Philoponi dixisse sufficiat, ne fastidium lectoribus creemus. Illud tamen adhuc observabimus, ab omnibus ecclesiasticis scriptoribus, ut rem certam et indubiam, esse traditum, quod Joan. Philoponus hæreseos Tritheitarum parens fuerit. Solus autem Abulpharagius Joannem Aschusnaghem, vel *Utris-fundum*, ejus sectæ auctorem facit; nisi Abulpharagio Leontium Byzantinum adjungere velimus, qui in libro *De Sectis, act.* 5, Tritheitarum sectam a Philopono potius instauratam, quam constitutam videtur asserere : ait enim, *adhuc agente Byzantii Theodosio demo natum est dogma Tritheitarum, cujus sectæ*, scilicet renovatæ, *princeps Philoponus exstitit.* Sed demus, si placet, hanc gloriam Abulpharagio, ut Syrus homo hanc putidam sententiam in mundum primus invexerit : Philoponus certe fuit ille, qui eam acriter tutatus est, et variis scriptis confirmavit, unde ipse Tritheitarum princeps semper est habitus, et in *Historia ecclesiastica* Dionysii patriarchæ apud Assemanium *Bibl. Orient.* tom. II, pag. 80, *hujus hæreseos Director* vocatur.

Sed ut illuc, unde discessimus, redeamus, si ex allatis patet, Philoponum jam grandem natu fuisse, cum cœpit clarescere ecclesiastica eruditione; antea enim in grammaticis, et philosophicis rebus diu multumque versatus fuit, quis hoc asserat, eum qui jam ætate provectus in judicium coram Joanne Scholastico ante annum 567 vocatus fuit, ad annum usque quadragesimum primum supra sexcentesimum postea pervenisse? At si qui nobiscum convenire nolint docti viri, plane reponent, id aliter fieri non potuisse, si verum est Joannem Philoponum suam Cosmopœiam, Sergio patriarcha Cpolitano hortante, suscepisse, eique absolutam nuncupasse : nam Sergius quidem anno 610 Thomæ in archiepiscopatu successit : unde qui ei suum opus inscripsit, eo saltem anno vivebat; et si tunc vivebat, etiam ad annum 641 potuit pervenire. At nos nodum solvere si possimus experiamur. Ut nostra quidem est sententia, ille Sergius, qui Philopono auctor et suasor fuit, ut in Hexaemeron scriberet, patriarcha Cpolitanus Thomæ successor non fuit, sed hujus nominis alter Sergius, qui patriarcha quidem fuit, sed Antiochenus, et quidem Monophysita, vel Jacobita. Qui Cpolitanum eum faciunt, nituntur auctoritate tituli, quem præ se ferre dicunt *Commentarios in Cosmogoniam* ejusdem Philoponi cura Patri Corderii editos, quos Sergio Patriarchæ Cpolitano volunt esse inscriptos. Verum Corderius nullibi dixit eos Sergio Cpolitano nuncupasse : ac si dixisset, judicio potius suo, quam Codicis Vindobonensis auctoritate fretus id affirmasset : cum ipsum codicem, quem exscripserat, titulo caruisse nobis testatum reliquerit doctissimus Lambecius in *Comment. Bibl. Cæs.*, lib. I, pag. 139. *Notandum est*, ait, *Corderium in prima hac istius operis editione impressa nonnullis locis aberrasse, ut vel ex ipso titulo videre est, qui vulgo sic legitur*, Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου περὶ κοσμοποίας λόγοι ἑπτά. *At in ipso codice ms. inscriptio libri primi hæc est* : τῶν εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγος πρῶτος, *unde sequitur, titulum totius operis generalem, qui ibi nunc deest, ita olim conceptum fuisse* : Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν Μωϋσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικοὶ λόγοι ἑπτά. Itaque si neque libri titulus Sergium Cpolitanum nominat, neque Corderius id affirmat; videtur enim potius, quis iste fuerit Sergius, in sua brevi Præfatione dubitasse, totum inde deductum argumentum corruit. Nam in proœmio Philoponus Sergium quemdam plane alloquitur, sed patriarcham Cpolitanum eum non vocat; ita enim ait : Μάλιστα δὲ σὺ, τιμιωτάτη μοι κεφαλὴ, Σέργιε, καὶ τῶν ἐν ἀρχιερεῦσι Θεῷ τελούντων μέγιστον ἐγκαλλώπισμα, πολὺς ἐπέκεισο προτρέπων, μονονουχὶ καὶ βιαζόμενος τὰ εἰς ἐμὴν συνεισφέρειν τῷ πράγματι δύναμιν. Συνεργὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ἦν ὁ γνώριμος τοῦ γένους οὐκ ἔλαττον τὴν θεοσέβειαν Ἀθανάσιος· οἷος σκύμνος, τῷ εἰς ἀρετὴν θρεψαμένῳ συμπαραθέων· πολιὸς δὲ νοῦς ἐν ἀσκήσει λόγων αἰδέσιμον ποιεῖ νεότητα· *Tu Sergi, caput mihi maxime venerandum, necnon pontificum Deo sacrificantium maximum ornamentum, frequens me ursisti admonendo, et tantum non cogendo, ut quidquid possem ad hanc rem conferrem. Consors autem hujus studii erat ille non minus pietate, quam genere illustris Athanasius, qui tanquam catulus leo, ad virtutem una cum suo alumno cucurrit : mens enim dicendi studio, et exercitatione senilis facta venerabilem reddit juventutem.* Ex quibus Philoponi verbis mox etiam nonnulla eruemus, quæ nostram opinionem confirmabunt. Sed quid hic dicemus de Photio, qui cod. 65, ita habet? Ἀνεγνώσθη ἐκ τῶν Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν ἑξαήμερον· ὅτι τὸ σύγγραμμα Σεργίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως προσφωνεῖ, ἐκείνου προτροπῇ τοῦτον ὑπελθεῖν τὸν πόνον προοιμαζόμενος· *Lectus est a me Joannes Philoponus in Hexaemeron. Dedicat ille librum Sergio Constantinopolitano, cujus suasu se laborem suscepisse præfatur.* Disertissimum, ut videtur, Photii testimonium rejicere, temeritatis plena res esset; verum ne Photium quidem Sergio, quem Philoponus laudat, Constantinopolitani patriarchæ titulum dedisse, sed librariorum incuria mendum in textum irrepsisse confidenter affirmamus, quod inferius probabimus.

Sed major adhuc difficultas ex ipsius Philoponi scriptis oritur. Ipse enim videtur satis perspicue *in Comment. ad lib.* IV *Physic.* περὶ χρόνου, qua ætate vixerit prorsus definire. En verba : Φαμὲν γὰρ ἐνεστηκέναι καὶ ἐνιαυτὸν, καὶ μῆνα, καὶ ἡμέραν· ἐνιαυτὸν Διοκλετιανοῦ ἔτος τλγ', μῆνα Παχὼν, ἡμέ-

Digitized by Google

:ην διχάτην· *Dicimus præsentem jam esse annum,* **A** *nensem, et diem : annum quidem Diocletiani* 333, *Christi* 617, *mensem Pachon*, Maium, *diem decimam.* loc testimonio, ut patet, sententia nostra de Phi-oponi vita, quem sæculi VII initia non attigisse licimus, apertissime refutatur. Verum hic quoque nendum irrepsisse facile quisque confitebitur, si ex lio ejusdem Philoponi testimonio ita rem se non abere cognoscet. In libro enim κατὰ Πρόκλου ad rgumentum XVI, 4, sic ait : Καὶ νῦν γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ διακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν πέμπον Διοκλη-:ιανοῦ ἔτος ἐν τῷ αὐτῷ Ζωδίῳ τῷ Ταύρῳ γεγόναστν ἱ ἑπτὰ πλανώμενοι, εἰ καὶ μὴ ἐν τῇ αὐτῇ μοίρᾳ ἅπαντες· *Nam et nunc nostris hisce temporibus anno* 245 *Diocletiani*, *Christi* 529, *in uno eodemque signo Tauri, licet non in eodem gradu omnes septem planetæ fuerunt.* Certe vel in superiori testimonio extus est corruptus, vel idem Philoponus scribe-bat anno 529, et anno 617, sed quis hoc sibi sua-leat? Difficultatem animadvertit vir perspicacissi-**B** nus Fabricius *Bibl. Gr.* tom. IX, pag. 363, fere enim centum annorum suberat differentia; sed cum pse etiam historiam de Bibliothecæ Alexandrinæ combustione, quam Philoponi temporibus obtigisse refert Abulpharagius, recepisset, maluit primum quam secundum ex allatis testimoniis approbare, cum tamen primum rejicere, et secundum potius amplecti debuisset. Quare versionem, quam de suo proponit, ut Philoponum cum Philopono conciliet, non admittimus; ea enim verba καὶ νῦν γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ ἔτος, paulo laxius accipi vult, atque ita reddi oportere monet, *nam et longe a nostris temporibus anno*, etc. Sed patet Philoponum de suis temporibus, non de *longe* transactis, ut Fabricius autumat, loqui. Ac multo sane facilius erat de veritate textus in primo testimonio dubitare; in quo cum per litteras, vel elementa numerum signi-ficantia tantummodo annus æræ Diocletiani exprimatur, nullo sane negotio fieri potuit, ut vel ab amanuensibus τ pro σ fingeretur, vel ab exscriptoribus σ in τ converteretur, quod plane non videtur dubitandum. **C**

His igitur constitutis, jam tandem quis sit ille Sergius, cui Philoponus opus suum in Hexaemeron nuncupavit, videamus. Profecto, ni fallimur, is ille est, quem Jacobitæ Orientis impio Severo Antiochenæ sedis invasori successorem designarunt. Equidem scio legi in *Hist. patriarch. Alexandr.*, quod Severo Theophanes quidam in Patriarchatu Antiocheno successerit; verum, ut bene animadvertit Le-Quienius, tom. II, p. 1317. *Orient. Christ.*, Theophanem, vel Theophilum illum ignorant verum Jacobitarum Orientales scriptores, quibus sane major fides adhibenda est, cum de suis rebus scribunt. Dionysius enim Telmarensis Jacobitarum Patriarcha in *Chronico*, Dionysius item Barsalibi in *Catalogo Patriarch. Antioch. Jacobiticæ sectæ*, necnon Bar-Hebræus, sive Abulpharagius in *Chro-**D** nico*, hi, inquam, omnes, quæ est Syrorum historicorum familia, non Theophanem, sed Sergium nonunt Severi proximum successorem, quem a Joanne Anazarbi episcopo ordinatum fuisse tradunt. Nimis longum esset singulorum referre testimonia, quæ si quis velit attentius considerare, adeat in ebus Syriacis virum peritissimum Jos. Simonem Assemanium in *Bibl. Orient.* tom. II, pag. 322, cujus judicio discedendum non esse recte statuit nuper laudatus Le-Quienius. Ille igitur, quem laudat Philoponus, Sergius quidam fuit ex urbe Tela, sive Constantina in Osroene, presbyter quondam cœnobii Holæ, hoc est *Arenæ*, cognomento Beth-Charta dictus. De eo agit Assemanius, *loc. cit.*, monetque opportune sub eo floruisse Jacobitarum principem, et institutorem Jacobum Zangalum, Joannem Euphemiæ, Joannem alterum Tritheitarum parentem, scilicet *Utris-fundum*, Athanasium Theodoræ Augustæ ex filia nepotem, Cononem Tharsensem, Eugenium Seleuciæ in Isauria, Joannem Grammaticum, cognomento Philoponum, Theodorum Edessæ episcopum, et Julianum episcopum, qui Nubas, Æthiopasque Monophysismo infecit. Hunc ipsum esse Sergium illum, cui Severum scripsisse refert B. Eulogius archiepiscopus Alexandriæ apud Photium cod. CCXXX, libenter dixerim; Severo enim hominem successisse, qui ei aliqua familiaritate antea conjunctus fuisset, verosimillimum puto : eumdemque plane esse reor ac illum, qui concilii C. Polit. III, Act. IV, *Grammaticus* vocatur, et ad quem scripsisse Severus dicitur : Ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ Σεβήρου πρὸς Σέργιον γραμματικὸν, ἔνθα φησίν· Ἐπειδὴ γὰρ εἷς ὁ ἐνεργῶν, καὶ μία αὐτοῦ ἡ ἐνέργεια, καὶ κίνησις ἐνεργητική· *Item ejusdem Severi ad Sergium Grammaticum, ubi ait : quoniam igitur unus est operans, una est etiam ejus operatio, et motio operaria, vel operatoria.*. Cujus sane vel epistolæ, vel libri ad Sergium fit mentio etiam in Historia ecclesiastica Dionysii patriarchæ apud Assemanium, tom. II, pag. 81, et in Catalogo Bibliothecæ Coislinianæ, pag. 55. Crediderim igitur Sergium, Syrum hominem, unum ex Severi asseclis primum fuisse, atque ex eorum numero, qui Constantinopoli degebant, ut Græcorum eruditionem addiscerent, ac profiterentur. Certe ex relata superius Abulpharagii narratione colligitur Syros habuisse in urbe regia quamdam veluti Academiam, vel Scholam, in qua Græcis litteris vacabant, ut se imperatoribus commendarent, suosque errores facilius defenderent ac propugnarent. Certe Samuel Petrus ex Mesopotamia, qui Joannem *Utris-fundum* habuit discipulum, in ea Academia professus est, eoque mortuo ipse *Joannes Utris-fundus cathedram ejus statim occupavit.* An inultum a vero erraret, qui huic academiæ quondam præfuisse diceret Antiochum, natione item Syrum, qui ad tantam eloquentiæ famam venit, ut auro onustus in patriam redierit? atque Antiochum post excepisse Severianum Gabalorum episcopum, qui etiam divitias ingentes dicendi arte sibi comparavit Constantinopoli, atque ex eadem Schola fuisse Theodorum Mopsuestenum, Theodoritum, Nestorium, Severum, aliosque Syros, quos quidem ingenii, et linguæ laudibus claruisse Constantinopoli, testatur Historia Ecclesiastica; ut quæ fuerit doctorum in illa Academia successio ex doctrinæ traditione dignoscatur? Quid si deinde dicamus, Sergium Joanni *Utris-fundo* successisse, postquam hic in exsilium est actus, *eo quod in Trinitate secundum numerum personarum naturas, essentias, et deitates tres supputaverit?* Quid si *Grammaticus* ea de causa est dictus, quod humanas litteras in regia urbe traderet? Quid tandem si *Grammatici* titulo eum decorare studuerunt Syri, ut quæ inter ipsum et Grammaticum Philoponum necessitudo, et studiorum æmulatio intercederet, intelligeretur? Equidem fateor, plura esse, quæ in hanc sententiam non invitum trahant.

Verum quis dicet, unde amicitiæ, et cognationis conjunctio inter Sergium, et Philoponum deducitur? Ecquæ potuit inter Alexandrinum philosophum, et patriarcham Antiochenum esse studiorum, et sententiarum societas, et communio? Hospitem et plane rudem in Historia ecclesiastica se dicat oportet, quicunque ignoret, Severum Antiochia profugum Alexandriam venisse, unaque simul cum eo magnam hæreticorum colluviem illuc confluxisse : unde tot mala in Ægypto attentata, tot tumultus excitati, religio violata, Patrum fides repudiata, error receptus, et Monophysismus in Occidente æque, ac in Oriente tandem stabilitus. Nec ullum plane dubium est, arctissimæ unionis, quæ postea subsecuta est inter Jacobitas Orientales, et Occidentales, fuisse auctorem Severum, qui Byzantio primum, et deinde Alexandria fugere, et ex urbe una in aliam migrare coactus, modo la-

Digitized by Google

tens, modo prodiens in publicum, et monasteria diversa pertransiens, anno tandem 550, vel ut aliis placet 542, mortuus est, cujus morte pestifero etiam monstro mundus liberatus est. Eo igitur opinor tempore, litterarum, et eruditionis laude clari vivebant, Alexandriæ quidem Joannes Philoponus, Constantinopoli vero Sergius Grammaticus, inter quos ex studiorum, sententiarumque affinitate, et pari in synodum Chalcedonensem odio mutuam quamdam benevolentiam, amicitiamque esse initam non temere conjicimus. Interea Sergius ab Anazarbi episcopo ordinatus, et Monophysitis faventibus patriarcha Antiochenus factus, Joannem Philoponum, qui Severum sibi non faventem scriptis lacessiverat, suo et Athanasii Theodoræ Augustæ nepotis nomine hortatus est, ut librum in Hexaemeron juxta Mosis sententiam scriberet; ut eorum uterque videretur a sana doctrina non esse alienus.

Hæreticorum omnium, ac præsertim Severianorum errores, causamque defendisse Theodoram Justiniani imperatoris uxorem, (propudiosam plane feminam, quidquid dicant, qui mentiendi, et calumniandi prurigine Procopium abreptum putant) constat evidenter ex scriptoribus ecclesiasticis: Procopio, *Anecd.* cap. 10 et seqq.; Evagrio, lib. IV, cap. 10; Anastasio in Sancto Silverio; Victore Tunnensi, *Ad consulatum Basilii*, qui eam passim ob avaritiam, stupra, et hæresim proscindunt. Hanc utique omnes scelesti, facinorosi omnes habebant vindicem, et patronam. Illa magno Ecclesiæ malo a postribulo ad thronum evecta, et Justiniano nupta, tam misere ejus ingenium dementavit, ut omnis criminis reus a Procopio agatur. Cæterum illa simulandi artifex ingeniosissima omnia sua facinora celare studebat, quæque male acta essent, et invidiam creare possent, in Justinianum rejiciebat. In hoc tamen uno semper constans fuit, ut hæreticis faveret: cum enim imperator concilii Chalcedonensis decreta firma esse semper voluisse appareat, ipsa autem contra rectæ fidei semper fuit infensa. Unum Evagrium testem adhibeam, qui de veris, aut ex adverso simulatis inter Theodoram, et Justinianum studiis sic ait: Ἰουστινιανὸς μὲν οὖν τῶν Χαλκηδόνι συνελεληλυθότων, καὶ τῶν παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένων μάλα γενναίως ἀντείχετο· Θεοδώρα δὲ ἡ τούτου σύνοικος τὴν μίαν φύσιν λεγόντων, εἴτε οὕτως ἔχοντες, εἴτε καὶ κατά τινα συνειμένην οἰκονομίαν, ὅμως δ' οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἀνεδίδοσαν. *Quemadmodum Justinianus episcopis, qui Chalcedone in unum convenerant, et decretis ab illis editis valde constanter adhæsit: sic Theodora ejus conjux illis qui unam in Christo naturam asserebant. Sive igitur ita revera sentirent, sive dedita opera sic inter se convenissent, nemo tamen alteri cedebat.* Sed qui plura velit, adeat Procopium, qui sceleratæ feminæ mentem, moresque detegit. Nimirum qui ea legerit, non mirabitur, sanctam Sabam noluisse orare Deum pro sobole, quam Theodora vehementer desiderabat. Negavit enim sanctus vir, ut refert sanctus Cyrillus Scythopolitanus in Vita sanctæ Sabæ apud Cotelerium *Monum. Gr.* tom. III, se id unquam esse facturum: Ἵνα μὴ υἱοὶ αὐτῆς τῶν Σευήρου θηλάσωσι δογμάτων, καὶ χείρω Ἀναστασίου ταράξωσι Ἐκκλησίαν, *ne ejus quoque filii Severi dogmata gustarent, et pejus quam sub Anastasio factum est, Ecclesiam perturbarent.* Igitur Theodora Severianorum dolos, machinasque contra orthodoxos instructas dirigebat. Ipsa plane eo devenit iusaniæ, et potentiæ, ut pro arbitratu suo, quos vellet, sacerdotes, et episcopos crearet, quod diserte testatur Procopius, *Anecd. cap.* 17, Τάς τε ἀρχάς, καὶ ἱερωσύνας ἐχειροτόνει, ἐκεῖνο μόνον διαρευνωμένη, καὶ φυλασσομένη ἐνδελεχέστατα, μὴ καλὸν ἢ ἀγαθός τις ὁ τὸ ἀξίωμα μετιὼν εἴη, καὶ οὐχ οἷός τε οἱ ἐσόμενος ἐς τὰ ἐπαγγελλόμενα ὑπουργήσειν. *Magistratus et sacerdotes creabat, id etiam atque etiam satagens, et curans, ne vir quisquam probus, ac integer dignitates obtineret, qui et data fide non esset obtemperaturus.* Plenæ autem sunt historiæ, quæ Byzantii Anthimum, Alexandriæ Theodosium Monophysitas ambos, eam fovisse testantur, et Severum Antiochenæ Ecclesiæ invasorem restituendum curasse, omnesque Syros Monophysitas habuisse charissimos apertissime confitentur. Equis hic tandem dubitabit affirmare, defuncto Severo Sergium Grammaticum, ipsa Theodora jubente, fuisse suffectum a Severianis, qui tantam suorum errorum haberent adjutricem, et administram; præsertim cum plurimum jam auctoritate polleret in Oriente Jacobus Langelus, vel Baradæus dictus, qui Severi discipulus fuit, et Jacobitarum sectam constituit? Narrat enim Severus Makalfæus Aschuminensis in Ægypto episcopus in *Historia Arabica patriarcharum Alexandriæ*, quam Renaudotius Latine redditam, et in compendium redactam edidit, Jacobitas Orientis, cum Severum Antiochenum patriarcham obiisse audivissent, Justiniani imp. metu a subrogando altero, qui ei succederet, aliquantulum abstinuisse; ubi autem intellexerunt, Alexandrinos erroris sui socios, successorem Theodosio designasse, sibi quoque statim patriarcham elegisse Theophanem, quem esse ipsum Sergium, de quo agimus, ex Scriptorum Syrorum auctoritate superius demonstravimus. Illud autem cognomentum Monophysitas indidisse Sergio, tum cum patriarcha est factus, ut ipsum honestarent magna laude, et tanquam *a Deo monstratum* dicerent, non abs re forsan esset judicare. Vide Assemanium, tom. II, p. 70 et 323.

Atque hæc quidem omnia etiam cum Abulpharagii narratione convenire deprehendet, qui narrationem ipsam nonnullis animadversionibus munitam, et castigatam nunc relegere non recusabit: ibi enim aperte dicitur *Per hæc tempora*, scilicet quando Justinianus exilio multavit Joannem Aschusnaghem, vel Utris-fundum, *imperatricem Theodoram habuisse ex filia nepotem Athanasium nomine, qui apud Amantium monachum, et Sergium presbyterum, qui orthodoxorum patriarcha fuit, educatus est.* Theodoram Augustam nullos ex Justiniano liberos suscepisse testantur historici, atque ex eo, quod ex Vita sancti Sabæ relatum est, clarius patet. Quos igitur habuit filios, ex nefasto contubernio ortos esse ante conciliatas cum Justiniano nuptias certum est. Filiam ei fuisse anonymam, quæ mater fuit Anastasii, adfirmat Procopius, cap. 4 et 5, cujus auctoritate nititur Carolus Du-Fresne, *Hist. Byzant.* lib. I, pag. 96, Anastasii nomen in Athanasium a scriptore Syro mutatum fuisse, orta mihi statim suspicio: quamvis enim Procopius disertissime affirmet, Anastasium Joanninæ Belisarii filiæ desponsatum vi fuisse, Abulpharagius vero ipsum monachum fuisse tradat, utrumque tamen fieri potuisse crediderim: nam Theodora exstincta quæ, ut idem Procopius habet, contra jus fasque οὐδενὶ νόμῳ, et non sine rumore per vim prostratæ clanculum pudicitiæ, Anastasium Joanninæ junxerat, Antonina Joanninæ mater τὸν Θεοδώρας ἔγγονον κηδεστὴν ἀτιμάζει. τὴν δὲ παῖδα βιασαμένη ἀνδρὸς τοῦ ἐρωμένου ἀπέστησε, *spreto desponso Theodoræ nepote, filiam ab ejus amore per vim abduxit;* quo facto Anastasium in cœnobium secessisse valde probabile mihi videtur. Hic igitur Anastasius, vel Athanasius *apud Amantium monachum, et Sergium presbyterum, qui orthodoxorum patriarcha fuit, educatus est.* En ille Sergius Grammaticus prodit, de quo disputamus quique *orthodoxorum patriarcha* a scriptore Monophysita dicitur factus, quia seipsos orthodoxos, nos autem Acatholicos vocare consueverunt omnes Jacobitæ. Jam vero clarius patet qua de causa ille fuerit ad patriarchatum evectus. Theodoram Augustam sibi devinxerat, cujus nepotem erudiverat. *Hic similiter,*

Digitized by Google

scilicet Anastasius, vel Athanasius, ut sequitur Abulpharagius, *Chalcedonensium communione rejecta, in eam hæresim offendit, cum esset simplex frater, habuitque in errore socios Cononem Tharsensem, et Eugenium ex Seleucia Isauriæ.* Patet nepotem Theodoræ Anastasium, vel Athanasium, et Sergium ejus magistrum æque fuisse infensos, ac Theodoram ipsam, concilii Chalcedonensis decretis, necnon utrosque Tritheitis favisse, pro quibus steterunt Conon, et Eugenius in disputatione habita coram Joanne Scholastico, ut confirmat Photius, cod. 21 : *Sed et Joannes Grammaticus*, addit Abulpharagius, *cum ecclesiastica eruditione clarescere cœpisset, postremo eamdem opinionem amplexus est.* En Philoponus emergit, qui tertius est erroris socius et assertor. *Exinceps populus noster parvus in duas factiones scissus est.* Pervulgata res est Monophysitas inter se esse divisos, eosque qui Tritheismi notam, ut Paulus, et Stephanus, effugerunt, Διακρινομένους *Hæsitantes* fuisse appellatos, qua de re videndus præter Photium cod. 23, Nicephorus, lib. XVIII, cap. 47 : *Tunc vero Athanasius monachus demonstrationes ab Utris-sundo compositas transmisit ad Joannem Grammaticum, qui de ea opinione tractatum conscripsit, et ad Athanasium misit.* Athanasium, vel si placet Anastasium Theodoræ Augustæ nepotem, Sergii discipulum, vides hic, lector, errori aperte aperte faventem, et Philopono causam commendantem, ipsumque Philoponum rem serio tractantem, et pro Tritheismo scribentem, ut Photio quidem visum est jejune, et exiliter, sed ut Nicephorus, cap. 45, censuit, acute et ingeniose; ait enim τὸν καὶ πλεῖστα συγγράμματα δυσχερῆ τε καὶ δυσεξέλεγκτα κατὰ τῆς συνόδου ἐξενηνοχότα, *eum plures libros difficiles, quos refellere non ita facile sit, contra synodum quartam edidisse.* Utrum autem ille tractatus, de quo Abulpharagius loquitur, fuerit liber Διαιτητὴς *Arbiter* inscriptus, vel alter contra Severianos exaratus, prorsus me latet. Equidem scio Suidam testatum reliquisse Philoponum etiam *Contra Severum* scripsisse; quod sane mirum videri neutiquam potest : quamvis enim primum cum Severo in synodo Chalcedonensi damnanda libens consenserit, multum deinde ab ejus sententia discessit. Nam Severus quidem *unam ex duabus in Christo naturam post unionem* affirmabat, Philoponus autem cum tres naturas in SS. Trinitate constanter assereret, et in Christo unam ex duabus admitteret Tritheismum, quod ad Trinitatem spectat, profitebatur, et quaternitatem in incarnatione inducebat. Atque ex hoc linguæ et mentis dissidio orta est illa disputatio coram Joanne Scholastico, de qua Abulpharagius hic agit, et schisma inter Severianos ipsos factum est, aliis quidem cum Philopono, aliis autem cum Severo desipere volentibus, nullis autem prorsus ex ipsis Patrum Chalcedonensium decreta, ut par erat, approbantibus. Ac Philoponus quidem contra Acephalos, qui Severi sectæ fuerunt, aliud etiam opus edidit, quod exstat in Bibliotheca Vindob. hoc titulo : Ἰωάννου Γραμματικοῦ πρὸς τοὺς Ἀκεφάλους κεφάλαια ιζ'· *Joannis Grammatici contra Acephalos capita* XVII, quorum primum incipit, teste Lambecio, lib. IV, pag. 215 : Εἰ ὁ λέγων τὸν Θεὸν, μόνον τὸν Χριστὸν, Μανιχαΐζει, καὶ ὁ λέγων μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, Παυλιανίζει, καὶ ὁ λέγων Θεὸν τέλειον τὸν Χριστὸν, ἄνθρωπον δὲ Ἀτέλειον, ἀπολιναρίζει·. *Qui dicit Deum solum Christum, manichaizat, et qui dicit solum hominem Christum, paulianizat, et qui dicit Christum Deum quidem perfectum, hominem autem imperfectum, apollinarizat.* Nec sane hic liber *Contra Acephalos* cum Διαιτητῇ est confundendus; patet enim Κεφάλαια opus fuisse a Διαιτητῇ distinctum, cum Κεφαλαίων memoriam fecerit ipse Philoponus in libro Διαιτητοῦ. Cæterum tam certum est inter Philoponum et Severum ortas fuisse simultates, ut etiam Severus contra Philoponum scripserit, ut colligitur ex cod. 8 Bibliothecæ Coislinianæ a Montfaucionio editæ, pag. 53 ; ibi enim inter opera Severi *Sermones, seu libri contra Joannem Grammaticum* recensentur. Sed quid deinde factum esse dicat Abulpharagius, videamus : *Alexandrinos librum et auctorem condemnasse. Tritheitas vero imperatori supplicasse, ut eorum causa publico judicio disceptaretur, atque id patriarchæ Chalcedonensium commissum fuisse.* Patriarcham Chalcedonensem tacita quadam irrisione a Scriptore Monophysita hic vocari Joannem Scholasticum non est dubitandum : maluit enim Abulpharagius ipsum ab judicis officio, quo in ea disputatione functus est, Chalcedonensem, quam a dignitatis munere, quo fruebatur, Constantinopolitanum nominare : *Constituta die abfuisse*, subjungit. *Diacrinomenos*, quos suos vocat, *unam in Christo naturam confitentes, eorumque pariter adversarios, qui Tritheitarum partes tuebantur, præcipue Cononem et Eugenium; ac pro orthodoxis*, scilicet Monophysitis Hæsitantibus, *stetisse Joannem Asiæ*, cujus loco Photius cod. 29 habet Stephanum, *et Paulum Sergii patriarchæ postea successorem; tum demum quatriduo coram patriarcha Chalcedonensium disceptatum fuisse.* Hæc omnia cum iis, quæ refert Photius, adamussim conveniunt; iisdem enim rebus variis in locis cod. 23, 24, 35 et 65, enarratis ita de Philoponi libro concludit : Τοιαῦτα μὲν κατ' αὐτῆς ματαιολογεῖ, καὶ θρασύνεται· ἐν τμήμασι δὲ τέσσαρσι ποιεῖται τὴν ὅλην κατ' αὐτῆς κωμῳδίαν. οὐδὲν πιθανὸν, ἢ διανοίας λέγων ἐχόμενον· *ac tales quidem hic Scriptor nugas contra hanc synodum auctor jactitans, quatuor partibus totam comœdiam adversus ipsam absolvit, re nulla fide digna, atque adeo sanæ mentis allata.* Nihil aliud igitur in tota Abulpharagii narratione observandum restat, nisi id, quod satis aperte in fine indicat, Paulum ex τῶν διακρινομένων numero Sergio, de quo sermo est, in patriarchatu Antiocheno successisse : quod bene convenit cum iis, quæ narrant cæteri Syri Scriptores, ut videre est in Assemanio, tom II, pag. 325 et 529, et in Le-Quienio tom. II, pag. 1358, ubi Jacobitarum patriarcharum seriem describit. Paulus enim cognomento Bet-Uchame, genere Alexandrinus, a Jacobo Zanzalo, vel ut aliis melius placet, a Thoma, Edessæ episcopo, in patriarcham Antiochenum est ordinatus, postquam ex Ægypto, eo quod ibi Alexandrinam sedem ambiret, discedere coactus est ab Athanasio, vel Anastasio Theodoræ nepote; unde etiam deducitur novam esse factam inter Monophysitas divisionem, ipsumque Paulum neque Athanasio, neque Philopono aliisque Tritheitis adhæsisse, sed in tertiam abiisse sententiam, quæ tamen Catholicis non arrisit; quare ipse cujusdam peculiaris sectæ auctor habitus est, quæ *Paulianitarum* dicta est, ut narrat Timotheus presbyter Constantinopolitanus in opusc. *De receptione hæreticorum* apud Cotelerium *Monum. Eccles. Græc.* tom. III, pag. 411.

Abulpharagio, quem cum Photio, cæterisque historicis invenimus, consentientem, astipulatur ipse Joannes Grammaticus, qui, ut superius est adnotatum, in Prœmio ad librum in Hexaemeron Athanasium, vel Anasthasium Theodoræ nepotem laudat. Neque enim alius esse potuit ὁ γνώριμος τοῦ γένους οὐκ ἔλαττον τὴν θεοσέβειαν Ἀθανάσιος, *non minus pietate, quam genere illustris Athanasius.* Quo quidem argumento firmiter evincitur amicitiæ et benevolentiæ vinculis Sergium, Athanasium et Philoponum inter se fuisse conjunctos. Cum autem Philoponus dicat συνεργὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ἦν ὁ Ἀθανάσιος, recte quis inde colligat Athanasium ipsum, dum Commentarios in Hexaemeron scribebat Philoponus, ei astitisse, ejusque animum impulisse, ut hujusmodi scriptionis genere suscepto morem gereret Sergio : cum enim se, eodem Sergio ju-

Digitized by Google

bente, opus suscepisse testatus esset, statim subjunxit, Συνεργὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ἦν γνώριμος Ἀθανάσιος· οἷα σκύμνος τῷ εἰς ἀρετὴν θρεψαμένῳ συμπαραθέων, quæ Corderius ita vertit : *Consors autem hujus studii erat ille illustris Athanasius, qui tanquam catulus leo ad virtutem una cum suo alumno cucurrit.* Itaque Athanasius tum temporis Alexandriam apud Philoponum diverterat : quod quidem conjunctionis, et amicitiæ plane singularis inter Philoponum ipsum, Athanasium, et Sergium, maximum est testimonium, Atque id fortasse ipsius Sergii cura factum est, ut cum hic ad patriarchatum se evectum videret, discipulum Athanasium ei, quem omnium studiorum similitudine sibi devinctum esse noverat, commendaret. Porro Athanasium non semel in Ægyptum commigrasse, atque ibi sua auctoritate turbas excitasse constat ex eo, quod de Paulo Sergii successore nuper diximus, quem opera Athanasii ex Ægypto fuisse expulsum omnes de rebus Syris Scriptores affirmant. Igitur, ni fallimur, Philoponus uno eodemque tempore Sergium, et Athanasium commendatos voluit, ut et præceptoris, et discipuli una simul iniret gratiam. Non enim Corderii versionem recipiendam omnino putamus, quæ talem sensum exhibet, ut Philoponi potius quam Sergii discipulus videatur exstitisse Athanasius : sed ea verba οἷα σκύμνος τῷ εἰς ἀρετὴν θρεψαμένῳ συμπαραθέων, sic interpretamur : *qui tanquam catulus leo una tecum, qui ipsum enutristi, ad virtutem alacriter currit.* Quæ interpretatio, et sensum auctoris forsan exprimit sincerius, et ea, quæ hactenus dicta sunt, mirifice confirmat.

Jam vero, ni fallor, patet Philoponum Sergio, non plane Constantinopolitano, sed Antiocheno patriarchæ, suam Cosmogoniam nuncupasse, qui quidem Severo a Monophysitis, quorum multum intererat habere in illa sede erroris socium et factorem, successor est constitutus. Natus autem est hic Sergius, ut jam superius indicatum est, Telæ, quæ Mesopotamiæ est urbs antiquissima. Telam, Antipolim quondam dictam, a Constantio imp. anno 250 fuisse instauratam, et *Constantinam* ab ejus nomine dictam, testis est auctor Chronici Edesseni apud Assemanium *Biblioth. Orient.* tom. I, pag. 293 et 396, a quo errasse Dionysium Jacobitarum patriarcham in suo Chronico scribentem, Telam a Constantino imp. *Constantinopolim* vocatam fuisse, optime est observatum. Utrum autem Tela eadem sit urbs, quæ in Notitia imperii *Nisibena Constantina*, et a Stephano, et Suida *Nicephorium* appellatur, nostrum non est hic investigare. Sufficit enim ut nostræ conjecturæ sit locus, urbem quondam fuisse in Mesopotamia, quæ *Constantina* diceretur, et Sergii patriarchæ Antiocheni, Severi successoris, fuerit patria. Quid autem hic dicemus de Photio, qui cod. 75 hunc Sergium, cui Philoponus scripsit, *Constantinopolitanum* appellat? Num in errorem, quo Dionysius deceptus est, incidisse dixerim? Parcius de viro tam acri ingenio prædito judicandum existimo, et exscriptorum oscitantiæ τὸ παράρομα tribuendum esse non dubito. Quid enim facilius, quam ut illi Σεργίῳ τῷ. Κωνσταντ. in codicibus exaratum invenerint, et nominis celebritate abducti τῷ Κωνσταντινουπόλεως pro τῷ Κωνσταντίνης legerint? Præter quam quod illud etiam observandum est Sergium, de quo disputatur, non Constantinopolitanum patriarcham a Photio appellari, sed Constant. duntaxat Σέργιον τὸν Κωνσταντ., qua sane appellatione idem Photius videtur alterum Sergium a patriarcha Constantinopolitano diversum satis diserte indigitasse. Igitur si tot conjecturas, et quidem non leves, respuendas non esse quis bonus fatebitur, dabit illud certe Sergium Philoponi a Sergio Pisidæ esse distinguendum. Illum enim *Beth-Chartam, Grammaticum, Telensem*, vel Constantinensem, id est ex urbe Constantina, quæ *Mauzalat* etiam a Syris dicta est, *Antiochenum patriarcham, Monophysitam* tandem, si velit, vocabit; alterum vero *Constantinopolitanum*, et Monothelitam tantum appellandum esse nemo prorsus ignorat. An hic adhuc aliquis velit dubitare, quis sit ille Sergius, quem Philoponus τῶν ἐν ἀρχιερεῦσι Θεοῦ τελούντων μέγιστον ἐγκαλλώπισμα, *Pontificum, qui Deo sacra faciunt, magnum ornamentum*, vocat? At nos rem confectam atque demonstratam esse existimamus.

Igitur ut ea, quæ ex plurimis argumentis, et conjecturis dilatata hactenus scripta sunt, in unum contrahantur, dicam Philoponum, ut mihi quidem videtur, circa finem sæculi v natum, paulo post initam coram Joanne Scholastico disputationem obiisse : adeo ut usque ad sæculi vi finem vitam producere nequiverit; Severum Antiochenum, et Theodosium Alexandrinum patriarchas, eorumque proximos successores. qui Eutychianum virus in Monophysismum converterant, cognovisse, ut eorumdem erroribus non recte obstitisse, sed vario scriptionum genere eos in suam sententiam trahere studuisse; Theodoræ Augustæ gratiam, et patrocinium, ea, qua prosecutus est benevolentia, et veneratione nepotem Anastasium, vel Athanasium, et nepotis magistrum Sergium Grammaticum sibi conciliasse; ac proinde Severum ipsum Antiochenum, Theodosium Alexandrinum, Anthimum CPolitanum patriarchas, Jacobum Baradæum cognomento Zanzalum, Cononem et Eugenium, Stephanum et Paulum, et Themistium cognomento Calonymum, aliosque plures Monophysitas tum temporis celeberrimos habuisse coævos, qui omnes, cum intra sæculi vi fines mortem obierint, nullo modo concedendum erit, quod Abulpharagius, sui oblitus, alibi refert eumdem Philoponum usque ad Bibliothecæ Alexandrinæ combustionem fuisse superstitem. Cæteris quidem auctoribus aliquanto rectius Philoponi ætatem circumscripsit Nicephorus lib. xviii, cap. 48. Ait enim Georgium Pisidam *circa tempora Philoponi vixisse, sed eo longe juniorem fuisse*, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος. Quamvis enim ἡλικιώτης *coætum* significet, non ita tamen eam vocem esse accipiendam, quasi ætas ætati omnino responderet, ostendit Nicephorus subjungens, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος. Natus est enim forsan Pisida, quando obiit Philoponus. Ac Nicephorus quidem clarius etiam Philoponi ætatem designasset, si qua par erat religione, et fide Timothei presbyteri CPolitani verba omnia retinuisset. Hic enim in libello *De recept. hæretic.* apud Cotelerium *Monum. vet.* tom. III, pag. 415, quem libellum Nicephorus pene totum transcripsit, ut legentibus patet, cum Philoponi sententiam circa resurrectionem retulisset, Κόνων, subjungit, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὡς εἴπομεν, πρότερον δεχόμενοι τὰ συγγράμματα, ἐν οἷς ταῦτα ἐδογμάτισε, καὶ αὐτὸν τὸν Φιλόπονον ζῶντά τε καὶ μετὰ τελευτὴν ἐγγράφως· καὶ ἀγράφως μακαρίζοντες τελευταῖον αὐτόν τε ἐκεῖνον, καὶ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεδάλοντο *Conon vero, quique cum ipso sunt, quemadmodum diximus, licet prius laudassent Commentarios, in quibus hæc dogmata tradidit, ipsumque Philoponum superstitem et mortuum, per atque extra scripta beatum prædicassent, demum eumdem illum, ipsiusque scripta repudiarunt.* Igitur, si Conon, qui in disputatione coram Joanne Scholastico steterat pro Philopono, ipsumque ante et post mortem laudaverat, contra eumdem cum suis asseclis tandem pugnavit, atque hæc nonnisi circa annum 580 evenire potuerunt, quis non videt Philoponum circa eumdem annum, quo ea disputatio habita est, obiisse. Sed Nicephorus, cum secum statuisset Philoponum Pisidæ coætaneum facere, et Timotheum suæ opinioni non favere cognovisset, ea verba reticuit, e quibus constat Philoponum, tum cum Conon, quique cum ipso erant vere Philoponi æquales, ab eo discesserunt, jam fuisse mortuum : illud tamen ingenue fassus

Digitized by Google

est Pisidam fuisse Philopono *longe juniorem*, quo se dubium in vera Philoponi ætate stabilienda hæsisse demonstravit. Verum præter cæteros auctores, qui circa tempus, quo Philoponus floruit, dubitarunt, omittendus sane non est vir de Historia ecclesiastica benemeritus Dominicus Mansius, qui ad annum 535, § 78 *Annal.* Baronii hæc contra Pagium, qui fere ad finem usque sæculi VI Philoponum vixisse affirmaverat, acute adnotavit: *De Joanne ipso Philopono ea, quæ hic a Pagio scribuntur, an veritati cohæreant, ambigo. Eumdem enim puto cum Joanne Grammatico, contra quem libros saltem tres scripisse Severum Antiochenum ex Cod. ms. Bibl. Coislinianæ*, pag. 53, *discimus. Porro si Severus Antiochenus episcopus contra eum scripsit, jam dogmata sparsisse sua paulo post annum* 20, *circiter sæculi sexti reputandus esset; vix autem credibile est illum jam tunc non juvenem, utpote jam doctorem hæreseos, vitam ad finem usque hujus sæculi produxisse*, etc. Multo autem ante Mansium Vossius, *De philosoph. sectis*, cap. 17 et 18, novo argumento in suspicionem adductus rem ut certam definiverat; loquens enim de Simplicio, quem sub Justiniano imp. floruisse constat, hæc addit: *Simplicius sæpe acriter invehitur in Philoponum, quod ostendit fuisse vel juniorem, vel æqualem Philopono. Ut errent, qui ex Nicephori* lib. XVIII, 47, colligant, *vixisse sub Phoca, hoc est circa annum sexcentesimum.* Verum nihil plane in hac re clarius aut firmius afferri potest, quam quod ipse Philoponus, ut superius demonstravimus contra Fabricium, de se testatum reliquit, scilicet tum cum contra Proclum scriberet, annum fuisse Diocletiani 245, Christi 529. Ac Philoponi quidem auctoritatem, qua nulla gravior, videtur confirmare Elmacinus, qui Renaudotio teste *Hist. Alexandr.* pag. 135, dicit Joannem Grammaticum cognomine Philoponum, vixisse sub Timotheo juniore, hujus nominis tertio patriarcha Alexandrino, qui cum pontificatum, vitamque amisisset anno 536, Theodosium illum habuit successorem, qui a Gaianitarum factione, pro qua stetisse videtur Philoponus, exturbatus fuit, et Constantinopolim, Theodora jubente, accitus Philopono, et Tritheitis obstitit: quod sane innuit Leontius *De sectis*, Act. 5, dicens: *Adhuc agente Byzantii Theodosio, denuo natum est dogma Tritheitarum, cujus sectæ princeps Philoponus exstitit.*

Cum igitur ex tot congestis argumentis manifestum sit Philoponum hæc circa tempora vixisse, mirum nobis videbatur, cl. virum Jos. Simonem Assemanium, qui hæc omnia plane nosset, nec errorem, in quem plurimi scriptores delati erant, evitasse, nec Abulpharagium secum pugnantem deprehendisse: præsertim cum ipse tom. II, pag. 411, loquens de Aba, vel Mar-Aba Primate Orientis, qui anno Græcorum 852, Christi 552 mortuus est, ita de eo Abulpharagium in Chronico habere animadverterit: *Præterea ferunt Nestoriani Abam cum Joanne quoque Grammatico Tritheita conversatum esse, ab eoque doctrinam hausisse.* Quinam igitur fieri potuit, ut idem Philoponus et sæculo VI, labente vixerit, et Eliæ Jacobitarum patriarchæ, sanctique Joannis Damasceni, qui sæculo VIII ineunte floruerunt, ætate fuerit æqualis, ut idem Assemanius alibi tom. II, pag. 94, videtur asserere? Verum quis veritatem se expiscatum esse pro certo gloriabitur in tanta rerum, et scriptorum inconstantia, et varietate, qui, ut bene Renaudotius in *Hist. Alex.* pag. 142, animadvertit, *non semel res multis annis transactas uno spiritu effundunt, tanquam una eademque temporis intercapedine accidissent?* Sed unum adhuc, antequam Assemanium dimittam, observandum mihi esse puto, ne videar, ea quæ meæ non favent sententiæ, silentio voluisse tacitus præterire. Ille enim Sergium, de quo Abulpharagius loquitur in memorata sæpius narratione, eum esse statuit, qui sectam fecit, ut habet Timotheus presbyter *De recept.*: Οἱ κατὰ Σέργιον τὸν Πέτρου· ἓξ καὶ δέκατον ἐπὶ τούτοις γέγονε τμῆμα τὸ κατὰ Σέργιον, ἐκ τῆς Πέτρου μοίρας ἀποστὰν, καὶ ἰδικὸν σύστημα ποιησάμενον. *Qui Sergium Petri sectantur. Præter hæc decima sexta fuit secta illa Sergii, quæ a Petri factione recessit, propriamque familiam constituit.* Fateor me nescire, qua de causa vir doctissimus voluerit *Sergium*, quem Abulpharagius *orthodoxorum patriarcham* vocat, cum *Sergio Petri* confundere; cum idem Abulpharagius hosce duos Sergios distinguat, illumque Antiochenum patriarcham faciat, alterum vero Edessæ episcopum. Unde autem *Sergius Petri* iste sit dictus, satis patet ex allato testimonio Timothei presb., videlicet quia a Petri Callinicensis Jacobitarum patriarchæ IV secta discessit, et ut Abulpharagius addit, *in ejus scripta insurrexit, et Armenius est nuncupatus.* Novæ siquidem hæreseos, et ludicrarum superstitionum auctorem in tota Armenia exstitisse hunc *Sergium Petri* constat ex Cotelerio, apud quem plura vere ridicula leguntur de ejus cane Artziburio, pro cujus morte solemne jejunium est institutum apud Armenos, quorum defensionem contra Græcos ab hoc jejunio abhorrentes frustra videtur suscepisse idem Assemanius *Kalend. eccl. universæ*, tom. VI, pag. 580. Concludam igitur ex nominum forsan similitudine factum, ut cum plures Joannes Grammatici, de quibus videndus Fabricius, *Bibl. Gr.* lib. V, part. V, pag. 360, necnon plures Sergii, ut demonstrat Assemanius *loc. cit.*, exstiterint, quæ singulis convenirent, viri de re litteraria meritissimi dignoscere haud facile potuerint. Quanquam quod ad Bibliothecæ Alexandrinæ historiam spectat, ut mea quidem est opinio, Abulpharagius suopte ingenio commentus est Philoponum, quantum potuit, ea ne periret obstitisse; cum enim nullus plane vir eruditionis et doctrinæ laude insignis ei succurreret ob eam rem commendandus, posthabita temporum ratione Philoponum nominavit. Gratulor autem mecum hic sentire Assemanium ipsum, qui nuper in libro IV suæ *Bibl. Juris Orient.* pag. 79, aperte testatus est, *Abulpharagii* de Philopono *narrationem inter Arabicas fabulas esse amandandam.*

Hæc omnia eo fusius ac plenius discutienda esse censuimus, tum quia aliquam utilitatem continere putamus; cum quia inde aperte evinci credimus, Sergium, cui Philoponus suam Cosmogoniam inscripsit, eum non esse Sergium, quem suis in Hexaemeron iambis exornat Pisida. Verum quid tandem, inquies? Scripsitne Georgius contra Joannem Philoponum? Utique si in ea, quæ hactenus sunt disputata, concesseris, ego Pisidam suis iambis insectari Philoponum fatebor, et cum occasio dabitur, clarius confirmabo. Sed hic etiam satis firmiter, ut mihi videtur, statui potest, Georgium Pisidam in Hexaemero Philoponum petere; quamvis enim Philoponus Proclum confutarit, et Commentarios in Hexaemeron a Christianis placitis non alienos scripserit in utroque tamen opere elaborando philosophicis potius subtilitatibus, et e ratione petitis argumentis, quam sanctæ Scripturæ auctoritatibus dimicare voluisse constat, Quod plane cum Pisidæ neutiquam placeret, et tamen Philoponi odiosum nomen adhuc vigere, ejusque scripta perlegi, et in honore esse videret, arduum sane hoc opus est aggressus, quo mundi opificium versiculis non inelegantibus conclusit, et Proclum nulla argumentorum vi, sed solo sanctæ Scripturæ pondere obruendum esse demonstravit. Proclum enim in principio, non Philoponum, ut quibusdam visum est, exagitat Pisida; Philoponum autem ipsum, non ut Christianum decet respondisse Proclo, tacitus innuit. Magnam autem fuisse famam, quam tunc quoque Philoponus obtinebat, elucet, quod nullibi eum nominat, quamvis ejus doctrinam scriptaque passim carpat et irrideat. Vanam enim Sophistarum scientiam, qua claruit Philoponus,

Digitized by Google

sæpe damnat, et gentium spretis in rerum natura investiganda disputationibus, has habet præcipuas philosophandi regulas, ut sacrorum Bibliorum oracula semper et κατὰ πόδα sequatur; quæ humanam excedunt intelligentiam, curiosus non inquirat; quæque oculis subjecta patent, pia animi voluntate ad mysticum sensum deflectat. Cæterum ibi apertius Philoponum mordet, ubi resurrectionem mortuorum secundum SS. Patrum sententiam firmiter astruit, duasque naturas in Verbo Dei non confusas, neque permistas juxta concilii Chalcedonensis decreta constanter asseverat: namque contra hæc dogmata præcipue peccasse Philoponum non est dubitandum. Hæc autem quamvis satis esse perspicua videantur, si quis malit Pisidam non hic urgere Philoponum, qui, ut demonstratum est superius, jamdiu decesserat e vivis, sed quemvis alium nobis ignotum ex Monophysitarum, et Severianorum familia, qui Severi, Philoponi, et Acephalorum placita, et scripta pluris æstimaret, facile patiar: neque enim certe deerant etiam tunc temporis magni nominis viri, qui Eutychis, et Severi famam, doctrinamque contra Catholicos defenderent; quod quidem ex ipsius Pisidæ poematiis apparet clarissime. Porro nec temere damnandum putarem, qui statueret eum, contra quem *Hexaemeron* scriptum est, vel in quem Pisida intendit digitum, cum rectam de incarnatione doctrinam proponit, fuisse Paulum, cognomento *Monoculum*, Armeniæ episcopum, de quo plura dicenda erunt in poemate *Contra Severum*. Sed ut, quid in hac re certius mihi videatur esse, hic tandem declarem; Pisida ea mente Hexaemeron conscripsit, ut una simul omnia Christianorum dogmata complecteretur, et omnes hæreticorum errores, qui tunc temporis vigebant, refelleret: adeo ut non satis tutum sit decernere, contra quem præcipue scripserit.

Sed jam satis superque de Philopono, ejusque ætate, et scriptis, de Sergio Patriarcha Antiocheno, deque iis omnibus, quæ pisidæ *Hexaemeron* illustrare possunt, disputatum est. Unum adhuc restat, quod videamus, videlicet quem ipse Pisida sibi proposuerit ducem in hoc opere imitandum; qua de re in dubitationem quis facile venire possit, cum ei alter alterum constituat. Vidimus sane in Præfatione, ex quibusdam codicibus Bibliothecæ regiæ Parisiensis, et ex altero Vaticano num. 1281, patere quod hi Pisidæ versus sancto Cyrillo Alexandrino fuerint quondam tributi: id autem ea de causa factum est, quia forsan visum est aliquibus imperitis secundum sententiam Cyrilli scripsisse Pisidam. Ex codice autem 309 Bibliothecæ regiæ Taurinensis liquet creditum quondam fuisse, quod Pisida sit tam fideliter sanctum Basilium secutus, ut ad illius Hexaëmeron illustrandum hosce iambos Commentarii veluti loco adjunxerit. Verum nihil in Cyrillo invenies, quod in rem suam traxisse dicas Georgium Pisidam; nisi forte velis eum scripsisse ad mentem Cyrilli, qui suis in Glaphyris in *Genesim* probandum suscepit, per omnia Mosis scripta mysterium Christi figurate significari: quippe in hoc unum se respexisse testatus est in Proœmio, ἀπονευκότος ἡμῖν τοῦ λόγου πρὸς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ αὐτὸν ἔχοντος πέρας· εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, ὅτι τέλος νόμου καὶ Προφητῶν ὁ Χριστός· *Tendente nobis oratione ad Christi mysterium, et ipsum habente pro fine; siquidem verum est, quod finis legum, et prophetarum Christus est.* Huc autem intendisse etiam Pisidam patet ex iis, quos passim a rebus physicis elicit mysticos sensus, atque ex plurimis, quæ coronidis loco subjungit, de dispensatione et miraculis Christi, apertius evincitur. Verum quis ea de causa Cyrillum potius, quam alios Patres, qui idem senserunt, secutum esse Pisidam dixerit? Nonne, Anastasio teste *Anagog. contempl.* lib. I et VII, *Philo*, *Papias*, *sanctus Irenæus*, *sanctus Justinus* *Martyr*, *Ammonius monachus*, *Pantænus Alexandrinus*, *et sanctus Clemens Stromateus*, *et eorum assectæ*, *quorum e numero sunt duo Cappadoces Gregorii*, *totum Hexaemeron de Christo et Ecclesia intellexerunt?* Rectius sane judicaverit, qui Pisidam sancti Basilii vestigiis institisse statuat; multa enim ille suis iambis constrinxit, quæ fusius enarrata in Homiliis ejusdem Basilii deprehenduntur, quod erit diligentius expendendum in adnotationibus; ut satis belle possit Pisidæ convenire id, quod de Philopono affirmavit Photius cod. 43: καὶ συμφορῶν σχεδὸν ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, *et cum Basilio Magno plurimum fere consentiens.* Cæterum neutrum ex duobus laudatis Patribus ob oculos habuisse Pisidam, sed alia quadam via incedere ei placuisse non dubitabunt asserere, qui statim oculos in illos versiculos defixerint, quibuscum suum poema exorditur, eosdemque sæpe interponens tandem concludit:

Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν τῶν κτισμάτων
Ἡ δημιουργὸς καὶ σοφὴ παντουργία.

O quam magnificata est in tuis sapientibus operibus tua creatrix et sapiens omnipotentia! Ecquis enim hic non recordetur Davidis dicentis psal. XCI: Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· σφόδρα ἐβαρύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.* Et psal. CIII: Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπλήρωθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. *Quam magnificata sunt opera tua, Domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione*, vel *creatione*, *tua.* Itaque si quis dicat Pisidam secutum esse potius Davidem, quam quemvis alium, recte id quidem affirmare videbitur; ex hisce enim Psalmis suum intercalare desumpsit; ac psalmus quidem CIII eodem argumento prorsus agit, unde recte inscribitur Ψαλμὸς ὑπὲρ τοῦ κόσμου συστάσεως, *De constitutione mundi*, cujus quidem psalmi quamdam esse prope paraphrasim totum Pisidæ Hexaemeron facile intelliget quisquis utrumque comparabit. Verum si quod sentio mihi fas sit dicere, Salomonem tantummodo imitatus est Pisida, qui ex eo, quod omnia, quæ sub cœlo sunt, fluxa esse, inania, et perpetuæ mutationi obnoxia constet; contra vero nihil esse stabile et firmum præter Deum appareat invictis argumentis concludit, totam hominis scientiam in eo sitam esse oportere, ut eum, qui ex suis operibus semper idem, immutabilis, æternus, omnipotensque manifestatur, unum Deum agnoscat, et quem ille misit Filium Dominum nostrum Jesum Christum Servatorem omnium. Totum autem id recte convenit cum iis, quæ in libris vulgo *sapientialibus* dictis continentur. Infinitum plane esset id, quod asseruimus, rationibus et exemplis velle confirmare; unum tamen caput septimum libri *Sapientiæ* id satis evincit. Cum autem ea, quæ in libris Salomonis scripta leguntur, cum philosophia Socratis concordare in comperto sit omnibus, Pisida vero in schola Eclectico-Platonica fuerit alitus, atque educatus, mirum sane non est, si ex Platonis doctrina Mosaïcam de mundo narrationem ita explanaverit, ut tota hæc *De opificio Dei* pertractatio nihil aliud esse quibusdam videri possit, quam dialogorum, qui *Timæus*, et *Timæus Locrus* inscribuntur, quædam expositio ad Christianum sensum adtemperata. Sed conferant Pisidæ, et Platonis scripta ii, quibus est otium: nos enim, ne longius evagetur oratio, vela jam tandem contrahentes hoc unum contenti erimus indicasse; ita Pisidam in operibus Dei explicandis se gessisse, ut, Salomone non invito, Mosen, a quo cæteroquin ne latum quidem unguem discedit, cum Platone quodammodo voluerit conciliare: cujus plane rei judicium penes lectorem esto.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ Η ΚΟΣΜΟΥΡΓΙΑ.

—

EJUSDEM
HEXAEMERON SIVE COSMOPŒIA.

—

Ὦ παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου λόγου
Καὶ γλῶσσα, καὶ νοῦς, καὶ τροφὴ, καὶ καρδία·
Τὰ ῥεῖθρα τῶν σῶν οὐρανοδρόμων λόγων
Εἰς τὴν ἀνικμον ἐμβαλοῦ μου καρδίαν.

O tu, cujus lingua, mens, et cor cujuscunque divini operis, et sermonis vi repletum est, atque innutritum, tuæ per cœlum excurrentis eloquentiæ fluvios in aridum meum cor infunde : quando-

NOTÆ.

Κοσμουργίαν rectius quam Ἑξαήμερον inscribi posse poema liquet ex ordine quem secutus est auctor : non enim ille sex dierum opera sigillatim explicare, sed omnia simul complecti videtur voluisse; ita tamen ut a Mosis narratione nunquam discedat. Itaque Pisida illa potissimum verba Geneseos, *In principio creavit Deus cœlum, et terram*, explananda, ut opinor, suscepit, in quibus omnia, quæ a Deo facta sunt, continentur. Nec tamen inde concluseris poetam in eorum abiisse sententiam, qui non sex dierum intervallo, sed omnia simul uno momento temporis a Deo creata fuisse censent, auctoritate freti, ut videtur Ecclesiastici, quo in libro legitur, *qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* Nam τὸ *simul* in Græco textu exprimitur κοινῇ. Ἔκτισε πάντα κοινῇ, quasi diceres, *creavit omnia quotquot sunt, una simul collecta*, nulla re creata excepta. Sed Pisida quamvis neque sex dies enumeret, neque singulorum spatia distinguat, nihilominus satis aperte ea ratione, qua in enarrandis Dei operibus progreditur, ostendit per dierum intervalla mundi fabricam fuisse absolutam.

Vers. 1. Ad mysticos sensus deducturus Pisida omnia, primo ipso sermonis exordio jacit semina doctrinæ mysticæ, quæ in eo potissimum versatur, ut mentem humanam a terrenis rebus divellat, et transferat ad divina. Eam autem vere esse Christianorum scientiam, et philosophiam, quæ per mysticas, ut aiunt, contemplationes comparata ad Dei notitiam hominem adducit, videtur hic statim designare ; cujus quidem scientiæ tres sunt gradus constituti iis, qui in ea studeni proficere : scilicet κάθαρσις *cordis expiatio*, φωτισμὸς *mentis illuminatio*, τελείωσις *perfectio et consummatio*. Hæc autem, quæ sunt præcipua mysticæ doctrinæ capita et fundamenta, ad quæ respexisse videtur Pisida, delibasse sufficiat, ut quid sibi voluerit intelligatur. Exinde enim se a mentis tenebris, quibus premebatur a Sergio fuisse liberatum, et ad res sacras tractandas, ut Christianum decet, adductum fatetur. Cæterum observandum est plura hic occurrere, quæ cum scriptis Dionysii vulgo Areopagitæ nuncupati concordant. Quidquid enim de Deo, de perfectionibus divinis, de cœlesti hierarchia, de angelis legitur in Pisida, Pseudo - Dionysii more tractatum dignoscitur. Unde colligas : 1.) sæculo VI plane antiquiorem fuisse Areopagiticorum scriptorum auctorem, quemcunque eum fuisse existimes, cum eum sibi magistrum habuerit Pisida, et ad ejus mentem de mystica doctrina scripserit ; II.) libros Pseudo - Dionysianos non habuisse Pisidam pro fetu Severiani cujusdam, ut a nonnullis est addubitatum, sed vere orthodoxi; quamvis Dionysium ipsum in suas partes trahere, ejusque auctoritate se munire sæpe contenderint Monophysitæ ; III.) Pisidam ex hoc ipso quod Pseudo - Dionysii vestigiis insistat, Platonicum se prodere ; quæ enim in Areopagiticis scriptis de sublimi illa, ac supercœlesti theologia, inflato et turgido quodam dicendi genere exposita leguntur, ab Eclecticorum schola, et disciplina parum differre, magnamque inter ipsorum auctorem et Proclum, si notionum dictionumque vis spectetur, affinitatem intercedere, quamvis eorum mens fuerit plane diversa, jam a Suidæ temporibus in v. Διονύσιος ad nostram usque ætatem observatum est. Verum hæc obiter de Pseudo - Dionysio dicta sint : scimus enim pene sexcentos doctissimos viros de ejus ætate, et scriptis disputasse. Qui autem ea velit melius nosse, quæ hic, et alibi per mysticos sensus exponit Pisida, adeat ejusdem Pseudo - Dionysii scripta, ac præsertim *Tractatum de mystica theologia ad Timotheum*, et tractatui præfixam *Isagogem* P. Corderii, in quibus ea omnia late explicantur.

2. Sergium, ut sæpe, plurimis effert laudibus, quem de divinis, et cœlestibus rebus non modo cogitare, et loqui, ut vellet, potuisse testatur; sed alios etiam sua doctrina, et pietate ad rerum sacrarum cognitionem adduxisse, atque informasse exemplo suo confirmat.

3. *Οὐρανοδρόμοι λόγοι, cœlum pervadentes sermones*, mystici. Proclus Lycius, de quo plura infra οὐρανοδρόμον se dixisse videtur : exstat enim in Bibliotheca Vindobon. libellus, qui *Uranodromus* inscribitur, sive σχόλιον Πρόκλου οὐρανοδρόμου. Vide Lambecium lib. VII, pag. 87.

4. Plura hic veniunt mystica verba, quæ cum scriptis Areopagiticis conferre possis. Ἀνικμον καρδίαν *aridum cor* habebat Pisida, scilicet non irrigatum divinæ eloquentiæ fontibus, quos in eum derivavit Sergius, ut ad Dei contemplationem se erigeret. Proinde suæ mentis cæcitatem describens

Digitized by Google

Αὐχμῷ γὰρ ἤδη τοῦ κατασχόντος ζόφου
Ἄφωνον εἶχον ἐξ ἀνάγκης τὸ στόμα,
Τῆς τοῦ λόγου σάλπιγγος ἐμπεφραγμένης.
Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς ἀθυμίας νέφος
Χειμῶνα γεννᾷ, καὶ νοημάτων ζάλην,
Καὶ συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον,
Καὶ νύκτα ποιεῖ γνωστικῆς ἀβλεψίας,
Καὶ τοῦ λογισμοῦ συνθολεῖ τοὺς ἀστέρας·
Ἔσω δὲ πᾶσαν τὴν ἀχλὺν τῶν φροντίδων,
Καὶ τὴν ὁμίχλην τῶν φρενῶν ἐπιστρέφει,
Καὶ τῆς διόπτρας τὴν ὀπὴν ἀντιστρέφει,

quidem ex inductæ caliginis squalore tam valide mihi obstructum est os, ut sermonis tuba impedita vocem nequeat amplius emittere. Porro nihil adeo ad hiemem, tempestatemque cogitationum ciendam, solemque eloquentiæ obtenebrandum est aptum, ut ex animi perturbatione obortæ nebulæ, quæ multæ ignorantiæ noctem inducunt menti, rationisque clarum sidus perturbant: intus vero in animum tot curarum nubes et tenebras ingerit, ut dioptricum foramen, per quod rationis metus, et

Δι' ἧς τὰ μικρὰ τοῦ λόγου κινήματα
Ὁ νοῦς θεωρεῖ γνωστικῶν ἐξ ὀργάνων.
Ἐπεὶ δὲ τῇ σῇ φωτοκόσμῳ λαμπάδι
Παρῆλθεν ἡ νύξ, καὶ τὸ Πνεῦμά σου φθάσαν
Τῷ τοῦ λογισμοῦ ἀντεφύσησεν νέφει,
Ἔλαμψε δ' ἡμῖν τὸ πρὸς εἰρήνην σέλας·
Ἀεὶ γὰρ ἡμᾶς τοῖς νοήμασι τρέφεις,
Καὶ ψυχαγωγεῖς ἀσθενοῦντας τοὺς λόγους·
Ὑπὲρ φύσιν δὲ ψηλαφᾷς τὰ τοῦ βάθους,
Καὶ τῶν φρενῶν τὴν γνῶσιν ἠτονημένην
Τῷ σῷ καθαίρεις γνωστικῷ καθαρσίῳ·

exigua molimina, intellectualium organorum ope mens intuetur, penitus intercludatur. Quoniam vero tuæ lampadis mundum illuminantis splendore pulsa nox est, tuusque Spiritus præveniens contrario flatu a ratione disjecit nubila, nobisque interea illuxit pacis jubar (nos enim de tuæ mentis ubertate semper alimur, et debiles sermones nostri recreantur; nam tu in ima pervadis, et quæ sunt magis abscondita, præter naturam palpas, infirmas mentium acies tuæ intelligentiæ cathartico emun-

NOTÆ.

sit se antea occupatum αὐχμῷ τοῦ κατασχόντος ζόφου, vel γνόφου. *Siccitate et squalore ingruentis caliginis*; eo quod ἀθυμίας νέφος *vilitatis et socordiæ nubes*, id est mentis perturbatio cogitationum tempestates ei excitasset: quæ quidem nubes animo offusa συσκιάζει τοῦ λόγου τὸν ἥλιον *rationis solem obtenebrat*, et νύκτα ποιεῖ γνωστικῆς ἀβλεψίας *noctem inducit menti, ut nihil videat in rebus divinis*. Γνωστικὴ ἀβλεψία proprie est invisibilitas rerum divinarum, nam γνῶσις in sancti Clementis *Stromateon* libris idem semper sonat ac *theologica disciplina*, et γνωστικὸς idem ac *theologus*. Certe Pisida hic expressit τὸν γνόφον ἀγνωσίας *caliginem ignoscibilitatis*, de qua Dionysius in *Mys. theol.* cap. 1 et 2, et epist. 1 et 5, ubi plura de γνόφῳ, ἀβλεψίᾳ, et ὁμίχλῃ Scholiis sancti Maximi, et adnotationibus Corderii illustrata leguntur, quæ supervacaneum esset hic referre. Cæterum ἀγνοίας, vel ἀγνωσίας, ζόφος, γνόφος, σκότος, νέφος, νεφέλη, ἀχλὺς, ὁμίχλη pro eodem in ecclesiasticis scriptoribus sumuntur. Quid autem sint, breviter sanctus Gregorius Nazianzenus *Carm. iamb.* xv, definivit:

Σκότος δὲ τοῖς κακίστοις ἐκ Θεοῦ πεσεῖν.
Caligo quidnam est improbis? Labi a Deo.

Pro ἐμβαλοῦ Cod 1126, habet ἐμβαλόν.

8. Sanctus Joannes Chrysost. in princ. hom. 6 *in cap.* 1 *Gen.* Βούλομαι τῆς συνήθους ἅψασθαι διδασκαλίας, καὶ ὀκνῶ καὶ ἀναδύομαι· νέφος γὰρ ἀθυμίας ἐπελθὸν συνέχει καὶ συνετάραξέ μου τὸν λογισμόν· *Volo solitam tractare doctrinam et torpeo, et detrecto: mentem enim meam confudit, et conturbavit superveniens tristitiæ nubes.* Et *lib.* III *De Sacerdot.* Οὐδὲν γὰρ οὕτω καθαρότητα νοῦ, καὶ τὸ διειδὲς θολοῖ τῶν φρενῶν, ὡς θυμὸς ἄτακτος, *nihil enim sic mentis puritatem, claritatemque obturbat, ut animi motus inordinatus* Egregie hanc doctrinam de animi perturbatione explicat sanctus Basilius *Homil. in psal.* XXXIII.

14. Cod. Vat. 1126. ὑποστρέφει.

15. Operationes animæ distinguit more Platonis, qui ut ostenderet animam dupliciter agere, per seipsam scilicet τῷ λόγῳ *rationis ope*, et ὀργανικῶς *per sensus corporeos*, multis verborum ambagibus, et involueris rem simplicissimam involvit. Itaque ex sententia Platonis anima alia est rationalis, alia irrationalis. Hæc corpori inservit, et sæpe *animus* vocatur, illa mentem regit, et idem est ac *spiritus*. Rationalis autem animæ facultates variæ distinguuntur. Plato enim νοῦν *mentem*, et λόγον *rationem* ei tribuit; ac *mentis* quidem est percipere et cogitare; *rationis* autem res animo perceptas, et comprehensas, pervidere ac dijudicare. Hæc omnia in *Theæteto* multum obscure tractantur, nec clarius explanata leguntur in Plotino *Ennead. V*, lib. III, Περὶ τῶν γνωριστικῶν ὑποστάσεων *De substantiis cognoscentibus*, et alibi, quæ nos attingere necessarium duximus, ut Pisidæ lux affundatur, qui sæpe cum Platone loquitur. Atque jam patere putamus quid sit ὀπὴ τῆς διόπτρας *dioptrica rima*, scilicet *intellectus*, per quam γνωστικῶν ἐξ ὀργάνων *mentis organis* τὰ μικρὰ τοῦ λόγου κινήματα *subtilis rationis motus* quis contemplatur.

Cod. 1126 melius legit:

Παρῆλθεν ἡ νύξ· καὶ τὸ πνεῦμά σου νέφει
Τὸ τῆς μερίμνης ἀντεφύτησε φθάσαν.

21. Decem sequentes versiculos supplevimus ex Cod. Vaticano CLXVI, in quibus Pisida divinæ eloquentiæ scientiam arti medicæ eleganter comparat, sicuti enim una ex hisce facultatibus medetur corpori, animi morbis occurrit altera. Iidem versus leguntur in cod. Bibl. regiæ Taurinensis, sed interpolate, et multum mendose scripti, et post iambum 59, Ἀλλ' ὦ γεωργέ. . . transpositi. Nonnullas tamen varias lectiones minime contemnendas inde petitas hic placet subjicere; v. 23 : ἀσθενοῦντα τοῖς λόγοις; v. 24 : ὑπερφυῶς γὰρ ψηλ.; v. 29 : ταῖς ἀφαῖς τῶν δογμ. Post versum autem 31, hi duo alii adduntur iambi:

Ἡ προγραφὴ δὲ τῶν λαλούντων δραμάτων
Ἔρως προσευχῆς, καὶ θεότρωτος λόγος.

Legerem θεοτρεπής, nam quid significet θεότρωτος non intelligo. Cæterum Pisida talem repræsentat Sergium, qualem volebat Paulus Titum, ad quem epist. I, 2, scribebat: *Tu vero loquere, quæ decent sanam doctrinam, et doce ut sint ὑγιαίνοντες ἐν πίστει sani in fide.*

23. Ψυχαγωγεῖν, verbum mysticum, est *animam dirigere*, ac *spiritualiter instituere*: hinc ψυχαγωγεῖ, ἀσθενοῦντας λόγους est *animam* vel *spiritum* ser-

Digitized by Google

Καὶ τῷ σοφῷ σου, καὶ λαλοῦντι φαρμάκῳ
Τὰ νεῦρα θάλπεις τῶν γραφῶν, καὶ τοὺς τόνους,
Ζητῶν τὰ κρυπτὰ ταῖς Γραφαῖς τῶν δογμάτων·
Καὶ τῷ προσηνεῖ καὶ γαληνῷ σου λόγῳ
Μυρμηκιῶντας ἐξεγείρεις τοὺς λόγους·
Ἦκω φέρων σοι τῆς ἐρήμου καρδίας
Καρποὺς γεωργηθέντας ἐκ τῆς σῆς ὁρόσου·
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς, τὴν βάτων πεφυρμένην
Ψυχὴν γεωργεῖν εὐφορώτατον στάχυν,
Εἰ μὴ φθάσας σὺ τοὺς ἀκανθώδεις ῥύπους
Ἀνεῖλες, ἢ καθεῖλες, ἢ τομωτάτῳ
Τῆς σῆς προσευχῆς ἐξεχέρσωσας ξίφει.
Ἀλλ' ὦ γεωργὲ τῶν πετρῶν καὶ τῶν βάτων.
Σπείρεις γὰρ αὐτὸς κατὰ πέτρας πολλάκις,
Καὶ τεκνοποιεῖν ἐκβιάζῃ τοὺς λίθους,

A Φύειν τε καρποὺς ἀξιοῖς καὶ τὰς βάτους,
Καὶ πτηνὸν οὐδὲν τὸν σὸν ἔνθεον σπόρον
Ἐκ τῶν ἀδήλων βόσκεται πετασμάτων.
Ἄρδευσον ἡμᾶς τῇ ροῇ τῶν δακρύων,
Ἴσως γένοιτο τέκνον ἐκ στείρας πάλιν,
Καὶ καρπὸς ἔμφρων ἐξ ἀκάρπου καρδίας·
Ἐπεὶ δὲ φεύγεις τοὺς ἐπαίνους καὶ ψόγους,
Πρὸς τὸν σκοπὸν τὸ πνεῦμα συντείνας ἔχω,
Τοῖς σοῖς πεποιθὼς μυστικοῖς ἀκοντίοις.
Πηγὴ μὲν οὖν πέφυκε τοῦ λόγου μία,
Φλέβες δὲ πολλαὶ τῶν ἀδήλων ὁμμάτων,
Δι' ὧν ὁ Δαβὶδ πᾶσαν ἀρδεύει φρένα,
Ταύτης τὰ ῥεῖθρα τῆς Γραφῆς ἀναβρύων.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ δημιουργὸς καὶ σοφὴ παντουργία.

das, scriptionum nervos, fibrasque tui sapientis B eloquii pharmaco demulces, dogmatum vim in ipsis Scripturis requirens, tuique sermonis lenitate, ac suavitate febricitantes sermones facis assurgere) : En venio tibi allaturus inculti mei cordis fructus, tuo rore irrigatos, et eductos. Fieri enim non poterat, ut asper, horrensque rubis animus ex seipso spicam portaret uberem : nisi tu cito accurrens spinosas sordes amputasses, avulsisses, et acutissimo tuarum precum gladio funditus eradicasses. Age vero, o petrarum ruborumque agricola, quandoquidem sæpe inter petras seminas, et ad filios pariendos cogis lapides, atque ad fructus edendos dumeta compellis; nec avis ulla ex occulto volitans tuum divinum semen rapit, aut depascit, tuarum lacrymarum rore nos irrigato : tum forte rursus ex sterili nascetur filius, atque ex infructifero corde fructus sapientiæ germinabit. Verum cum tu laudes, tanquam probra, effugias, non amplius moror, tuisque mysticis incitatus, fretusque stimulis ad scopum animum intendo.

Unus profecto est fons orationis, quo David ad loquendum usus est; sed multæ sunt venæ oculis imperviæ, per quas ille omnium mentes irrigat, talium verborum effundens flumina : *O quam rerum, Deus, a te sapienter creatarum, mundique totius admirandum opus magnificatum est!*

NOTÆ.

monibus indere, ac veluti clumbes animare.

26. De expiatione, et purgatione, quæ fit per preces ad Deum, et est primus mysticæ scientiæ gradus, videsis Dionysium *De cœlest. hierarch.*

32. Sergium, quem medico nuper comparaverat, ad evangelici agricolæ munus et similitudinem transferi, orationis gladio peccatorum spinas dumosque abscindentem et amputantem. Vide S. Cyrillum *in Joann.* pag. 387, et *S. Joann. Chrysostomum*, hom. II *in cap.* I *Gen.* quem imitatus est Pisida.

34. Cod. 1126 melius τὴν βάτῳ, et in versu sequenti ψυχῆς.

40. Idem codex κατὰ πετρῶν. Matth. XIII, 9. *Alia autem* semina *ceciderunt in petrosa, et continuo exorta sunt.*

41. Ibid. III, 9. *Quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

44. Ibid. XIII, 4. *Et venerunt volucres cœli, et comederunt ea.*

46. I Reg. II, 5. *Donec sterilis peperit plurimos.* Et IV Esdr. X. 46. *Quando sterilis peperit Filium.*

47. *Καὶ ψόγους*, melius ὡς ψόγους.

51. Poeta a laudibus Sergii expeditus ducem operis sibi Davidem assumit, cujus ἐπιφώνημα celebratissimum, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε, *quam magnificata sunt opera tua, Domine*, de quo in Monito dictum est, non modo admiratur, sed totius sui Poematis veluti fundamentum jacit. Namque in eam, quæ est omnium Patrum, sententiam concurrens innuit, nostrum non esse munus, ut vanis quæstionibus, et futilibus argumentis de iis, quæ nullo modo assequi possumus, disputemus, et ea quæ humanum captum superant, inquirere velimus, sed Dei tantum omnipotentiam majestatemque in iis, quæ mirabiliter condidit, obstupescentes admiremur. Eloquentissime hoc argumen-

C tum pertractarunt omnes cum veteres tum recentiores Christiani scriptores : sed nemini forsan melius id cessit, quam Lactantio, *De divin. institut.* lib. III, cap. 19 et 20, quem videsis. Cæterum quam parum curiosi fuerint Patres in rerum naturalium causis investigandis, eo quia bene noverant post multas disputationes nihil certi dictum fuisse ab iis qui sapientes haberentur, alibi demonstravimus : qua in re Socratem et Platonem plane secuti sunt. Idcirco enim illi duo magni nominis in philosophia primævis Christianis cordatiores habiti sunt, quia, cum intelligerent rerum causas non posse inveniri, ab ejusmodi quæstionibus facile expediti, et tota pene physica repudiata, eo se contulerunt, ut de virtute atque officiis tantum disputarent. Igitur Patres vanam illam scientiam merito contemnebant; ita tamen ut qui inde poterat decerpi unicus veræ sapientiæ fructus, studiosissimè colligerent : καὶ γὰρ εἶ, dicebat sanctus Basilius, homil. 1 *in Hexaem.* καὶ τὴν φύσιν ἀγνοοῦμεν τῶν γενομένων, ἀλλὰ τόγε ὁλοσχερῶς ὑποπίπτον ἡμῶν τῇ αἰσθήσει τοσοῦτον

D ἔχει τὸ θαῦμα, ὥστε καὶ τὸν ἐντρεχέστατον νοῦν ἐλάττονα ἀναφανῆναι τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πρὸς τὸ δυνηθῆναι αὐτὸ κατ' ἀξίαν ἐπεξελθεῖν, ἢ τὸν ὀφειλόμενον ἔπαινον ἀποπληρῶσαι τῷ Κτίσαντι· *Etsi enim eorum quæ facta sunt, naturam ignoramus; ut certe quidquid omni ex parte sub nostros sensus cadit, tantum præ se fert admirationis, ut vel acutissima mens impar esse comperiatur, quæ aut minimum quid eorum, quæ in mundo sunt, pro rei dignitate explicet, aut debitam laudem rependat Creatori.*

55. Cod. 1126. τοῦ Θεοῦ τῶν κτισμάτων.

56. Δημιουργόν, *Opificem* Deum Plato vocavit. Sanctus Justinus M. in *Cohort. ad Græc.* edit. Paris. p. 23, Platoni aliud esse ποιητήν, aliud δημιουργόν observandum esse duxit : ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι καὶ τοῦτο

Digitized by Google

Ὦ πλουσίων ἀβυσσος ἐννοημάτων,
Βοῶσα τοῖς θέλουσιν ἀντλῆσαι λόγους,
Ὅσους λαβεῖν χωροῦσιν, οὐχ ὅσους ἔχεις.

O divitum abyssus scientiarum, quæ sermones ex te volentibus haurire clamas, quos possunt, non quos contines, ut hauriant!

A 60 Ἀλλ' ὦ σοφιστὰ Πρόκλε τῶν κάτω λόγων,
Ὦ πολλὰ βροντῶν ἐκ νεφῶν λοξοδρόμων,
Ὦ πτωχόκομπος τῶν νοημάτων σάλος,

Ast, o Procle, docte terrenos sermones, tu qui altum e flexuosis nubibus crepans tonas, quique instar turbinis misere excogitatas, tumentesque

NOTÆ.

προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι οὐδὲ ποιητὴν αὐτὸν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ δημιουργὸν ὀνομάζει θεῶν, καίτοι πολλῆς διαφορᾶς ἐν τούτοις οὔσης κατὰ τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος δόξαν· ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς οὐδενὸς ἑτέρου προσδεόμενος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον· ὁ δὲ Δημιουργὸς, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς κατασκευάζει τὸ γινόμενον· *Atque illud etiam necessarium* B *ut mihi videtur, animadvertere, non Creatorem illum a Platone, sed Opificem appellari deorum; cum inter utrumque plurimum sit, ipsius Platonis judicio, discriminis. Creator enim nulla alia re indigens, sua virtute, et potestate id quod fit, efficit; opifex vero accepta ex materia condendi facultate, opus suum construit.* Hinc recte Pisida actum creationis in Deo δημιουργὸν vocat. Invenitur autem passim in scriptoribus ecclesiasticis dictus Deus Δημιουργός, æque ac ποιητὴς, κτίστης, τεχνίτης, *creator, sator, artifex*: quamvis differentiam inesse in hisce variis denominationibus illi senserint, et vocem δημιουργὸν alio sensu quam Platonico usurpaverint. Totus fere dialogus Zachariæ Mitylensis versatur in explicando, quomodo Christiani δημιουργὸν Deum appellent, et circa medium ita definit: Εἴπερ δημιουργός ἐστι καθ' ἡμᾶς μὲν ὁ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἐκ μηδαμοῦ μηδαμῶς ὄντος παραγαγὼν, καὶ τῷ εἶδει τὴν ἁρμόττουσαν ὕλην συναπογεννήσας· οὐσιῶν γὰρ C τῶν Θεὸν ποιητὴν εἶναί φαμεν· οὐ γὰρ δὴ μόνον σχημάτων· κατὰ δὲ τὸν ὑμέτερον λόγον δημιουργός ἐστιν ὁ τὴν ἀσχημάτιστον, καὶ ἀνείδεον ὕλην εἰς εἶδος καὶ σχῆμα μεταπλάττων· καὶ τῆς προτέρας ἀπαλλάττων ἀμορφίας καὶ ταραχῆς, καὶ τοῦ ἐνόντος φυρμοῦ· *Siquidem eum nos vocamus opificem, qui substantiam ipsam ex nihilo nullibi exsistente eduxit et una cum forma congruentem materiem condidit. Substantiarum enim effectorem Deum dicimus, nec tantum figurarum. Vobis vero opifex est, qui sine figura, et forma materiem in formam, et figuram refingit, et a pristina deformitate, turba, et inquinamento vindicat.* Vide etiam sanctum Gregorium Nyssenum, orat. *Contra Eunom.* part. 12. Παντουργία *vis omnia efficiens, rerum omnium effectrix operatio.* Sanctus Cyrillus Alexand. *in Joann.* pag. 495, habet τὸ παντουργικόν, quod idem sonat. Ἔχει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπὸ θείας φύσεως τὸ παντουργικὸν, ὡς Θεὸς, καὶ εἰ πέφηνεν ἄνθρωπος· D *Habet Dominus noster Jesus Christus a divina natura vim omnia efficiendi, ut Deus, tametsi homo videatur.*

57. Rom. II, 33. *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Et ibid. XII, 3. *Non plus sapere, quam oportet sapere; unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* De temperantia in rebus divinis scrutandis omnes post Paulum SS. Patres præclara tradiderunt. S. Cyrillus Alexandrinus in Prosphon. ad imp. Theod. Οὐ ταῖς ὑπὲρ μέτρον ἀκριβείαις καταλύειν ἄξιον, οὔτε μὴν ταῖς εἰς ἄκρον ἐρεύναις ὑποφέρειν τὰ ὑπὲρ νοῦν· *Ea quæ intelligentiam superant, immoderata diligentia labefactare et nimiis inquisitionibus subjicere indignum est.*

60. Qua de causa Sophistæ nomen, quod jamdiu honoris titulus fuit, in hominum invidiam, et offensionem inciderit, immensa eruditionis copia demonstravit P. Cresollius in *Theat. vet. Rhet.* lib. I, cap. 10, etc. Contra Sophisticen (quæ est ars cavillandi definita, unde Sophistæ versipelles, veteratores, deceptores dicti sunt) SS. Patres omnes sæpissime declamarunt; quippe Sophistæ, quorum parens vere diabolus fuit, lingua, et ingenio abutentes, id unum curabant, ut subtilibus inventis, et eristicis quæstionibus veritatem obtererent, et hominum mentes illuderent. Hinc jure Pisida Proclum exagitat, cujus vafrum et insanum ingenium in captionibus texendis, superstitionibus stabiliendis, et sacris Scripturis aut contemnendis, aut ad sensum philosophiæ eclecticæ Platonicæ detorquendis notius est, quam dici oporteat. Σοφιστὴν τῶν κάτω λόγων *terrestrium sermonum sophistam* ipsum appellat, quia omnium gentium deliramenta, superstitiones, ritus, et nomina, sola Christianorum et Judæorum religione excepta, in unum temere conflaverit, et quamvis ex Christianorum doctrina plura fuerit sufluratus, nullibi tamen eos voluerit nominare. De Proclo videsis Fabricium, *Bibl. Græc.* vol. VIII, pag. 456, et Bruckerum *Hist. crit. philos.* tom. II, pag. 318, etc. Cæterum Pisida aperte Proclum non Philoponum petit: Proclum enim contra Christianos XVIII argumentis pro æternitate mundi pugnasse, eumque a Philopono fuisse confutatum in Prolegom. demonstravimus. Nec dubium cuiquam esse potest Pisidam, qui de creatione mundi esset acturus, ad eadem duodeviginti ἐπιχειρήματα Procli respexisse: quare rejicienda est illa adnotatio quæ in Bibliothecis Patrum legitur margini apposita, *in Proclum, sive Joannem Philoponum, impium Tritheitam, Procli nomine invehitur.* De Sophistis, et sophistico dicendi genere nonnulla dicenda erant, quia sæpe Pisida ad Sophisticam artem alludit. Qui plura cupit, adeat Eunapium et Philostratum in eorum Vitis, et Petrum Fabrum in *Comment. ad leg.* 1 *De justit. et jure.*

61. Procli in dicendo tumorem recte notat Pisida, qui inspiratum ac θεουργὸν se facere non erubuit. Sophistarum tanta fuit in dicendo arrogantia, et audacia, ut φοιβίζειν, *vatum more loqui*, ἐνθουσιάζειν *divino numine corripi*, et πνέειν *quid grandius spirare* dicerentur. Idem aliter, sed eleganter exprimit Pisida dicens Proclum βροντᾶν *tonare* ἐκ νεφῶν λοξοδρόμων *e flexuosis nubibus.* Τί μοι φλυσοφήσεις, aiebat sanctus Gregorius Nazianz. *orat.* 42. περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενε· *Quam rationem afferes de fulgetris, ac tonitruis, tu, inquam, qui e terra tonas, ac ne tenuissimis quidem veritatis igniculis fulges?* Sophistarum argutiæ, strophæ, ambages, retia, λοξὰ ῥήματα dicebantur *tortuosa, obliqua, perplexa verba*, quasi Apollinis essent responsa, quæ λοξὰ sunt nuncupata, et ipse Apollo Λοξίας dictus.

62. Πτωχόκομπος *misere tumens*. πτωχαλαζόνα vocavit quemdam paupertatem cum fastu conjungentem Alexis apud Athenæum lib. VI, et Gorgias, teste Aristotele lib. III, 2 *De art. Rhet.*, παχόλογον adulatorem quemdam appellavit. Κομψεία est *orationis affectata elegantia*, quæ stylo Sophistici erat proprietas, unde ipsi Sophistæ κομψοὶ *compti*, et *scituli* dicti. Recte sanctus Gregorius

Digitized by Google

Ὦ πολλὰ τολμῶν εἰς ἀΐδιον κτίσιν,
Διδοὺς δὲ ποινὰς εἰς ἀπλήρωτον κρίσιν,
Ἄκουε μικρῶν συλλαβῶν κράτος μέγα.
Καὶ πρίν σε γὰρ λέγουσι ταῦτα θαυμάσαι
Τοῖς ὡσὶν ἐκλείψαντα τοὺς λόγους μόνον·
Τὸ τῶν νοημάτων γὰρ ἐκφράσαι βάθος
Εἰπὼν, ἀπειπὼν, ἀστατῶν ἀνετράπης,
Θάλπων τὸν ὄγκον εἰς κενὰς ὑποσχέσεις.
Οὐκ ἠγνόεις γὰρ δεινὸς ὢν λογογράφος,
Ὦ; εἴγε κἂν κώνωπα τολμήσῃς φράσαι
Αὐτός σε νύξας ἐκφοβήσῃ, σαλπίσας.
Καὶ μηδὲν ἡμῖν, ὡς ἀκόμποις, κομπάσῃς·
Εἰ ταῦτα φράζει Πρόκλος, ὀκνεῖ καὶ τρέμει·
Πίστις δὲ θαῤῥεῖ καὶ λαλεῖν καὶ συγγράφειν.

projicis ampullas, audesque nimis pervicaciter pro rerum æternitate pugnare, cujus quidem tuæ audaciæ jam nunc ante expletum judicium pœnas luis, audi paucarum syllabarum quanta sit vis et potentia. Aiunt enim te quoque hæc ipsa primum fuisse admiratum, quamvis auribus tantummodo commissas has voces reliqueris, nec ultra transire volueris. Quippe tuarum cogitationum profunditatem, aiens, negans, animo vacillans, vanisque promissionibus tuam superbiam fovens, patefacere recusasti: neque enim ignorabas, cum versutissimus esses scriptor, quod si vel paululum de culice audaces blaterare, ipse te suo aculeo, sibiloque exterruisset. Nec tu nos tanquam incultos gloriosus asperneris. Si de hisce rebus disserit Proclus, hæret profecto, atque intremiscit: fides

NOTÆ.

Nyssenus orat. 12 *in Eunom.* part. II. κομψείαν τῶν σοφισμάτων hæreticis tribuit, et vanissimis Sophistis, qui mellita oratione venenum impietatis condiebant: Ταῖς γὰρ κομψείαις τῶν σοφισμάτων τὸ φθοροποιὸν δόγμα οἷόν τινι μέλιτι καταχρώσαντες, *festivis argutiarum blandimentis dogma mortiferum, velut melle quodam illitum, cum in audientis animum ad fallendum infuderint*, etc., κομπάζω *intumesco, glorior*. Infra.

63. Morellius vertit *o procax in æternam creaturam*, εἰς κτίσιν non *contra creaturam* reddendum puto, sed *circa*; scili et *o nimium audax in asserenda creatura æterna*. Quis enim credat Pisidam vocasse Deum *æternam creaturam*, quæ invicem pugnant?

64. Suppletus ex Cod. Vat. MCXXVI.

65. Parvas syllabas quarum vim expendendam proponit Proclo, non alias esse arbitror, quam verba Geneseos *In principio creavit Deus cœlum et terram*. SS. Patres hoc solo Mosaicæ narrationis initio putarunt esse confutandos Ethnicos, qui circa mundi originem delirarent. Præclare sanctus Joannes Chrysostomus, hom. 11, *in cap.* I *Gen.* Πάσας τὰς δίκην ζιζανίων ἐπιφυομένας αἱρέσεις τῇ Ἐκκλησίᾳ κάτωθεν ἀναστῶν διὰ τοῦ εἰπεῖν· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· κἂν γὰρ Μανιχαῖος προσέλθῃ λέγων τὴν ὕλην προϋπάρχειν· κἂν Μαρκίων, κἂν Οὐαλεντῖνος, κἂν Ἑλλήνων παῖδες. λέγε πρὸς αὐτούς· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ἀλλ' οὐ πιστεύει τῇ Γραφῇ; ἀποστράφηθι λοιπὸν αὐτὸν ὡς μαινόμενον καὶ ἐξεστηκότα κ. τ. λ. *Ille* Moses *omnes hæreses, quæ sicut zizania pullulaturæ erant in Ecclesia, eradicat per hoc, quod dicit*: In principio creavit Deus cœlum et terram. *Unde si Manichæus ad te accesserit, dicens materiem præexistere; si Marcion, si Valentinus, si gentiles, dic illis*: In principio creavit Deus cœlum et terram. *Sed quid, si non credit quis Scripturæ? Tu posthac ipsum averseris velut furibundum, et mente captum.* etc. Vide quæ sequuntur, et sanctum Basilium *in Hexaem.* hom. I.

66. Proclum plura hausisse e sacra Scriptura, et Christianorum doctrinas impie detortas in rem suam transtulisse, ut insanum illud theurgicum systema conflaret, observatum est a multis, et ex ejus scriptis patet. Quid quod ejus hymnum in solem Joannes Keplerus lib. v, cap. 10 *Harmoniæ mundi* putavit Christo posse convenire? Absurdissima quidem ea res est. At ipsum Proclum theoremata Dionysii vulgo Areopagitæ sibi vindicasse testatum reliquit Suidas in Διονύσιος. Verum non ad hæc respexisse videtur Pisida, sed ad aliquam in Genesim explanationem, quam Proclus moliebatur: neque enim aliter quis intelligat ea verba, λέγουσί σε αὐτὰ θαυμάσαι, *dicunt te istiusmodi esse admiratum*, id est sacras Scripturas. Quod clarius confirmat poeta subjungens, Proclum sæpe id promisisse se facturum, sed vanas ejus promissiones fuisse εἰς κενὰς ὑποσχέσεις, eo quod incertus, et hærens εἰπὼν, ἀπειπὼν, ἀστατῶν non ausus sit suam mentem aperire, ratusque sit rem sibi melius esse cessuram, si taceret. Adde, quod infra v. 78, dicit Proclum præbuisse occasionem scribendi de rebus a Deo creatis σοῦ τὴν ἀφορμὴν τοῦ σκοποῦ δεδωκότος. Unde evincitur Pisidam contra ipsum Proclum, non contra Philoponum agere.

67. Procli insaniam, qui Christianorum sapientiam contemneret, deridet. Sophistarum omnium mos fuit, ut tanquam aniles fabulas, quæcumque a Christianis dicerentur, despicerent: unde sanctum Cyprianum *Coprianum*, quasi *virum stercorarium* diceres, a κόπρος impudentissime vocabant. Vid. Lactantium, *Divin. instit.* lib. v, pag. 362 edit. Lenglet.

70. *Ὄγκον. fastum*, et ambitionem Sophisticam, quam ἀλαζονείαν *arrogantiam* frequentius dictam invenies, vexat Pisida. Ἀλαζοχαυνοφλυάρους *arrogantes tumidosque nugatores* uno verbo multa complexus Suida vocavit hujusmodi thrasones. Ὑποσχέσεις, vox Sophistica. Isocrates in Panegyr. dixit quosdam rhetoras, quos vituperat, μεγάλας ὑποσχέσεις ποιεῖσθαι *magna promittere*, et quæ ab aliis nondum essent excogitata se dicturos profiteri.

71. *Δεινὸς λογογράφος. versutus scriptor.* Ita dicti in malam partem Sophistæ. Recte Philostratus in Antipgonte δεινοὺς ῥήτορας, inquit, appellant, οὐκ εὔφημον ἐπωνυμίαν τιθέμενοι, *cognomen minus honestum eis imponentes*. Iidem Sophistæ appellati sunt λογογράφοι *scriptitantes*, λογοδαίδαλοι *orationis quasi pictores*, γλωσσοτέχνοι *artificiose loquentes*.

72. Vide proverbium, *In pulicis morsu Deum invocat*. Erasmus, *Adag. Chil.*, III, 4. Notissimus est Æsopi apologus, quo culicem cum leone pugnantem, eumque vincentem facit, ut eos, qui magnos prosternunt, sæpe a parvis superari demonstret.

74. Sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 27, quo spiritu ipse ad loquendum duceretur declarans dicit: Ἀλλ' οὐδὲ τῶν κομψῶν τις καὶ ἡδέων ἐγὼ, καὶ οἷος κολακείᾳ κλέπτειν τὴν εὔνοιαν· *non ego gloriosus quispiam, et lasciviens dictis, aut ita comparatus, ut hominum benevolentiam assentando captem*: et ad nostram opportunius sanctus Joannes Chrysostomus in psal. CXLIV: Ἀλαζὼν μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐπὶ τοῖς μικροῖς κομπάζων, καὶ τῶν ὁμοδούλων ὑπερορῶν· *Est enim arrogans, qui propter res parvas se jactat, et conservos despicit.*

76. In fidei defensione se esse disertum, et bono animo plenum gloriatur sanctus Gregorius Nazian-

Digitized by Google

Ἀλλ' ὦ σοφιστὰ τῶν ξενοσπόρων λόγων
Ἄκουε, Πρόκλε, μηδὲ κομπάσῃς, ὅτι
Σοῦ τὴν ἀφορμὴν τοῦ σκοποῦ δεδωκότος,
Σιγῶσι Πρόκλοι, καὶ λαλοῦσιν ἀγρόται.
Ὦ τὴν ἀνεξεύρητον, ἣν ἔχεις, φύσιν
Κρύψας ὁμίχλῃ, καὶ περιστείλας γνόφῳ,
Ὅπως μάθοιμεν πῶς ἀεὶ κεκρυμμένη
Ἐκ τῶν ἑαυτῆς φαίνεται ποιημάτων.
Ὦ τὴν ἀεικίνητον οὐρανοῦ στέγην
Τῷ σφαιρομόρφῳ τῶν σοφῶν εἰλημάτων

vero audet, et loqui, et scribere confidenter. Audi, inquam, peregrinarum doctrinarum sophista Procle, neque jactes, quod cum tu hujusque argumenti dederis occasionem, Procli taceant, loquantur rustici.

O qui tuam, Deus, naturam nulli investigandam multam inter caliginem, tenebrasque involvisti, ut inde ediscamus ipsam, quamvis absconditam, ex suis tamen operibus esse manifestam, tu cœli nunquam quiescentis rectum in altum extendisti, et sapienter in sphæræ formam constrictum conclusisti, nec ad tantam cœli complexionem coercen-

NOTÆ.

zenus, orat. 35 : Οὐδὲ ἄλλοτε μὲν σιωπήσαντες · τοῦτο γὰρ μόνον ἡμεῖς νεανικοί τε καὶ μεγαλόφρονες · νῦν δὲ καὶ μᾶλλον παῤῥησιαζόμενοι τὴν ἀλήθειαν · ἵνα μὴ τῇ ὑποστολῇ, καθὼς γέγραπται, τὸ μὴ εὐδοκεῖσθαι κατακριθῶμεν · *Nunquam sane tacituri sumus : in hoc enim uno fortes et magnanimi sumus : nunc vero majori quoque libertate loquimur, et fiducia de veritate ; ne alioqui ob timiditatem, ut scriptum est, hac pœna multemur, ut Deo minime placeamus.* Sanctus Gregorius illud Pauli ad Hebr. x, 38, innuit : *Justus autem meus ex fide vivit : quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.* Ad quem sane locum etiam Pisida respexit. Ibi enim sanctus Paulus fidei vim magnifice exornat, etc.

77. *Ξενοσπόροι λόγοι sermones novi, peregrini, ac veluti ex malo semine nati.* Philosophi Alexandrini, cum de Deo vellent more Christianorum loqui, tumido, et inflato, et novo dicendi genere usi sunt, quod Pisidia æque ac cæteri ecclesiastici scriptores, tanquam a sana doctrina, et a Scripturis alienum damnant. Niceta in *Comment. ad orat.* 42 sancti Gregorii Nazianzeni cum horum Philosophorum verba, quibus in Dei contemplatione explicanda utebantur, retulisset ; *Sed hæc*, concludit, *Porphyrius, et Jamblicus, et ille prodigiosorum verborum architectus Proclus nugati sunt.* Igitur ξένοι λόγοι idem sonat ac Ethnici, et e gentilium schola petiti, quos sæpius ἐξωτερικούς, et τοὺς ἔξωθεν, *externos, profanos, sæculares* dictos a SS. Patribus invenies. Hinc puto Severianum Gabalorum episcopum in princ. 1 *orat. in creationem* a suis auditoribus petiisse, ut quæ dicturus esset, non tanquam peregrina rejicerent : Ἀξιῶ μὴ . . . ὡς ἐχθρὸν ξενίζοντα ἐκβάλλειν τὸν λόγον, *rogo ne quis inimicus, quasi peregrinum respuat meum sermonem.* In sancti Joan. Chrysost. operib. tom. VI, pag. 437.

78. Melius ἄκουε λοιπόν.

79. Scilicet illis 18 argumentis, quibus Proclus mundum esse æternum affirmabat.

80. Vid. Erasmi Adagium *Chil.* II, 6, 45 : ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος, *rusticanum ne contempseris oratorem*, et *ibid.* 7, 4, αἰσχρὸν σιωπᾷν, ubi illud, quod ferunt Aristotelem dixisse de Isocrate αἰσχρὸν σιωπᾷν · Ἰσοκράτην δ' ἐᾷν λέγειν. *Turpe est* Aristotelem *silere, et Isocratem pati loqui.*

82. De *ὁμίχλῃ*, et *γνόφῳ* supra ad *vers.* 4. Ὁ θεῖος γνόφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ Θεὸς λέγεται · καὶ ἀοράτῳ γε ὄντι διὰ τὴν ὑπερέχουσαν · φανότητα . . . ἐν τούτῳ γίνεται πᾶς ὁ Θεὸν γνῶναι καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος, αὐτῷ τῷ μὴ ὁρᾶν, μηδὲ γινώσκειν, ἀληθῶς ἐν τῷ ὑπὲρ ὅρασιν καὶ γνῶσιν γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ γινώσκων, ὅτι μετὰ πάντα ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητά · *Divina caligo lux est inaccessa, quam inhabitare Deus perhibetur, et cum quidem sit inaspectabilis, propter exuberantem luminis claritatem, ad hanc pertingit quisquis Deum nosse, ac videre meruit, eoque ipso, quod neque videt, neque cognoscit, in illo vere, qui visionem et cognitionem superat, exsistit hoc ipsum sciens, eum in omnibus tam sensilibus, quam intellectilibus exsistere.* Dionys. Areopag. epist. 5. *Dorotheo.*

84. Μὴ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα περιεργαζώμεθα · ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων ὁδηγούμενοι θαυμάζωμεν τὸν τεχνίτην · τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, φησὶν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται · *Ne humanis rationibus divina opera curiosius excutiamus, sed ex operibus manuducti admiremur artificem ; nam invisibilia ejus, inquit* sanctus Paulus Rom. I, 20, *ex oratione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur.* S. Joan. Chrysost. homil. 2. in Gen.

85. Cod. 1126, σκέπην. Opera Dei enarrare aggreditur, quæ in duas classes divisa complectitur. Primum enim de cœlo loquitur, et omnia quæ in cœlo fiunt, et continentur, exornat ; ac deinde ad terram, et ad ea, quæ profert terra, progreditur. *In principio creavit Deus cœlum et terram.* Adeo obscura sunt, quæ Pisida tradit de cœlo, ut nondum videar ejus mentem assecutus. Nonnulla igitur nos dicere necessitas cogit, ne videamur in arcto prosilire. De figura cœli apud philosophos magnum fuit dissidium, quorum sententias refert Plutarchus, lib. II *De placitis philosoph.* Antiqui vero Christiani fere omnes, cum pressius Scripturæ testimoniis inhærere vellent, cœlum non esse rotundum asserebant ; cum enim Isaiam XL, 22, de Deo dixisse animadvertissent : Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖν · *Qui statuis cœlum sicut fornicem, et extendis quasi tabernaculum ad habitandum*, ipsum cœlum fornicatum, concameratumque fuisse a summo Opifice effectum dixerunt, atque adeo non ad aliam quam ad quadratam figuram conformatum crediderunt. Rati sunt igitur quatuor veluti muris juxta quatuor mundi partes cœlum contineri, ipsumque contra rerum omnium universitatem intus amplecti ac continere : superne instar fornicis concludi ac circumvolvi, inferne vero una cum terra quatuor ex partibus conjungi : ita ut terra esset cœli ipsius basis ac fundamentum : terram enim, nullibi quamvis firmatam, stare certo certius habebant, quoniam David psal. CIII, 5, dixerat : *Fundavit terram super stabilitatem suam* ; cœlum autem terræ esse agglutinatum non dubitabant, quoniam Job XXXVIII, 38 ex LXX Interpretum versione dixerat οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἔκλινε · κέχυται δὲ ὥσπερ γῇ κονία · κεκόλληκα δὲ αὐτὸν ὥσπερ λίθῳ κύβον · *Cœlum vero in terram inclinavit : effusa autem est, sicut terra, calx. Conglutinavi autem ipsum quasi lapide quadrum.* Igitur instar tabernaculi mundum factum esse arbitrati sunt, cujus esset quasi operculum ipsum cœlum : Διὰ τὸν οὐρανὸν ἐσκεπακέναι καθαπερεὶ πῶμα τὰ ὕδατα τὸν τῇ γῇ, tenebras Moses appellasse dicit Theophilus ad Autolycum, lib. II, 18, *quia cœlum instar operculi*

Digitized by Google

Ὕψει πλατύνας, καὶ τοσαύτῃ συντάσει
Βάθρον τεθεικὼς μηδαμοῦ πεπηγμένον.
Ὦ δέρριν ὥσπερ ἐξαπλώσας τὸν πόλον·

90 Ὁ σὸς γὰρ Ὀρφεὺς τὴν θεόφθογγον λύραν
Κρούων ὁ Δαβὶδ δέρριν εἶπε τὸν πόλον.
Ὡς ἐκταθείσης πρὸς τὰ μήκη καὶ βάθη

am, sustentandumque fundamentum ullum ex qua-
bet parte subjecisti. Tu pellis instar expandisti
œlum : tuus enim Orpheus David pulsans divina

loquentem lyram, pellem vocavit cœlum; quod ea,
quæ sursum sunt corpora, per longum, et pro-
fundum spatium simplici ratione disposita cernan-

NOTÆ.

quas cum terra obtexit. Atque hujusmodi quidem
uisse cœlum, quod Deus condidit in principio, pu-
abant, quod supremum, et invisibile nominarunt :
liud vero inferius, et primo inclusum fecisse Deum
ecunda die, quod firmamentum dixerunt, in quo
tellæ et planetæ discurrerent, ipsumque etiam non
sse sphæricum, sed planum, et instar pellis ex-
ensum, Davidis auctoritate ducti affirmabant. Hoc
ortentum opinionis fuse explicatum habes in to-
ographia Christiana Cosmæ Indicopleustæ, quem
nirum sane est, et fuisse astronomum, et similia
omniasse. Vide quæ in hanc rem blaterat lib. IV,
ag. 186, et VII, pag. 296, teque a risu, si potes,
empera, cum tabulas inspexeris, quibus ille astro-
um motus, et cursus juxta traditum systema ex-
planare contendit, Severianus Gabalorum episcopus,
ui a Cosma sæpius citatur, ita eamdem senten-
iam exponit : Ζητοῦμεν δὲ ποῦ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ
τοῦ τρέχει τὴν νύκτα· κατὰ τοὺς ἔξω ὑπὸ τὴν γῆν.
Καθ' ἡμᾶς δὲ τοὺς σκηνὴν αὐτὸν λέγοντας, τί ;.... Νόμισον εἶναι καμάραν ἐπικειμένην· ἡ ἀνατολὴ ἐκεῖ ἐστιν κατὰ τὸν τύπον· ἄρκτος ὧδε, μεσημβρία ἐκεῖ, δύσις ἐκεῖ. Ἥλιος ἀνατέλλων καὶ μέλλων δύειν, οὐχ ὑπὸ γῆν δύνει· ἀλλ' ἐξελθὼν τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ τρέχει εἰς τὰ βορρινὰ μέρη· ὥσπερ ὑπό τινα τοῖχον κρυπτόμενος, μὴ συγχωρούντων τῶν ὑδάτων φανῆναι αὐτοῦ τὸν δρόμον, καὶ τρέχει κατὰ βορρινὰ μέρη, καὶ καταλαμβάνει τὴν ἀνατολήν. *Quærimus autem, ubi sol occidat, et ubi noctu curral : secundum exteros sub terra, secundum nos autem, qui cœlum tabernaculum esse dicimus, quidnam?.... Cogita superpositum fornicem ; oriens hic est, ut figura exprimitur, septentrio vero illic ; ex opposito meridies, illic occidens. Sol oriens cum in occasum vergit, non sub terra occidit ; sed egressus ad cœli fines partes boreales percurrit, quasi muro quodam occultatus, aquis non sinentibus ut ejus cursus appareat, currit*que *per partes boreales, et ad orientem venit*, etc. Severianus orat. 3, 5, *De creat. mundi.* Lepida certe, vel potius ridicula hæc sunt. Verum antiquis Patribus minus ea de re fuit consensus ; quam enim illi formam terræ tribuebant, cœlo quoque affinxerunt, cumque eam in longum et latum tantummodo protensam censerent (neque enim Antipodas dari posse putabant), cœlum etiam veluti tentorium desuper expansum arbitrabantur. Ipsos tamen rei difficultatem sensisse clare patet ex eorum Commentariis in Genesim : omnes enim pauci ab hisce quæstionibus sese expediunt, illud sæpe repetentes, ea non esse humanis rationibus perquirenda, quæ *Deus, ut voluit fecit.* Ac sanctus Basilius quidem, quamvis non multum ab aliis differat, tamen cum philosophorum opinionem retulisset de situ terræ, qui mediam orbis regionem obtinere dicerent, eam sententiam non refutavit, sed modeste conclusit, τούτων δ' ἂν σοι δοκῇ τι πιθανὸν εἶναι τῶν εἰρημένων, ἐπὶ τὴν οὕτω ταῦτα διαταξαμένην τοῦ Θεοῦ σοφίαν μετάθες τὸ θαῦμα· *Jam si quid eorum quæ dicta sunt, probabile tibi videatur, ad Dei sapientiam, quæ hæc ita ordinavit, admirationem transfer.* Sanctus Hieronymus autem in *Comment. Epist. ad Ephes.* non dubitavit affirmare cœlum esse rotundum, et in sphæræ modum volvi, quia locum supra citatum Isaiæ ex Hebræo aliter jam reddiderat : ait enim, *qui* ἡμικύκλιον *terris imminere cœlum, et in similitudinem sphæræ esse cœlum contendunt, abuntur nomine fornicis, quod scilicet media pars sphæræ terras operiat, cum in Hebræo non fornicem, sed tenuissimum pulverem legimus.* Rem clarius probavit Philoponus, qui lib. VI, c. 14 *De creat. mundi* sphæricum esse cœlum, itemque terram asserit, et Jobi testimonium de conglutinatione cœli cum terra ita explicat, ut demonstret Scripturam cum Platone consentire : Εἰ γὰρ μηδεὶς κυβικὸν εἶναι τοῦ οὐρανοῦ τὸ σχῆμα νενόμικε, μηδὲ εἶναι δύναται, ἐπεὶ μηδὲ ἐφέδραν ἔχει, λείπεται διὰ τὴν ὑφ' ἡμῶν εἰρημένην αἰτίαν· κύβον αὐτὸν μετὰ τῆς γῆς ὀνομάσαι τὸς λόγιον· ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τὸν ὅλον κόσμον, δι' ὃ καὶ ὁ Πλάτων τὸν κύβον ἀφώρισε τῇ γῇ, οὐ διὰ τὸ σχῆμα, ἀλλὰ διὰ τὸ στάσιμον. *Enimvero si nemo figuram cœli cubum esse censuit, neque etiam esse possit, cum nullam sedem habeat, restat, ut propter dictam a nobis causam, Scriptura ipsum una cum terra sumptum sic appellarit ; quod idem est ac dicere totum mundum, et idcirco etiam Plato terræ cubum attribuit, non propter figuram sed propter stabilitatem.* Cæterum Cosmæ Indicopleustæ tempore multum invaluisse inter Christianos hanc de cœli et terræ figura sphærica opinionem, ex eo patet quod ille se scripsisse testetur, quia τινὲς Χριστιανίζειν νομιζόμενοι· . . . κατὰ τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ ὑπολαμβάνουσι, ἐκ τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν ἐκλείψεων πλανώμενοι. *Nonnulli, qui Christianorum nomine censentur.... perinde atque exteri Philosophi cœlum sphærica forma esse opinantur, Solaribus ac Lunaribus eclipsibus decepti.* In 2. *Prologo Topogr. Christ. pag.* 114. At quæ jam tandem est Pisidæ sententia ? Ille quidem non hæc omnia ridicula admisit ; sed non longe ab iis discessit. Primo enim cœlum a Firmamento distinguit. Cœlum v. 85. οὐρανοῦ στέγην vocat, *cœli tectum*, eo quod ut dictum est, omnia suo sinu complecteretur : Firmamentum autem πόλον nominat, ut distinctionem se inter utrumque posuisse designet. Videtur tamen Cosmæ opinionem circa cœli superioris firmitatem non admisisse ; ipsum enim ἀκίνητον *semper mobile* appellat, ac tantum abest ut terræ glutinatum faciat, ut contra nullum habere fundamentum, quo sustentetur, affirmet, βάθρον τεθεικὼς μηδαμοῦ πεπηγμένον, *nullibi firma et compacta basi constituta.* Aperte autem instar fornicis, vel tholi superne esse factum, et ad latera protensum, velut arcuatum opus, indicat; non enim sphæricum, sed in sphæræ formam complanatum vocat v. 86 et 87. Τῷ σφαιρομόρφῳ ὕψει πλατύνας.

87. Cod. 1126, συστάσει.

89. *Psal.* CIII, 2. Ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέρριν, *Extendens cœlum sicut pellem.* Et Isaias XL, 22. *Qui extendit velut nihilum cœlos, et expandit eos, sicut tabernaculum inhabitandum.* Firmamentum intelligit Pisida, quod in longa et profunda, id est, lata spatia protractum dicit : atque id bene, ac quadam simplici ratione cœlestium corporum motibus convenire decernit. Quæ quomodo explicaverint philosophi Christiani, videndum in Cosma Indicopleusta, et ex adducto loco Severiani potest intelligi.

Digitized by Google

Τῆς ἁπλότητος τῶν ἐν ὕψει σωμάτων.
Εἰ καὶ καπνοῦ δὲ τοῦτον ἐμφάσεις ἔχειν
Προβλεπτική τις εἶπεν ὀξυδερκία,
Κενεμβατούσης τῆς φορᾶς τῶν ὀμμάτων
Πρὸς τὴν ἀμυδρὰν τῆς ῥοπῆς θεωρίαν.
Ἢ σφαῖραν ἡμίτμητον ἀψίδος δίκην
Ὑψουμένην ἄνωθεν, ἢ κυρτουμένην,
Ἢ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν κάτω φορουμένην.
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ γνωστικῶν κυλισμάτων,
Κάτωθεν ἄλλη φαίνεται κεκρυμμένη·
Ὅπως ἔχει στήριγμα τὴν ἐν σοὶ βάσιν
Εἰς βάθρον ἀστήρικτον ἐστηριγμένη.
Ἄνω γὰρ ἦρται καὶ βαθύνεται κάτω,
Ἐκτείνεται δὲ πρὸς τὸ χάσμα τοῦ πλάτους,

A Ἴσα; δὲ κύκλῳ τὰς ἀποστάσεις ἔχει·
Ἑστὼς δὲ φεύγει, καὶ διάττων προσμένει·
Στάσιν δὲ τὴν κίνησιν ἀῤῥήτως ἔχει.
Τρέχει δὲ τῷ σύμπαντι τὴν ἐναντίαν
Μήπως τὸ συγκίνημα τῶν ἐλασμάτων
Ὥθημα πάσχον ἐκραγῇ τῇ συντάσει·
Ἐν τοῖς ἐναντίοις γὰρ εἰκότως δρόμοις
Ἡ τοῦ τάχους σύνευσις ἀντωθουμένη
Παρακρατεῖ τὸ σφίγμα τῶν κυλισμάτων,
Εἰς τὴν κατ' εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσιν·
Μήπως καταχθῇ τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης
Ἐν τῇ κενώσει τῶν τομῶν καταδρόμων·
Ἀλλ' ὥσπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεσφιγμένον
Τοῖς ἀνθελιγμοῖς συγκρατεῖται τοῦ τάχους,

tur : quamvis ipsum cœlum fumi quamdam speciem præ se ferre quidam ex prophetis multum perspicax asserui, eo quod frustra connitatur oculus ad rei tam obscuræ, ac perniciter se volventis contemplationem pervenire. Est etiam, qui dicat esse cœlum dimidiatam sphæram instar fornicis sursum elevatam, et in convexum adductam, atque in partem inferiorem tendentem : ex iis enim, quos sursum fieri mente comprehendimus circulares motus, alias esse deorsum dimidiam sphæræ partem absconditam videtur deduci ; ita ut totius sphæræ fulcimentum sit illa, quæ in te est, Deus, basis, super fundamentum, quod caret firmitate, firmata : sursum enim attollitur, ac deorsum premitur, et in latum diduci, atque extendi nititur, et circulo æquales

B servat distantias : atque adeo stans fugit, fugiensque permanet, statumque suum ineloquibiliter habet in motu. Currit, et cursum huic rerum universitati tenet contrarium, ne si omnia una impulsa vi in eamdem ferrentur partem, cœlestia corpora vi impulsionis abrepta in ipsa contentione cederent, et fatiscentia disrumperentur. Contrariis vero circumferri cursibus optime convenit, quia velocitas unius, alterius velocitati ex nisu opposito resistens circularium revolutionum vinculum constringit, ex vi projectionis in rectam temperatum ; ne tanta cursus vehementia cœlum ipsum per mane, ubi circumobeuntia corpora discurrunt, dilabatur, sed veluti quodam vinculo, quamvis ex adversa vi, compressum detineatur, atque ex

NOTÆ.

92. Cod. 1126, melius μήκη καὶ πλάτη.

94. De substantia cœli multum disputatum est inter philosophos : alii enim ejusdem esse naturæ cum elementis arbitrati sunt ; alii vero cœlum, vel igneum, et tenue, ac leve ; alii vero terreum, et crassum, ac solidum, veluti crystallum, fecerunt. Pisida videtur nihil voluisse pro certo affirmare : nihilominus sancti Basilii, et aliorum Patrum sententiam innuit, nec tamen probat, qui Isaiæ verba LI, 6 ex LXX Interpr. versione : Ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη. *Quoniam cœlum, sicut fumum, firmatum est ;* ita sunt interpretati, ut eos refutarent, qui cœlum crystallinum, id est solidum assererent. Ita enim sanctus Basilius : Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν· τουτέστι λεπτὴν φύσιν, καὶ οὐ στερεὰν οὐδὲ παχεῖαν εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ σύστασιν οὐσιώσας· *Qui firmavit cœlum quasi fumum : hoc est, qui tenuem, non solidam, neque crassam naturam, ad constituendam cœli substantiam condidit.* Homil. 1 in Hexaem. Fumus enim nullam habet firmitatem.

95. Προβλεπτικὴ ὀξυδερκία *in futuris prospiciendis acuta oculorum focultas.* Ὀξυδερκής, acute cernens, ὀξυδερκέω, acute cerno non semel usurpatum invenitur. Ὀξυδερκία, vel ὀξυδορκία nullibi memini me legere, quamvis hanc vocem habeant lexica.

96. Ut facile in maximis distantiis decipiatur oculus exemplis demonstrat sanctus Basilius, homil. 4, 9 : Ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι ἡ ὄψις, ἐξίτηλος γινομένη, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ὁρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ· *Visus in aere consumptus, exilis evadens, res oculis subjectas accurate apprehendere nequit.*

98. Refert sententiam de figura cœli sphærica, quam præ cæteris exornat : dimidiam cœi sphæram, quam oculis videmus superincumbentem, alterius partis subtus latentis esse indicium arguit : cœli

C rapidissime se moventis, ac nullibi consistentis basim Deum facit : cœlum ipsum motu terræ contrario circumvolvi statuit : cætera vero circa motum per antitheses, quibus multum excellens est, exponit, ex contrario enim motu cœli, et planetarum fieri dicit, ut rerum ordo servetur : quia si omnia cœlestia corpora una cum cœlo in eamdem partem circumagerentur, cum nihil esset, quod motus vim, et impetum retardaret, ipsa vi, et impetu abrepta, nullo inter se ordine servato per inane deferrentur.

101. Cod. 1126, κινημάτων.

103. Idem cod. ὅμως ἔχει.

105. Idem cod. ἦρται.

111. Ἐλάσματα vertunt lexicographi *laminas ductiles.* Hic Pisidam puto sumpsisse metaphoram ab aurigis, quasi planetas et astra in eamdem partem procurrentia comparet equis currui subjectis, qui uno rectore impelluntur, atque incitantur. Ἐλάσματα igitur, quod est ab ἐλαύνω, hic sunt *corpora* D *agitata et impulsa.* Συγκίνημα τῶν ἐλασμάτων *incitatorum corporum concursio.* Vide ultimos versus poematii *De vanitate vitæ*, ubi mens humana aurigæ assimilatur.

112. Cod. 1126. συστάσει.

116. Suppletus ex eodem codice : et in codice Vat. 121, legitur εἰς τὴν κάτωθεν. Versus est plane necessarius ad Pisidæ mentem assequendam : sive enim malis εἰς τὴν κατ' εὐθύ, sive εἰς τὴν κάτωθεν, constat semper poetam voluisse rationem assignare, cur ex vi contraria corpora cœlestia obstricta, ac devincta inter se consistant : nam ex vi projectionis per rectam lineam tendunt ; tum vero alia vi supervenient sensim cedere coguntur, et ad quemdam motum compositum inflecti, quæ est generatio circuli.

120. Cod. 1126. συγκρατῆται.

Digitized by Google

Βάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ.
Ἔστι δὲ πασῶν ἀκροτήτων ἀκρότης,
Ὅρος δὲ πάντων ἐστὶ τῶν ὁρισμάτων·
Ἀφίσταται δὲ τῶν ἀφεστώτων ὅλων·
Οὐδὲν δὲ τούτου μέτρον, ὡς ἀμετρία.
Ἐντεῦθεν αὐτὸν ἐμπλαγέντες ὡς μέγαν,
Ὡς εὐρὺν, ὡς ἄπειρον, ὡς ἐπηρμένον,
Μύθοις ἔπλαττον, ὡς Ἀτλαντικοῖς πόνοις,
Μακρῶν ὑποστήριγμα κιόνων ἔχει·
Ἴσως τὰ μακρὰ τῆς ἀδηλίας βάθη
Στύλων ἀβάθρων ἐκτυποῦντες ἐμφάσει.
Μέγας γάρ ἐστιν, ὡς Θεοῦ μικρὸς θρόνος·
Ἡβᾷ δὲ γηρῶν, καὶ παρακμὴν οὐκ ἔχει,
Ἕως ὁ πηγνὺς αὐτὸν εἰλίζει λόγος.

contrario revolutionum renixu, basi *cæli scilicet* currente, et iis, quæ circumferuntur, *scilicet astris, vel terra*, quiescentibus, coerceatur.

At vero cœlum est omnium summitatum summitas, omniumque terminorum terminus, ab iis, quæ plus a nobis distant, distans longissime; cujus nulla est aptior mensura, quam ipsa incommensurabilitas. Hinc factum est, ut quidam stupore tantæ rei capti, cœli magnitudinem, latitudinem, immensitatem, altitudinemque infinitam considerantes fabulam finxerint, quæ est de Atlanticis laboribus, quasi ingentium columnarum habeat fulcimentum : ea fortasse ratione, ut tam obscuræ, atque incompertæ rei ingentem profunditatem immensarum columnarum typo indigitarent. Ingens enim illud est, tanquam parvus Dei thronus. Senescens juvenescit; nec illi vigor deficit, deficietque, quandiu a Verbo, a quo est conditum, contor-

NOTÆ.

121 Basin puto cœlos, vel orbes cœlestes vocare, φορὰν vero *lationem* esse astra, quæ fixa, et quiescentia suis orbibus inhærent, ipsis orbibus contrario motu se moventibus, ut placuit Aristoteli, qui lib. II, c. 8 *De cœlo* absurdum esse declarans, vel orbes una simul moveri, et stellas, vel orbes quiescere, et stellas moveri, ita concludit : Ἐπεὶ τοίνυν οὔτε ἀμφότερα κινεῖσθαι εὔλογον, οὔτε τὸ ἄστρον μόνον, λείπεται τοὺς μὲν κύκλους κινεῖσθαι, τὰ δὲ ἄστρα ἠρεμεῖν, καὶ ἐνδεδεμένα τοῖς κύκλοις φέρεσθαι· *Cum igitur neque utraque, neque stellam solum moveri consentaneum sit rationi, restat orbes quidem moveri, stellas vero quiescere, et infixas in ipsis orbibus ferri*, etc. Igitur Pisida Aristotelis, ac Ptolemæi systema cœleste non solum amplectitur, sed etiam explicare contendit; verum, ut poetæ licuit, multum obscure. Morellius autem, ni fallimur, sua versione tenebras tenebris affudit. Primum cœlum, quod Hebræi *cœlum cœli*, et Ptolemæus primum mobile vocavit, ex Oriente in Occidentem jugi, ac rapidissimo motu ferri Pisida decernit : Planetas in suis singulos orbibus infixos quiescere, orbes autem ipsos, quos esse totidem cœlos terræ concentricos idem Ptolemæus asseruit, cursu contrario ex Occidente in Orientem deferri determinat : atque ex hac ipsa motus contrarietate inter primum cœlum, et orbes inferiores, ita omnia temperari, ut ex discordia oriatur concordia, et mundi harmonia constituatur. Βάσιν etiam intelligere quis possit esse cœlum, et φορὰν terram, quam stare, et in ipso cœlo quibusdam veluti ponderibus libratam sustineri fuit veterum, et præsertim Christianorum philosophorum communior opinio?

126. Elegantissimi sunt, qui sequuntur versus, in quibus cœlum poetico more, Atlantis fabulam adumbrans, velut hominem repræsentat.

127. Cod 1126. ἐκπλαγέντες οἱ πάλαι.

129. De columnis Atlanticis vid. Arist. lib. *De animal. motu*, cap. 3; et Phornutum, *De nat. deor.* cap. 26. Multa præterea apud poetas. Homerus *Odyss.* I, 52.

ὅστε θαλάσσης
Πάσης βένθεα οἶδεν. ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

Quique maris
Omnes profundilates novit. Sustinet autem columnas [*ipse*
Longas, quæ terramque cœlumque amplectuntur.

Atlantis metamorphosim habes in Ovidio, lib. IV, 554.

131. Cod. 1126. ἐμφάσεις.

133. Senem etiam poetæ finxerunt Atlantem, sed qui sustinendo oneri non deficeret. Virgilius *Æneid.* IV, 246.

Atlantis duri, cœlum qui vertice fulcit;
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris
Piniferum caput, et vento pulsatur et imbri.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, et glacie riget horrida barba.

Quid autem velit Pisida, cum cœlum juvenili senio virentem fingit, intelligitur ex sancto Joanne Chrysost. homil IV in I caput *Genes.* Τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη, καὶ θαυμάσειεν, ὅτι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ἀκμαῖον διετήρησε τὸ κάλλος, καὶ ὅσῳ πρόεισιν ὁ χρόνος, τοσούτῳ καὶ τὸ κάλλος ἐκτείνεται *Quis non obstupesceret, atque admiraretur, quod firmamentum tanto tempore vigentem servet pulchritudinem, sed quod quantum progreditur tempus, tantum augeatur et pulchritudo?*

134. Cod. 1126. Ἕως ὁ πήξας. A Verbo et per Verbum facta, et creata fuisse omnia a Deo communis est omnium Patrum sententia, qui hoc potissimum in Genesi explicanda contra Ethnicos probandum sibi sumpserunt : *Verbo* enim *Domini cœli firmati sunt*, Psal. XXXII, 6. Et : *In principio erat Verbum.., omnia per ipsum facta sunt*, Joan. I. Τοῦτον τὸν Λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν· *Hoc Verbo usus est administro operum suorum, et per illud omnia condidit*, sanctus Theophilus, *Ad Autolyc.* lib. II, 10. Platonico tamen more se expressisse Pisidam patet ex *Timæo Locro* : Δηλούμενος ὢν ἄριστον γένναμα ποιεῖν, τοῦτον ἐποίει Θεὸν γεννατὸν, οὔποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίῳ, ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένῳ Θεῷ, εἴποκα δήλετο αὐτὸν διαλύειν· *Cum Deus vellet pulcherrimum factum producere, hunc effecit Deum genitum* mundum *nunquam corrumpendum ab alia causa, præterquam a Deo, qui ipsum composuit, si quando voluerit ipsum dissolvere.* Ac deinde διὰ ταῦτα ἔκ τε δὴ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν ἀριθμὸν τεττάρων τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη, δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν· φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὡς εἰς ταὐτὸν αὐτῷ ξυνελθὸν, ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι· *Itaque ob eam causam, et ab iis rebus numero quatuor mundi est corpus effectum, ea constructum proportione, qua dixi : ex quo ipse sese concordi quadam amicitia et charitate complectitur, atque ita apte cohæret, ut dissolvi nullo modo queat, nisi ab eodem, a quo est colligatus.*

Digitized by Google

Στολίζεται δὲ τὸν χιτῶνα τὸν μέγαν,
Τὸν ἀέρα κλωσθέντα κερκίδι ξένῃ·
Χυτὸν, διαυγῆ, λεπτὸν, ἡραιωμένον,
Εἰς πᾶσαν εἰσδύνοντα σωματουργίαν.
Προέοχεται δὲ νυμφικῶς ἐστεμμένος,
Λαβὼν διαυγεῖς μαργαρίτας ἀστέρας.
Ἔχει δὲ πρὸς τὰ στέρνα λυχνίτην ἕνα,
Ὡς πῦρ ἀποστίλβοντα πρὸς τὴν ἡμέραν·
Ἄλλον δὲ λευκόπυρσον, ὡς πρὸς τοὺς πόδας,
Δεικνύντα λευκὴν πανταχοῦ τὴν ἐσπέραν·
Φρουρεῖ δὲ πᾶσαν, ὡς ἐν εἱρκτῇ, τὴν φύσιν·
Τηρεῖ δὲ τὰ στοιχεῖα φραγμώσας ὅλα·
Κόλπος δὲ παντὸς γίνεται κινουμένου,
Φθάνει δὲ πᾶν κίνημα, συγκινῶν ὅλα·
Στιγμὴν δὲ τὴν γῆν, ὥσπερ ἐν μέσῳ, φέρει.
Ἐπ' οὐδενὸς δὲ πήγματος πεπηγμένος,

Τὸ κοσμαγωγὸν ἀντερείδει κεντρίον·
Συνδεῖ δὲ τὴν ἄβυσσον, ὡς ἐν σπαργάνῳ·
Κυκλοῖ δὲ τὴν σύμπασαν, ὡς ἐν δικτύῳ·
Σφίγγει δὲ πάντα σοὶ μόνῳ κρατούμενα·
Καὶ τὸν τοσοῦτον ὄγκον ἐγκλείσας ἔσω,
Ἔξωθεν αὐτὸς τῷ πλάτει συσφίγγεται·
Μετρουμένη γὰρ οὐρανῶν ἀμετρία
Ὡς πρὸς σὲ στιγμὴ γίνεται στενουμένη.
Ὡς Δημιουργὸν, ὡς κτίσαντα πᾶν σοφῶς,
Ὦ μηχανουργὲ τῆς πολυστρόφου στέγης·
Διαγράφεις γὰρ πᾶσαν, ὡς θέλεις, φύσιν
Τῇ σῇ διόπτρᾳ, καὶ στεγάζεις τοὺς κάτω,
Καὶ τοὺς παροίκους, εἰς ὑπαίθριον σκέπην,
Διαφλέγων μὲν καὶ πυρῶν τὸν αἰθέρα·
Πλὴν μὴ φλογίζων τῇ πυρώσει τὴν κτίσιν,
Ἀλλ' ὡς δοκεῖ σοι πᾶσαν ἁρμόζων φύσιν.

quebitur. Magnum, quod induit, vestimentum, totum est ex aere admirandi pectinis ope contextum, ipsumque est fluidum, pellucidum, tenue, rarum omnemque molem corpoream intus penetrans. Procedit autem ornatum, tanquam sponsus, lucida sidera pro margaritis assumens : ac in medio quidem pectore unum lychnitem habet, qui velut ignis rutilat per dies, alterum vero subalbicanti fulgore præditum quasi ad pedes gerit, quo candidas ubique noctes facit. Quæcunque sunt creata, velut quodam inclusa claustro, continet, ac tuetur, omniaque elementa servat et coercet : atque adeo fit omnium se moventium sinus, cumque omnem motum antevertat, omnia tamen simul commovet. Terram, veluti punctum, in medio gerit; cumque ipsum nulla in stabilitate sit firmatum, mundi tamen cardines, et centrum hinc inde sustinet. Abyssum veluti fasciis constringit, et terram veluti retibus circumdat. Quæcunque tibi, Deus, tantummodo obtemperant, coercet cœlum, cumque tantum rerum molem intus includat, et intorqueat, ipsum tamen vastis spatiis exterius concluditur. Quæ est enim maxima cœlorum immensurabilitas, nil aliud est, quam punctum angustiis undique circumscriptum, tecum dimensa, et comparata, qui rerum omnium es Opifex et mundum sapientissime condidisti.

O hujusce varie se vertentis tecti artifex admirabilis! Tu enim omnem naturam, ut vis, tua diopra describis et definis, eosque, qui sunt deorsum, habitantque circum, hoc subdiali umbraculo ut vis contegis : quamvis enim æthera circuminflammes, et incendas, ex ista tamen accensione res creatæ non comburuntur ; sed omnium rerum naturam, prout tibi placet, contra temperas et moderaris.

NOTÆ.

135. David dixit Deum esse amictum luce : *Amictus luce sicut vestimento. Psal.* CIII, 2.

136. Aerem telæ tenuissime intextæ satis belle comparat Pisida. Eodem modo, sed frigidiuscule, telæ æquiparat pluviam Severianus homil. 3, 6 : Ὥσπερ στήμονα λεπτὸν γυνὴ διανήσασα τέμνει τὸ ἔριον εἰς πολλὰς καὶ διαφόρους ὄψεις, οὕτως τὸν ἀπειρον βυθὸν τῆς θαλάσσης εἰς σταγόνας, ὥσπερ σχήματι κατατέμνων, οὕτως πέμπει τῇ γῇ· *Ut mulier subtile flamen nens, lanam dispertit in multa, et diversa fila, sic immensam maris altitudinem in stillas, quasi fila dividens, ita in terram mittit.*

140. Eleganter cum cœlum stellis, tanquam margaritis, esse ornatum dixisset, solem et lunam *lychnitas* vocat. Ludit enim in voce λύχνος lucerna, unde λυχνίτης *lychnites* gemma fulgentissima, de qua Ælianus, lib. VIII, 22 *Var. Hist.* et Psellus *De lapidibus* similia narrant iis, quæ leguntur in Luciano, si tamen Luciani est libellus *De dea Syria* : Λίθον ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φορέει, λυχνὶς καλέεται· οὔνομα δέ οἱ τοῦ ἔργου ἡ συντυχίη· ἀπὸ τούτου ἐν νυκτὶ σέλας πολλὸν ἀπολάμπεται, ὑπὸ δὲ οἱ καὶ ὁ νηὸς ἅπας, οἷον ὑπὸ λύχνοισι φαείνεται· ἐν ἡμέρῃ δὲ τὸ μὲν φέγγος ἀσθενέει· ἰδέην δὲ ἔχει κάρτα πυρώδεα· *Gemmam in capite fert, quæ lychnis vocatur : nomen illi res ipsa dedit. Ab hac noctu fulgor multus coruscat, ut ab ea tanquam a lucernis ædes tota reluceat. Interdiu splendor ille imbecillior est : cæterum speciem habet valde igneam.*

145. Λευκόπυρσος, nova vox ad designandum lumen lunæ aptissima, λευκόπυρσος enim est *igne candens*, ut dicitur ferrum, quando est inflammatum.

146. Φραγμώσας, non a φράττω, sed a φραγμός derivavit Pisida. Elementorum diversitatem et concordiam indicat. Pervulgati sunt versus, quibus Ovidius, *Metamorph.* lib. I, 15, elementa inter se pugnantia describit, quæ tamen Deus

Dissociata locis concordi pace ligavit.

149. *Στιγμή*. Plinius, lib. II, cap. 68. *Hæ (portiones terræ, imo vero, ut plures tradidere, mundi punctus (usque enim est aliud terra in universo, hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes*, etc. Simile est illud Senecæ, lib. I. *Nat. quæst.* in Procem. *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni dividitur. O quam ridiculi sunt mortales!*

151. *Κεντρίον κοσμαγωγόν, mundum fulcions et sustentans.* Puto cœli cardines et polos intelligi, quibus inniti cœlum veteres tradiderunt, vel axem mundi.

154. Cod. 1126. Σοὶ κρατούμενος μόνῳ.

158. Idem Cod. νυγρή.

151. Climatum diversitatem designat. Confer sanctum Basilium homil. 6, 8.

155. Cod. 1126, εἰς ὑπαίθρια σκέπεις.

Digitized by Google

Ω τὰς ἀδήλους οὐσίας τῶν ἀγγέλων,
Ἢ πνεῦμα δεικνὺς, ἢ πυρίστομον φλόγα,
Τὸ θερμὸν αὐτῶν, καὶ τομὸν διαγράφειν·
Ἢ τετραμόρφῳ σχηματίζων εἰκόνι,
Τὸ στερρὸν αὐτῶν ζωγραφῶν καὶ ποικίλον
Ἢ πλῆθος αὐτῶν ἐξανοίγων ὀμμάτων,

A

Ὡς καὶ τὸ σὸν φῶς ἐμφανέστερον βλέπειν,
Καὶ μὴ λαθεῖν τι τῶν κάτω κινουμένων.
Σοὶ γὰρ φέρουσιν ὕμνον, ὡς νικηφόρῳ,
Χερουβὶμ, Ἀρχαὶ, καὶ Θρόνων στρατεύματα,
Καὶ πᾶς Σεραφὶμ εἰς ἀκίνητον τάχος
Ἑστὼς πτεροῦται, καὶ πεπηγμένος τρέχει·

Tu nobis latentes angelorum essentias, aut spiritum, aut igniloquam flammam esse demonstrans, ut fervidam agilemque ipsorum naturam describas: aut sub quadriformis imaginis specie illos repræsentas, ut eorum varietatem firmitatemque depictam exhibeas; aut ingentem oculorum numerum in ipsis adaperis, tum ut tuam lucem manifestius ipsi videant, cum ut nihil eorum ipsos lateat, quæ deorsum fiunt et moventur. Tibi enim Cherubim, Principatus, Thronorumque exercitus, tanquam victori, concinunt hymnos; omnisque Seraphim in sua immobili velocitate stans volat et firmus currit: sin-

NOTÆ.

167. Idem Cod. Καὶ τάς. Cum hic loquatur poeta de angelis post cœlum, et in ipso cœlo, non ante cœlum, et mundum conditum eos fuisse creatos videtur designare. Pro utraque sane sententia stant Patres, et doctores amplissimi, neque enim in Mosis historia de eorum creatione proditum quidquam invenitur. Petavius, qui fuse hanc quæstionem tractat, lib. I, 15 de angelis, illud recte tantum statuit, neutri ex hisce opinionibus certam Scripturæ auctoritatem suffragari: nimis enim confidenter affirmat, esse omnino explosam eorum sententiam, qui angelos cum mundo conditos dicunt. Et quidem si consideremus Pisidam agere de angelis, antequam de solé et sideribus, hoc est de lucis creatione quidquam attingat, non temere inde deducemus, ipsum cum mundo productos credidisse, et a sancto Augustino minime dissentire, qui lib. XXII, 10 *Contra Faustum*, et lib. II, 8 *De Genesi ad litt.*, et lib. XI, 19 *De civit. Dei*, Mosen sub lucis nomine mentionem fecisse angelorum existimavit. Vide, quæ angelorum substantia diximus, ad versum primum 1 acroaseos; atque inde patebit, cur ἀδήλους οὐσίας *incompertas substantias* eos vocet: nihil enim certi Patres statuisse cognoverat, ut mox etiam observabimus.

168. Idem cod. Πνεύματα. Δεικνύς, de hujus verbi potestate acriter quodam disputatum est inter Nic. Gudlingium, et Jac. Zimmermannum, dum uterque pro sua sententia pugnantes Platonis locum in Philebo, pag. 25 edit. Serrani explicarent: Θεὸν τὸ μὲν ἄπειρον τῶν ὄντων δεῖξαι, τό τε πέρας, *Deum ex iis, quæ sunt, ostendisse finitum et infinitum.* Gudlingius enim τὸ δεῖξαι Platonis per τὸ παρήγαγεν *effudit, eduxit, emanare fecit*, reddendum esse affirmabat; Zimmermannus autem rectius contendebat eam esse vim τοῦ δεῖξαι, ut significaret *creavit, fecit*, vel *spectandum exhibuit.* Videnda hæc sunt in Schelhornio, *Amœnit.. Litter.* tom. XII, p. 481. At Pisida certe usurpavit δεικνὺς pro ποιῶν; secutus est enim Davidem dicentem. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους, κ. τ. λ., verum Platonico fortasse maluit uti verbo, quo se a difficultate expediret circa angelorum naturam, de qua tam varie Patres locuti sunt: nam si τὸ ποιεῖν pro τὸ δεικνύειν adhibuisset, timendum fortasse erat, ne tunc temporis hominibus videretur angelos fecisse corporeos, quod sane nolebat affirmare. Sanctum Gregorium Nazianzenum, ut puto, legerat dicentem in fine orat 35: Ποιεῖν γὰρ λέγεται τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· εἰ μὴ ποιεῖν μὲν ἐστὶ τῷ συντηρεῖν τῷ λόγῳ, καθ' ὃν ἐγένοντο... πλὴν ἡμῖν γε ἀσώματος ἔστω, ἢ ὅτι ἐγγύτατα· ὁρᾷς ὅπως ἐλιγγιῶμεν περὶ τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχομεν οἳ προέλθωμεν; *Proditum est enim angelos suos facere spiritus, et ministros suos flammam ignis: nisi forte hoc loco* facere *nihil aliud significet, quam eadem, qua primum procreati sunt ratione, tueri ac conser-*

B *vari... sed sint plane incorporei, aut quam proxime ad hoc accedentes. Videsne, quomodo circa hujusmodi sermonem æstuemus, nec quo progrediamur, habeamus?* Et orat. 42: Εἴτε νοερὰ πνεύματα, εἴτε πῦρ οἷον ἄϋλον, καὶ ἀσώματον, εἴτε τινὰ φύσιν ἄλλην, ὅτι ἐγγυτάτω τῶν εἰρημένων ταῦτα, ὑπολητέον· *Sive spiritus mente præditos, sive ignem tanquam materiæ et corporis expertem, sive aliam quamdam naturam proxime ad eas, quas diximus, accedentem*, angelos *existimare oportet.* Πυρίστομον *igniloquum*, vel *os flammeum.*

169. *Τὸ θερμὸν* pro θερμότης, *calor, vis fervida:* et τομὸν pro τομικὴ φύσις *vis actuosa ac subtilis.*

170. *Τετράμορφος*, angelos quadriformes constituit. Patet Ezechielem esse secutum qui cap. I, 6, mirabilem visionem de throno Dei describens sic de Cherubinis ait: *Et quatuor facies uni, et quatuor alæ uni.* De quadruplici angelorum forma consulendi sunt Commentatores in Ezechielem, et præsertim Pradus, et Villalpandus, Bonfretius et Calmetius. Vide etiam epistolam Photii 157, quæ est ejusdem argumenti explicatio.

172. Cod. 1126, πλῆθος αὐταῖς Ezechiel. I, 18: *Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.* Et ibid. X, 12. *Et omne corpus eorum, et colla, et manus, et pennæ, et circuli, plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum.* Severianus orat. 2 *De creat. mundi*: Διὰ τοῦτο, ait, τὰ Χερουβεὶμ πλήρη ὀφθαλμῶν... ἐπειδὴ ἡ σοφία πανταχόθεν βλέπει, πανταχόθεν ἠνεῳγμένον ἔχει τὸ ὄμμα. *Ideo Cherubim plena sunt oculis .. quia sapientia undique conspicit, et undique apertis est oculis.*

173. De angelorum intelligentia, et in homines ministerio plura habet Pseudo-Dionysius, quæ cum Pisida concordant.

175. Invictum argumentum ad sanctissimæ Trinitatis mysterium astruendum, quo omnes usi sunt Patres, elicit Pisida ex Isaia VI, 2: *Seraphim stabant in circuitu ejus: sex alæ uni et sex alæ alteri:* D *duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant: et clamabant* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum: *plena est omnis terra gloria ejus.* Pro *Sabaoth*, vel *Domino exercituum*, Pisida habet νικηφόρῳ. De Trisagio, quo sibi objectam fuisse Trinitatis imaginem ostendit Isaias, vid. Dionys. *De cœlesti hierar.* cap. 7.

176. De tribus angelorum hierarchiis, quarum singulæ tres ordines complectuntur, *ibid.* cap. 6.

177. De Seraphinis, eorumque appellatione *ibid.* cap. 7. Cur autem ipsi dicantur in motu consistere εἰς ἀκίνητον τάχος *immobili velocitate*, late explanatur in Scholiis sancti Maximi Paraphrasi Pachimeræ, et notis Corderii ad idem caput: ubi Seraphim triplicem habere mobilitatem, scilicet naturæ, intelligentiæ et voluntatis dicuntur, eaque om. 2, quæ de illis tradita sunt, ad Trinitatem significandam rite referuntur.

Digitized by Google

Καὶ ταῖς δυσὶ μὲν τοῦ προσώπου τὴν θέαν
Σκέπει πτέρυξι, ταῖς δυσὶ δὲ τοὺς πόδας,
Καὶ ταῖς δυσὶ πρὸς ὕψος ἵπταται μέγα.
Καὶ τὸ τριφεγγὲς τῆς ἁγιστίας σέλας
Εἰς ἓν συναρμόζουσι Κύριον σέβας·
Δεικνύντες εὐσύνοπτα τῇ διαιρέσει,
Καὶ τῇ συνέξει τοῦ θεορρύτου Λόγου
Διαιρετῶς μὲν τὰς ὑποστάσεις σέβειν,
Ἡνωμένως δὲ προσκυνεῖν τὴν οὐσίαν·
Ἐκφαντικῇ τρανοῦντες ὀρθοδοξίᾳ,
Τὴν υἱότητα τοῦ Λόγου σαρκουμένην
Εἰς ἀλλόφυλον μὴ ῥυῆναι τετρίδα·

Ἀλλ' ἓν πρόσωπον, καὶ θεαρχίαν μίαν,
Πρὸ σαρκὸς ὑμνεῖν, καὶ κατὰ σαρκὸς λόγον,
Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπόν τε καὶ Θεὸνφύσει,
Μὴ προσθέσει χυθέντα, μὴ διαιρέσει
Τομὴν παθόντα, μὴ τραπέντα συγχύσει,
Διπλοῦν τὸν ἁπλοῦν, μηδαμοῦ πεφυρμένον,
Χριστὸς γάρ ἐστιν ἡ διπλῆ μόνη φύσις·
Ὦ πρὸς τὸ κάλλος τῶν ἐν ὕψει σωμάτων
Λειμῶνα πολλῶν ἐμφυτεύσας ἀστέρων,
Καὶ νύκτα κοσμῶν, καὶ στολίζων ἡμέραν·
Καὶ φῶς καθαίρων, καὶ μελαίνων ἑσπέραν,
Καὶ πῦρ γεωργῶν, καὶ κατασπείρων ὕδωρ,

guli enim, cum alis duabus sui vultus aspectum tegunt, et duabus pedes, duabus adhuc alteris in altum extolluntur longissime: illudque sanctitatis jubar trina coruscans luce in unum conjungunt, unum venerantes Dominum. Ex qua Verbi a Deo fluentis divisione, et conjunctione clarissime demonstrant, sejunctim quidem ipsos venerari hypostases, conjunctim vero adorare substantiam: atque orthodoxa explanatione declarant Filium Verbum esse incarnatum, et ad extraneam quaternitatemnon esse distractum. Unam enim personam,et unum Dei principatum tam ante, quam post assumptam carnem in Verbo deprædicant, ipsum quidem hominem et Deum natura, quod neque ex adjunctione est diffusum, neque ex divisione partitionem passum, neque ex confusione conversum: idemque duplex et simplex, atque ab omni commistione immune: nam Christus est natura duplex unica

Tu quo major esset cœlestium corporum pulchritudo, multis ex sideribus pratum consevisti. Tu noctem ornas, tu stola vestis diem. Tu lucem reddis puram, et nigram facis vesperam. Ignem tu fecundas, et in aquam seminas: quæ duo sunt perperum communes thesauri.

NOTÆ.

179. Quid alæ significent in Seraphinis, et cur pedes obtegant, exsequitur Dionys. cap. 4, et Severianus orat. 2 sic sensum aperit: Διὰ τί δὲ σκεπάζουσι τοὺς πόδας, καὶ τὴν κεφαλήν; ἐπειδὴ οὔτε ἀρχὴ εὑρίσκεται, οὔτε τέλος· ταῖς δὲ δυσὶ καλύπτουσι τὴν κεφαλήν, ταῖς δυσὶ τοὺς πόδας· δηλονότι ταῖς μέσαις πτέρυξι πέτονται, οὐ ταῖς ἄνω, οὐ ταῖς κάτω· δεῖ γὰρ ἡμᾶς περὶ Θεοῦ λαλοῦντας τὰ μέσα λαλεῖν... σκέπει δὲ τὴν κεφαλὴν, καὶ τοὺς πόδας, οὐχ ἵνα κρύψῃ, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ ὅτι ἀνεξερεύνητα, ὅτι ἀκατάληπτα. *Cur autem pedes obtegunt, et caput? quia nec principium, nec finis reperitur: duabus tegunt caput, et duabus pedes: nempe duabus mediis alis volant, non superioribus, nec inferioribus. Nos enim de eo loquentes media tantum attingere oportet... Tegunt autem caput, et pedes, non ut abscondant, sed ut doceant, hæc esse inscrutabilia, incomprehensibilia.*

182. *Τριφεγγὲς, trina luce coruscans.* Nova vox a τρὶς, et φέγγος, duriuscula visa est Morellio hæc dicendi locutio τριφεγγὲς σέλας *trinæ lucis jubar* de Trinitate: ac proinde legere maluisset, ut est in nonnullis Codd. μέλος pro σέλας· sed nihil immutandum esse existimo: satis enim aperta est mens Pisidæ; alioquin sensus obscurior evaderet. Ac sanctus Joan. Damascenus, Carm. in Pentecost. SS. Trinitatem τρισσοφεγγόφωτον φύσιν, *triplici splendore lucentem naturam*, et τριφεγγον οὐσίαν *triplicis splendoris substantiam* vocat. Invenitur scriptum ἁγιαστεῖα, et ἁγιαστία *sanctitas, sanctificatio, sancta sanctorum.*

183. Ad rem sanctus Gregorius Nazianz. orat. 42: Οὕτω μὲν οὖν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἃ καὶ τοῖς Σεραφὶμ συγκαλύπτεται, καὶ δοξάζεται τρισὶν ἁγιασμοῖς, εἰς μίαν συνιοῦσι κυριότητα, καὶ θεότητα· *Sed nimirum sancta sanctorum, quæ etiam ab illis Seraphim obteguntur, ac tribus sanctificationibus in unam Dominationem, et Deitatem coeuntibus, celebrantur.* Ad quæ verba commentator Niceta: *Ex eo enim quod tertio vocem illam* Sanctus *repetunt, tres personas indicant; ex eo autem quod semel duntaxat* Domini *vocem subjungunt, unam Divinitatem declarant quemadmodum et magnus Athanasius docuit.*

184. *Εὐσύνοπτα, evidenter, aperte,* pro εὐσυνόπτως.

185. Cod. 1126, habet θεορρήτου· σύνεξις, *a* συνέχω, *complexio, conjunctio.*

186. Severum, et Philoponum, cæterosque Monophysitas aperte carpit Pisida, qui cum in Verbo duas naturas admittere recusarent, duas autem hypostases in ipso coaluisse acriter contenderent, quartam personam sanctissimæ Trinitati impudentissime affingebant. Sed hæc, et quæ sequuntur, fusius in Poematio contra Severum examinabimus.

187. *Ἡνωμένως* ab ἑνόω, *unitive conjunctim.*

189. Cod. 1126, τὴν ἁγιότητα, et in v. 192. μετὰ πάρκα.

197. Suppletus ex cod. Vat. 1126, qui videtur sensum minus rectum continere: si enim duntaxat qui dicat Christum esse *duplicem unicam naturam*, quam propius accesserit Monophysitis, qui ex duabus unam in Christo naturam asserebant. Unde mihi statim injectus est scrupulus amanuensis malitia fuisse in hunc locum conjectum. Noluimus tamen rejicere, eo quod satis stet firma sententia Pisidæ, qui ex versibus superioribus, quid intelligat declarat.

198. Cod. 1126, Ἐν ὕψει κτισμάτων. Ποίων λειμώνων καὶ παραδείσων οὐκ ἂν εἴη τερπνότερον ἰδεῖν ἐν μέσῃ τῇ νυκτὶ τὸν οὐρανὸν κατηστερώμενον, καὶ καθάπερ τοῖς ἄνθεσι τῇ διαφορᾷ τῶν ἄστρων καλλωπιζόμενον, καὶ πολὺ τὸ φῶς εἰς τὴν γῆν αὐτοὺς καταπέμποντας· *Quibusnam pratis, et hortis jucundius non fuerit spectare in media nocte cælum stellis distinctum, et stellarum varietate, quasi floribus quibusdam conspersum, et ornatum, multum lucis super terram effundere?* S. Joan. Chrysost. homil. 4 in cap. 1, *Genes.*

201. *Et divisit lucem a tenebris: appellavitque lucem diem, et tenebras noctem.* Genes. 1, 4. Vide sanctum Basilium homil. II, 7, 8.

202. *Πῦρ γεωργῶν.* Ignem dicit Deum agricolari, vel excolere, ut ejus utilitatem demonstret, quasi

Digitized by Google

Τὰ κοινὰ τοῖς χρήζουσι θησαυρίσματα.
Ὦ λεπτόσωμον ἐχχέων τὸν ἀέρα·
Πρὸς γὰρ τὸν αὐτὸν ἀντανέρχομαι πάλιν,
Καὶ μᾶλλον αὐτὸν νῦν λαλῶν ἀναπνέω·
Τὸν πανταχοῦ ῥέοντα, καὶ πεπηγμένον,
Τὸν εὐτάλαντον τῆς πνοῆς ζυγοστάτην,
Τὸν ἄφθονον ῥοῦν, τὴν ἀνάργυρον δόσιν·
Οὐ πλούσιος γὰρ, οὐ δυνάστης ἁρπάσει
Πνοῆς περιττῆς ἐξ ἐκείνου σύρματα·
Ἀλλ' εἰς ὅλους πρόεισι τὴν ἴσην χάριν,
Καὶ πᾶσιν ἁπλοῦς φαίνεται, καὶ ποικίλος,
Τομαῖς ἀτμήτοις, εἰσροαῖς ἀσυγχύτοις·
Ἐν τῷ μερίζειν τὰς πνοὰς ἡνωμένος,
Ἐν τῷ προχεῖσθαι πανταχοῦ συνημμένος.
Ὦ τὸν γίγαντα τοῦτον ἥλιον κτίσας·
Σφύζω γὰρ αὐτῷ προσλαλῆσαι καὶ πάλιν,
Βλέπων ἁπλήστως καὶ γράφων τὸν ἥλιον,
Τὸ κοινὸν ὄμμα, τὴν πανόπτριαν κόρην·
Τὸ παντρόφον πῦρ, τὸν ὑπὸ γῆς μὲν ἑσπέρας,
Ὑπὲρ δὲ τὴν γῆν ἐργάτην τῆς ἡμέρας·
Τὸ κοσμικὸν κάτοπτρον, ἢ τοὐναντίον
Τὸν ὀπτικὸν σπινθῆρα, τὴν τῶν ὀμμάτων
Ἔκλαμψιν, ἢ πρόσλαμψιν, ἢ ξένην φύσιν
Ἐν εἰσαγωγαῖς ἐκδοχὰς ποιουμένην.

Tu aerem, subtile illud corpus, circumeffundis: juvat enim ad hunc redire, quem ipsum dum loquor, respiro largius, quique in omnem partem fluit, nec tamen dilabitur, et æqua lance spiritum ponderat et dividit, nullique invidendus quaquaversus effluit, nec comparatur argento: neque enim princeps, aut dives quisquam ex ipso quid minimum ultra id, quod sufficit, valeat arripere: in omnes enim æque diffundit suam gratiam, et omnibus idem simplex, et varius videtur, in suis divisionibus non divisus, in suis fluxibus non confusus, in partiendis spiritibus unitus, inque se circumeffundendo conjunctus.

Tu solem, immanem hunc gigantem, creasti: de hoc enim iterum loqui mihi gestit animus, quo in videndo describendoque satiari non possum. Ille communis omnium est oculus, et omnia prospiciens pupilla. Ille omnium altor est ignis, qui cum sub terra est, præstat noctem, et cum super terram, diem. Ille aut mundi est speculum, ex quo omnia reflexa conspiciuntur, aut contra scintillarum ex oculis emanantium receptaculum; adeo ut radios

NOTÆ.

igneam substantiam Deus, veluti semen agricola, quaquaversus effuderit: Ἀναγκαία τῷ παντὶ τοῦ πυρὸς ἡ οὐσία, οὐ μόνον πρὸς τὴν τῶν περιγείων οἰκονομίαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν συμπλήρωσιν τοῦ παντός· κολοβὸν γὰρ ἂν ἦν τὸ ὅλον ἐνὶ τῷ μεγίστῳ καὶ καιριωτάτῳ πάντων ἐλλεῖπον· *Ignis substantia necessaria est universo, non ad constituendas solum terrestres res, sed ad universum etiam complendum: nam mutilum esset totum, si uno hoc maximo, et omnium opportunissimo elemento destitueretur.* S. Basilius, hom. 3, 5.

204. Λεπτόσωμος, *tenue corpus habens.* Sic eleganter Pisida vocat aerem, de quo sanctus Basilius homil. 4, 1: Ὑψόμεθα ἀέρα κεχυμένον, μαλακὸν, καὶ ὑγρὸν τῇ φύσει, οἰκείαν μὲν καὶ διηνεκῆ τροφὴν τοῖς ἀναπνέουσι παρεχόμενον, ὑπείκοντα δὲ καὶ περισχιζόμενον τοῖς κινουμένοις δι' ἁπλότητα, ὡς μηδὲν ἐμπόδιον εἶναι παρ' αὐτοῦ τοῖς ὁρμῶσιν, ἀεὶ πρὸς τὸ κατόπιν τῶν τεμνόντων αὐτὸν ἀντιπεριστα-μένου ῥᾳδίως καὶ περιῤῥέοντος· *Contemplabimur diffusum aerem, mollem, et suapte natura humidum, proprium, et perpetuum respirantibus alimentum suppeditantem, cedentem autem, et præ mollitia a corporibus motis sese interscindi sinentem; nihil ut impedimenti sit per ipsum meantibus: cum ad tergum semper eorum, qui ipsum findunt, recipiat se facile, ac diffluat.*

205. Aerem supra, v. 135, cœli vestem dixerat. Ἀντανέρχομαι idem ac ἀνέρχομαι, *redeo, revertor.*

208. *Εὐτάλαντος* ex εὖ *bene*, et τάλαντον *libra*, *æque ponderans.*

209. Cod. 1126. τὸν ἄφθορον. Sanctum Gregorium fortasse legerat Pisida eodem pene modo de aere scribentem orat. 33: Τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον, καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίας, οὐ τύχας μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον· ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομὴν, αὐτάρκεια περιλαμβανόμενον, καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον· τὸ τῆς πτηνῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἔδραν, τῶν ὁρῶν εὐκαιρίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν; ἐν ᾧ σώματα, καὶ μεθ' οὗ λόγος; κ. τ. λ. *Quis aerem fruit, uberem, inquam, hunc et copiosum thesaurum, non pro cujusque dignitate, atque fortunis varie dimensum, non finibus ullis inclusum, ac circumscriptum, non pro ætatum ratione distributum, verum quod olim in manna contigit, quantum cuique sat sit, impertitum, atque æquabilitatis honore decoratum? Quis, inquam, hoc avium vehiculum, hunc ventorum sedem, hoc inquam elementum, quo et anni partes temperantur, et animantur animantia, vel anima potius cum corpore conservatur; in quo corpora, et in quo loquimur?* etc.

215. Idem Cod. τὰς ῥοὰς ἡνωμένως. Et in versu sequenti συνημμένως.

217. De sole similia habet idem sanctus Gregorius Nazianz. *ibid.*, a quo vocatur καλὸς ὡς νυμφίος, ταχὺς ὡς γίγας καὶ μέγας, *pulcher, ut sponsus, magnus ac celer ut gigas:* quod est in psal. XVIII, 6. *Exsultavit ut gigas ad currendam viam.*

220. Mundi pupillam πανόπτριαν, *omnia intuentem* poetica elegantia vocat solem. Sanctus Basilius homil. 6, 1: Τῆς φύσεως ὀφθαλμὸν διαυγῆ, *naturæ oculum pellucidum* appellavit. Vocis πανόπτρια exempla alibi non inveni.

221. Cod. 1126, ὑπὸ γῆν, ἑσπέρας Gen. 1, 14. *Fiant luminaria in firmamento, et dividant diem, ac noctem.* Et psal. CIII, 23: *Exibit homo ad opus suum et ad operationem suam usque ad vesperam.* Sanctus Gregorius Nazianz. orat. 34: Πῶς ἡμέρας δημιουργὸς ὑπὲρ γῆς, καὶ νυκτὸς ὑπὸ γῆν· *Quomodo diem procreat, cum supra terram est, ac noctem, cum sub terra?* Vid. S. Basil. hom. 6, 3.

225. Varias opiniones attingit circa substantiam solis, et visionem, quæ fit per solarium radiorum immissionem. Cum solem vocat κοσμικὸν κάτοπτρον, *mundi speculum*, solarium radiorum ad oculos effusionem, quam etiam πρόσλαμψιν appellat, intelligit; quæ quidem fuit Empedoclis sententia, a qua non multum dissentiunt recentiores philosophi, qui visionem esse plurium radiorum in retinam collectorum receptionem putant: cum autem ὀπτικὸν σπινθῆρα, *visivam scintillam*, et τῶν ὀμμάτων ἔκλαμψιν *oculorum coruscationem* nominat, radiorum,

Digitized by Google

Οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῆς φορᾶς ἀπεκρύβη·
Ἀρκεῖ δὲ πᾶσι τῇ ῥοπῇ τῆς ἀκτῖνος·
Φθάνει δὲ μέχρι τοῦ βάθους τῶν τερμάτων·
Φωτὸς δὲ πηγὰς κοσμοκινήτους ἔχει·
Ἔστι δὲ κοινὸς ἐργεπείκτης τῶν κάτω.
Τρέχει δὲ τῷ σύμπαντι τὴν ἐναντίαν·
Ὅπως ἀκλινὴς τῆς φορᾶς ἡ σφοδρότης
Ἐξ ἀντιπλεύρων σφίγγεται καταδρόμων
Καὶ μὴ ῥαγῇ τὸ σφίγμα τῶν κυλισμάτων,
Ἐν τῇ κατ' εὐθὺ τῶν ἐλασμάτων τάσει.

A

Ἀλλ' ὥσπερ εἰς σύνδεσμον ἀντεσφιγμένος
Τοῖς ἀνθελιγμοῖς συγκρατεῖται τοῦ τάχους,
Βάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ.
Εἰ μὴ γὰρ ἦν εὔτακτος, ἀλλ' ἐξετράπη,
Τὸν κόσμον εἶχεν ἐν ῥοπῇ καταφλέγειν.
Ὦ τὴν ἀμυδρὰν τῆς σελήνης λαμπάδα
Ἐκ τοῦ πυραυγοῦς ζωπυρώσας ἡλίου·
Κιχρᾷ γὰρ αὐτῇ γλαυκὸν ἐξ αὐτοῦ σέλας
Οὐκ οἶδα πῶς λέγουσιν, ἀλλ' ὅμως τάχα
Οὐχ ὡς δεηθεὶς φαύσεως ἀλλοτρίας,

oculis aut immittat, aut excipiat : vel tandem quædam est altera rerum natura, quæ id unum præstat, ut objecta introducantur et excipiantur. Pervadit enim omnia, neque illi quidquam est absconditum, et sua radiorum vibratione omnibus sufficit. Ille pertingit usque ad extremitatem abyssi, habetque lucis fontes perennes, qui mundi molem agitant, seque illi immiscent. Ille quotquot sunt hic deorsum ad opus excitat. At cursum tenet orbi terræ contrarium, ut cœli ipsius nunquam declinantis impetus vehementissimus a corporibus ex adverso latere decurrentibus comprimatur, et circulorum vinculum ex projectorum ad rectam tendentium vi non dis-

rumpatur; sed quasi in unam, eamdemque societatis consensionem ex opposito constrictus, ab ipso contrario velocitatis nisu, basi *scilicet cœlo* currente, B et ea quæ fertur, *scilicet terra*, quiescente, detineatur. Nisi enim hunc ordinem servaret, sed ab ipso divertere, quacunque se paulum vergeret, inclinareturque, mundus statim conflagraretur.

Tu lunæ obscuram lampadem ex solis ignitis radiis accendisti : ex sole enim ipsa suum glaucum mutuari splendorem ferunt ; quod quamvis qua ratione dicant, nesciam, non quo plane te quisquam audeat alienæ illuminationis indigum notare, cum

NOTÆ.

ex oculis emissionem indicat juxta Platonicos una cum Stoicis existimantes ex oculis lucem emicare, quæ una cum lumine externi aeris objectum, quasi C manibus prehendat, ac tum in oculos se recipiat ; ubi vero in pupilla insederit, fieri visionem, quæ videndi ratio συναύγεια a Platone dicta est. Denique cum dicit ξένην φύσιν ποιουμένην ἐκδοχὰς, *extraneam naturam, quæ introducta recipitur*, Epicureorum, et Peripateticorum sententiam denotat, qui per incurrentes species corporeas, vel idola corporea, quæ atomorum ex intimis corporibus avolantium essent quædam effluxiones, nos videre autumabant. Hæc omnia examinata accuratius invenies in Notis, et dissertationibus, quas novæ editioni memorati libri *De placitis philosoph.* adjecit magnum Italiæ decus Cl. Vir P. Eduardus Corsinius. Vide ibid. lib. IV, 13, et lib. II, 20.

227. Cod. 1126 τὴν φοράν.

228. Idem Cod. τῇ ῥοπῇ τῆς ἀτμίδος. De vi Solis infinita sunt ea, quæ dici possent, quæ tamen quisque tum in sacris, cum in profanis scriptoribus facile possit invenire. Consentiunt Pisidæ sanctus Basilius, sanctus Gregorius Nazianzenus, sanctus Joan. Chrysostomus, et Eustathius Antioch. in locis citatis.

230. Idem cod. pro ἔχει melius βρύει. Solis virtutem eleganter expressit dicens habere fontes lucis κοσμοκινήτους *mundum agitantes*, ac *pervadentes*. Ecquid enim est, quod sol non præstet, et operetur ? Recte ab Homero ἀκάμας *indefatigatus*, τερψίμβροτος *delectans homines*, παμφανάων *omnia illustrans* est nuncupatus. Plinius, lib. VI, 6: *Eorum medius sol fertur . . . . hunc mundi esse totius animum ac planius mentem : hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet, opera ejus æstimantes.*

231. Sanctus Joan. Chrysost. homil. 6, 3 : Ἅμα τῷ ὄρθρῳ φαινόμενος, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν διεγείρων πρὸς τὴν οἰκείων ἔργων ἐπιτήδευσιν· *Simul, atque mane exortus fuerit, omne hominum genus ad suorum operum studia excitat.*

232. Vide quæ diximus ad versum 98, et sequentes : eadem enim, quæ de motu cœli affirmaverat, ad motum solis hic transfert ; quippe eo libenter redit, ut probet, ita res a Deo esse constitutas, ut dum inter se pugnare videntur, ipsa tamen discordia colligatæ in suo ordine singulæ contineantur. Pisida non multum dissentit ab opinione Empedoclis, qui teste Plutarcho *De placitis philosoph.* lib II, 25 : Τὸν ἥλιον ὑπὸ τῆς περιεχούσης αὐτὸν σφαίρας κωλυόμενον ἄχρι παντὸς εὐθυπορεῖν, καὶ ὑπὸ τῶν τροπικῶν κύκλων· *Solem a continente ipsum sphæra, atque a tropicis circulis prohiberi, ne recta usque ad universi fines excurrat.* Quid si quis dicat in his contrariis inter se cœli, solis, et astrorum motibus conversionibusque, quibus suum systema cœleste videtur Pisida constituere, multum celebratas illas post Keplerum, et Newtonum attractionis leges imperita quasi manu fuisse adumbratas, atque expressas ? ac Pisidæ σφίγμα nihil aliud esse, quam recentiorum vim centripetam, et centrifugam ? Citantur autem hi senarii ab Isaacio Tzetze in Scholis ad Lycophronem v. 1467.

D 236. Cod. 1126 pro τάσει, στάσει.

237. Habes hunc senarium cum sequenti supra, v. 118.

238. Cod. 1126, συγκρατῆται.

242. Fuere ex antiquis philosophis, qui lunam dicerent a sole illustrari ; alii, qui proprium, sed subobscurum lumen habere putarent ; alii tandem, qui et proprium habere, itemque a sole mutuari affirmarent. Primam ex hisce tribus sententiis secutus Pisida, lunam vocat obscuram lampadem, quam Deus igne solis accendit : quod tamen ipse nonnisi cunctanter asseverat, veritus sane, ne videretur a Scriptura discedere, in qua luna *luminare minus* est appellata. Vide sanctum Basilium homil. 4, 3, qui de lumine solis, et lunæ eamdem prorsus habendam esse rationem frustra contendit : utraque scilicet luminaria esse veluti quasdam lucernas, quæ aliunde accensæ lumen hominibus afferant, et sorte vicaria terram illustrent.

244. Cod. 1126. Κιχρᾷς.

Digitized by Google

(Τὸ φῶς γὰρ αὐτὸς καὶ πρὸ ἡλίου βρύεις·) A
Ἀλλ' ὥστε ῥυθμὸν ἐντεθῆναι τῇ κτίσει
Καλῆς ἀνάγκης, καὶ σοφῆς ἐξουσίας·
Καὶ τὴν μὲν οὖσαν ἐνδεῆ τῆς λαμπάδος,
Τὰς ὑγροποιοὺς ἀντιλήψεις εἰσάγειν·
Δεῖται γὰρ ὑγρᾶς συμπλοκῆς ἡ θερμότης·
Τὴν δὲ ζέοντα τῆς φλογὸς διεκχύσει
Τὰς ἐντεθεῖσας ἐκνοτίζειν ἰκμάδας·
Ὅπως γένηται μῖξις, ὥσπερ ἐν γάμῳ,
Καὶ συζυγέντων πρὸς τὸ τίκτειν τῶν δύω,
Εὔτεκνα δείξει τῶν σπαρέντων τὰ βρέφη,
Λαβοῦσα θερμὸν ἡ σελήνη νυμφίον.
Ὦ μηδὲν ἐχθρὸν, μηδὲ πρὸς μάχην κτίσας,
Ἀλλ' ὡς ἀδελφὰς οἰκοδεσπότης πατὴρ
Εἰρηνοποιῶν τὰς ἐναντίας φύσεις,
Τάξιν τε δεικνὺς τῆς ἀτάκτου τετράδος·
Ὅπως ὁ κόσμος οὗτος, ὡς οἶκος μέγας,
Ἄῤῥηκτος ἔσται, τεττάρων κριῶν δίκην,

ipse ante solem lucem effuderis; sed potius putent, te quemdam illius pulchræ necessitatis, sapientisque potestatis modulum, et rhythmum, quo res creatæ constant, te voluisse constituere: adeo ut sicut luna indiget solaris lampadis calore, ita illa in ipsum suæ humidæ substantiæ quædam veluti mutua subsidia immittat; quod enim calidum est humidi conjunctionem expetit: ac sol contra, qui totus fervens est, sua flammarum effusione inditos lunæ vapores exprimat: unde quædam fiat commistio, tanquam in connubio, et duobus ad pariendum coeuntibus, ex utriusque semine felices enascantur liberi, eo quod luna calidum sibi sponsum acceperit.

B Tu nil sibi inimicum, nil inter se dimicans creasti: sed quod prudentis est patrisfamilias, contrarias naturas, tanquam sorores, pacis vinculo colligasti, et in discordi ipsarum quaternione ordinem, concordiamque inesse fecisti, ut mundus iste universus, magnæ domus instar, immotus staret, et

NOTÆ.

247. Lucem primo die fuisse creatam, quarto autem productum solem cum legerent Patres in sacris Litteris; primo quidem die informem, et imperfectam lucem esse factam dixerunt, quarto vero die fuisse absolutam, et consummatam. Sanctus Basilius, hom. 6, 2: Τότε μὲν αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη· νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα, ὄχημα εἶναι τῷ πρωτογόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρεσκεύασται. *Tunc enim producta est ipsa lucis natura; nunc autem est solare illud corpus conditum, vehiculum ut sit primogenitæ illi luci.* Ibi videndum, quæ sit differentia inter φωτισμὸν *splendorem*, et φαῦσιν *illuminationem.*

C **248.** Platonismum redolet, quod ait Pisida circa rhythmum, vel harmoniam, quæ inter id quod est necessarium, et id quod imperat necessitati, dignoscitur. Plato in *Timæo*, tom. III, p. 47: Δεῖ δὲ καὶ τὰ δι' ἀνάγκης γιγνόμενα τῷ λόγῳ παραθέσθαι· μεμιγμένη γὰρ οὖν ἡ τοῦδε κόσμου γένεσις, ἐξ ἀνάγκης τε καὶ νοῦ συστάσεως ἐγενήθη· νοῦ δὲ ἀνάγκης ἄρχοντος, τῷ πείθειν αὐτὴν τῶν γιγνομένων τὰ πλεῖστα ἐπὶ τὸ βέλτιστον ἄγειν, ταύτῃ κατὰ ταυτὰ δι' ἀνάγκης ἡττωμένης, ὑπὸ πειθοῦς ἔμφρονος, οὕτω κατ' ἀρχὰς συνίστατο τόδε τὸ πᾶν· *Restat, ut illa, quæ* necessitate *facta sunt oratione persequamur. Mista enim fuit hæc mundi creatio: ex* necessitate *ni irum, et* intelligentiæ *conjunctione mundus genitus est. Cum igitur* mens, et intelligentia *Opificis* necessitate *superior, illi imperaret eamque parere cogeret, ut res quamplurimæ nascerentur, et ad optimum quemdam statum adducerentur: in hunc omnino modum* necessitate *cedente sapienti* mentis *illius imperio, constitutum est initio hoc universum.* Νοῦς itaque, vel ἐξουσία tam Platoni, quam Pisidæ est Deus, prima efficiens causa, quæ mundum creavit, ἀνάγκη vero est sive forma materiæ impressa, sive lex illa, qua res creatæ suo quæque explendo muneri sunt destinatæ, unde illa ῥυθμός, vel harmonia constituta est, qua omnia regi ac temperari videmus, ut ibidem ait Plato. Id etiam apertius colligitur ex initio Dialogi, qui *Timæus Locrus* inscribitur. Luculentissime hæc explicat Cicero, *Acad. quæst.* lib. I, circa medium, et Plutarchus, *De plac. philos.* lib. I, cap. 26. Cæterum Pisida per Platonicas ambages illa verba expressit Genes. I, 16: *Fecit Deus luminare majus ut præesset diei*; et Psal. CXXXVI, 7: *Qui fecit solem in potestatem diei, lucem, et stellas in potestatem noctis.*

251. Quæ de luna, ejusque humida qualitate dici solent, ac possent, videnda sunt apud Physicos, et in Plutarcho *De facie in orbe lunæ*, ubi præter cætera, quæ cum Pisida consentiunt, hæc ad rem nostram: Αὐτῇ τῇ κράσει μὴ πυρώδη, μηδὲ αὐχμηρὰν, ἀλλὰ μαλακὴν καὶ ὑδροποιόν· ξηρότητος μὲν γὰρ οὐδὲν ἀφικνεῖται πάθος ἐπ' αὐτῆς πρὸς ἡμᾶς. ὑγρότητος δὲ πολλὰ καὶ θηλύτητος· *Cum ipsius lunæ temperies non sit ignea, non squalida, sed mollis, et aquosa: nam ad nos a luna nulla pervenit siccitatis effectio, multum vero humiditatis, et femineæ ubertatis.* Aristoteles tamen *De hist. animal. lib.* II, cap. 2, eos irridet, qui lunæ femineum sexum tribuunt, quia luna decrescente feminas sanguinis profluvia habere contingat. Ὑγροποιός, *humectans, aquosus.*

253. Cod. 1126, τῇ προσχύσει.

255. Græci, ut constat ex poetis, dixere lunam solis filiam, et sororem; Pisida facit uxorem. Non invitus assererem ex Plutarcho id expressum, qui in fine ejusdem libri *De facie lunæ* sic ait: Καὶ γὰρ τὴν αὐτὴν σελήνην ἔρωτι τοῦ ἡλίου περιπολεῖν ἀεὶ καὶ συγγίνεσθαι, ὀρεγομένην ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον· *Nam ipsam quoque lunam* dicunt, *amore solis assiduo revolvi, et cum eo coire, prolis concipiendæ desiderio.*

257. Cod. 1126, δείξῃ τῶν σπερμάτων τὰ βρέφη.

259. De elementorum discordia, et concordia egregie sanctus Basilius, hom. 4, 5, qui per eam,
D quam unumquodque elementum habet cum affini societatem, contrario conjungi affirmat: Καὶ οὕτως γίνεται κύκλος, καὶ χορὸς ἐναρμόνιος συμφωνούντων πάντων, καὶ συστοιχούντων ἀλλήλοις· *Atque ita omnibus consentientibus, ac mutuum quemdam ordinem inter se habentibus, circulus fit, ac mutuus chorus.* Vide Aristotelem, *De mundo*, cap. 5, et ea, quæ supra ad vers. 145.

262. *Τετράς*, *quaternio*, dictum de quatuor elementis.

263. Maximus Tyrius, dissert. 1 in fin.: Οὐρανὸν μὲν, οἷον τεῖχός τι ἐληλαμένον ἐν κύκλῳ, ἄῤῥηκτον πάντα χρήματα ἐν ἑαυτῷ στέγον· τὴν δὲ, οἷον φρουρὰν καὶ δεσμοὺς ἀλιτρῶν σωμάτων· *Et cælum quidem validis compagibus muri ad instar circumcirca suspensum maneat, ut omnia amplexu suo continere possit: terra quasi custodia, et carcer noxiorum corporum ponatur*, etc.

264. *Κιόνων*, *columnarum*, pro κριῶν Morellius

Digitized by Google

Λαβὼν ὑποστήριξιν ἀντωθουμένην·
Οὕτως συνάπτεις τὰς ἀσυμβάτους φύσεις,
Πείθεις δὲ ταύτα; ἐν συνοικίᾳ μένειν,
Εἰς ἓν θέλημα συμπνεούσης τῆς μάχης,
Ὡς λοιπὸν αὐταῖς κοινὸν εἶναι τὸν δρόμον.
Καὶ τὰς συνήθεις ἐκτελεῖν λειτουργίας.
Καὶ τὴν μὲν ἔργων ἀερόστημον πλέκειν,
Ὕφασμα λεπτὸν εἰς ἀναπνοὴν βίου.
Τὴν δ' αὖ πυρὸς νήθουσαν ἀῤῥαγεῖς μίτους,
Χιτῶνα ποιεῖν εἰς τὸ θάλπειν τὴν φύσιν·
Τὴν δ' αὖ φέρειν ἑνομβρον ἐξ ἕθους ὕδωρ,
Μήπως τὸ θερμὸν φθαρτικῶς ὑποβράσῃ·
Τὴν γῆν δὲ ποιεῖν εὐπρεπῆ τὴν οἰκίαν,
Καὶ πάντας ἡμᾶς ἑστιᾶν καθ' ἡμέραν.
Οὕτως ὑπὲρ νοῦν εἰργάσω τὰς οὐσίας,
Ἐν τῇ δοκήσει τῆς μάχης, ἡνωμένας.
Καὶ τοῦ θέρους μὲν ἡ φλογώδης ἀκρότης
Οὐκ εὐθὺς εἰς χειμῶνα τὴν θερμὴν τρέπει,
(Αἱ γὰρ μετάρσεις βλαπτικαὶ τῶν ἀθρόων)
Ἀλλ' εἰς τὸ μετόπωρόν τε καὶ κράσιν μέσην
Τῷ μαλθακῷ τὴν ψύξιν ἡρέμα τρέφει.
Κἀντεῦθεν εὐθὺς οὐ πρὸς ἄκρατον ζέσιν,
Ἀλλ' εἰς ἔαρ μέτεισι, καὶ λεληθότως
Τὸν κρυμὸν ὠθεῖ, καὶ τὸ καῦμα συλλέγει.
Καὶ ταῦτα δρῶσιν ἐξ ἀμοιβαίου δρόμου·
Κόραις ὁμοίως συγχορευούσαις ἅμα,
Καὶ συμβαλούσαις τοὺς ἑαυτῶν δακτύλους,
Ὅπως χορὸν πλέξωσιν εὐρύθμου βίου.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ παντοποιὸς ἐμφανῶς ἐξουσία.

quatuor pene arietum vi hinc inde quassatus non cederet, sed ex ipsa rerum contentione suam caperet firmitatem. Ita sane dissentientes naturas sociasti, atque unum idemque contubernium inire fecisti, in unam conspirante voluntatem earumdem dissensione, ut omnium tandem communis sit cursus, et finis, omnesque suo rite fungantur ministerio. Altera enim ex ipsis naturis aereum hoc stamen nectit, tenuemque telam intendit, quam ducimus spiritu: altera vero simili opere non dirumpenda fila ex igne deducit, vestemque componit ad fovendam naturam comparatam: hæc aquam pluviam, cum opus est, de more demittit abundanter, ne nimius calor noceat et comburat: terra vero bene ornatum exhibet domicilium, nobisque omnibus quotidie instruit convivia. Quo sane modo ultra id, quod humana mens assequi possit, specie inter se pugnantes essentias cohibuisti, unaque simul conjunxisti.

Quid illud? quod æstatis igneus fervor calorem suum in hiemem statim non convertit; nam repentinæ rerum quarumlibet mutationes sunt noxiæ; sed ad primum autumnum, quamdamque mediam temperiem inclinat, paulatimque frigus quibusdam delinimentis emollit et temperat: tum vero non statim hiems ad summum caloris æstum, sed ad veris benignitatem transit; sensimque algorem fugans congregat ardorem. Atque hæc alterno cursu præstant *quatuor anni tempora*, veluti puellæ una simul docentes choreas, seque inter suos conserentes digitos, ut jucundæ vitæ choros intexant.

O quam rerum, Deus, a te sapienter creatarum

NOTÆ.

legendum putavit, quod sensum obscurum inveniret; sed nihil immutandum. Obscuritatem tolles, si participium ἀντωθουμένην, quod est in versu sequenti positum, hyperbato Græcis familiarissimo, repetas, et voci etiam οἶκος facias inservire.

266. Melius οὕτω. De iis, quæ sequuntur circa concordem discordiam elementorum dictum est ad vers. 145 et 259.

267. Cod. 1126, ταύτας περιθεῖς.

270. Suppletus ex cod. 1126 sanct. Joan. Chrysostomus, hom. 6, 5: Ἀλλ' ἕκαστον τῶν στοιχείων τοῖς οἰκείοις ὅροις ἐμμένον οὐδέποτε ὑπερβαίνει τὸ οἰκεῖον μέτρον, ἀλλὰ τὴν διάταξιν τοῦ δεσπότου φυλάττον, τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν πληροῖ· *Verum elementa quæque intra suos terminos manent, et nunquam suam mensuram transgrediuntur; sed dispositionem, et ordinem custodiunt, suumque opus faciunt.*

271. Melius ἔργον· ἔργον ἀερόστημον, *opus ex aereo stamine confectum*. Vide supra vers. 155.

274. Cod. 1126, εἰς τὸ θάλψαι.

275. Ἑνομβρος, *pluvius*. Lexica habent εὔομβρος et ἔμπομβρος.

281. Vide sanctum Basilium hom. 6, 8, egregie describentem quatuor temporum successionem. Aristoteles, *De mundo*, cap. 5: Τίς δὲ γένοιτ' ἂν ἀψεύδεια τοιάδε, ἥντινα φυλάττουσιν αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι, θέρη τε καὶ χειμῶνας ἐπάγουσαι τεταγμένως, ἡμέρας τε καὶ νύκτας εἰς μηνὸς ἀποτέλεσμα καὶ ἐνιαυτοῦ; *Ecquæ vices tam ratæ esse possunt, quam belle sunt rerum omnium productrices anni tempestates temperatæ, quæ ordinem quæque suum servantes æstates, hiemesque adducunt, itemque noctes, et dies, quibus mensis, et annus confletur.*

288. Cod. 1126, τὸ κρυμνόν.

290. Elegantissima comparatio, qua passim utuntur philosophi et poetæ. Vide Platonem in *Timæo*, p. 40, et Aristotelem, *De mundo*, cap. 6, qui Deum facit chori coryphæum, cui omnes res creatæ accinunt. Recte autem Pisida anni partes comparat puellis, quæ inter saltandum digitos conserunt, ultima enim pars unius præcedentis, fit prima pars et initium alterius sequentis; atque ita sensim sibi invicem succedunt. Proinde Græci singuli anni tempora in tres partes dividebant: sic ὀπώραν primum autumnum, et ultimam æstatem vocabant; μετοπώραν autumnum jam confirmatum, et adultum; φθινοπώραν tandem ultimum autumnum, et jam senescentem, ac primam hiemem. Sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 12, pacis utilitatem demonstrans, sic ait: Ὥραι δὲ ἡρέμα χειράμεναι, καὶ κατὰ μικρὸν ἀλλήλαις ὑπεξιοῦσαι, καὶ τὸ τῶν ἄκρων αὐστηρῶν τῇ μεσότητι τυθασεύουσαι πρός τε ἡδονὴν ἅμα καὶ χρείαν ἐπιτηδείως εἰρήνῃ βραβεύεσθαι· *Anni partes, cum placide inter se miscentur, sensimque sibi invicem cedunt, et ad hominum non solum usum, et commoditatem, sed etiam voluptatem, atrisque extremi asperitatem mediocritate mitigant, pace gubernantur.* Vide Maximi Tyrii dissert. 25, p. 255 edit. Joan. Davisii.

294. Παντοποιός, *omnia efficiens.*

Digitized by Google

293 Χειμῶνος ὥρα · καὶ τὰ δένδρα συντόμως
Ἐκ τῆς πυράγρας τοῦ κρύους μαραίνεται,
Φθίνει τὸ κάλλος, ἀσθενοῦσιν οἱ κλάδοι,
Ἐκρεῖ τὸ φύλλον, ὥσπερ ἐκ νεκροῦ τρίχες.
Καὶ μικρὸν οὔπω τὴν φθορὰν ἀποξέει,
300 Καὶ κάλλος αὖθις καὶ νέας τρίχας φέρει,
Βλαστοὺς τὸ κάλλος, καὶ τὰ φύλλα τὰς τρίχας,
Καὶ τῶν ἀδήλων ἐξεγείρεται τάφων
Πρὸς τὴν συνήθη τοῦ γένους ἀνάστασιν.
Θέρους ὁ καιρός · οὐκ ἔχω λέγειν, ὅπως
305 Ἐκεῖνος οὗτος ὁ φλογώδης ἥλιος

A

Ἐν ταυτότητι τοῦ χρόνου καὶ τοῦ τρόπου
Πῇ μὲν μελαίνει τὰς χρόας ὑποφλέγων,
Πῇ δ' αὖγε λευκὰ δεικνύει τὰ σώματα.
Καὶ ξηρὰ μὲν δρᾷ τῶν σπαρέντων τὰ βρέφη,
310 Ὑγρὰς δὲ ποιεῖ τῶν ὀπῶν τὰς ἰκμάδας ·
Κιρνᾷ γὰρ αὐτὰς τῷ πρὸς ἀέρα δρόμῳ,
Καὶ θερμὸν ὑγρῷ συμπλέκει ὁδοιπόρῳ,
Ὅπως κερασθῇ τῇ μεσαζούσῃ σχέσει
Ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς ποιοτήτων ἀκρότης ·
315 Καὶ μήτε φλέξει δραστικῶς ἡ θερμότης,
Ὑγρᾶς ἐν αὐτῇ μὴ παρούσης ἰκμάδος ·

mirabilis illa omnium effectrix potestas evidenter magnificata est!

En hiemis tempestas : statimque urenti frigoris forcipe tactæ marcescunt arbores, perit forma, flaccescunt rami, defluunt folia, ut in mortuo capilli : at mox ista tabes abraditur, et rursus redit forma, et novæ redeunt comæ; formam enim dant germina, et comas folia : atque ex occultis sepulcris omnia ad assuetam sui generis instaurationem excitantur.

Æstatis ecce tempus : ast ego nequeam explicare,

quomodo igneus hic sol identitate temporis et cursus, alibi nigros colores urendo inducat, alibi vero contra alba notet corpora : hic sata, satorumque fe- B tus exsiccet, et illic humificos, liquentesque faciat succos. Siquidem suo per aerem cursu alterum altero commiscet, et humido, quod habet comitem in via, siccum conjungit : ut quæ in utrisque est summa qualitatum vis, et potestas media quadam ratione temperetur, ne calor nimia sua efficacia comburat, si humidi vapores una simul conjuncti non adsint : itemque ne in nimiam effusionem ex-

NOTÆ.

293. Sanctus Basilius, hom. 6, 8, quatuor anni tempora minus eleganter, quam Pisida, describens, sic de hieme : Χειμὼν μὲν γίνεται . . . ὥστε καταψύχεσθαι μὲν τὸν ἀέρα, πάσας δὲ τὰς ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις συνισταμένας περὶ ἡμᾶς, ὄμβρων τε αἰτίαν, καὶ κρυμῶν καὶ νιφάδος ἀμυθήτου παρέχειν· *Fit hiems . . . quamobrem refrigeratur aer, ac omnes humidæ exhalationes circa nos coactæ, imbrium, frigorumque, et nivium copiosissimarum causa sunt, et origo.*

296. Frigoris vim explicat per metaphoram desumptam a forcipe, qua versatur ignis : frigoris enim, et ignis prope idem ex diversa causa est effectus. Virgil. *Georg.* I, 93 : *Boreæ penetrabile frigus adurit.*

299. *Μικρὸν οὔπω* pro μικρὸν ὕστερον, *paulo post.* Veris descriptio ex sancto Basilio, ibid. hæc est : Καὶ γίνεται ἔαρ, πᾶσι μὲν φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγὸν, δένδρων δὲ τοῖς πλείστοις παρέχον τὴν ἀνάβλωσιν, ζώοις δὲ χερσαίοις καὶ ἐνύδροις ἅπασι τὸ γένος φυλάσσον ἐκ τῆς τῶν ἐπιγινομένων διαδοχῆς· *Atque ver accedit omnibus quidem plantis germinandi auctor, arboribus vero plurimis reviviscendi ansam præbens, omnibusque animalibus, tum terrestribus, tum aquatilibus per prolis successionem genus asservans.*

300. Cod. 1126. τρίχας φύει.

304. Æstatis descriptio, quam sanctus Basilius ibid. sic exsequitur : Πρὸς θερινὰς τροπὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν ἄρκτον ἀπελαύνων ὁ ἥλιος τὰς μεγίστας ἡμῖν τῶν ἡμερῶν παρίστησι· καὶ διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖστον προσομιλεῖν τῷ ἀέρι, αὐτόν τε καταφρύσσει τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν καταξηραίνει, τοῖς δὲ σπέρμασιν ἐκ τούτου συνεργῶν πρὸς τὴν ἄρδησιν, καὶ τοὺς τῶν δένδρων καρποὺς κατεπείγων ἐπὶ τὴν πέψιν· *Ad solstitium æstivum versus ipsum septentrionem pergens sol, dies nobis maximos adducit; et quoniam diutissime in aere immoratur, torrefacit ipsum aerem capiti nostro imminentem, et terram omnem exsiccat; hoc pacto, et seminum maturitatem juvans, et arborum fructus ad concoctionem urgens.*

306. Cod. 1126, τοῦ τόπου, καὶ τοῦ χρόνου.

307. Quinque zonas, quæ cœlum tenent, indicat, et præcipue torridam, cujus incolæ, quoquoversus illa per Asiam, Africam et Americam protenditur, nigrore quodam infecti conspiciuntur : et temperatas, quas homines album præferentes corpus habitant. Pisida merito stupet, quinam id fiat, et opportunam tamen causam commonstrat : nihil enim verosimilius a recentioribus philosophis Wistono, Tourneminio, Torunsio, Albino, Bouffonio, ac Maupertuisio prolatum est circa colorum diversitatem C in corporibus humanis, quam quod veteres dixerunt, qui hoc totum ad solarium radiorum vim referebant.

309. Cod. 1126. τῶν σπερμάτων. Quæ sequuntur ad vim solis explicandam dicta sunt, et ad varios demonstrandos effectus, quos ignis, et aqua, aut, ut physicis placet, siccum et humidum, una simul conjunctæ et permistæ qualitates præstant. Sanctus Basilius, hom. 3, 5 : Οὐκοῦν ἀναγκαία μὲν τοῦ θερμοῦ ἡ κτίσις διὰ τὴν τῶν γιγνομένων σύστασίν τε καὶ διαμονήν· ἀναγκαία δὲ τοῦ ὑγροῦ ἡ δαψίλεια διὰ τὸ ἄπαυστον εἶναι καὶ ἀπαραίτητον τοῦ πυρὸς τὴν δαπάνην· *Necessaria igitur caloris creatio, ut ea, quæ gignuntur, et coagmentari possint, et permanere : rursus aquæ abundantia erat pernecessaria, quod vis ignis consumens interquiescere non queat, neque vitari.* Pisidæ sententiam jam antea nitidissime expresserat Ovidius lib. I *Metam.* Nili fecunditatem descri- D bens :

Quippe ubi temperiem sumpsere, humorque calorque
Corripiunt, et ab his oriuntur cuncta duobus :
Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes
Res creat, et discors discordia fetibus apta est.

Videndus Lactantius *Instit. div.* lib. II, 10, qui hæc duo elementa ignem, et aquam, alterum quasi masculinum, alterum quasi femininum esse dicit.

311. Cod. Vat. 1126 habet κιρνᾷς γὰρ αὐτόν, et deinde συμπλέκεις, quod ratione prosodiæ magis consentaneum : quasi Pisida solem alloquatur. Ac sæpius quidem occurrit, ut Noster a tertia persona sermonem transferat ad secundam. Veniebat etiam in mentem, ut pro ὁδοιπόρῳ legerem δορυφόρῳ, non enim dubito ὑγρὸν ὁδοιπόρον, vel δορυφόρον. *humorem comitem*, vel *satellitem* solis esse lunam, ac proinde horumce versiculorum intelligentiam ex superioribus 250 et seqq. omnino pendere.

Digitized by Google

Μήτε πρὸς ἄκραν ἐξολισθήσῃ χύσιν,
Τῆς ὑγρότητος ἡ φορὰ μονουμένη·
Ἀλλ' ὥσπερ εἷς ἐν ἔργον ἐργάται δύο,
Τέγγει μὲν ἰκμὰς, καὶ παραβάλλει τὴν πόαν,
Καὶ τῆς ὀπώρας ὠμὰ τίκτει τὰ βρέφη,
Ἐν οἷς τὰ πολλὰ λεπτὰ τείνει σπαρτία,
Μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης,
Καὶ ὀλίζιν ἕξει τῇ δέσει τοῦ σφίγματος.
Κἀντεῦθεν ἰκμὰς τῆς ὀπώρας ἐκπέσῃ.
151 Ἐπεὶ δὲ δεῖται πήξεως μὲν ἡ χλόη,
Χαυνώσεως δὲ τῶν ὀπῶν ἡ στερρότης,
Θέρμη συναντήσασα ταῖς δυσὶ μία,
Χαυνοῦσα, καὶ σφίγγουσα τῷ ξένῳ λόγῳ,
Πληροῖ τὸ λεῖπον δωρεαῖς ἐναντίαις·
Καὶ τῇ χλόῃ μὲν ῥίζαν ἑδραίαν φύει·
Λεπτῇ δὲ χυλώσασα τοὺς ὁποὺς ζέσει,
A Τὴν βρῶσιν ὡς ἔνσαρκον ἀρτύει δρόσῳ.
Ὡς καὶ παρ' ἡμῖν ὠμότητα καρδίας
Σπινθὴρ νοητοῦ προσβαλόντος ἡλίου,
Θάλπει, μαλάττει, καὶ πεπαίνει, καὶ τρέφει,
Καὶ καρπὸν ἐντίθησιν ἐξ ἀκαρπίας.
Ὦ τετράπωλον ὥσπερ ἅρματος θέσιν,
Στοιχεῖα τάττων, ἡνιοχῶν δὲ τοὺς χρόνους
Ἐν ἑπτακύκλοις ἡμερῶν περιδρόμοις·
Διεξάγων δὲ τοῦ βίου τὸν ἄξονα
Ῥυθμῷ συνήθει, καὶ τροχῷ βεβηκότι·
Καὶ συμφυλάττων τὰς συνεκτικὰς θύρας,
Μήπως ὄχημα τοῦ συνήθους ἐκδράμῃ,
Καὶ σκύλμα πέμψῃ, καὶ ταράξῃ τὴν θέαν,
Δημοφθόρου τε λύσιν ἐμβάλῃ μάχης.
Ἀλλ' ὥστε πάντων τακτὸν εἶναι τὸν δρόμον,
B Καὶ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοδέσποτον βλέπειν,

currat ac defluat humor, si destituatur calore. Sed cum duo sint veluti artifices ad opus unum intenti, humidum quidem irrigat, et educit germen, fetusque autumnales adhuc immaturos parit, quos circum multis tendit funiculis, ne molles succi graventur, aut ex vi compressionis adeo constringantur, ut inde humor pomi excidat. Quoniam vero quidquid germinat, necesse est ut durescat, et ut succorum vis contra molliatur, hæc duo præstat intercedens unus calor, qui inexplicabili quodam modo emollit et constringit, atque ex donis contrariis opus implet, ac perficit; ipse enim herbæ radicem terræ hærentem indit, et tenui quodam ardore succos eliquans rore conditum cibum, quasi carneum, parat. C Non secus, ac nobis contingit, cum desuper irradiantis intellectualis solis scintilla cordis nostri cruditatem fovet, emollit, excoquit, nutrit, fructumque ex infructifero corde educit.

Tu quadrijugi currus instar elementa disponis, aurigansque tempora in septem dierum recurrentes circulos reducis, axemque humanæ vitæ, eodem semper modulo servato, et rotis nunquam imminutis torques, et impellis. Tu ex iisdem solidis portis constanter progrederis, ne unquam currus extra assuetum iter excurrat, atque inde negotium facessat, orbisque spectaculum turbet, excitaque ad populi perniciem pugna dissolutionem immittat; sed rerum omnium rite ordinatus sit cursus, et nihil sui potestatem habere conspiciatur et quæcunque res creata tibi late serviat: cumque omnia sint inter se vinculo col-

NOTÆ.

318. *Φορὰ τῆς ὑγρότητος* idem, ut puto ac ὑγρότης vel *humor delatus et attractus*. Morellius elicit sensum obscurum, et menti Pisidæ contrarium.

321. Pomiferum autumnum indicat, et quomodo siccum, et humidum ad plantarum germinationem concurrant, explanat. Similia habet sanctus Basilius, in hom. 5, 3, qui æstatis ad autumnum transitum sic etiam describit hom. 6, 8 : Ἐκ δὲ τούτων εἰκάζειν ἔστι τὴν ἐκ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἐγγινομένην πύρωσιν τῷ ἀέρι, ὅση τίς ἐστι καὶ ποταπὴν ἀποτελεστικὴ συμπτωμάτων· ἐντεῦθεν διαδεξαμένη ἡμᾶς τοῦ μετοπώρου ἡ ὥρα, ὑποθραύει μὲν τοῦ πνίγους τὸ ὑπερβάλλον, κατὰ μικρὸν δὲ ὑφιεῖσα τῆς θέρμης, διὰ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν μεσότητος ἀβλαβῶς ἡμᾶς δι' ἑαυτῆς τῷ χειμῶνι προσάγει· *Quantus sane sit ardor, qui ex radiis solaribus aeri accedit, qualesve casus, et effectus producat, ex his conjectare licet. Hinc autumni tempus nos excipiens, infringit quidem nimium æstum : paulatim vero de calore remittens, ex se per temperaturæ mediocritatem ad hiemem nos citra noxam deducit.*

325. Ὀπώρα vere est *autumnus*, sed passim apud auctores ea vox ad fructus quoscunque significandos usurpatur. Ita Anacreon, od. 54 :

Διονυσίης δέ μοί τις
Φερέτω δῶρον ὀπώρης.

333. Cod. 1126, δρόσον melius.

338. *Τετράπωλος θέσις* idem ac τετραπωλία *quadriga*, quæ vox est in Glossario veteri. Consule elegantissimam descriptionem regiæ solis in Ovid. *Metam.*, lib. II, ex quo multa possent huc transferri. Ibidem habes nomina quatuor equorum solis currum trahentium :

. . . . . *Pyrois, Eous et Æthon*
Solis equi, quartusque Phlegon. vers. 153.

340. Ἑπτάκυκλος περίδρομος, *septem circulorum ambitus*, vox nova hebdomadum periodis designandis accommodata. Vide sanctum Basilium, hom. 2, 8.

343. Totus jam ei incumbit Pisida, ut ex solis, et lunæ, aliarumque rerum creatarum ordine divinam Providentiam patere demonstret, ac proinde idololatrarum dementiam tacitus reprehendat. Plato in *Phædone* multis verbis evincit ea omnia, quæ sub oculorum visum cadunt, esse fluxa, et quidquid est corporeum esse solubile. Hoc principio, quod tamen non tam Platonicum, quam divinum, et sacris Litteris traditum dixerim, usi sunt omnes SS. Patres ad gentium stultitiam detegendam, et refellendam insaniam, qui sideribus, et cæteris rebus creatis divinitatem tribuebant. Vide sanctum Basilium, hom. 1, 3, aliosque Patres, ac præcipue Lactantium, qui lib. II, 2, *Div. inst.*, præclare ad rem nostram sic ait, Ethnicos redarguens : *Qui cum Dei opera mirarentur, id est cælum cum variis luminibus, terram cum campis et montibus . . . earum rerum admiratione obstupefacti, et ipsius artificis obliti, quem videre non poterant, ejus opera venerari, et colere cæperunt, . . . quæ cum videant divinis legibus obsequentia, commodis atque usibus hominis perpetua necessitate famulari, tamen illa deos existimant.*

344. Vide quæ supra ad vers. 252.

346. Cod. 1126, δημοφθόρον φύσιν, *universe exitiale.*

348. Αὐτοδέσποτος, *sui juris.* Philo allegoriarum scriptor, et Platonicus eximius, qui doctrinam

Digitized by Google

Κοινὴν δὲ δούλην πᾶσαν εἶναί σου κτίσιν·
Καὶ μήτε συνδεθεῖσαν εἰς λύσιν τρέχειν·
Μηδ' αὖ παρελθεῖν τοὺς πεπηγμένους ὅρους,
(Εἰ μὴ μόνος σὺ τὴν τροπὴν ἀπεργάσῃ,
Καὶ γὰρ συνεῖδες προσκοπῶν τὸ συμφέρον·)
Τῶν σῶν μεγίστων ἐργοχείρων τὴν κτίσιν·
Μήτε τρέπεσθαι πᾶν γένος, καὶ συγχύσεις
Ταῖς κοσμολέθροις ἐκτροπαῖς παρεισάγειν·
Μηδ' αὖ μένειν ἄτρεπτον, ἀλλ' ἔχειν ὅρους
Τρεπτῆς ἀνάγκης, μὴ λαθοῦσα τῷ χρόνῳ,
Θεὸς νομισθῇ τοῖς ὁρῶσιν ἡ κτίσις.
Τίς γὰρ σελήνην, ἢ τὸν ἥλιον βλέπων
Ὀφθαλμιῶντας τῇ πρὸς ἔκλειψιν νόσῳ,
Οὐκ εὐθὺς ἔγνω τῇ διδασκάλῳ φύσει,

A Ὡς οὐκ ἂν ἠλλάξαντο φωστῆρος γνόφον,
Εἰ μὴ παθηταῖς ἐζοφοῦντο λαμπάσιν;
Ἢ τίς τὸν αὐτὸν εὐσυνόπτως ἀστέρα,
Καὶ φωσφόρον γνοὺς καὶ σκοπήσας ἕσπερον,
Οὐκ οἶδεν αὐτὸν ἐργάτην διπλοδρόμων,
Κήρυκα νυκτὸς, καὶ προφήτην ἡμέρας;
152 Τίς τὸν μέγιστον οὐρανὸν τοῦτον βλέπων,
Καὶ τὴν ἀεικίνητον, ἣν ἔχει βίαν,
Τῶν ἀστέρων τε τοὺς συνεκτικωτάτους,
Νῦν μὲν βορείας; νῦν δὲ κινήσεις νότου
Ἐν ἐκδρομῇ ποιοῦντας, ἢ μεταστάσει·
Ἢ τὴν ἄβυσσον τοῦ χυθέντος ἀέρος,
Ψυχρουμένην νῦν καὶ πάλιν πυρουμένην,
Καὶ προσβολὰς πάσχουσαν ἠναγκασμένας,

gata ad solutionem non properent, sed contra quidquid est creatum, tuarumque manuum opus est maximum, intra statutos terminos consistat (nisi forte tu solus mutationem induxeris, qui solus quid sit utile a longe cognoscis); atque ita neque rerum universitas tota immutetur, neque mundo exitialibus subversionibus inductis confusiones cieat; nec tamen eadem semper invariabilis maneat, sed necessariæ mutationis terminos habeat: ne lapsu temporis, hæc ignorantes, et videntes homines Deum putarent esse creaturam.

Ecquis enim lunam, aut solem videns, cæcutientes defectionis morbo, illud statim natura magistra non intelligat, quod lucem cum tenebris non

B immutarent, nisi vi caligarent, eo quod eæ sint lampades passionibus obnoxiæ? Aut quis unum intuens sidus, idemque apertissime sentiens esse Phosphorum, et Vesperum, duplicem illud habere cursum non deprehendat, unde fit nuntius noctis, et propheta diei?

Quis hoc maximum cœlum videns, et quam habet continui motus vehementiam; necnon astra, quæ sunt cæteris longe majora, nunc tamen ad Boream, et nunc ad Austrum vel excurrendo, vel transeundo iter deflectere sentiens; et hanc circumfusi aeris abyssum modo frigefactam, et modo ignitam, necnon tot vehementes affectiones in seipsa pati coactam, cognoscens; quis hæc, inquam, videns, ani-

NOTÆ.

de rerum varietate, et corruptione totis suis scriptis illustrat, cum in principio libri *De monarchia*, gentium stultitiam, quæ sidera, solem, et lunam, ut deos venerabantur, reprehendisset, concludit: Πάντας τοὺς κατ' οὐρανὸν, οὓς αἴσθησις ἐπισκοπεῖ θεοὺς, οὐκ αὐτοκρατεῖς νομιστέον, τὴν ὑπάρχων τάξιν εἰληχότας, ὑπευθύνους μὲν φύσει γεγονότας· *Omnes illos deos, qui percipiuntur sensibus, sui juris eos esse putandum non est, nec habere potestatem propriam, sed subpræfectorum ordinem tenere, sic natura factos, ut sint obnoxii.*

349. Vide, quæ Eusebius Cæsariensis *Præparat. evang.* lib. XI, 32, dicit, ubi Platonicam philosophiam cum Hebraica conciliat.

350. Cod. 1126, συντεθεῖσαν. Sanctus Basilius, hom. 3, 5: Ἔδει δὲ μήτε στάσιν εἶναι πρὸς ἄλληλα, μήτε ἐν τῇ παντελεῖ τοῦ ἑτέρου ἐκλείψει ἀφορμὴν παρασχεθῆναι τῷ παντὶ πρὸς διάλυσιν· *Oportebat autem neque seditionem inter se esse, neque dissolutionis dari occasionem universo, ob integrum alterius defectum.* Sic de aquæ et ignis concordia.

354. Ἐργόχειρον, *opus manuum.* Psal. VIII, 4: *Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.*

355. Cod. 1126, παγγενῶς.

356. Idem cod., ἐπεισάγειν κοσμόλεθρος, *mundi pernicies.*

358. Vide, quæ supra ad versus 248, de necessitate dicta sunt.

359. Egregie Athenagoras *Legat. pro Christ.* 16: Οὐκ αἰτῶ τὴν ὕλην ἃ μὴ ἔχει· οὐδὲ παραλιπὼν τὸν Θεὸν, τὰ στοιχεῖα θεραπεύω, οἷς μηδὲν πλέον ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν ἔξεστιν· *Non ea peto a materia, quibus ipsa caret, nec relicto Deo elementa colo, quibus nihil amplius licet, quam quod jussa sunt.* Sanctus Basilius, hom. 6, 2, sic de sole: Τὸ ὕδωρ συνεφορήσατο... ἡ γῆ πεπλήρωτο... ἥλιος δὲ οὔπω ἦν καὶ σελήνη· ἵνα μήτε φωτὸς ἀρχηγὸν καὶ πατέρα τὸν ἥλιον ὀνομάσωσι, μήτε τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων δημιουργὸν οἱ τὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες ἡγήσωνται· *Collecta erat aqua... terra erat referta... necdum tamen erat sol, neque luna: ne solem lucis auctorem, ac patrem appellarent, neve qui Deum ignorant, rerum e terra nascentium ipsum arbitrarentur esse opificem.* Vid. sanctum Gregorium Nazianz. orat. 34.

360. Idem argumentum a rerum mutatione, instabilitate, atque corruptione deductum, quo divinæ Providentiæ necessitas in mundi gubernatione maxime elucet, et confirmatur, late prosequitur; ac primum probat ex eclipsibus solis, et lunæ, quibus sane evincitur neque solem, neque lunam αὐτοδεσπότους *sui juris* esse, sed a nutu, et imperio Dei pendere.

363. Cod. 1126, melius φωστῆρες.

365. De Lucifero sic Plato in *Timæo*: Ὁ γὰρ αὐτὸς, πόκα μὲν ἕσπερος γίγνεται, ἑπόμενος τῷ ἡλίῳ τοσοῦτον ὁκόσον μὴ ὑπὸ τὰς αὐγὰς αὐτῷ ἀφανισθῇ· πόκα δὲ ἔῳος, αἶκα προηγέηται τῷ ἡλίῳ, καὶ προανατέλλῃ ποτ' ὄρθρον· *Idem enim aliquando Vesperus est*, id est occiduus, *dum solem sequitur, hactenus ut nobis conspicuus sit, sole lucem suam abscondente: aliquando Eous vocatur*, id est orientalis, *cum solem adventantem antecedit, et sub diluculum prior oritur.* Lepide Statius *Thebaid.* lib. VI, v. 359, ut idem esse astrum ostenderet, quod Lucifer, et Phosphorus, necnon Vesperus, et Hesperus vocatur, Luciferum ipsum equum mutare dixit ad diversum iter diei, et noctis conficiendum:

Lucifer, et totidem lunæ præverterat ignes
Mutato nocturnus equo.

367. Cod. 1126, melius διπλόδρομον, *duplicem conficientem cursum.*

368. Anacreon oda 43, 11, cicadam vocat θέρεος γλυκὺν προφήτην, *æstatis dulcem prophetam.*

371. Συνεκτικώτατος, *capacior, majoremque molem complectens.* Planetas intelligit, quæ sidera videntur magnitudine superare.

Digitized by Google

Οὐ τὴν ἄτρεπτον ἐννοήσας οὐσίαν,
Δούλην νομίζει τὴν ἀείτρεπτον κτίσιν;
Τίς βρασμὸν, ἢ χάλαζαν, ἢ χύσιν ζόφου,
Ἢ πῦρ καταχθὲν, ἢ βραχεῖσαν αἰθάλην,
Ἢ γῆν τρέμουσαν, καὶ παρειμένην βλέπων,
Οὐκ οἶδε δούλην τὴν κλονουμένην κτίσιν;
Τίς τὴν θάλασσαν ἀστατοῦσαν προσβλέπων
Οὐκ οἶδεν αὐτὴν δραπέτου τινὸς δίκην,
Φεύγουσαν ἔξω, καὶ κρατουμένην ἔσω;
Ἢ πολλάκις ζέσασα τῇ ψυχρᾷ ζέσει,
Καὶ ταῖς ἀτάκτοις προσβολαῖς τῶν ῥευμάτων,
Ὅλην ἑαυτὴν, οἷα μαινὰς ἀγρία,
Τῇ γῇ περικρούσασα, καὶ θυμουμένη,
Θρασύνεται μὲν, καὶ πλατύνει τὸ στόμα,
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ τὸν ἀφρὸν ἐκπτύει,
Καὶ συμπέφυρται πρὸς τὰ χείλη τῷ σάλῳ·
Κρουνοὺς δὲ πολλῶν ἐκπιοῦσα ῥευμάτων,
Ἄπεπτον ἑλμὺν ἐκ βάθους ἐρεύγεται.
Τῇ πλησμονῇ δὲ τῆς μέθης παράττεται,
Ῥῆξαί τε τὰς κλεῖς, καὶ διαδρᾶσαι θέλει·
Ἀνθέλκεται δὲ, καὶ φοβεῖται, καὶ μένει,
Καὶ τὰς ἐνύδρους οὐ παρέρχεται θύρας,
Ἀλλ' εἰς ἑαυτὴν ὑπτίως ἀνατρέχει,
Ὡς οἷα δούλη τῶν τριχῶν κρατουμένη.
Μαστίζεται γὰρ συμφερόντως ἡ κτίσις,
Ὅπως ἁπλήγῳ σωφρονισθῶμεν φόβῳ,

moque immutabilem essentiam recogitans, Deo servam creaturam, quæ semper mutatur, non esse arbitrabitur?

Quis cœli procellas, quis grandinem, et nubium caliginem, ignemque deorsum adactum, et humidas scintillas, necnon terram trementem, et claudicantem videns, adeo exagitatam creaturam Deo esse servam non noverit?

Quis maris instabilitatem cum viderit, ipsum fugitivo servo, extra fugienti, et intus retento, similem esse non intelligat? Sæpe enim frigido fervore fervens, et tumultuoso undarum impetu percitum, totum se, velut insana Mænas, terræ circumallidit, ipsamque furens quatit, turgetque audacter, et os dilatat, altumque mugit, et spumam exspuens usque ad labra se aspergit salo: cumque decurrentes multorum fluminum rivos ebiberit, ex imo ventre crudos adhuc suos salsos fluctus eructat; sed nimia ingluvie, et temulentia laborans turbatur, et claustra tentat effringere, atque evadere: verum retrahitur, terreturque, et manet, neque ultra aquarum portas progreditur, sed in seipsum inversum, resupinumque relabitur, tanquam serva comis retracta. Ita ad maximam utilitatem nostram creatura cæditur, ac flagellatur, ut nos a verberibus immunes, quæ quidem omnium Opificis est venia,

NOTÆ.

378. Cod. 1126, ἀείτρεπτον φύσιν melius.

379. *Βρασμόν*, quod est a βράζω, puto vocare aeris, et ventorum *procellas, turbines*, etc.; χάλαζα est *grando;* χύσις ζόφου sunt *nebulæ*, quas ita appellat, quia Aristoteles νεφέλην, et ὁμίχλην, nubem, et caliginem inter se differre dixit; πῦρ καταχθὲν est *fulmen*, αἰθάλη βραχεῖσα, est *fulgetrum*, madida scintilla dictum, ex ejusdem Aristotelis sententia, qui meteoras omnes ex humidis, et siccis exhalationibus efformari definivit; γῆ τρέμουσα est *terræ motus*. Confer hæc omnia, si velis, cum Aristotelis lib. I *Meteorologicorum*, etc.

383. Omnes fere SS. Patres Dei potentiam, et clementiam vehementer admirati sunt, qui, constitutis terminis mari, fluctuum impetum suo nutu coerceat, et arenæ vallo aquas a continenti discriminet. Psal. xcviii, 10: *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Vide sanctum Basilium hom. 4, 3.

384. Nullus fortasse ex poetis tum Græcis, cum Latinis tam concinne descripsit maris æstuantis rabiem, quæ fracta, et illisa tandem quiescit. Homer. *Iliad.* IV, 424, sic:

Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας
Κυρτὸν ἐὸν κορυφοῦται· ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἀχνὴν.
In ponto quidem primum attollitur, sed postea
Ad terram fractus multum fremit, a summitate autem
Turgidus exsistens erigitur: exspuitque maris spumam.

Quibus Homeri versibus aureos istos versiculos præferre non dubitaverim, quibus Pisida mare ut furentem Mænadem, vel servum e vinculis se surripere conantem repræsentat. Quid simile habet Methodius episcopus Patarensis lib. *De libero arbitrio*, qui horridam maris tempestatem præter spem repente sedatam dicit: Ἀλλὰ γὰρ ὅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς ἑαυτὴν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, θεῖόν τι πρόσταγμα πεφοβημένη· καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκων τι πρὸς τοῦ δεσπότου πράττειν ἀναγκαζόμενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον πείθεται, ὃ δὲ πάσχει πράττειν μὴ θέλων, λέγειν τι οὐ τολμᾷ, τονθορύζει δὲ ἐν ἑαυτῷ θυμοῦ τινος πληρούμενος· οὕτω μοί πως ἐφαίνετο καὶ τὴν θάλασσαν ὡσπερεὶ θυμουμένην, καὶ ἐν ἑαυτῇ πράττουσαν τὴν ὀργὴν κρατοῦσαν τε ἑαυτῆς, οὐ βουλομένη τῷ Δεσπότῃ φανερὸν ποιῆσαι τὸν θυμόν· *Simul enim ac mare intumuit, iterum vice versa fractum mare dissolvebatur, ultra proprium locum non concedens, divino quodam, ut summatim dicam, jussu perterritum: et quemadmodum sæpius servus quispiam, si invitus a domino ad opus compellatur, imperio quidem ob metum obtemperat, at quod subit, cum nolens agat, palam effari non ausus sub lingua immurmurat, iracundia exardens; sic mihi quodammodo et mare videbatur: etsi enim ira efferbuerat, in semet iram continebat sibi frenos injiciens, et furorem suum Domino manifestare nolens.*

387. Cod. 1126, τῶν πνευμάτων.

396. Psal. cIII, 9: *Terminum posuisti, quem non transgredientur, neque convertentur operire terram.* Sanctus Gregorius Nazianz., orat. 34: Πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντός; . . . . . πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν? *Qui fit, ut quamvis liberum, et solutum, finibus tamen suis consistat?* . . . . . *qui fit, ut extollatur, et tamen loco suo se contineat, perinde ac vicinam terram reverita?*

401. Infinitam Dei bonitatem, et clementiam per longam digressionem admiratur, qui in rebus creatis coercendis suæ formidandæ potestatis majestatem ostendit, ut inde discamus, quam sit ejusdem ad nostra scelera punienda parata justitia.

Digitized by Google

Φειδοῖ προνοίας τοῦ τεχνίτου τῶν ὅλων,
Καὶ συσταλῶμεν, ὡς φοβήτρῳ παιδία,
Ἢ καὶ τὰ μικρὰ τῶν κυνῶν τετυμμένα,
Τὸ τῶν λεόντων σωφρονίζουσι θράσος.
Ὦ μέχρι παντὸς ἐνδιδοὺς ὑπερθέσεις
Ταῖς ἐκπροθέσμοις τῶν χρεῶν προθεσμίαις·
Ὀδοστατῶν δὲ τὴν ἁμαρτίαν φόβῳ,
Βίας τε ποιῶν εἰς τὸ σῶσαι τὸν βίον,
Καὶ μὴ δικάζων συντόμως, ὁπηνίκα
Σφαλῶμεν ἡμεῖς· ἡ κτίσις δὲ τύπτεται,
Ποινάς τε πάσχει τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων,
Ἀλλοτρίῳ μώλωπι τραυματουμένη·
Ὡς ἐν μετάρσει λοιμικῆς ἀῤῥωστίας
Ἄλλων ἐχόντων τὴν τομὴν τῶν τραυμάτων
Ὁ τοῦ πάθους κίνδυνος εἰς ἄλλους τρέχει.
Καὶ γίνομαι νῦν τῶν φρενῶν ἐν ἑκστάσει,
Πῶς ὁ κριτὴς δίκαια θεσπίζων ὅλοις.
Προσωπολῆπτεῖ, καὶ φιλανθρώπῳ σχέσει,
Ἄλλου σφαλέντος, ἄλλον ἕλκει πρὸς δίκην·
Καὶ πῶς ὁ κρίνων τοῖς δικάζουσι κρίσιν,

et providentia, solo corrigamur timore, et ut pueri solent, terriculamentis coerceamur : quemadmodum catuli tenelli flagris cæsi leonum audaciam conterunt.

Tu ultra præstitutam solvendis debitis diem das moras longissimas : tu metum incutiens obsistis peccatis : tu vim propemodum facis, ut servetur vita, nec statim judicas, ubi nos errasse contingat. Interea cæditur creatura, meorumque criminum pœnas luit ex alieno vulnere sauciata ; ut fit, cum serpit pestilentia ; aliis quidem secantur ulcera, et in alios transit morbi periculum.

Atque hic mens stupet mihi, quomodo judex, qui justa in omnibus decernit, personarum est acceptor, et pro suæ misericordiæ modulo, cum unus peccet, alterum trahat ad pœnam ! et quomodo qui judicat

NOTÆ.

404. Sap. XII, 22 : *Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes : et cum de nobis judicatur, speremus misericordiam tuam.*

406. Leones ignem, et galli cantum timere tradiderunt Aristoteles *De anim.* IX, 44; Ælianus, *Hist. anim.* VII, 6; et Oppianus, *De venat.* IV : sed nullibi memini me legere, quod ait Pisida a verberatis canibus terreri leones. Num hæc quondam ars fuit cicuratoribus, et ferarum magistris, ut inspectante leone, cujus ferociam vellent comprimere, catulos verberarent? Num canes Indici, et molossi hic designantur, a quibus in certamen adductis leones prostratos fuisse legimus in Oppiano, *De venat.* I ; in Æliano, VIII, 1 ; in Phile, *De propr. anim.* 34; et in Plutarcho, *De solert. animalium?* Cod. 1126, pro θράσος habet κράτος.

407. Dei misericordiam, longanimitatem, et patientiam multis coacervatis ex sancta Scriptura petitis argumentis commendat. Sap. II, 24 : *Misereris omnium, quia omnia potes, et dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Psal. VII, 12 : *Deus judex, justus, fortis, et patiens, nunquid irascitur per singulos dies?*

410. Καθ' ὑπερβολὴν opinor expressit illud Ezech. XXXIII, 11 : *Nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat.*

413. Originale peccatum, quod, ut ait Apostolus, Rom. V, 12, *per unum hominem intravit in mundum, et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*, videtur Pisida adumbrare. Hinc recte contagii, ac pestis utitur comparatione : illa enim originalis noxa, veluti quædam pestifera lues in nos ab Adam propagata est, atque transfusa. Quæ tamen cur ἀλλότριος μώλωψ *alienum vulnus* dicatur, disertissime explicat sanctus Augustinus, *De corrept. et grat.* IX, sic definiens : *Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahant, sed non sine causa dicuntur et nostra, quia in illo uno omnes, sicut dicit Apostolus, peccaverunt.* At Pisida aliena appellat, habito respectu ad res irrationales, quæ peccati originalis labem contraxisse videntur. Mentem Pisidæ aperit sanctus Gregorius Nazianz., orat. 42, qui quot modis homo fuerit castigatus propter peccata, quæ ex primi vitii radice pullularunt, sic enumerat : Λόγῳ, νόμῳ, προφήταις, εὐεργεσίαις, ἀπειλαῖς, πληγαῖς, ὕδασιν, ἐμπρησμοῖς, πολέμοις, νίκαις, ἥτταις, σημείοις ἐξ ἀέρος, ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἀνδρῶν, πόλεων, ἐθνῶν ἀνελπίστοις μεταβολαῖς, ὑφ' ὧν ἐκτριβῆναι τὴν κακίαν τὸ σπουδαζόμενον ἦν· *Sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis e cœlo, signis ex aere, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium insperatis mutationibus, quæ omnia eo tendebant, ut malitia contereretur.*

415. Cod. 1126, ὡς ἐν μεταβάσει.

416. Idem cod., τὴν νομήν.

419. Psal. CXVIII, 75 : *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua.*

420. Jure quidem, et merito stupet divinæ misericordiæ, et justitiæ contemplatione abreptus : *Quam incomprehensibilia sunt judicia Dei?* Rom. III, 33. Proinde καταχρηστικῶς, et ut infinitam ipsius misericordiam demonstret προσωπολήπτην *acceptorem personarum* vocat, qualis videlicet nobis videtur, cum arcana Dei temerario ausu scrutari contendimus. Certum enim est, Deum non προσωπολῆπτεῖν, non respicere in faciem, et in personas ; quia *non est acceptio personarum apud Deum.* Act. X, 34. Quippe nulla nobis insunt merita, quorum rationem prætermisisse dici possit, cum uni potius, quam alteri suam gratiam gratuite conferre velit, et possit.

421. Vetus est Epicureorum contra divinam providentiam querela, quod et bonis male, et malis bene sæpius accidat. Plato in *Theæteto*, p. 177, ita rem satis recte definivit : Ἀγνοοῦσι ζημίαν ἀδικίας, ὃ δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν· οὐ γάρ ἐστιν ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε, καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ τὴν ἀδύνατον φεύγειν· *Ignorant injustitiæ pœnam, quam minime ignorare decet; non enim ea est, quam putant, vulnera et cædes, quas res aliquando patiuntur etiam illi, qui nihil injuste agunt, sed ea potius, quæ evitari non potest.* Idem confirmat Seneca in libro, cui titulus : *Quare bonis viris mala accidant, cum sit Providentia.* SS. Patres luculentius, ac gravius hoc argumentum pertractarunt, ut Manichæos confutarent, qui aliud boni, aliud mali exstitisse principium stulte affirmabant : non enim hæc terra locus est, in quo Deus bonos præmiis, et malos pœnis pro merito quemque suo velit afficere ; sed hæc in alia et tempora, et loca sunt dilata.

422. Psal. IX, 5 : *Sedisti super thronum, qui judicas justitiam.*

Digitized by Google

Ἡ δῶρα λαμβάνουσιν ἐγκαλῶν μέγα,
Αὐτὸς δὲ δῶρα λαμβάνειν ἐπείγεται,
Πτωχοὺς ὑπουργοὺς ἀξιοχρέους ἔχων·
(Ὡς εἴ τις εἴποι πιστικοὺς δομεστίκους·)
Ἐξ ὧν ἀπαιτεῖ καὶ προδοῦναι τὴν δίκην.
Σφύζει δι' αὐτούς, μὴ φοβούμενος ψόγον·
Καὶ λαμβάνει θέλημα χρυσίου πλέον·
Ἄρτῳ δὲ μικρῷ τοὺς νόμους βιάζεται·

Ὑφέλκεται δὲ καὶ στεναγμοῖς, εἰ λάβοι.
Ψυχρῷ δὲ πεισθεὶς θέλγεται ποτηρίῳ.
Καὶ λῆμμα θερμοῦ δακρύου πορίζεται·
Καὶ μέχρι λεπτοῦ πολλάκις κατέρχεται,
Ζητῶν ἀφορμὴν εἰς τὸ κλέψαι τὴν δίκην.
Σχίζει δὲ πολλὰς συγγραφὰς ὑπαιτίους,
Τόμους δὲ σαθροῖ μυρίων χειρογράφων,
Τοῖς ἀφεσίμοις δαψιλῶς ὑπογράφει,

judicantes justitiam, improbatque aeriter accipientes munera, ipse tamen ad dona accipienda adducitur, habetque pro ministris satis idoneis pauperes, ut recte quis eos fideles illius domesticos appellet, a quibus expetit, ut vel ipsam justitiam prodant! Gaudet in ipsis, nec vituperari timet. At vero volantatem magis quam aurum accipit, et pro parvo pane vim infert legibus; quin etiam suspiriis trahitur, si velit accipere; et aquæ frigidæ poculo, si ei placuerit demulcetur; nec calidæ lacrymæ munus respuit, et ad res vilissimas plerumque descendit, quærens occasionem, ut se justitiæ subducat. Multas autem scindit condemnationis syngraphas, et mille chirographorum volumina sinit marcescere; quibus autem dimittit, liberaliter subscribit. Hypothecas quamvis justissimas auctoritate sua facit irritas, et

NOTÆ.

423. Cod. 1126, Εἰ δῶρα λαμβάνουσιν, ἐγκαλεῖ μέγα. Deut. xxvii, 25 : *Maledictus, qui accipit munera, ut perculiat animam innocentis.*

424. Opera misericordiæ, et eleemosynam ita commendat, ut videatur nimis exæstuare in sermone, dicens Deum ad dona accipienda induci. Morellius certe mendum in codice exsistere arbitratus est. Sed nullam nos invenimus variantem lectionem; unde ὑπερβολικῶς hic esse locutum Pisidam non dubitamus, sicuti supra, v. 420, cum Deum προσωπολήπτην appellavit. Eleganter autem pauperes Dei ministros, ac veluti quæstores vocat, qui in cœleste ærarium, quidquid eis quis elargitur, comportent, juxta illud Matth. vi, 20 : *Thesaurizate vobis thesaurum in cœlo.* Et Deum dicit dona accipere, quia ipse Dominus testatus est Matth. xxv, 40 : *Amen dico vobis, quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis;* ad quæ verba præclare sanctus Cyprianus, *De oper., et eleemos.* p. 245, exclamat : *Quid potuit nobis majus Christus edicere? quomodo magis potuit justitiæ, ac misericordiæ nostræ opera provocare, quam quod præstari dixit sibi, quidquid egenti præstatur, et pauperi; et se dixit offendi, nisi egenti præstetur, et pauperi?* Vide sanctum Joannem Chrysost., hom. 54, 3.

427. Eleemosynæ vim ut exprimat, et quanto sit in pretio apud Deum demonstret, nimis fortasse exæstuat poeta : verum non inest hic mendum, ut quidam putarunt. Cum enim dicit Deum velle, ut sui ministri, pauperis in ratione tenenda, et causis agendis prævaricentur, et cum reis colludentes eorum excusationes admittant, immensitatem divinæ misericordiæ erga eos qui in pauperes sunt liberales, declarat, ac Dei ipsius absolutam, liberrimamque in suis beneficiis gratuite dispensandis potentiam manifestat : *Cujus enim vult, miseretur. et quem vult indurat.* Rom. ix, 18.

428. Sanctus Petrus Chrysologus, qui de misericordia, jejunio, et eleemosyna tam diserte scripsit, illa verba Matth. xxv, 35 : *Esurivi, et dedistis mihi manducare*, sic recte explanat in serm. 14 : *Non dixit Dominus, Esurivit pauper, et dedistis illi manducare, sed ait :* Esurivi ego, et dedistis manducare mihi. *Sibi datum æstimat, quod accepit; se manducare dicit, quod comedit pauper; quod bibit pauper sibi testatur infusum.*

429. Optime sanctus Gregorius Nazianz. orat. 40 : Οὐδὲν τῷ Θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσι. . . . . ἐνταῦθα ὁ προθυμότερος, πλουσιώτερος· *Nihil apud Deum magnum est, quod non pauper donare possit. . . . . proinde qui promptior, idem quoque ditior.* Sanctus Joannes Chrysost., hom. 27, 3 : Ὁ γὰρ ἀγαθὸς Δεσπότης οὐ τοῖς παρ' ἡμῶν γινομένοις προσέχειν εἴωθεν, ὡς τῇ ἔνδοθεν διανοίᾳ, ἀφ' ἧς ὁρμώμενοι ταῦτα διαπραττόμεθα, καὶ πρὸς ἐκείνην βλέπων ἢ προσίεται τὰ ὑφ' ἡμῶν γινόμενα, ἢ ἀποστρέφεται· *Bonus enim Dominus non consuevit attendere ad ea quæ a nobis fiunt, sed ad internam mentem, a qua ut hæc faciamus impellimur, et ad hanc spectans vel approbat ea, quæ a nobis fiunt, vel aversatur.* Et hom. 55, 4, in Gen. : Τὸ τῆς ἐλεημοσύνης μέγεθος οὐκ ἐν τῷ πλήθει τῶν χρημάτων κρίνεται, ἀλλ' ἐν τῇ προθυμίᾳ τῶν διδόντων. *Eleemosynæ magnitudo non in copia pecuniarum, vel opum sita est, sed ex alacritate dantium judicatur.*

430. Frustum panis ponit pro quavis re levissima, ut Dei benignitatem, et misericordiam quam facile sit demereri demonstret. Hujusmodi sunt etiam, quæ sequuntur; dicit enim Deum ad ignoscendum adduci calice aquæ frigidæ, suspiriis, lacrymis : sed notanda ea sane est conditio, quam adjungit : εἰ λάβοι, *si velit accipere.* Νόμους βιάζεται, *vim infert legibus*, superioris sententiæ in vers. 427 contentæ, est explicatio, et confirmatio.

432. Matth. x, 42 : *Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Sanctus Joannes Chrysost. ad hæc verba, hom. 27, 3 : Μή τι ψυχροῦ ποτηρίου εὐτελέστερον; ἀλλ' ἡ γνώμη τὸν μισθὸν αὐτῷ προεξένησε· *Numquid poculo aquæ frigidæ vilius? Sed animus pius inde mercedem sibi conciliat.* Vide sanctum Augustinum in psal. cxxv, 11, 12, qui multis hanc sententiam exornat : *Magna voluntas multum dedit.*

434. *Μέχρι λεπτοῦ*, ad quamcunque rem vilissimam se deflectet. Sic de vidua, quæ duo talenta tantum intulerat, dixit Jesus. Marc. xii, 43 : *Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit in gazophylacium.*

435. *Κλέψαι τὴν δίκην, justitiam furari*, in eodem sensu dictum, quo supra, vers. 427, *justitiam prodere.*

436. Ut adhuc plenius eleemosynæ vim demonstret, syngraphas, vel cautiones, videlicet peccata, per quæ nos ipsos Deo debitores constituimus, Deum rescindere affirmat. Confer parabolam de villico iniquitatis contra Pharisæorum avaritiam, quem laudavit Dominus, quod prudenter fecisset in cautione debitoribus remittenda. Luc. xvi, 1.

437. Coloss. ii, 14 : *Delens, quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis*, etc.

438. Quibus Deus vult ignoscere, liberaliter condonat. δαψιλῶς ὑπογράφει, non stricto jure rationes reposcit, quod vulgo *syndicari* dicitur.

Digitized by Google

Τὰς ὑποθήκας, καίπερ οὔσας ἐνδίκους,
Γοργῶς ἀκυροῖ, καὶ χαράττει συντόμως,
Αὐτὸς κατ' αὐτὸν, ὡς θέλει, ψηφίζεται·
Νόμους σαλεύει, μὴ φοβούμενος νόμους·
Λύει τὰ δεσμὰ τῶν ὑπευθύνων ὅλων·
Ληστὰς δικαιοῖ, σπένδεται καταχρίτοις·
Πόρναις ὁμιλεῖ, τοῖς τελώναις συμμένει·
Εἰ δὲ προκεῖσθαι ψαλμὸν ἐκ Δαβὶδ μάθοι,

A Εἴωθε ποιεῖν καὶ φονεῖς ἀναιτίους,
Καὶ διαλύσεις τῶν κακῶν ἐγκλημάτων,
Εἰ καὶ παρανόμους, ἐννόμους ὁρίζεται·
Οὐκ ἐκ βαφῆς γὰρ ὁ κριτὴς μελανδόχου,
Ἀλλ' αἱματώσας τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους,
Βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει.
Ὦ τόξα τείνων εἰς τὸ πλῆξαι πολλάκις,
Περικρατῶν δὲ τὴν βολὴν ὑπειργμένην·

statim rescribit; ac prout vult ipse per se solus decernit. Leges infringit, nec timet leges. Eorum omnium, qui peccatis sunt obnoxii, vincula solvit, justificat latrones, pro damnatis offertur, meretrices alloquitur, cum publicanis diversatur, ac si quis, quod in Psalmo Davidis scriptum est, intelligat, B solet etiam homicidas facere insontes, et liberare

ab omni horrendo crimine, atque ex ipsis legum violatoribus facere justos. Non enim ille judex utitur atramento, sed suos cruentans digitos rubro colore, ut imperatorum mos est, subscribit.

Tu sæpe arcum tendis, ut ferias, et jam adactum retines telum; nam jaculum quidem verum in jaciendo fis tardus sagittarius: nec semel illud,

NOTÆ.

443. Præclare sanctus Augustinus, *De peccat. meritis, et remiss.* lib. II, 5, expendens illud Prophetæ, psal. CXLII, 2: *Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, animadvertit: *Tales itaque nos futuros Dominus prævidens, quædam salubria remedia contra reatum, et vincula peccatorum etiam post baptismum dare, ac valere dignatus est, opera scilicet misericordiæ, cum ait:* Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis. Luc. VI, 37.

444. *Ληστὰς δικαιοῖ.* Rom. IV, 5: *Credenti in eum qui justificat impium, reputatur fides ejus ad justitiam.* Quem latet promissio a Domino Jesu latroni facta? *Hodie mecum eris in paradiso?* Luc. XXIII, 43. Σπένδεται καταχρίτοις. Rom. V, 6; *Christus pro impiis mortuus est.* Et I Petr. III, 18: *Christus pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis*, etc. Πόρναις ὁμιλεῖ. Luc. VII, 39: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, attulit alabastrum unguenti... Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Τοῖς τελώναις συμμένει. Luc. XIX, 5: *Zachæe*, qui erat princeps publicanorum, *festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere... et cum viderent, omnes murmurabant, quod ad hominem peccatorem divertisset.*

446. Sensus hujus versus, ut mihi videtur, obscurus est, quem Morellius in sua versione non fecit clariorem: ille enim verbum μάθοι referens ad Deum, et προκεῖσθαι pro *canere* vertens, sententiam elicit duriusculam. Equidem malim pronomen τίς subintelligere verbo μάθοι adjiciendum, et τὸ προκεῖσθαι reddere pro *exponere, jacere*: quasi Pisida dicat, *Si quis textum Davidici psalmi, prout jacet, intelligat, et verum inde sensum exsculpat.* Verum quis est psalmus, in quo David id, quod vult Pisida, significat? Ego sane conjicio esse sexagesimum septimum, qui crucem fixit omnibus tum veteribus, tum recentioribus interpretibus, de quo De-Muisius in Comment. ejusdem psalmi recte pronuntiavit: *In hoc psalmo tot ferme sunt scopuli, tot labyrinthi, quot versus, quot verba.* Itaque Pisida voluit, opinor, indicare omnia quæ in illo psalmo continentur ad misericordiam Dei, et gratiam Salvatoris nostri Jesu Christi esse referenda. Vide commentatores, et præsertim sanctum Augustinum ad versiculum 7 ejusdem psalmi: *(Qui educit vinctos in fortitudine; similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulcris:* non enim licet hic diutius immorari. Vide etiam psal. XV, 4: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Cæterum quod Pisida in tribus sequentibus versiculis regio Psalmistæ attribuit, etiam nunc sancta Ecclesia probat, et docet: singulis enim sacerdotibus eam orationem legendam proponit, cujus est initium. *Deus, qui de indignis dignos facis, et de peccatoribus justos, et de immundis mundos, munda cor meum*, etc. Egregie autem hoc argumentum prosequitur sanctus Prosper in carmine *De ingratis*, quod nuper luci redonavit clarissimus, et de rebus ecclesiasticis optime meritus Petrus Franciscus Fogginius:

Usque adeo donum est, quod credimus, et data gratis
Gratia, non merita ditat mercede vocatos:
Nec justorum operum discernit facta, sed omnes
Sola ex immundis mundos facit, etc. Vers. 421.

448. Cod. 1126, φοβερῶν ἐγκλ.

450. Μελανδόχιον est Græcis *atramentarium*, arcula, in qua atramentum, vel potius rubramentum, et sacrum encaustum asservabatur, quo imperatores Orientis aureas Bullas subscribere solebant. Nota sunt verba in aureis Bullis usitata δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρός, *rubris litteris manu imperatoris exarata.* Vide Nicetam in Manuele Comneno, lib. I et III, 4. C

451. Sanguinis Jesu Christi pretium infinitum, quo id quod perierat redemptum est, poetice designat alludens minio, quo in scribendo utebantur imperatores. Sanctus Gregorius Nazianz. orat. 9: Δακτύλῳ Θεοῦ πάντες γεγράμμεθα, καὶ ἀνοιγήσεται. ἡμῖν βίβλος ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως· *Omnes Dei digito descripti sumus, nobisque in revelationis die liber aperietur.*

452. Cod. 1126, ἐγγράφει.

453. Dei patientiam erga peccatores, ut pœnitentiam agant, et ad ipsum convertantur, per allegoriam a sagittario desumptam, describit, juxta illud psal. VII, 13: *Nisi conversi fueritis, arcum suum tetendit, et paravit illum.* Sanctus Basilius, hom. in eumdem psal.: Ἀπειλητικὸς ὁ λόγος εἰς ἐπιστροφὴν ἐνάγων τοὺς βραδεῖς εἰς μετάνοιαν· οὐκ εὐθὺς ἀπειλεῖ τὰ τραύματα, καὶ τὰς πληγὰς καὶ τοὺς θανάτους· ἀλλὰ στίλβωσιν ὅπλων, καὶ οἱονεὶ παρασκευήν τινα πρὸς τὴν ἄμυναν..... τὸ τόξον αὐτοῦ ἐνέτεινε, καὶ ἡτοίμασεν αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε σκεύη θανάτου· οὐ νευρά τίς ἐστιν ἡ διατείνουσα τὸ τόξον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ κολαστικὴ δύναμις, ποτὲ μὲν ἐντεινομένη, ποτὲ δὲ ἀνιεμένη· τῷ οὖν ἁμαρτάνοντι ἀπειλεῖ ὁ λόγος, ὅτι ἕτοιμα αὐτῷ ἐστι τὰ μέλλοντα εἰς κόλασιν ἀποπέμπεσθαι, ἐὰν ἐπιμένῃ ἐν ἁμαρτίᾳ, κ. τ. λ. *Minax est ille sermo ad conversionem inducens tardos ad pœnitentiam. Non statim minatur vulnera, plagas, mortes; sed armorum vibrationem, velut apparatum quemdam ad ultionem.....* D arcum

454. Cod. 1126, Παραχρατῶν δὲ τὴν βολὴν ἠπειγμένην.

Digitized by Google

Τοῦ γὰρ βέλους μὲν εὐτρεπίζεις τὴν τάσιν,
Ἀργὸς δὲ γίνῃ πρὸς τὸ βάλλειν τοξότης·
Καὶ πολλάκις τὸ τόξον ἐντείνας, πάλιν
Χαλᾷς τὸ κέντρον, καὶ μεθέλκεις τὸν τόνον,
Καὶ τῇ δοκήσει σχηματίζεις τὸν φόβον,
Καὶ τῆς ἀπειλῆς ζωγραφεῖς τὴν εἰκόνα·
Ἕως φοβηθεὶς πρὸς τὸ πλῆκτρον ὁ βλέπων
Κλίνῃ τὰ νῶτα, καὶ προκύψας εἰς γόνυ.
Καὶ τῷ φόβῳ τὸ σῶμα συστείλας ὅλον,
Φύγῃ τὸ τραῦμα τῆς βολῆς κινουμένης·
Εἰ μὲν δοκεῖ γὰρ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπειν,
Ἑτοιμότρωτον γίνεται τῷ τοξότῃ.
Εἰ δ' αὖ μεταστῇ τοῦ κακοῦ μεταιχμίου,
(Μεταίχμιον δὲ τῆς μάχης ἁμαρτία)
Παρατρέπει τὸ πλῆκτρον εἰς τοὐναντίον.
Θέλει γὰρ οὗτος ἀστοχεῖν ὁ τοξότης·
Καὶ πλάττεται μὲν τῷ δοκεῖν τὸν ὀργίλον,
Ἅπας δὲ πλήττει, καὶ παραινεῖ πολλάκις,
Φόβοις, ἀπειλαῖς, ἐντροπαῖς, ἐνυπνίοις·
Στοργῇ κολάζων· δεῖ γὰρ εἶναι τῇ φύσει
Καὶ τὴν ἀπειλὴν τοῦ Θεοῦ σωτηρίαν,
Ὃς πρὸς τὸ σώζειν μηχανᾶται ποικίλα,
Καὶ ψυχοκερδὴς γίνεται πλουτοπράτης,
Καὶ τοῖς λαβεῖν θέλουσιν, οὐρανοπράτης·
Καὶ μαργαρίτας εὐδοκεῖ προτιθέναι,
Οὓς οὐκ ἀπωστράκωσαν Ἰνδικοὶ σάλοι,
Ἀλλ' αἱ πενιχραὶ τοῦ βίου περιστάσεις.
Πτωχοὺς ἔχοντας οὐσίαν κεκρυμμένην·

evenit, ut arcum intendas, ac deinde relaxes spiculum; tensamque chordam remittas, et specie tantum terrorem incutias, minarumque præferas tantummodo imaginem: ut qui paratum videt spiculum, sua terga inclinet exterritus, et procidat in genua, totoque præ metu contracto corpore imminentis ictus vulnus evitet. Si enim contra sagittas adhuc intueri præsumpserit, sagittarii vulneribus statim fiet obnoxius: verum si ab iniquitatis medio discesserit (quippe medium pugnæ est peccatum), alibi convertit jaculum sagittarius. Vult enim ipse a scopo aberrare, et quamvis se specie iratum simulet, vix semel ferit, ac sæpius monet, qua terrens, minitansque, qua pudore nos suffundens, et insomniis exagitans, amore nos puniens. Oportet enim, ut ipsa Dei comminatio sua natura salutarem præstet effectum, cum tot tamque varias ille tentet ad servandos homines vias, et tot divitias dispenset, ut fiat lucrator animarum, et iis, qui volunt accipere, libenter cœlum divendat. Bonum quippe ducit margaritas proponere, non quæ Indicos inter scopulos testis obductæ generantur, sed quæ ex vitæ tristibus calamitatibus conflantur, pauperes scilicet habentes absconditas divitias, parvi ut quidem videtur pretii lapillos, sed tamen durissimos, nitidioresque smaragdis: idem iis omnibus, qui harum rerum cupidi sunt, etiam proponit pupillos, et orphanos, senes, infirmos, et hospites

NOTÆ.

arcum suum tetendit, et in eo paravit vasa mortis. *Non nervus est quispiam, qui arcum tendet Dei, sed puniendi potentia, quæ aliquando intensa est, aliquando vero remissa. Peccanti igitur Scriptura minatur futura supplicia sibi præparata esse, si in peccato permanserit*, etc. Vide nostri Georgii acroasim 1 *De exped. contra Persas*, v. 90.

461. Ad rem sanctus Joannes Chrysostomus, hom. 25, 3, in Gen.: Ἔθος γὰρ αὐτῷ ἀεὶ, ἐπειδὴ κήδεται τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, προλέγειν ἃς μέλλει ἐπάγειν τιμωρίας, διὰ τοῦτο μόνον, ἵνα μὴ ἐπαγάγῃ ὡς εἶγε ἐπαγαγεῖν ἐβούλετο, οὐκ ἂν εἶπεν· ἀλλ' ἐπίτηδες προλέγει, ἵνα ἡμεῖς μαθόντες, καὶ τῷ φόβῳ σωφρονισθέντες μεταβάλωμεν αὐτοῦ τὴν ἀγανάκτησιν, καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτοῦ ἀκύρους καταστήσωμεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως αὐτὸν εὐφραίνει, ὡς ἡ ἐπιστροφὴ ἡ ἡμετέρα, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς κακίας ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἐπάνοδος· *Semper enim mos ejus est, quoniam nostræ salutis curam agit, prædicere quas pœnas sit illaturus, ob hanc tantum causam, ne inferat, quas si inferre vellet, neutiquam diceret: sed studiose prædicit, ut cum nos didicerimus, timore emendatiores facti, avertamus ipsius indignationem, et sententias irritas faciamus. Nihil enim est, quod ita illum exhilaret, ut conversio nostra, et a peccato ad virtutem regressio.*

466. Cod. 1126 habet Ἑτοιμότρωτος, *statim vulnerandus*, ex ἕτοιμος, *promptus*, et τρωτός, *vulnerabilis*.

468. Μεταίχμιον τῆς μάχης, pleonasmus est; nam μεταίχμιον, quod est a μετά, et αἰχμῆς, idem prorsus significat ac μεταίχμιον τῆς μάχης: videlicet *interstitium*, vel *spatium* inter duas acies dimicantes positum. Siquidem peccatum est, quod hominem a Deo disjungit. Sanctus Augustinus, *De peccat. merit. et remiss.*, lib. I, 25: *Peccata enim sola separant inter homines, et Deum, quæ solvuntur Christi gratia, per quem mediatorem reconciliamur, cum justificat impium.*

475. Sic sanctus Gregorius Nazianzen., orat. 42, Adamum ex pœna ad pœnitentiam revocatum animadvertens concludit: Καὶ γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία· οὕτω γὰρ πείθομαι καλάζειν Θεόν· *Ita pœna ipsa cessit in misericordiam: sic enim Deum inferre supplicia censeo.*

477. Ψυχοκερδής, *lucrator animarum*, ex ψυχή, et κέρδος· πλουτοπράτης, *divitiarum venditor*, ex πλοῦτος, et πράτης, *venditor*. Sic in versu sequenti οὐρανοπράτης, *cœli venditor*, ex οὐρανός, et πράτης. Voces ingeniose a Pisida confictæ.

479. Hactenus quantum eleemosyna, et pœnitentia valeant ad divinam justitiam demulcendam demonstravit Pisida: nunc quid possint afflictiones, et calamitates ad misericordiam Dei consequendam ostendit. Paupertas, tribulationes, martyria et quæcunque adversa Christianis viris eveniunt, gemmas, et veras divitias appellat, quas Deus nobis exhibet, ut cœleste regnum comparare possimus. Plenæ sunt Scripturæ, pleni SS. Patrum libri disertissimis in hanc rem testimoniis: *Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Hebr. XII, 6. Versiculos asterisco notatos supplevimus ex cod. 1126.

481. Margaritæ in sensu mystico sunt sancta religionis mysteria. Pisida tamen videtur pro margaritis intellexisse tribulationes, quibus nos Deus corripit, et probat, juxta illud Salomonis, Prov. XXV, 2: *Inauris aurea, et margarita fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedientem.* Igitur margaritæ a Deo nobis propositæ sunt calamitates, quibus subjici videntur pauperes, pupilli, et orphani, senes, infirmi, hospites, sacerdotes et martyres, de quibus omnibus plura apud Patres. De margaritis, sma-

Digitized by Google

Τιμῆς πενιχρᾶς· πλὴν ἀποκρότου ὄλους·
Ὑπὲρ δὲ τὸν σμάραγδον ἐστιλβωμένους·
Προὔθηκε τοῖς θέλουσιν ὀρφανὰ βρέφη,
Γέροντας ἄλλους, καὶ νοσοῦντας, καὶ ξένους,
Καὶ πορφύραν, καὶ βύσσον ἐστολισμένους
Εἰς ἀγγέλους δὲ προξενοῦντας ἀξίας.
Φρυκτοὺς δέ σοι δείκνυσιν ἀνθρακας λάλους.
Εἴπερ λαλοῦσιν ὄντες ἠνθρακωμένοι·
Στικτοὺς, ἐρυθρούς, ὡς τὸ πῦρ ἐξημμένους,
Τὸ φῶς ὑπαυγάζοντας ἐκ τῶν τραυμάτων·
Τιμῆς βραχείας, τοὺς ὑπερτίμους λίθους,
Ὅλους ἑτοίμους εἰς προθήκην στεμμάτων.
Ὢν αἱ τακεῖσαι τῶν μελῶν ἀναβράσεις

A Στίλβουσι μᾶλλον, ἢ τὸ πῦρ ἐξ ἀνθράκων,
Εἰς βασιλείαν τῶν ἀειζώων θρόνων,
Τῶν μήτε θνητῶν ἐκκοπὴν δεδοικότων,
Μήτε θρασὺν τύραννον ἐπτοημένων.
Ὦ τῆς σοφῆς μάστιγος· ὦ πλούτου βάθος·
Ὡ χρηστότης ἄπληστος· ἐξ ἑνὸς φόβου,
Τοὺς μὲν καθαίρει, καὶ πρὸ καιροῦ τῆς δίκης
Καθαρτικὸν πῦρ ἐμβαλοῦσα, τὴν νόσον·
Ἡμᾶς δὲ νύττει συμφορᾷ διδασκάλῳ,
Καὶ μισθὸν ἡμῖν ἐκ νόσου τεχνάζεται
Καὶ τὴν δοκοῦσαν τοῦ βίου τιμωρίαν,
Κοινὴν ἀφορμὴν ἐκτελεῖ σωτηρίας.
Ὦ γῆς ὑποστήριγμα τορνεύων ὕδωρ,

necnon eos, qui purpurea, et byssina stola induti ad angelorum dignitatem cæteros adducunt. Atque illic tibi ostendit ignitos, loquacesque carbunculos (vere enim loquuntur, cum sunt accensi) interdistinctos punctis, rubentes, et æque ac ignis ardentes, lucemque emittentes ex vulneribus; parvi quidem, ut videtur, pretii lapillos, et tamen inæstimabiles, qui omnes ornandis coronis sunt destinati, quique ex liquatis, et adustis artubus, in conspectu regni semper viventium thronorum plus nitent, quam ignis ex carbonibus : eo quod sibi exscindi, amputarique mortalia non timuerint, et tyranni audaciam non expalluerint.

B O sapiens flagellum! o divitiarum abyssus! o bonitas inexhausta! quæ solo timore hujusmodi fortes viros emundat, ante ipsum tempus judicii morbum in illos, quasi expiantem ignem immittens; nos vero calamitate magistra percutiens excitat, et ex infirmitate mercedem nobis adornat; atque ita præstat, ut quæ videtur esse pœna vitæ, fiat communis salutis occasio!

Tu aquam ad terræ sustentaculum circum tornasti; terram enim, quamvis sit gravis, supra hanc instabilem basim fundasti, vel aerem ipsi pro fundamine circumaffudisti. Equidem nescio quam aliam ei statueris basim, quodve aliud fundamen-

NOTÆ.

ragdis, carbunculis, etc., vide infra vers. 1655.

487. Non est dubium Pisidam respexisse ad illud xxxi, 22 : *Byssus, et purpura indumentum ejus*, quod de muliere forti dictum est. Verum poeta aperte hic sacerdotes, non matronas designat. Levitæ enim primitus purpura, et bysso ante arcam induti procedebant. Sacerdotum autem verum munus est, ut sacris operantes quam propius ad angelorum dignitatem accedant, cæterosque Christianos ad eumdem sublimitatis gradum adducant. Vide sanctum Joan. Chrys., *De sacerd.* lib. III, in princ. Adde, quod cum ἐστολισμένους, *stola indutos* dicat, sacerdotalem stolam manifeste designat. Vide Vincentii Riccardi Notas ad orat. 6 sancti Procli pag. 236. At Jos. Binghamus, *Antiq. eccles.*, lib. XI, c. 11, pluribus verbis probat angelos Ecclesiæ antiquitus dictos fuisse episcopos, cui non repugnabo. Ἀγγέλους autem pro ἀγγελικούς, substantivum pro adjectivo, posuit Pisida, quod etiam alibi. Quæ, et quam variæ sint mysticæ byssi, et purpuræ significationes, vide, si tanti res est, apud sanctæ Scripturæ commentatores.

489. Martyres flammis combustos carbunculis comparat, et ἀνθρακας λάλους, *facundos carbunculos* vocat, ut eorum invictam in fide Christi assertionem constantiam demonstret. Ludit in voce ἄνθραξ, quæ *carbonem*, *carbunculum* gemmam, et *carbunculum* ulcus significat. De hac gemma videndus Theophrastus, *De lapid.* Principem ei locum inter gemmas tribuit Plinius, lib. XXXVII, 7 : *Principatum habent carbunculi a similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam apyroti vocati.* In ora editionis Morellianæ, et in cod. Par. 1129, hic legitur, Περὶ ἱερᾶς νόσου, *De morbo sacro*, vel *comitiali*. Editores Bibliothecæ Parum id animadvertentes sic ex Pisida adnotarunt in margine : *Græcam inscriptionem* de morbo sacro *non capio; malim de certaminibus, et præmiis martyrum.* Si divinare liceat, putarem unum, vel duos

C versiculos hic excidisse, in quibus aliud genus Dominum angustiis oppressos describeret, videlicet obæratos, a quibus feneratores ex menstrua ratione usuram repetebant; adeo ut pro centum denariis singulis mensibus unus, ac toto anno duodecim denarii eis penderentur : quod genus usuræ *centesimas* vocarunt veteres. Suspicionem movit locus Basilii in *Homil. ad psal.* XIV : Ἐσχατοστολόγοι, : αἱ δεκατηλόγοι τινὲς, φρικτὰ καὶ ἀκουσθῆναι ὀνόματα· μηνιαῖοι ἀπαιτηταὶ, ὥσπερ οἱ τὰς ἐπιληψίας ποιοῦντες δαίμονες, κατὰ τὰς περιόδους τῆς σελήνης ἐπιτιθέμενοι τοῖς πτωχοῖς· *Quidam sunt centesimatores, et decimatores, nomina, vel auditu horrenda. Menstrui illi repetitores, velut hi dæmones, qui comitialis morbi auctores sunt, ad lunæ periodos in pauperes invadunt.*

493. Cod. 1126, pro λίθους, πόρους, et in versu sequenti προθύμους.

499. Idem cod. θράσος. Quis hic non recordabitur Horatii dicentis, lib. III, od. 3 :

D *Justum, et tenacem propositi virum*
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, etc.

Recte sanctus Augustinus, lib. X *De civit. Dei : Hos*, inquit, videlicet martyres, *multo eloquentius, si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur*, nostros heroas *vocaremus*.

500. Longam digressionem circa divinam misericordiam videtur claudere Jacobi testimonio, I, 12 : *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Vide sancti Basilii *Hom. in famem, et siccit.* V, et *in psal.* XXXIII.

506. Vide supra vers. 475.

508. Redit ad narrationem operum Dei. Terræ fundamentum esse dicit vel aquam, vel aerem : aut ipsam potius undique veluti catena appensam consistere. Scripturæ sanctæ litteræ de more nimis fortasse, quam par erat, inhærens illud psalmi XXIII,

Digitized by Google

Ἰστῶν δὲ τὴν βριθουσαν ἀστάτῳ βάσει·
Ἡ βάθρον αὐτῇ προσχέων τὸν ἀέρα·
Οὐκ οἶδα ποίαν ἐδράζων ἄλλην βάσιν,
Ποῖον δὲ ταύτῃ δημιουργῶν πυθμένα,
Ὃς μὴ δεηθῇ τοῦ μετ' αὐτὸν πυθμένος.
Σειραῖς δὲ μᾶλλον ἠγνωμένεσι ὅλοις,
Ποιῶν κρεμαστὴν τὴν πάνορμον ἀλκάδα·
Ἡ γῆ γὰρ ὁλκάς ἐστιν εἰς ὕδωρ τάχα,
Ἑστῶσα, καὶ φέρουσα τὴν οἰκουμένην.
Ψάμμον δὲ τεῖχος τῇ θαλάσσῃ συλλέγων,
Καὶ λεπτὸν ἀντίφραγμα τῇ ζάλῃ πλέκων·
Κτίζων δὲ βροντὴν, ἀστραπὴν δὲ θεσπίσας,
Ἐκ τῶν ἐνύγρων ἐκτρέχειν πυρεκβόλων·
Ὦ τὰς ἀνεμώδεις οὐσίας θησαυρίσας,
Ἐκ τῶν ἀδήλων, ὡς ἐπίστασαι, πόρων·
Αὖθις δὲ ταύτας ἐκχέων ἐν Ἐξόδῳ,
Ὅταν χαρίζῃ τὰς πνοὰς τοῖς οἰκέταις.
Ὦ τοῦ κεραυνοῦ τὴν ὁδὸν περιτρέπων,
Ἀναστρέφων δὲ τὴν ἄνω φορὰν κάτω,
Χέων δὲ τὴν ὄβυσσον ἐκ βάθους ἄνω,
Ὅταν προβάλλῃ μετὰ ἀναγκαίους φόβους,
Καὶ τῷ φόβῳ δρᾷς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας.
Ὦ πῦρ φλογίζον τῇ χαλάζῃ συμπλέκων,
Ὅταν ξενουργοῖς συμφορὰς Αἰγυπτίοις·
Καὶ μήτε πυρσοῖς ἐξατμίζων τὴν δρόσον,
Μηδ' αὖγε τεφρῶν τῇ χαλάζῃ τὴν φλόγα·
Ἀλλ' ὡς βραβευτὴς, καὶ συνάπτων τὴν πάλην,
Καὶ πνεῦμα πέμπων, καὶ μεσάζων τὴν μάχην,

tum ipsi affinxeris, ut alio non indigeat præter hoc ipsum fundamento; nisi potius ignotis catenis circumundique appensam late portuosam navim ipsam esse volueris. Terra enim fortasse navis est innatans aquis, quæ quidem stet, et dorso gestet orbem universum.

Tu arenam instar muri congregas in mari, atque hujusmodi leve sepimentum contra procellas opponis. Tu creas tonitru, tu fulgetræ das leges, ut ex ignivomis vaporibus erumpens excurrat. Tu ventorum essentias ex occultis nobis meatibus, quos ipse bene nosti, in unum thesaurum congregas, ac postea, ut est in Exodo, effundis ipsas, cum

tuis vis famulis ventorum gratiam elargiri. Tu per incertum iter circumagis fulmen; tu quæ sursum efferuntur, deprimis deorsum, et ea quæ sunt deorsum, attenuata sursum attollis, quando terrores injicis ad salutem necessarios, et facis, ut metu exscindatur peccatum. Tu ignem ardentem commisces grandini; quando novas calamitates vis parere Ægyptiis: nec tamen igne humiditatem absumi, aut grandine, flammam exstingui permittis; sed tanquam arbiter et moderator certaminis, et signum das tuba, et certamen dirimis. Tu nubium turres, et propugnacula, ut vis, in altum suspendis, et infra sub-

NOTÆ.

2, expressit : *Quia ipse super maria fundavit eam*, etc. Et psal. cxxxv, 6 : *Qui firmavit terras super aquas.* Sic Eustathius Antioch. in princ. Hexaem., et sanctus Joan. Chrysost. hom. 12 in Genes. Davidis textum interpretantur. Sanctus Basilius autem homil. 1 in Hexaem. hoc modo : Τί δηλοῖ ἢ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν; *Quid aliud significat, quam aquæ naturam undique terræ esse circumfusam?* Quod Pisidæ concordat dicenti τορνεύων ὕδωρ. Sic Patres ex ipso Davide, a quo illud didicerant psal. cm : *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi*; hujus esset terræ stabilitas, explicare conabantur : non enim nisi inviti, id quod gentium philosophis placebat, asserebant, videlicet terram veluti pensilem æquilibrio consistere. Plato in *Phæd.* p. 109, cum dixisset terram esse æquilibrem, hanc rationem assignavit : Ἰσόρροπον γὰρ πρᾶγμα, ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν οὐχ' ἕξει μᾶλλον οὐδ' ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι· ὁμοίως δ' ἔχον, ἀκλινὲς μένει. *Res enim æquilibris in similis cujusdam æquique medio constituta, non poterit aut magis, aut minus aliorsum declinare quod eodem modo se habet, in neutram inclinat partem, sed constanter permanet.* Hisce similia leguntur in Aristot. lib. II, 14, *De cœlo.* Recte igitur sanctus Basilius loco cit. objectionem sibi proponit, ac diluit dicens : *Quomodo igitur aqua, quamvis sit fluida, et in declive suapte natura feratur, manet suspensa, et nusquam defluit? Tu vero non consideras, quod terra per se suspensa, eumdem aut etiam majorem pariat rationi hæsitandi locum, quandoquidem natura gravior est.*

518. Non illepide terram, vel ab aqua, vel ab aere, ut putat, sustentatam, navim appellat. Sanctus Joan. Chrysost. hom. 12, 2, in Genes.: Ταύτην αὐτὴν τὴν βαρεῖαν, καὶ τὸν τοιοῦτον κόσμον ἐπὶ τῶν οἰκείων νώτων φέρουσαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐθεμελίωσε. *Hanc ipsam tam gravem, et tantum mundum supra dorsum suum ferentem, super aquas fundavit.*

518. Sanctus Gregorius Nazianz., orat. 34 : Πῶς ψάμμος ὄριον αὐτῇ τηλικούτῳ στοιχείῳ; *Qui fit ut tantum elementum arenam pro termino habeat?* Et sanctus Basilius, hom. 4, 3, in Hexaem. : Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων τῇ ψάμμῳ ἡ ταῖς βίαις ἀφόρητος χαλινοῦται. *Mare, cujus violentia ferri non potest, re omnium invalidissima, arena scilicet, refrenatum.* Ex antiquis philosophis fuere, qui terram aeri, vel aquæ insidere dicerent. Vide Plutarchum, *De plac. philos.*, lib. III, cap. 15.

521. Vide supra vers. 379.

524. Ventum, quo flante mare Rubrum in duas partes est divisum, aperte designat, Exod. XIV, 21 : *Cumque extendisset Moses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, et urente tota nocte.*

527. Cod. 1126, ἀντιστρέφων.

528. *Τὴν ἀνω φορὰν, siccas exhalationes, τὴν ὄβυσσον ἐκ βάθους, exhalationes humidas*; ex utrisque enim una simul commistis fit fulmen, si Aristotelem audis *Meteorolog.*, lib. II, 9.

530. Horat., lib. III, od. 5 :

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare, etc.

Nil frequentius, quam ut impii fulminis fragore terreantur. Testis impurissimus ille imperator Caligula, qui *cum deos*, ut Suetonius ait cap. 51, *tantopere contemneret, ad minima tonitrua, et fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero majora proripere se e strato, sub lectumque condere solebat.*

532. Septima plaga, qua Deus percussit Ægyptios : Exod. IX, 23 : *Dominus dedit tonitrua, et grandinem, et discurrentia fulgura super terram . . . et grando, et ignis mista pariter ferebantur.* Et psal. CIV, 32.

554. Cod. 1126. τῇ θαλάσσῃ, *Fulmina*, et *Grandinem*, ignem scilicet, et aquam, inter se contrarias naturas, duobus athletis comparat, quos ad certamen Deus, ut vult, tubæ signo committit, et decertantes separat. De Brabeuta, qui erat judex, et præfectus certaminum, videsis Car. Paschalium *De coronis*, lib. VI, 11, 12.

Digitized by Google

Ὦ τὰς ἐπάλξεις τῶν νεφῶν, καὶ τοὺς λόφους
Κρεμῶν ἐν ὕψει, καὶ μεθέλκων ἐν βάθει·
Καὶ πῇ μὲν ἕλκεις, εἰ θέλεις, μετάρσιον
Ὕδωρ ἀνέλκων, πῇ δὲ διψῶσαν πάλιν
Τὴν γῆν ποτίζων, καὶ δροσίζων εὐθέτως
Τὴν ξηρότητα ταῖς ἐνύγροις ἰκμάσι·
Μήπως ὑποκλάσασα τῇ ξηρᾷ ζέσει
Στεῖρα προέλθῃ πρὸς γονὴν τῶν σπερμάτων.
Ὦ τὰς ῥεούσας, ὡς κελεύεις, ἐκχύσεις,
Ποιῶν ὁμοίας τοῖς ἀποσκλήροις λίθοις,
Ἃς οὔτε χειμὼν, οὔτε καύματος ζέσις,
Εἴργει τυποῦσθαι πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον·
Πῇ μὲν γὰρ αὐτὰς, οἷα πετραίους πάγους,
Χειμὼν ἀπεσκλήρυνε, πῇ δὲ καὶ θέρος
Στερρούς ἀφῆκε τῆς χαλάζης τοὺς λίθους.
Τίς τὰς ἀφορμὰς τῶν ἀπορρήτων λόγων,
Ταύτης ἀπηκρίβωσε τῆς λιθουργίας;

Ποῖον Ὀρασυνθὲν τοῦ Σταγειρίτου στόμα
Τοὺς τῆς χαλάζης ἐξερεύγεται λόγους,
Ὡς ἥλιος μὲν ὑγρὸν ἁρπάσας πάχος,
Καὶ πρὸς τὰ κοῖλα τῶν νεφῶν ὀρύγματα
Τὴν ψύξιν ἐνθεὶς, καὶ περιστείλας ὅλην
Τῆς ψυχρότητος ἐν βάθει τὴν ἰκμάδα
Λιθοῖ τὸ χαῦνον, καὶ παχύνει τὴν φύσιν;
Κἀντεῦθεν ἡ χάλαζα μαρμαρουμένη
Λύσις κυλίνδρων γίνεται λιθοδρόμων.
Ὁ δ' αὖγε χειμὼν ψυχρότητος ἐκτάσει,
Νάρκωσιν ἐνθεὶς τῆς ῥοῆς τῇ συστάσει,
Χεῖσθαι μὲν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ χαυνουμένην,
Σφίγγων δὲ καὶ σπῶν δεικνύει πεπηγμένην·
Ὦ συλλογισμῶν εὐόλισθα κύματα!
Καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἀθυρμάτων,
Τὰ λεπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην!
Ὦ πομφόλυξ σφύζουσα καὶ φυσωμένη,

mittis; et nunc, si tibi placet, aquam attrahis sursum, nunc vero sitientem terram irrigas, et opportune, quasi rore immisso temperas humoribus siccitatem, ne æstu consumpta sterilis tandem seminibus evadat.

Tu defluentium imbrium effusiones, si jusseris, duris lapidibus similes facis: cum nec hiems, nec æstatis fervor queat cohibere, ne ad tuæ voluntatis nutum efformentur: modo enim imbres ipsos, ut lapideos globos indurat hiems, modo vero etiam æstas rigentis grandinis saxa jaculatur. Quis unquam lapidarium hoc opus tam bene perpendit, ut arcanæ doctrinæ sensum sit assecutus? Quam confidenter Stagirita suum os adaperit, et de grandine sermones eructat? Ait enim, solem humidis attractis moleculis, et in cavis nubium recessibus injecto frigore, tanta intus inclusum vaporem frigiditate comprimere, ut quod natura est fluxum, lapidescat, et fiat durum, tum vero grandinem marmoream factam in lapideos per aerem excurrentes cylindros diffundi: ac postea hiemem sui frigoris intensione torporem quemdam concretæ grandini, dum ea labitur, immittere, nec sinere, ut diffluat, ac dissolvatur; quinimo tam arcte constringere, atque hinc inde trahere, ut compacta videatur. O vagos syllogismorum fluctus! et debile ædificium ludentium puerorum, qui leves paleas ad casas ædificandas colligunt! O bulla levis, et flatu distenta, tumidos

NOTÆ.

537. Consulendus Aristoteles lib. I, cap. 3 et 9 *Meteorolog.*, ubi omnem de meteoris doctrinam ita explanat, ut ex uno principio ea omnia, quæ in aere fiunt, oriri, et parva affectionum immutatione varium nomen sortiri demonstrare contendat.

546. Ἀπόσκληρ· ab ἀποσκληρόω, *durus*, saxa, et lapides grandinem vocat. Eodem plane modo Livius, et Plinius tradiderunt sæpius pluisse lapidibus. Sic etiam in sacra Scriptura legimus Ezech. XXXVIII, 22: *Et judicabo eum peste, et sanguine, .. et immensis lapidibus.*

547. Cod. 1126. χρόνος pro ζέσις.

551. Idem cod. στερρὰς τὰς λίθους.

554. Aristotelis sententiam circa grandinis generationem exagitat, quæ sane ridicula videtur. Ille enim lib. I, cap. 12 *Meteorol.* per antiperistasin id fieri affirmat, eo quod frigus ab externo calore quodammodo expulsum in nubium recessu se recipiat, atque ita aquam conglaciet, et induret: Ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον ἀντιπεριστῇ ἐντὸς τὸ ψυχρὸν ὑπὸ τοῦ ἔξω θερμοῦ ὕδωρ ποιῆσαν ἔπηξε, καὶ γίνεται χάλαζα. *Cum autem frigus adhuc magis in profundum coactum fuerit ab exteriore calore, quam fecerit aquam conglaciat magis, emergitque grando.*

558. Cod. 1126 περικλείσας.

563. Κυλίνδρων λιθοδρόμων, grandinis naturam, et formam apte designat: cylindrica enim, et teres, ut plurimum, est ejus figura, et lapidis instar dura, et rigens in terram protruditur.

567. Ethnicorum sapientiam deridet, cujus levitatem, et inconstantiam marinis undis comparat, quod humanæ rationi tantummodo innitatur. Sic Patres passim, perinde ac Pisida, philosophorum ac sophistarum scientiam contemnunt, quod plena esset inanitatis, et magnam haberet puerilium vocularum copiam sine aliquo fructu audientium animos demulcentem. Proinde noster poeta Aristotelicos syllogismos εὐόλισθα κύματα *vagos fluctus*, et παιδικὰ ἀθύρματα *pueriles lusus* vocat.

569. Cod. 2126. εἰς σκέπην.

570. *Πομφόλυξ σφύζουσα, bulla vana.* Est enim bulla tumor ille vanus, qui imbre decidente in aquis statim enascitur, ac simul evanescit: unde proverbium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος *homo bulla*. Pisida videtur sanctum Gregorium Nyssenum imitatus, qui *orat. 6 Contra Eunom.* eamdem rem sic exposuerat: Οἷόν τι περὶ τὰς πομφόλυγας συμβαίνειν εἰωθεν· ὅταν πρός τινα σύστασιν ὑδάτων ἄνωθεν αἱ σταγόνες φερόμεναι τὰς ἀφρώδεις ἐπαναστάσεις ἐργάζωνται, αἵ ὁμοῦ τε συνέστησαν, καὶ παραχρῆμα διέπεσον, μηδὲν τῆς ἰδίας συστάσεως τοῖς ὕδασιν ἴχνος ὑπολειπόμεναι· τοιαῦται τῶν τοῦ λογογράφου νοημάτων αἱ φυσαλίδες, ὁμοῦ τῷ προβλῆθῆναι δίχα τῶν ἀπτομένων κατασβεννύμεναι ... καθάπερ τις ἀφρώδης ὄγκος κατὰ ῥοῦν ἀπαγόμενος ἐνσείσας τινὶ τῶν στερεωτέρων διέπεσεν, οὕτω κατὰ τὸ αὐτόματον ὁ λόγος φερόμενος, καὶ ἀπροόπτως τῇ ἀληθείᾳ προσενεχθείς, τὴν ἀνυπόστατον ταύτην καὶ πομφολυγώδη τοῦ ψεύδους σύστασιν εἰς τὸ μὴ ὂν διεσκέδασεν· *Quale quid circa bullas solet contingere, cum in aliquam aquarum congeriem desuper stillantes guttæ decidunt, spumosas eruptiones efficiunt, quæ simul, atque extumuerint, repente dilapsæ cadunt, nullum propriæ consistentiæ in aquis vestigium subinde relinquentes: tales hujus scriptitatoris notionum ampullæ, quæ simul atque projectæ fuerint, nullis tangentibus exstinguuntur.... velut quidam spumo-*

Digitized by Google

Καὶ πνευματοῦσα μετὰ ἐνογκώδεις λόγους,
Ἦν ὡς ἄβαθρον καὶ διάῤῥυτον κτίσιν,
Φεκὰς συνιστᾷ, καὶ σταγὼν ἀνατρέπει.
Εἰ συστρέφει γὰρ τοὺς πάγους ἡ ψυχρότης,
Καὶ ταῦτα ποιεῖ τοῦ θέρους ἡ θερμότης·
Πόθεν συνῆλθον εἰς συνέργειαν μίαν,
Ἐναντίως ἔχοντες ἐργάται δύο;
Ποῖαι δὲ χῶναι, καὶ χύλιστραι, καὶ στρόφοι;
Τὴν ψύξιν ἐσφαίρωσαν εἰς ῥυτὴν λίθον;
Πόθεν δὲ καὶ φλὸξ τῇ βροχῇ μεμιγμένη,
Καὶ ταῖς φλέχθροις συστροφαῖς εἱλουμένη,
Ἄλωσιν οὐ πέπονθεν ἀλληλοφθόρον;
Εἰ δ' αὖθις ἡ νοῦν ὀξυκίνητον στρέφων,
Ἢ πνεῦμα λεπτὸν εἰς ἀνάπτυξιν λόγου,
Εἰπεῖν τι πιστὸν τῶν ἀποκρύφων μάθοι,
Καὶ τοῦτο τῆς σῆς, δέσποτα, προμηθείας·

Ὡς μὴ τὸ μῆκος, ἢ τὸ κάλλος τοῦ πλάτους
Μόνον σκοπήσας ἐκπλαγῇ τῶν κτισμάτων·
Ἀλλ' ὥστε μᾶλλον τῇ νοήσει τοῦ βάθους
Πρὸς ὕψος ἀρθεὶς, γνωστικῶς σε θαυμάσῃ.
Ἀλλ' εἰπὲ λοιπὸν τῷ Σταγειρίτῃ, Πλάτων,
Καὶ τὸν μαθητὴν πεῖσον, εἰ πείσεις λέγων,
Ἐκ τῶν ἄνω κάτελθε, καὶ λάλει κάτω.
Μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει,
Ὥσπερ νεοττὸς αἰετοῦ, καὶ μὴ θέλων,
Αὔθις κατέλθῃς, μὴ φέρων τὸν ἥλιον.
Ἀλλ' ὦ παρ' ἡμῖν ἐμφανῶς κεκρυμμένε,
Καὶ φῶς μὲν οἰκῶν, τοῖς δὲ τὴν σὴν οὐσίαν
Ζητοῦσι, πολλὴν ἀντιπέμπων ἔσπέραν,
Ὡς συγκαλύπτων οὐ μόνον τὴν σὴν φύσιν,
Ἐν συστολῇ δὲ δεικνύων καὶ τὴν κτίσιν·
Ὅπως ἐάν τις ἐξερευνῆσαι λόγῳ

sermones, et ampullas projiciens, quæ tamen, cum res sit infirma, et fluxa, sicuti stilla conflatur, gutta etiam destruitur! Si enim frigoris vis concretiones grandinis astringit, atque contorquet, idemque præstat æstivus calor, quinam fit, ut in unum opus concurrant sibi ex adverso oppositi artifices duo? Quæ autem sunt fusoriæ, quæ ad liquandum aptæ machinæ, aut qui torni frigidam materiam in sphæræ formam rotundant, atque in fusiles lapides convertunt? Unde fit, ut flamma humido immista, et contrariis inter se viribus contorta excidium non patiatur, cum hæc duo invicem se destruant? At vero si forte ille Stagirita acri suæ mentis acie, subtilique ingenio ad explicandos rerum sensus converso quid rectum, ac fidei consentaneum dicere de arcanis addidicit, hoc ipsum,

Domine, tuæ providentiæ est opus; ne ea, qua mundus constat, longitudinis, et latitudinis admirabili forma perspecta, stupore perculsus in creaturis defigeretur, sed potius ex infirmarum rerum cognitione ad superiores evectus teipsum nosceret, atque admiraretur. Cæterum, quæ deinde sequuntur, Stagyritæ tu dixeris Plato tuumque discipulum, si queas suadere, suadeas, illud clamans: *Descende de cœlo, et terrena loquere:* ne nimia audacia in aerem elatus, ut aquilæ pullus, vel nolens cogaris rursus descendere, non valens solis radios sustinere.

Sed, quam mirabiliter, Deus, hic pates, et es absconditus! Tu lucem inhabitas, et iis, qui tuam essentiam inquirunt, multam noctem offundis, utpote qui non solum tuam naturam contegas, sed in

NOTÆ.

sus tumor per fluxum qui obducitur alicui corpori duriori illius dilabitur: sic incassum et temere dum fertur oratio, et ex improviso in veritatem allapsa, hanc instabilem, et ampullarem mendacii constitutionem in nihilum dissiparit.

571. Cod. 1126, ἐν ὀγκώσει, et deinde ἄβατον.

575. Jejune quidem Aristoteles in *loc. cit.* explicavit, cur æstate, et hieme decidant grandines. Pisida ei recte opponit, diversarum causarum eumdem non posse esse effectum.

576. Cod. 1126. εἰς ἐνέργειαν.

578. *Χῶναι, infundibula*, in quibus metalla liquefiunt; χυλίστραι a χυλίζω *succum exprimo* idem videtur significare, *machinæ fusoriæ*: στρόφοι, ni fallor, sunt *torni*, quibus glaciem rotundari fingit Pisida.

579. Cod. 1125, εἰς ῥύσιν λίθων.

585. *Τὶ πιστὸν τῶν ἀποκρύφων.* Si quid a fide, et ab arcana Christianorum doctrina non alienum dixit Aristoteles, Dei providentia id factum est, ut Deum esse cognosceret.

586. Cod. 1126, προμηθίας.

587. Iterum terram longam, et latam statuit Vide supra vers. 86 et 89.

591. Decantatissimum est illud Socraticum effatum τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, necnon alterum, cujus meminit Aristoteles, lib. II, 40 *Rhetor*, Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν, quibus Plato edoctus res physicas, ac præsertim cœlestes minus curiose sibi investigandas esse censuit. Contra vero Aristoteles ejus discipulus Socratem, et magistrum Platonem non magni fecisse videtur, eo quod res physicas neglexerint, quod ex variis locis colligitur. Vid. *Metaphys.* lib. I, cap. 6.

593. Platonem secundum Socratis præceptum inducit Aristotelem monentem, ne se nimis extollat in rebus cœlestibus perscrutandis: verendum enim, ne in altum elatus deficiat ac decidat.

595. *Αἰετοῦ.* Aristoteles lib. VI, 6 et IX, 32. aquilam haliætum pullos suos expellere, non autem contra solem ipsos exponere affirmat: at Plinius lib. X, 3 Pisidæ consentiens est: *Haliætus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversus solis radios intueri, et si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum, atque degenerem.* Ælianus *De nat. anim.* lib. II, 56 eadem omnino refert.

597. Quæ sequuntur cum Areopagiticis scriptis consonant. Legesis pseudo-Dionysii caput 1 et 7 *de div. nomin.*, ubi fuse agitur, quomodo Deus, qui omnem intelligentiam excedit, ac est absconditus, attamen intelligatur.

600. Sanctus Maximus in Scholiis ad cap. 15 *De cæl. hier.* Ἄγνωστός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ διὰ ποικιλίαν συλλογισμῶν ἀγνουμένην ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ ἐνιαίαν τινὰ πρὸς τὰ καθ' ἡμᾶς ἓν καὶ καθάπερ ἀκατάληπτον ἀγνωσίαν· *Deus ignotus est, non propter argumentorum nobis ignotam varietatem, sed secundum unam quamdam in nobis simpliciter, et absolute incomprehensibilem ignorationem.*

601. Quam bene mentis humanæ infirmitatem ad res divinas explorandas ex nostra circa res ipsas

Digitized by Google

Τὴν σὴν ἀνεξεύρητον οὐσίαν θέλῃ,
Πρῶτον λάβοι κάλυμμα τὴν στυγνὴν κτίσιν,
Καὶ τὴν ὁμίχλην ἐκπλαγεὶς ὑποατρέφοι.
Ὦ τὴν ἀνερμήνευτον ἐξοχὴν ἔχων,
Δεικνὺς δὲ σαυτὸν ἐν κατόπτρῳ τῇ κτίσει,
Ὅπως ἕκαστος ἐκμαθεῖν ἐπειγμένος,
Τὰς σὰς δι' αὐτῆς, ὡς ἔφικτὸν, ἐμφάσεις,
Μὴ τοὺς ὑπὲρ νοῦν εὐθέως ζητῇ λόγους·
Ἀλλ' ὡς νέος τις ἐκδοθεὶς διδασκάλῳ,
Καὶ πρὸς τὰ πεζὰ ταῦτα γράμματα τρέχων
Τέως τυπωθῇ τοῖς κάτω μαθήμασι,

Προσκαρτερήσας τῇ σχολῇ τῶν κτισμάτων·
Καὶ συλλαβὰς μὲν ἐμφρόνως τὰς οὐσίας,
Τὰς εἰς ἑαυτὰς συντεθείσας ἐκμάθῃ·
Τὰς ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐκθέσεις,
Ὡς τῶν χρόνων εὔστικτα σημεῖα, ξέσῃ·
Ὅταν δὲ πᾶσαν τὴν προπαιδείαν μάθῃ,
Καὶ ταῖς καθολικαῖς ἐκτριβῇ προσῳδίαις,
Πήξῃ τε τὸν νοῦν εἰς τὰ τοῦ λόγου μέρη,
Καὶ ῥητορεύων ἐκφράσῃ τὰ κτίσματα,
Τοῖς κοσμικοῖς δὲ πᾶσιν ἐντύχῃ νόμοις,
Καὶ τοὺς παλαιοὺς μὴ παρατρέπων ὅρους,

compendio etiam ostendas res creatas : ut si quis tuam non investigabilem essentiam scrutari sermonibus contendat, statim in ipsis rebus creatis molestum sibi, obtentum esse velum sentiat, ac proinde tanta caligine exterritus ab incœpto desistat. Tu ineffabilem habes excellentiam, teque ipsum tanquam in speculo per res creatas manifestas ; ut tui imaginem per ipsas addiscere unusquisque coactus, non ultra id, quod humana mens patitur, sublimiores statim rationes inquirat, sed veluti adolescens quispiam traditus magistro, ad

hæc prima terrestrium litterarum rudimenta se conferat, donec istis, quæ deorsum traduntur, disciplinis informetur, rerum creatarum studio per otium incumbens : ac tum syllabas, videlicet, quomodo substantiæ coalescant et componantur, prudens addiscat ; positionesque solis et lunæ, quæ sunt temporum rite distincta signa, percalleat. Cum autem hæc prima rudimenta didicerit, et in generalibus accentuum præceptis fuerit versatus, ad orationis partes animum convertens defigat, ac veluti orator factus de rebus creatis eloquenter

NOTÆ.

naturales, et creatas ignoratione declarat et probat ! Quam pauca enim ea sunt, quæ se scire excellentiores philosophi jactare possunt ? eaque ipsa nonne ἐν συστολῇ, *in compendio*, ex parte veluti decurtata cognoscunt ? Proinde recte Noster sequitur, et στυγνὴν, *odiosam*, vocat creaturam, scilicet quæ improbo labori, qui in rebus physicis investigandis impenditur, minime respondeat : quasi voluerit explicare illud *Eccli.* I, 13 : *Occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.* Præclare Cicero, *Acad. quæst.* IV, contra Lucullum Epicureum ait : *Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris : ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit, corpora nostra non novimus . . .*

603. Ἀνεξεύρητον, *qui nunquam potuit deprehendi*, ita in Dionysianis vocatur Deus ἀνεξερεύνητος, *imperscrutabilis*, ἀνεξιχνίαστος, *ininvestigabilis*, ἀνεννόητος, *inexcogitabilis*, ἄφθεγκτος, *inexplicabilis*.

604. Cod. 1126. λάβῃ κάλυμμα τὴν κάτω.

607. I Cor. XIII, 12, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

608. Areopagitica scripta pene tota in hoc argumento versantur, ut demonstrent quomodo a terrenis ad cœlestia mens humana possit assurgere, et ex omnibus rebus ad Deum ascendere.

611. Lepide per allegoriam a grammaticis institutionibus desumptam, ut quemque deceat per gradus ad Dei cognitionem pervenire, demonstrat. Itaque Christianum virum adolescentulo assimilat, qui pædagogo ad erudiendum traditus litteras primum, et litterarum nomina, id est primas rerum creatarum notiones, vel elementa, πεζὰ γράμματα, dignoscere assuescat ; tum syllabas ex litteris componere, scilicet quomodo substantiæ ex variis principiis coalescant, addiscat ; deinde accentus, videlicet rerum singularum numerum proportionemque, intelligat ; postea octo orationis partes, id est rerum ipsarum vim atque potestatem, appellationem et proprietates, leges et connexionem, copiam atque præstantiam admiretur, ac tum de iis, quasi jam factus orator, siquidem possit, diserte disserat. Audiceat celebris Grammatici Dionysii Halicarnassensis auctoritatem interponere, ut facilius Pisidæ sententiam assequamur. Ille enim in libro *De composit. nom.* sic ait : Τὰ γράμματα ὅταν παιδευώμεθα, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκλαμβάνομεν· ἔπειτα τοὺς τρόπους καὶ τὰς δυνάμεις· εἶθ' οὕτω τὰς συλλαβὰς καὶ τὰ ἐν ταύταις πάθη, καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη τὰς λέξεις καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐταῖς, ἐκτάσεις τε λέγω, καὶ συστολὰς, καὶ προσῳδίας, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις· *Cum litteris primum imbuimur, primum nomina earum discimus, dein figuras et potestates ; postea syllabas, earumque affectiones ; post hæc voces, et quæ illis accidunt, extensiones, inquam, et contractiones, et accentus, et quæ his sunt similia.* Cæterum hic Pisidam ob oculos habuisse præcepta, quæ de scientia tradit Plato, legenti *Theætetum* patebit : ibi enim ille copiose agit de elementis et syllabis, quibus componitur oratio, ut ostendat ad rerum cognitionem non posse quemquam pervenire, nisi ope sermonis ; neque scientiæ summam comprehendere, nisi ab elementis illuc progredi instituat. Hujus autem comparationis penitiorem sensum assequetur, qui Clementis Alexandrini *Pædagogon* consulere non gravabitur, quem sane librum ob oculos habebat Pisida, dum hæc scriberet.

617. Ex solis et lunæ motu, quotquot fuerunt ab origine mundi nationes et populi, temporum mensuram et anni descriptionem traxerunt. Per eamdem allegoriam ex Grammatica desumptam videtur scite denotare *punctuationes*, quæ στίγματα a Græcis dicuntur : ita ut variæ solis progressiones, et lunæ positiones, habito ad mundi ordinem respectu, non aliter considerandæ veniant, quam in orationis circumductione et ambitu punctuationes, quibus periodi et membra distinguuntur. Vide sanctum Basilium *Contra Eunom.* lib. I, 21. At Pisida solem et lunam τῶν χρόνων εὔστικτα σημεῖα, *temporum distinctas notas et aperta signa* appellans, tacitus vanam Genethliacorum artem, et Astrologorum ridiculam scientiam carpit, qui illud Genes. I, 14, *Fiant luminaria . . . et sint in signa*, οὐχὶ τῶν περὶ τὸν ἀέρα τροπῶν, οὐδὲ περὶ τὰς ὥρας μεταβολῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τῶν βίων ἀποκληρώσεως πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐξακούουσι, non de aeris affectionibus, neque de temporum immutatione, sed de vitæ sorte suo arbitratu accipiunt ; ut alt sanctus Basilius homil. 6, 5, *in Hexaem.*, qui talium hominum somnia sapienter refutat.

620. Cod. 1126, καὶ καθολικαῖς ἐντριβῇ.

624. Vana est scientia, quæ sacris Scripturis

Digitized by Google

625 Εἰς διατάξεις ἀσχοληθῇ τὰς νέας·
Καὶ πολλὰ πράξας, καὶ προκόψας εἰσβάλοι
Ταῖς εἰσαγωγαῖς τῆς ἄνω θεωρίας·
Καὶ τὴν ἐκεῖ σύνταξιν εἰς φρένας λάβοι
Τὴν τῶν μεγίστων πραγμάτων παιδεύτριαν·
630 Τότε προβαίνων ἐντελέστερον μάθοι,
Ὡς οὐδὲν ἔγνω πλὴν σκιᾶς κεκρυμμένης·

A

Οὕτω τε λοιπὸν εἴπερ ἐξ ἀγνωσίας,
Τὸ *Γνῶθι σαυτὸν* εἰς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐνδιατρίβων φύσει,
635 Τέως ἑαυτῷ συλλαλήσοι καὶ μάθοι.
Πόθεν παρῆχθη μηδὲν ὢν πρὸ τοῦ βίου,
Καὶ πῶς τὰ μικρὰ τοῦ σπόρου *προβλήματα*
Ἐν τοῖς μερισμοῖς τῶν τοσούτων ὀργάνων

disserat, omnesque mundi leges assequi contendat, verum ne quid minimum ab antiquis terminis deflectens novis statutis vacet : cum autem multa præstiterit, ac multum in ipsis profecerit, tum tandem divinæ contemplationis institutionibus se committat, et illius cœlestis loci, ubi maximarum rerum traduntur disciplinæ, syntaxim, id est ordinem complexionemque, animo concipiat. Tum B denique quo magis processerit, nihil se præter umbras obscurissimas animo comprehendisse me-

lius perfectiusque cognoscet : atque ita tandem et ipsa rerum ignoratione excitatus illud *Nosce teipsum* considerandum sibi sumat, et in nostra natura examinanda multum immoretur, usquedum secum ipse colloquens discat.

Undenam ille, qui antequam vitam acciperet, nil erat, productus est? Et quomodo parvæ projecti seminis partes in tot organos divisæ, hic quidem oculorum sedes, illic venas pariunt : qua intestinorum ligamenta conserunt, qua manus producat,

NOTÆ.

non innititur. Pisida Christiano viro ex Veteri et Novo Testamento omnem doctrinam hauriendam esse denotat, cum dicit παλαιοὺς ὅρους non esse transiliendos, et νέας διατάξεις diligenter observandas; νέας διατάξεις pro Καινὴν Διαθήκην posuit. Hos autem libros tantummodo legendos, hosce inter se conciliandos proponit, hosce quasi memoriter tenendos esse demonstrat : neque aliam esse rationem, qua quis possit ad altiorem studiorum contemplationem progredi, declarat : ut enim inquit sanctus Paulus, I Tim. II, 3 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit ad omne opus bonum instructus.* Statuit igitur πεζὰ γράμματα, *humanas litteras* ea tantum mente esse C perdiscendas, ut divina scripta legere et intelligere quis possit, quorum ope et manuductione ταῖς εἰσαγωγαῖς ad cœlestium rerum cognitionem pervenire instituat, videlicet ad mysticam Dei scientiam, quæ plane ea est, quam pseudo-Dionysius fuse tradit in libris *De cœlesti hierar.*

628. Cod. 1126, εἰς φρένα λάβῃ. Syntaxis in rebus grammaticis est recta partium orationis inter se compositio, et omnium præceptorum conjunctio atque perfectio : proinde recte suam allegoriam concludens, quæ est de rebus divinis scientia, syntaxim appellat, quod ea omnia, quæ magis sunt scitu digna, comprehendat et absolvat : ipsam autem παιδεύτριαν nominat, quod illa sit vera Christianorum disciplina.

632. Quid sit ἀγνωσία, vide supra versu 4. Deum quis novit unquam? Igitur ad sui ipsius cognitionem potius revocat hominem, δεδημοσιευμένην, *vulgatam* illam sententiam, templo Delphico D inscriptam, ei proponens considerandam, Γνῶθι σαυτόν, quam tanquam unicum veræ philosophiæ principium ac fundamentum laudavit, et prolixe exposuit Socrates in *Alcib.*, dial. 1, pressius autem in *Dialogo de philos.*, ubi hæc legas : Τὸ δ' ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, σωφρονεῖν, ἢ οὐ σωφρονεῖν ἐστι; Οὐ σωφρονεῖν. Τὸ ἑαυτὸν ἄρα γινώσκειν, ἐστὶ σωφρονεῖν; Φημί, ἔφη· τοῦτ' ἄρα, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα παρακελεύεται, σωφροσύνην ἀσκεῖν, καὶ δικαιοσύνην. Ἔοικε· *Seipsum ignorare prudentis est, an imprudentis? Imprudentis. Seipsum itaque nosse, prudentis est? Est, inquit. Hoc ergo, ut videtur, et scriptum illud Delphicum præcipit, ut scilicet prudentiam exerceamus et justitiam? Videtur.* Qui nosse velit quantum ea, quæ hic tradit Pisida, cum doctrina Platonica conveniant, legat nuper laudatum dialogum I *Alcibiadis*, et Ciceronem, *De finib.* v, qui disertissime explicat, cur jusserit nos Pythius Apollo noscere nosmetipsos, quod hæc una sit hominis vera cognitio.

636. Opus sextæ diei aggreditur explanare, videlicet hominis creationem, quam quis non est admiratus? Confer, si velis, S. Scripturæ interpretes, confer tum veteres, tum recentes philosophos, qui omnes hoc argumentum uberrime pertractarunt. Præ cæteris tamen consulendi hic sunt Lactantius, et sanctus Gregorius Nyssenus, qui *De opificio hominis* peculiares tractatus nobis reliquerunt. Ignotum auctorem, qui duas homilias *De structura hominis* confinxit, vix in memoriam tibi revocabo; frigidæ enim illæ sunt, et tantam rem jejune expendunt : quare neque sancto Basilio, neque sancto Gregorio Nazianzeno tribuendas esse recte judicavit P. Julianus Le-Garnier in Præf. Oper. sancti Basilii. Jam vero, quod ad nos attinet, paucis in sequentes versus annotabimus : infinitum esset ea referre, quæ a sexcentis clarissimis viris circa hominis creationem dicta sunt. Cujus rei tanta sit patientia, ut ea, quæ ex Platone, Aristotele, Plutarcho, Lucretio et Cicerone, ne alios dicam, corradi possent, legere aut velit, aut possit? Itaque obscuriora tantum conabimur explicare. Illud tamen monebimus, prima parte operis jam confecta, Pisidam ad secundam properare. Siquidem in principio diximus, totum opus creationis, quod sex dierum spatio a Deo est absolutum, eum in duas partes divisum considerasse. Itaque cum hactenus de cœlo, deque iis, quæ in cœlo facta conspiciuntur, more suo disputaverit, jam ad terram progreditur, ac de iis, quæ in ipsa nascuntur, verba facturus recte ab homine, quo nihil præstantius, exordiatur, quamvis homo omnium animallum extremus fuerit creatus. Sic Plato in *Timæo*, quem sequitur Pisida, ut in fine Moniti observavimus, de mundo in genere primum disserit, ac deinde hominis naturæ et formationi contemplandæ totus incumbit. Atque hic auctor tibi sum, ut legas homiliam sancti Basilii in illud Deut. xv, 9 : *Attende tibi ipsi*, quod ab inscriptione Delphica, *Nosce teipsum*, parum discrepat; ibi enim ea ipsa, quæ a Pisida, exponuntur : unde recte ipsa homilia ita concluditur : Ἐκ πάντων τούτων τὴν ἀνεξιχνίαστον σοφίαν τοῦ ποιήσαντος κατόψει· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς εἴποις μετὰ τοῦ Προφήτου· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· » *Ita demum omnibus his impervestigabilem conditoris tui sapientiam perspectam habebis, ut tu quoque cum Propheta dicere possis : « Mirabilis facta est scientia tua ex me. »* Psal. CXXXVI, 6.

637. Σπόρου *προβλήματα*, *jactus seminis*. Humanum σπέρμα quam propriissime comparat se-

Digitized by Google

Παρεντεθέντα, πῇ μὲν ὀμμάτων θέσεις,
Πῇ δὲ φλέβας τίκτουσι, πῇ δὲ συνδέσεις;
Τῶν ἐντέρων πλέκουσι, καὶ χεῖρας πάλιν
Φύουσι, καὶ σπείρουσι τοῖς ποσὶ βάσιν;
Καὶ πῶς μερισθὲν εἰς νομὰς πολυτρόπους
Τὸ τοῦ σπόρου σύστημα ποικίλῳ τρόπῳ
Μίαν καθιστᾷ τῶν μελῶν τὴν οὐσίαν;
Πόθεν δὲ πηγὰς αἱμάτων ἐπεισάγει,
Τάσιν δὲ νεύρων ἐμφύει τῷ σώματι,
Κτίζει δὲ πλευράς, ὡραΐζει δὲ τρίχας,
Σφίγγει δὲ ταρσούς, καὶ μερίζει δακτύλους·
Χαυνοῖ δὲ γλῶτταν εἰς τὸ συστρέφειν λόγους,
Καὶ πλῆκτρον εἶναι τοῦ λαλοῦντος ὀργάνου·
Παρακρατεῖ δὲ σπονδύλοις τὸν αὐχένα,
Μήπως ὄλισθον τῇ περιστροφῇ πάθοι·

A Ῥιζοῖ δὲ πυκνοὺς τῶν ὀδόντων τὰς μύλας,
Ὅπως ἀλεσθῇ πρὸς τροφὴν τὰ σιτία;
Καὶ πῶς φυτουργεῖ τὴν πυρώδη καρδίαν,
Σπινθῆρος ἔνδον μηδενὸς πεφυκότος,
Ἣν ἐν μέσῳ τέθεικεν· ὥσπερ οἱ τρόπιν
Πηγνύντες, ἀντίπλευρα βάλλουσι ξύλα,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν, εἰς τὸ σῶσαι τὸ σκάφος;
Πόθεν δὲ μορφοῖ καὶ τυποῖ τὴν εἰκόνα,
Καὶ κάλλος ἐντίθησιν ἐξ ἀμορφίας;
Ποίους δὲ κόλπους μητρικοὺς ὑποτρέχων,
Πῇ μὲν τὸ θῆλυ σχηματίζει τῇ πλάσει·
Πῇ δὲ προβάλλει σωματώσεις ἀῤῥένων;
Πόθεν δὲ πηγὰς τοῖς κυήμασι βρύει,
Καὶ τοῦ γάλακτος τοὺς ἀγωγοὺς εἰσάγει;
Καὶ πῶς ὁμοίως τοῖς φυτοῖς ἡ θερμότης,

qua pedum basim generant? Et quomodo cum sit in tot diversas regiones, et modo tam vario divisa seminis massa, unam tamen constituit membrorum substantiam? Et unde rivos sanguinis derivat? nervos inserit, atque intendit corpori? costas efformat? comas venustat? pedum et manuum palmas constringit, et digitos inter se discriminat? unde laxam fungosamque facit linguam, ut ad verba contorquenda sit apta, et fiat plectrum organi, quo utimur ad loquendum? unde cervicem flexibilibus vertebris regit, ne dum ipsa circumvertitur, cor-

B ruat? et dentium confertas molas imis radicibus firmat, ut quibus alimur, cibi conterantur? Quomodo igneam vim inserit cordi, cum tamen ei nulla sit insita ignea scintilla; ipsumque in medio positum stipat utrinque; non aliter ac qui carinam ita contexunt, ut hinc inde, atque ex utroque latere ligna ad cymbæ firmitatem committant. Quinam parentum formam et similitudinem in nobis exprimit? et quomodo id, quod erat informe, reddit venustum? Quomodo vero ita maternos sinus pervadit, ut hic femineum sexum effingat, ac re-

NOTÆ.

mini, quod agricola in sulcos projicit. Lucretius, lib. IV, v. 1100: *Venus muliebria conserit arva.* Vide Galenum *De genitura et de semine*, tom. III Opp. Hipp. et Galeni, pag. 180.

643. Pisida videtur hic voluisse ea omnia comprehendere, quæ tradit Aristoteles, lib. II, cap. 6, *De anim. generat.*, ubi quæ animalium partes prius, quæ posterius generentur, et quomodo, contendit explicare, eamque investigationem philosopho incundam esse affirmat contra Democritum Abderitanum, cæterosque ejus asseclas, qui ejusmodi principia quærenda non esse censebant. Nimiam Aristotelis curiositatem non probasse Pisidam conjicio, ex eo quod ipse nihil velit asserere: sed Aristotelem ipsum, vel quemvis alium ex ejus schola videatur interrogare, eique unam post aliam quæstionem proponere, ut ipsum tandem eo adducat, ut fateatur, se nihil scire. Plato, cujus methodum sequi Pisidam jamdiu animadvertimus, corporis humani œconomiam describit in *Timæo*. Videsis Galenum Opp. Hipp. et Gal., tom. IV, pag. 284, *De usu partium corp. hum.*, et Plutarchum, *De placitis philos.*, lib. IV et V, ubi ea omnia, quæ hic a Pisida explicanda proponuntur, pro diversis philosophorum sententiis explanantur.

651. Similia in Platone et Aristotele loco cit. Sanctus Gregorius Nyssenus, *De opif. hom.*, cap. 9, de loquendi facultate hominibus data uberius disserens, perfectam comparationem instituit inter citharœdum et hominem, inter lyram, et humanum os, atque inter plectrum, quo elicitur sonus ex barbito, et linguam, qua voces e faucibus eduntur: Πάντα ταῦτα τὴν ἐν ταῖς νευραῖς τοῦ πλήκτρου κίνησιν ὑποτρίνεται ποικίλως καὶ πολυτρόπως, ἐπὶ καιροῦ σὺν πολλῷ τῷ τάχει μεθαρμόζοντα πρὸς τὴν χρείαν τοὺς τόνους· *Hæc ergo universa plectri in fidibus motum varie multipliciterque repræsentant, et magna celeritate, prout res postulat, vocum tonos mutant.*

654. Cod. 1126, τοὺς μύλους.

658. Ἔχει δὲ καὶ ἡ θέσις αὐτῆς ἀρχικὴν χώραν· C περὶ τὸ μέσον γὰρ ... ἐν τοῖς τιμιωτέροις τὸ τιμιώτερον καθίδρυκεν ἡ φύσις, εἰ μή τι κωλύει μεῖζον. *Ejus vero* (cordis) *positio sedem obtinet principalem; in medio enim positum est ... natura enim rem nobiliorem constituere in locis nobilioribus solet, nisi quid majus impediat.* Aristot., *De part. anim.*, lib. III, cap. 4. Quod sequitur de comparatione cordis cum carina navis explicatum invenies in *Timæo*, pag. 70. Senties enim ἀντίπλευρα ξύλα in carina idem esse, ac varias partes corporis, quibus cor natura munivit. Rem etiam clarius explicat sanctus Gregorius Nyssenus, *De opif. hom.*, cap. 30, singulis enim partibus enumeratis, ita concludit: Ὡς ἂν πανταχόθεν διοχλούντων φυλάσσοιτο· *Ut hoc modo tutum undique foret adversus res omnes, quæ vel molestiam, vel malum ipsi creare possent.*

661. Causas, ob quas filii vel parentum, vel aliorum similitudinem referunt, tradidit Aristoteles, lib. IV, cap. 3, *De anim. generat.*; Plutarchus, *De* D *plac. philos.*, lib. V, cap. 11 et 12; Lucretius, lib. IV. Ex recentioribus vero plurimi rem ipsam ad examen revocarunt, quorum unum et alterum honoris causa nominabo, magnum Italiæ decus Vallisnerium, et Galliæ ornamentum Maupertuisium, qui totum de generatione hominis argumentum multum quidem ingeniose et eleganter nuper pertractavit in libro *Vénus physique* inscripto.

668. Elegantissima ac nativis coloribus expressa comparatio, qua quatuor humanæ vitæ ætates plantarum instar per quatuor anni tempestates succrescentium, germinantium, edentium fructus, et tandem arescentium describuntur: Ὃ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ τῆς ἀνθρωπίνης νεότητος καὶ τοῦ γήρως εὗροις ἂν καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς παραπλήσια τὰ συμπτώματα· *Quod vero mirandum est, ea quæ plantis accidunt, ea comperies similiter juventuti hominum ac senectuti accidere.* Sanctus Basilius, hom. 5, n. 7, in *Hexaem.* Elegantius Cicero, *De finib.*, V: Earum

Digitized by Google

Αὔξει τὸ σῶμα τῶν ἀνήβων ὀργάνων,
Καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται·
Ἄνθη δὲ βάλλει τοῖς ἐνήβοις τὰς τρίχας,
Καὶ τὴν πρόσοψιν ὡραΐζει τῇ χλόῃ,
Ὀργᾷ δὲ καρποὺς ἐξενεγκεῖν ἡ ζέσις·
Ἕως ἂν ἔλθῃ τῆς παρακμῆς ὁ χρόνος,
Ὁ τὴν ὀπώραν ἐκπιέζων τῶν νέων;
Μαραίνεται γὰρ εὐθέως ἡ θερμότης·
Λευκαίνεται δὲ τῶν γερόντων ὁ στάχυς·
Καρηβαρεῖ δὲ καὶ δοκεῖ κεκυφέναι,
Τῇ γῇ προσενένευκε, καὶ βρίθει κάτω·
Τὸν γὰρ θερισμὸν γειτνιῶντα προσβλέπει.
Εἰ τὴν καθ' ἡμᾶς σαρκικὴν λάβοι λύραν,
Καὶ γνῷ τὸν εἱρμὸν τῶν μελῶν, καὶ τοὺς τόνους,
Καὶ τὴν ἄηχον ἐκφυγὼν ἀφωνίαν,
Εἰπεῖν δυνηθῇ τὴν κάτω μελῳδίαν.
Καὶ πῶς τὸ ῥευστὸν τοῦ σπόρου παχύνεται,
Καὶ σάρκα ποιεῖ, καὶ πάλιν σκληρύνεται,

A

Καὶ νεῦρα καὶ σύμπηξιν ὀστώδη πλέκει·
Ἢ πηλίκον δοχεῖον ἡ μνήμη φέρει,
Ἐν ᾧ φυλάττει τὰς δοχὰς τῶν πραγμάτων.
Εἶποι δὲ πῶς ἔμπρακτος ἡ φύσις τρέχει
Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν θρεπτικὰς λειτουργίας·
Ὡς ἂν δέ τις δέσποινα τῆς οἰκουργίας
Κινεῖ πρὸς ἔργα τοὺς ἑαυτῆς ἐργάτας,
Καὶ τοὺς ὀρεκτικοὺς μὲν ὀξύνει πόρους,
Τοὺς ἑλκτικοὺς δὲ πάντας ἰθύνει τόνους·
Βάλλει δὲ κλεῖθρα ταῖς καθελκτικαῖς πύλαις,
Ἕως λαβοῦσα καιρὸν ἀλλοιώσεως
Ἐξαιματώσει τὰς τροφὰς ἡ θερμότης,
Καὶ τὴν ἀποκρίνουσαν ὠθήσει θύραν,
Καὶ πᾶν περιττὸν ἐκφορήσει φορτίον.
Ἢ πῶς ἐνεργεῖς ἀντιλήψει; εἰσάγει

B

Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν ποικίλας διακρίσεις,
Ἀφὴν, ἄκουσμα, γεῦσιν, ὄσφρησιν, θέαν;
Καὶ ταῖς ἀφαῖς μὲν τῷ δικαστῇ δακτύλῳ

præsentet, illic masculam potentiam producat? unde fontes nutriendis fetibus elicit, et lactis alveos deducit? et quomodo calor, peræque ac in plantis, teneros organos in impubi corpore adauget, et incrementa dat membris? iis autem, qui pubertatem attingunt, comas, quasi quosdam floseculos, adjungit, et quadam viriditate decorat vultum? ac tum sanguinis fervor ad edendos fructus intumescit, usque dum tempus vigorem adimens adveniat, et juventutis autumnum e membris exprimat atque depellat: cito enim deficit calor, et statim senum matura arista albescit, quæ capite demisso nutare, et inclinata deorsum vergere videtur; sentit enim vicinam esse messem.

Profecto si quis hanc nostræ carnis bene temperatam lyram velut præ manibus sumat, et quæ sit membrorum continuitas, et intensio dignoscat, tum plane dimisso silentio de hac terrena melodia aliquid poterit eloqui. Tum dicat, quomodo seminis effluxus modo ita densatur, ut pinguefaciat carnem, modo vero ita durescit, ut nervos, et ossium concretiones effingat. Dicat, quale sit memoriæ receptaculum, ubi susceptæ rerum ideæ servantur? et quomodo tanta efficacia accurrat natura ad officia præstanda, quæ nobis alendis sunt necessaria? et veluti domina, quæ quidquid domi agitur, videt et moderatur, singulos operarios ad suum opus instigat; atque hic quidem ut appetitum excuat, omnes attrahentes musculos dirigit, atque distendit, et deprimentes occlusis portis obstruit, donec ad cibi alterationem commutationemque C sumpto tempore opportuno, calor alimenta in sanguinem convertat, ac tunc ipsa excretoriam portam impellat, et omne supervacaneum pondus exoneret.

Aut dicat, quomodo, ut de iis, quæ in nobis tam varia ratione fiunt, perceptiones judicemus, natura ipsa nobis tam valida subsidia, tactum, auditum, gustum, olfactum, visumque ministret? Ac tactu qui-

NOTÆ.

etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam, et perfectio est, non dissimilis animantium. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus: arboremque et novellam, et vetulam, et vigere, et senescere, etc.

670 Cod. 1126, inverso ordine, καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται.

672. Morellius offensus voce χλόῃ, quam reddidit *gramine*, maluisset postea hunc versum ita legi; *Lanugine, et vultum facit amœnissimum*: quod non probo. Perit enim omnis allegoriæ venustas. Nonne Virgilius, *Æn.* lib. v, 195, vocavit *Euryalum forma insignem, viridique juventa?* Nonne, quæ viridissima juventutis flore vigeret puella, Chloe a Græcis vocabatur? Thressam Chloen Horatii in mentem tibi revocabo.

681. *Σαρκικὴν λύραν* vocat illam membrorum convenientiam, et partium mirabilem proportionem, *Harmoniam Graii quam dicunt*, ut est in Lucretio, lib. IV, 101, qui ex Epicuri sententia contendit affirmare, animum non esse id, quod ipsam harmoniam conservet, sed potius corporis quamdam partem. Idem placuit Aristoxeno asserere, de quo scite Cicero, *Tuscul. quæst.* I: *Proxime autem Aristoxenus musicus, idemque philosophus, intensionem ipsius corporis quamdam, veluti in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios cieri motus, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone.* Hoc est in *Phædone*, ubi ille hoc ipsum Simmiæ persuasit absurdum esse dicere τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐντεταμένων συγκεῖσθαι. *Esse animam harmoniam quamdam ex iis, quæ per corpus intensa sunt, constitutam.* Quod etiam probat Aristoteles, lib. I *De anima*, c. 4. D

688. Vide Aristotelem, *De memoria et reminiscentia*, cap. 1, et Cicer., *Tuscul. quæst.* I, ubi memoriæ vim juxta Platonem explanat.

696. Plato in *Timæo*, pag. 71, optimos ventriculi recessus πύλας vocavit.

701. Cod. 1126, ἐναργεῖς. Quomodo per sensus perceptiones habeantur, vide Platonis *Timæum*, pag. 45, et *De anima mundi*, pag. 100, et *Theætetum*, ubi plura de scientia traduntur, quæ in hoc suo poemate passim inspersit Pisida. Vide etiam Aristotelem, *De anima*, lib. II, cap. 5, et *De sensu et sensili*, cap. 6; Plutarchum, *De placitis philos.* lib. IV, cap. 8, ac Ciceronem, *Quæst. Acad.*, lib. II, qui de iis omnibus, quæ Pisida leviter attingit, ultra quadam sermonis vi et elegantia ad arbitrium suum disserit.

Digitized by Google

Ζυγοστατεῖ τὸ χαῖνον ἐκ τοὐναντίου·
Στενὰς δὲ ποιεῖ τῆς ἀκοῆς εἰσόδους,
Καὶ κοχλοειδεῖς τὰς θύρας ἐργάζεται·
Ὡς ἂν καθ' εἱρμὸν εἰσρέωσιν οἱ κτύποι,
Καὶ μὴ καταπλήξωσι τοὺς ἔσω πόρους,
Ἤχοις ἀτάκτοις ἐμπεσόντες οἱ ψόφοι·
Σαρκοῖ δὲ καὶ τὴν γλῶτταν ἡραιωμένην·
Δέον γὰρ αὐτὴν δέρμα συμφῶδές γ' ἔχειν
Πρὸς τὰς ἀνακλάσεις τε τῶν ἐδεσμάτων,
Καὶ τὰς ἑτοίμους ἀντιλήψεις τῶν πόρων,
Δι' ὧν λαβοῦσα τὰς τροφὰς ἡ χαυνότης
Πρὸς πᾶν τὸ ῥευστὸν εὐδιάκριτος μένει.
Πόθεν δὲ καὶ σύριγγας εὐπόρους ἔχει,
Ὀσφραντικῆς ὄχημα, καὶ βιοτρόφου
Πνοῆς ἀγωγούς· ὧν φραγέντων ἐκ πάθους
Ἀγωνιᾷ τὸ ζῶον, ὡς ἐν ἀγχόνῃ,
Ἢ καὶ περιπνεῖν ἐκβιάζει τὸ στόμα.
Μιμουμένη δὲ τὰς ἐν οὐρανῷ θέσεις,
Φωστῆρας ἀντέθηκεν ὀφθαλμοὺς δύο,
Ὅπως ἔχοιμεν ταῖς βολαῖς τῶν ὀμμάτων,

A

Τὸν ἀέρα πλήττοντες, ὡς οἱ τοξόται,
Φῶς φωτὶ σύρειν, ὡς τὸ πῦρ ἐξ ἀνθράκων;
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ τῆς κεφαλῆς ἀκροστέγων
Νεύρων διατρήσασα σωλῆνος δίκην
Καὶ πνεῦμα φωτὸς ἐμβαλοῦσα τῷ πόρῳ,
Τοῖς μὲν χιτῶσι συγκαλύπτει τὰς κόρας,
Ὡς εἴ τις οἶκοι συμφυλάττει παρθένου,
Ὀπὴν δὲ μικρὰν ἐξανοίγει τῷ πόρῳ,
Ὅπως τὸ πνεῦμα τῶν ὀχετῶν διατρέχον,
Μήτε στενωθῇ, τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης,
Καὶ πνευματώσῃ, καὶ σκοτώσῃ τὴν θέαν,
Καὶ τὰς ἐπιχύσεις προσπλάσῃ ταῖς ὄψεσι·
Μηδ' αὖ ταράξῃ καὶ θολώσῃ τὰς κόρας,
Ὁρμαῖς ἀπλήστοις ἐκχυθὲν πρὸς τὸ πλάτος.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων

B

Ἡ γνῶσις ἡ δύσφραστος, ἡ τοῖς ἀγράφοις
Λόγοις ἀπαγγέλλουσα τὸν θεῖον γνόφον·
Καὶ νῦν ἐφεῖται τῆς ζοφώδους καρδίας,
Δᾳδοῦχον εἶναι τὴν ῥοπὴν τῶν ὀμμάτων,
Εἴπερ δι' αὐτῶν ἐμβαλοῦσα τοὺς ῥύπους

dem, et digiti judicio, molle a suo contrario ipsa discernat? Auditui vero transitum angustum præbeat, et ostium cochleæ instar adornet, ut rite atque ordine servato vibrationes sonoræ in aures se immittant, et interni meatus non diffringantur, si forte tumultuarie in ipsos voces et soni confusi irrumperent. Linguam vero raram et mollem carneis papillis oppleat: opus est enim ipsam fungosa quadam membrana contegi, ut pressa cibos mandendo ver- C set atque remittat, donec paratos meatus expleat ac recreet, per quos ipsa laxata alimentis exceptis, quidquid deglutit, probat atque discernit. Dicat et unde odoratus vehiculum patulas illas fistulas, vel alveos, per quos vitæ sustentator spiritus adducitur, sibi comparavit; quibus si forte ex aliquo morbo contingat, ut obstruantur, omne animal veluti laqueo suffocatum misere laborat, atque ore uti cogitur ad respirandum? Quinam autem perinde, ac si natura cœli positiones esset imitata, tanquam duo luminaria, duos nobis in fronte oculos sibi invicem respondentes posuit; ut nos inde radios emittentes, et aerem sagittariorum more ferientes, lucem cum luce implicatam atque consertam, velut ignem ex carbonibus attrahere possemus? Quippe a summa regione cerebri nervis duobus protensis, ex instar tubi perforatis, lucisque spiritu, et potentia circa deductos alveos injecta, sub geminis tunicis, veluti si quis domi custodiat virgines, pupillas abscondit, parvumque in ipsis foramen, quo fiat transitus, adaperit: ne lucis spiritus per alveos decurrens, si forte obstructum iter inveniat, coarctetur, atque intumescat, visumque obtenebret, et nimia suffusione oculis officiat: atque ut contra, si via sit patens et aperta, effrænata licentia quaquaversus non se effundat, et pupillas turbet atque divexet.

O quam rerum, Deus, a te sapienter creatarum magna est atque inexplicabilis scientia, quæ non scriptis sermonibus divinam caliginem manifestat!

NOTÆ.

712. Idem cod., δέρμα συμφῶδες φέρειν.

727. Idem cod., κεφαλῆς τοὺς στέγους. Omnia D hæc, quæ ad oculos et videndi facultatem attinent, Pisida secundum Platonem, *Tim.*, pag. 45, expressit. Eleganter eadem atque eodem sensu persequitur sanctus Gregorius Nyssenus, homil. in ea verba: *Faciamus hominem*, pag. 165. Ἀκροστέγων, cod. Vat. 1126 habet τοὺς στέγους. Pisida nervos opticos designat, qui a summitate cerebri per quosdam ambitus descendentes in oculorum orbitas deferuntur. Eos ita esse a natura comparatos, ut spiritum, sive radios visivos ad pupillas usque adducerent, veteres crediderunt; idcirco canalium instar perforatos putabant. Rem clarius expressit Galenus, tom. IV, 558, ex quo suum de re anatomica libellum confecit Oribasius: Τὰ δὲ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπ' ἐγκεφάλου κατιόντα νεῦρα αἰσθητικὰ πρότερον ἡ φύσις εἴσω τοῦ κρανίου συνάψασα καὶ ἐπικάμψασα, καὶ τοὺς πόρους αὐτῶν ἑνώσασα, ἰσχήματι παραπλήσιον τῷ Χ γράμματι ποιήσασα, μετὰ ταῦτα πάλιν ἑκάτερον ἐπὶ τὸν κατ' εὐθὺ τῆς ἄνωθεν ἐκφύσεως ὀφθαλμὸν προήγαγεν, ὥστε τὸ ἀπ' ἐγκεφάλου παραγινόμενον εἰς ἑκάτερον τῶν ὀφθαλμῶν πνεῦμα, εἶπο' ἕτερος αὐτῶν μύσειεν, ἢ πηρωθείη, τελέως ὄλον εἰς τὸν ὑπόλοιπον ἰέναι, κ. τ. λ. *Nervos autem sensificos a cerebro ad oculos descendentes natura prius intra cranium conjungens et reflectens, ipsorumque meatus exiguos uniens, et figuram X litteræ similem faciens, postea utrumque rursus ad supernæ rectitudinis productionem ad oculum produxit, ut spiritus, qui a cerebro ad utrumque oculum proficiscitur, si quando eorum alter clausus fuerit, aut omnino mutilus, in alterum plane commearet*, etc. Cætera, quæ circa oculorum morbos leviter attingit poeta, videsis apud medicos et anatomicos.

741. Ἀπαγγέλλουσα τὸν θεῖον γνόφον. Res creatæ, quibus ipsis explicandis impares sumus, ostendunt, quam sit incomprehensibilis notitia Dei. Semper eo redit Pisida, ut probet quæ sit nostræ mentis imbecillitas. Vide supra v. 4 et 600.

Digitized by Google

Πάλιν δ' αὐτῶν ἐκβάλῃ τὰ δάκρυα,
Τὰς εἰσόδους πλύνασα ταῖς διεξόδοις.
Εἰ τοὺς λαβυρίνθους δὲ τῶν λόγων φράσῃ
Ὁ τῶν ἀδήλων οὐσιῶν ζυγοστάτης,
Καὶ πῶς ὁ νοῦς σύνεστι πηλίνῳ βάρει,
Καὶ πνεῦμα πηλῶ καρτερεῖ συνημμένον·
Καὶ πῶς ἐν ὕλῃ τὴν ἀΰλίαν ἔχει,
Εἰ μηδὲν αὐτὸν ὑλικὸν περιγράφει.
Ἢ πῶς μέγιστον ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔφυ,
Καὶ τῶν ἀδήλων ὀπτικοὺς ἔχει πόρους·
Καὶ νῦν μὲν εἰς γῆν ταῖς ἐνεργείαις μένει,
Νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν ἅλλεται τὸν αἰθέρα·
Καὶ πτηνὸς ἀρθείς, καὶ τὸν ἥλιον φθάσας,

Et nunc illud nobis feliciter contingit, ut oculorum acies cordi facem præferant, atque inde tenebras expellant; quamvis enim per oculos sordes cor contrahat, rursus per ipsos lacrymas emittit, per id, quod exit, quod intrat, lavans.

At vero si occultarum essentiarum scrutator tot rerum labyrinthos et implexas rationes valet explicare, dicat: quomodo mens luteo inhæreat corpori, et spiritus cœno conjunctus permaneat? Et quomodo cum ipse sit immaterialis, in materia tamen versetur, quandoquidem nulla materia circumscribitur? aut unde est vis illa maxima, qua animi oculus ad occulta quæque perscrutanda visivam adhibet facultatem; modo vero in terram totis viribus defigitur, modo vero in aerem ipsum ascendit, et velox elatus, ipsumque solem prætergressus,

Τὰς τῶν ἄνω τε καὶ κάτω ζητεῖ φύσεις·
Καὶ ταῖς μὲν ἀρκεῖ, τὰς δὲ συμμέτρως βλέπει,
Τῶν δὲ στοχασμοῖς ἐννοεῖ τὰς εἰκόνας.
Καὶ τὴν δρεξιν μηδαμοῦ στῆσαι θέλων
Ἐφέλκεται μὲν τῆς ἁπάντων αἰτίας,
Καὶ τὴν ἐκείνης γνῶσιν ἀθρῆσαι θέλει·
Καὶ πολλὰ κάμνει, καὶ τὸν ἔσχατον πόλον
Δοκεῖ παρελθεῖν· ἀλλ' ἐκεῖ μύει μόνον,
Εἰ καὶ διαυγοῦς εὐπορήσει καρδίας.
Ὅταν δὲ τούτους τοὺς πολυπλόκους μίτους
Λύσῃ σχολάζων, καὶ βαθύνῃ, καὶ φράσῃ,
Ὅπως ὁ κρυπτὸς τῶν φρενῶν ὁδοστάτης,
Ὁ ψυχοκλέπτης, ὁ φθορεὺς τῆς καρδίας,

terrestres cœlestesque inquirit naturas: atque ex hisce quidem alias potis est explicare, alias mediocriter pervidet, aliarum autem imagines quasdam tantum per conjecturas animo comprehendit? Sed cum eam, qua flagrat sciendi cupiditate, nusquam valeat cohibere, ad rerum omnium causam trahitur, ejusque cognitionem sibi perspectam habere desiderat. Idcirco multum allaborat, et ultimum usque polum videtur transcendere: verum destituitur viribus, ac solum ibi nutat oculis, et cæcutit, quamvis multa luce abundet in corde.

Quando autem hujusmodi meditationibus vacans hos multum implicatos nodos solverit, resque in imo labentes exhauserit, tunc dicat, quomodo occultus ille mentium humanarum grassator, animarum latro, cordis corruptor, tenebrarum suscitator,

NOTÆ.

745. Opera Dei intuentes, et, quantum in nobis est, quæ sit Creatoris majestas et providentia, considerantes ad pœnitentiam excitamur: inde oculi sunt faces illuminantes corda. Lacrymarum vim ad abluenda peccata sanctus Basilius hom. 21, 7, sic expressit: Πορνεία μὲν γὰρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ῥιφέντα διύλυται, καὶ πρὸς τὸ μηδὲ εἶναι χωρεῖ, λυθέντα τοῖς δάκρυσι· *Scortatio namque, et quæcunque talia sunt, ejecta pereunt, et eo deveniunt, ut ne sint quidem amplius, si lacrymis deleantur.*

752. Quam difficilis hæc sit investigatio de animæ et corporis unione, declarant tot ac tam variæ philosophorum sententiæ, et plerumque ἀσύστατα systemata. Vide Platonem in *Tim.*, 99, et in *Phædone* passim; Aristotelem, *De anima;* Plutarchum, lib. IV, 3; Lucretium, lib. II; Ciceronem, *Tuscul.*, lib. I; sanctum Gregorium Nyssenum, *De opif. hom.*, cap. 12; Lactantium, *De eodem argum.*, cap. 17 et seqq., et sanctum Augustinum, lib. *De quantit. animæ.*

755. Cod. 1126, τὰς ἐνεργείας νέμει. Quid sit animæ energia, quam designat Pisida, explicat Socrates, in *Theæteto*, pag. 187. Ibi enim scientiam non in sensu, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι, ὅ τί ποτ' ἔχει ἡ ψυχὴ, ὅταν αὐτὴ κατ' αὐτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα, *sed in illo nomine, quodcunque tandem habeat anima, cum ipsa per scipsam consideratione versatur.* Itaque animæ post perceptas ope sensuum ideas operationem et judicium indicat Pisida. Mentis autem vis et celeritas ibid. pag. 173 Socrates ita describit: Ἡ δὲ διάνοια ... πανταχῇ φέρεται, κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπερθεν γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθεῖσα·

Mens ... ut Pindari utar verbis, et quæ sub terra sunt, et quæ super terram metitur, et quæ super cælum astronomiæ rationibus explicat, et omnem ubique rerum naturam, quæ universi ambitu continetur, pervestigat, non vero sese proximis rebus ullo modo submittit. Cod. Vatic. 1126 habet εἰς γῆν ἐνεργείας νέμει, *totam suam vim in terrena conjicit;* quam lectionem probo.

760. Cod. Vat. 1126 melius τῶν δὲ στοχασμῶν, vel si placet τοῖς δὲ στοχασμοῖς.

762. Idem cod. recte ἐφίεται, *appetit.*

767. Cum hominem carne et spiritu compositum considerandum dederit, morbos, qui ex carne, quique ex spiritu in eo et contra eum excitantur, enumerat. Quæ ex concupiscentia vel ex sensibus oriuntur mala, ad carnem, sive corpus refert; quæ autem ex falsa rerum comprehensione ac pravo mentis judicio concipiuntur, ex spiritus corruptione nasci designat. Utrorumque recte facit auctorem diabolum. Hujus distinctionis inter peccata vel ex carne, vel ex spiritu in nostram perniciem prodeuntia, quæ nos animi vitia dicimus, fundamentum est doctrina Platonica de anima immortali et mortali in diversas corporis partes collocata, quam vide in *Timæo*, pag. 69 et seqq., et *De anima mundi*, pag. 102, ubi Plato de corporis et animi morbis disserens, eorum originem communionemque ita definivit: Ἀρχαὶ δὲ κακίας, ἀδοναὶ καὶ λύπαι, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμμέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τῇ ψυχῇ, καὶ ἐξαγγελλόμεναι ὀνόμασι ποικίλοις· *Vitiorum autem principia sunt, voluptates et dolores, cupiditates et timores, ex corpore quidem accensæ, sed in animam quasi immistæ: ac proinde ex variis effectis varias sortiuntur appellationes.*

769. Φρένας Plato in locis cit. vocat quamdam

Digitized by Google

Ἡ τοῦ σκότους ἔπαρσις, ὁ πρῶτος δρακων,
Ἔξωθεν ἔνδον ἡδονὰς παρεισάγει,
Σπείρων λογισμοὺς εἰς γονὴν ἁμαρτίας.
Ἢ πῶς τυραννεῖ, καὶ μεταίρει τὴν φύσιν,
Εἰς παρὰ φύσιν τῶν παθῶν κτηνωδίαν.
Καὶ πτηνὰ μὲν δείκνυσι τὰς κούφας φρένας,
Σῦας δὲ πόρνους, καὶ λύκους τοὺς ἅρπαγας,
Σφῆκας δὲ πλήκτας, θυμικοὺς δὲ παρδάλεις·
Ποιεῖ δὲ τοὺς εἴρωνας ἀθλίους κύνας,
Σαίνειν δοκοῦντας, καὶ δάκνειν ἠπειγμένους.
Ὄφεις δὲ πικροὺς ἐκτελεῖ τοὺς βασκάνους,
Τὸν ἰὸν ἐνθεὶς τῇ κακῇ περιπλάσει·
Θήγει δὲ πικρὰ καὶ τὰ τοῦ τύφου βέλη·

Βλάπτει γὰρ αὐτὴν ψυχοκόμπῳ φαρμάκῳ
Τιμῆς ἀτίμου, πτώσεως ἐπηρμένης,
Ὄγκου ταπεινοῦ, δυσκλεοῦς ἀδοξίας,
Θρήνῳ γελῶντι τὴν σκιὰν τοῦ παιγνίου.
Εἰδωλολατρίαν δὲ τοῖς φιλαργύροις
Τὴν ῥίζαν ἐκτίθησι τῶν κακῶν ὅλων·
Ἢ κἂν κορεσθῇ μᾶλλον, οὐκ ἔχει κόρον,
Ἀλλ' εἰς ὀρέξεις τήκεται καὶ φλεγμονάς,
Τῇ πλησμονῇ διψῶσα, καὶ τῇ προσθέσει
Τὸν βρασμὸν ἐξάπτουσα τῆς χρυσῆς μέθης.
Ἢ πῶς τοσοῦτον καὶ πεσὼν ἔχει κράτος,
Ὡς μὴ μόνον τὸ σῶμα, βαρβάρου δίκην,
Ἀντιστρατεύειν πρὸς μάχην τοῦ πνεύματος·

primus ille draco, extra petitas intus inferat voluptates, turpesque cogitationes seminet in corde ad generationem peccati? aut quomodo sævam adeo tyrannidem gerat, ut naturam contra naturam in belluinam transferat passionum servitutem? Nam qui levi sunt mente, volucres, qui adulteri porcos, qui fures lupos esse demonstrat; itemque ex percussoribus vespas, et ex iracundis pardales repræsentat; scurrasque mutat in fœdos canes, qui dum videntur cauda velle blandiri, morsus infligunt: ex invidis vero atros serpentes facit, quibus malignæ fictionis venenum immittit. Idem etiam sæva ambitionis tela exacuit, quæ letali pharmaco per ipsum infecta, animas inflant, et vel ignobilem quemdam honorem, quo lapsu quis ruat graviore, vel miserum quemdam animi tumorem, quo turpem quis gloriam assequatur, instillant; atque adeo ludicram scenam risu simul et lacrymis excipiendam exhibet. Idem avaris idololatriam malorum omnium radicem inserit, quæ cum se usque ad satietatem expleverit, satietatem non capit, magisque suum exacuit appetitum, intusque adhuc unitur desiderio, et quo magis se ingurgitaverit, plus sitit, atque ex ipsa superingesti auri intemperantia æstuantis ebrietatis incendium magis inflammat.

Dicat et hoc, quomodo qui quondam cœlo decidit, tantum habeat potentiæ, ut instar barbari tyranni non modo corpus contra spiritum in bello committat, sed ipso etiam corde potiatur, et quod

NOTÆ.

membranam, quam inter animam immortalem et mortalem, vel rationalem et irrationalem interpositam dicit; ne pars superior inferiori devicta cederet, sed hæc ipsa ea ratione disclusa atque sejuncta ad obtemperandum rationi esset paratior. Hinc Pisida diabolum τῶν φρενῶν ὁδοστάτην appellat.

773. Jac. I, 15: *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.* Vide sanctum Basilium, hom. in psal. VII, 8: *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.*

775. Cod. 1126, εἰς τὴν ἄρητον. Psalm. XLVIII, 13: *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Vide sanctum Basilium, et alios SS. Patres ibid., qui cum Pisida habent communia. Ac sanctus Joan. Chrysost. ita ad rem: Ἀλλ' οὗτοι οἱ περὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν εἰδότες, τῶν ἀλόγων χείρους εἰσίν· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βίῳ διεφθαρμένῳ συζῶντες, ὄφεις γινόμενοι, καὶ σκορπίοι, καὶ λύκοι διὰ τῆς πονηρίας· καὶ βόες διὰ τῆς ἀνοίας, καὶ κύνες διὰ τῆς ἀναισχυντίας· *Sed hi, qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores: nec ii solum, sed etiam qui sceleratam et perditam vitam agunt, utpote qui fiant serpentes, scorpii et lupi propter improbitatem, et boves propter vecordiam, et canes propter impudentiam.* Si licet sacris profana immiscere, adi etiam Homeri *Odyss.* X, 359 et 386, ubi de Circe sermo est, quæ Ulyssis socios ob intemperantiam in porcos commutavit; per Circem enim voluptatem esse significatam nemo prorsus ignorat. Horatius, lib. I, epist. 2, v. 23:

Sirenum voces, et Circes pocula nosti,
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

778. *Πλῆκται*, lege πλήκτας.

782. Cod. Vat. 1126, παραπλάσει melius, quod a παραπλάζω, *abduco, seduco.*

783. De ambitione plura in sequenti poematio *De vanitate vitæ.*

784. Cod. 1126, βάπτει melius; quæ locutio arrisit Morellio; reddidit enim *tingit.* Male editores Bibl. PP. mallent legere: *Nam lædit animum inflante mentes pharmaco.* Quam elegantius est hoc dicere, *diabolum infecisse sua tela veneno falsæ gloriæ*, etc., quam illud *ipsum lædere animum pharmaco*, etc.

786. Lege εὐδοξίας, ut sit antitheseων continuata series, et sensus germanus.

787. Succurrit illud Homeri, *Iliad.* VI, 486, de Andromacha, quæ filium excepit sinu δακρυόεν γελάσασα, *lacrymabunde ridens.*

788. *Ephes.* V, 5: *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Dei.* Recte sanctus Gregor. Nazianz. cur avarus idololatra vocetur, definit *Carm. Iamb.* XXII, 371:

Πολλῶν κακῶν ὄντων τε καὶ καλουμένων
Εἰδωλολάτρης οὗτος εἴρηται μόνος·
Ὃ τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστιν τῷ βίῳ·
Ὃς οὐδὲν οἶδεν, ἢ λογίζεται πλέον.
Multi licet sint, et vocentur improbi,
Idololatra dictus est solus tamen,
Quo nullum in ævo gravius est usquam scelus,
Qui præter aurum nil scit, aut nil cogitat.

794. Qua ratione diabolus humanum corpus, sive carnem sibi subjiciat, et quæ sint opera carnis, cum sancto Paulo descripsit Pisida: nunc quomodo diabolus ipse spiritum aggrediatur, et ad quodvis facinus mente concipiendum impellat, ostendit.

796. Galat. IV, 17: *Caro enim concupiscit adver-*

Digitized by Google

Ἥδη δὲ καὐτῆς ἅπτεται τῆς καρδίας,
Καὶ δουλαγωγεῖ τὴν ἐλευθέραν φύσιν,
Καὶ τὰς ἐν ἡμῖν αὐτοδεσπότους φρένας
Ἐν αἰχμαλώτῳ συμφορᾷ περιτρέπει.
Πείθει δὲ πολλὰ, καὶ τὰ λοιπὰ συμπνέειν·
Ἑλίσσεται γὰρ λοξοειδῶς, ὡς ὄφις,
Ἔστι δὲ δεινὸν ἐν φρονήσει θηρίον·
Στιχοδρομεῖ δὲ τὴν κάτω φορὰν τρέχων·
Κεχρημένος γάρ, ὡς ποσὶ, τῇ κοιλίᾳ,
Λείχων δὲ τὸν χοῦν τοῖς λύκων τάχα τρόποις,
Καὶ γαστριμάργῳ τῶν παθῶν ὑπερζέσει
Κινεῖ τὸ συμπέρασμα τῆς ἁμαρτίας,
Πρὸς ἣν ἕκαστος γεῦσιν ἡδέως τρέχει.

Καὶ συγκεραννὺς ἡδονῇ τὴν πικρίαν
Μελικράτῳ φθείρει με δηλητηρίῳ·
Σύμβουλος ἐχθρὸς, καὶ κατήγορος φίλος,
Σφαγεὺς προσηνὴς, καὶ φονεὺς συνεργάτης,
Πλανῶν ὁδηγὸς, εὐμενὴς ὀδοστάτης,
Ἄσπονδος, εὐπρόσδεκτος, εὐπειθὴς δράκων·
Θέλγει γὰρ ἡμᾶς, μηδενὸς προκειμένου·
Κάλλος παριστᾷ, μηδενὸς κινουμένου·
Πρόσωπα μαρφοῖ, ζωγραφεῖ διαπλάσεις,
Τὸν νοῦν ἐρευνᾷ, ψηλαφᾷ τοὺς δακτύλους,
Γέλωτα ποιεῖ, συμβιβάζει τὰ ἀτόμα·
Καὶ τῇ δοκήσει δι' ἀφανοῦς ἁμαρτίας
Ἐμπρακτον ὠδίνησε τὴν ἁμαρτίαν.

est sua natura liberum in servitutem trahat, nostrasque mentes, quæ sui sunt juris in miseram captivitatem adducat : ac primum quidem nos suadet, tum vero in omne scelerum genus impellit : nam se tortuosis spiris, velut anguis, intorquet, et miræ calliditatis est bestia, quæ per alternos gressus se inflectens graditur (ventre enim utitur, tanquam pedibus, ad incedendum), ac luporum forsitan more terram lingens, per incontinentem æstuantium passionum libidinem ad peccati consummationem impellit, cujus gustu ac suavitate unusquisque illectus trahitur; ac tum quidem amari nescio quid voluptatibus immiscens melle medicatum venenum mihi morituro propinat. At quis hujus draconis malitiam penitus agnoverit? qui in consiliis dandis est inimicus, et in accusando amicus? qui blande jugulat, et quos adjuvat, mactat? quibus se ducem præbet, fallit; quos amat, aggreditur? qui fidem servare nescit, nec minus se comem, dignumque qui excipiatur, fidesque habeatur, ostentat? Nos enim allicit, nec quidquam proponit : pulchritudinis speciem exhibet, nec quidquam admovet. Larvas figurat, pingit imagines, mentem pervadit, digitos contrectat, risum excitat, labra labris conserit, et tandem ementiti peccati obtentu rerum reapse parturit peccatum. Verum ego non sum plane nescius,

NOTÆ.

sus spiritum; spiritus autem adversus carnem : hæc enim sibi invicem adversantur, etc.

799. Vide supra v. 769.

801. Lege συμπνέει, quod habet Cod. Vat. 1126. Poeta hoc loci et in seqq. versibus Adæ lapsum per astutiam serpentis indicat. Gen. III ; *Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus*, etc. *Dixit, Nequaquam moriemini*, etc. Vide sanctum Ambrosium, *De paradiso*, 15.

802. Gen. III, 14 : *Et ait Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terræ : super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

803. Cod. Vat. 1126, θηρίων.

804. Pro στιχοδρομεῖν idem Cod. habet στηθοδρομεῖν, *pectore incedere, ventre uti tanquam pedibus ad incedendum* : quæ lectio non est contemnenda. Verum magis placet στιχοδρομεῖν, *alternis gressibus, quasi per versus sibi respondentes, incedere*, quod serpentis incessum proprie denotat. Vide Pollucis *Onomast.* VII, 36, et Dufresne, *Gloss. græcit.*, in v. στίχος.

806. Idem Cod. 1126, τοὺς λύκου τάχα τρόπους. Pisida non affirmat lupos edere terram. Sic Aristoteles, *Hist. animal.* VIII, 5 : Πλὴν τοὺς λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὲ τοῦτο τῶν ζώων· *Nisi quod lupos aiunt terram quamdam, cum esuriunt, edere; quod peculiare luporum sit.* Solinus, *Polyhist.* II, id pro certo tradit : *Vescuntur in fame terram.*

808. Idem Cod. κιρνᾷ pro κινεῖ.

809. Serpens voluptatis est symbolum, utpote qui pedibus caret, pronus ventre nititur, etc. Vide sanctum Ambrosium, *De paradiso*, 15, qui dicit delectationem corporalem accepisse typum serpentis.

812. Elegantissima antitheseων congeries ad diaboli fraudulentum ingenium declarandum. Recte sanctus Basilius, homil. in Psal. XLV : Ἐπιβουλεύων γὰρ ὡς πολέμιος, πάλιν τοὺς ἐπιβουλευθέντας ἐξαπατᾷ, αὐτῷ προσφεύγειν, ὡς φύλακι, ὥστε διπλοῦν αὐτοῖς περιίστασθαι τὸ κακόν· ἢ βιαίως ληφθεῖσιν, ἢ ἐξ ἀπάτης ἀπολομένοις· *Etenim dum insidiatur velut hostis, rursus quibus insidiatus est, eos deceptos inducit, ut ad se ceu custodem confugiant. Quare duplex eis malum imminet : quippe aut per vim malam capiuntur, aut ex fraude pereunt.* Vide etiam hom. 9, n. 9.

816. Spectrorum et phantasmatum quæ nobis tum dormientibus, tum vigilantibus, et modo volentibus, modo etiam invitis occurrunt, ac sæpe mentibus imagines obscenas objiciunt, invidiam rejicit merito in diabolum, qui omni tentationum genere nos impetit, ut fiamus servi peccati. Idolorum lubricas species per somnum nobis obversantes descripsit Lucretius, IV, 790. Vide etiam aureum Hippocratis librum *De insomniis*.

818. Alcimus Avitus, *Poem.* lib. II, 59, eleganter diaboli fraudes enumerat :

Pugnat, et occultus per publica crimina latro,
Et nunc sæpe hominum, nunc ille in sæva ferarum
Vertitur ora, novos varians fallentia vultus ;
Alitis interdum subito mentita volantis
Fit species, habitusque iterum confingit honestos.
Apparens necnon pulchro ceu corpore virgo,
Pertrahit ardentes obscena in gaudia visus.
Sæpe etiam cupidis argentum immane coruscat,
Accenditque animos auri fallentis amore,
Delusos fugiens, vano phantasmate tactus.
Nulli certa fides constat, vel gratia formæ :
Sed quo quemque modo capiat, teneatque nocendo,
Opportuna dolis, clausæque accommoda fraudi,
Sumitur exterior simulata fronte figura, etc.

820. Cod. 1126, κινεῖ pro ποιεῖ, et in versu sequenti κακίας pro ἁμαρτίας.

822. Vide sanctum Basilium homil. in Psalm. VII, 8 : *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.*

Digitized by Google

Οὐκ ἀγνοῶν γὰρ τῶν ἐκείνου φασμάτων
Τὸ δυσπαθὲς φρόνημα, καὶ τοῦτο πλέον
Θλίβει με καὶ δάκνει με, καρκίνου δίκην,
Φεύγοντα καὶ πράττοντα τὴν ἁμαρτίαν.
Πλὴν τὸν γέροντα τοῦτον ἀῤῥήτως ὄφιν,
Τὸ τοῦ σκότους κάτοπτρον, ἡ θεία κρίσις
Προὔθηκεν ἡμῖν, εἶγε τοὺς κατ' εἰκόνα
Γραφέντας ἡμῖν μὴ χαράξομεν τύπους·
Ὅπως ἔχωμεν αὐτὸν ἀντὶ παιγνίου,
Παίζοντες εἰς δράκοντα, κἂν χάνῃ μέγα.
Ἡλλοὶ γὰρ αὐτοῦ τὴν ἐπηρμένην φρένα,
Καὶ τὴν ἄφυκτον ἐν μάχαις ἀϋλίαν,
Ὕλην ἔχοντες σαρκικῶν βαρημάτων,
Καὶ τῇ γεώδει συμπεφυρμένοι κόνει,
Ἠμβλυναν, ἀπέστρεψαν, ὥσπερ ἀσπίδες,
Τὰ σαθρὰ πρὸς γῆν ἀντιπέμποντες βέλη.
Εἰ ταῦτα πάντα πρὸς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῶν δοκούντων εὐτελῶν καὶ συντράγων
Τὴν σφυγμὸν εὑρὼν, τὴν διάγνωσιν φράσαι·
Ἢ καὶ προκόπτων θεῖον ὄργανον λάβοι,
Φωνὴ βοῶντος εἰς ἐρήμους καρδίας·
Ἢ τῇ πυράγρᾳ τοῦ Χερουβὶμ ἐγγίσας,
Λάβοι παρ' αὐτοῦ ταῦ λόγου τὸν ἄνθρακα.
Ἢ τὸν πυραυγῆ δίφρον, ἢ τοὺς ἐμφλάγους

quam ejus sit in illudendo pervicax ingenium, atque ex hoc ipso magis magisque me, velut cancer, premit et mordet, fugientem, et tamen peccata committentem. Atqui non aliam ob causam antiquum hunc ineloquibiliter serpentem, tenebrarum speculum, nobis ante oculos posuit Dei judicium, nisi ut sculptas in nobis secundum ejus imaginem notas non deleamus, ac proinde ipsum ludibrio nobis habeamus, draconi illudentes, quamvis immani hiatu fauces ille diducat; nam multi superbam ejus mentem, et nullo modo assequendam in bello ejusdem immaterialem substantiam, quamvis materiali carnis pondere gravati, et terrestri cœno commisti contuderunt atque everterunt, tanquam scuta, quæ immissa tela in terram irrita remitterent.

Verum esto, ut quis hæc omnia se habere perspecta, et rerum, quæ viliores videntur, et una simul nobiscum sunt natæ ac enutritæ, intimam rationem tam bene nosse arbitretur, ut de iisdem possit ferre judicium. Esto, ut ulterius proficiens divinum organum tractandum sumat, fiatque vox cordis clamantis in desertis; vel etiam ad Cherubim forcipem accedens sumat ab ipso divini sermonis carbonem; vel potius igne splendentem currum inscendens, et igneos equos exagitans per cœli vias excurrat, et eques appareat hac terrena vita ex-

NOTÆ.

823. Cod. 1126, ἀγνοῶ. Atque hic Pisida contra diaboli tentationes, quibus persæpe premimur, fortiter esse dimicandum, proposito martyrum exemplo, commonstrat.

826. Videtur exprimere illud Pauli *Rom.* VII, 23 : *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati.*

827. Ἀῤῥήτως vertimus ex Lactantio *ineloquibiliter*. Non dubito Pisidam respexisse ad *Apocalyps.* XII, 9: *Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas.* Vide quæ eruditissimus Joann. Lamius adduxit in defensionem Glycæ hunc serpentem vocantis νοητὸν ὄφιν, in Prolog. Galeato Delic. Erud.

830. Puto χαράξωμεν. Maximam hominis dignitatem, de quo plura apud Patres, noluit Pisida tacitus prætertire. Vide sancti Gregorii Nysseni Homilias in illa verba Gen. I, 26 : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

831. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Psal. CIII, 26. Et, *Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Gen. III, 15.

834. Sanctus Basilius, homil. 9, 9 : Φύσις δὲ αὐτοῦ ἀσώματος κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὸν εἰπόντα· « *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας* » Cæterum ejus *natura est incorporea, juxta Apostolum dicentem Ephes.* VI, 12 : « *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed contra spiritualia nequitiæ.* »

837. Martyres et sancti omnes contra diaboli nequitiam pugnantes, in virtute, et per gratiam Servatoris nostri Jesu Christi victoriam reportarunt. Apoc. XII, 10 : *Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem.*

839. Idem argumentum persecuturus circa hominis imbecillitatem in eo, quod attinet divinæ essentiæ cognitionem, neminem omnino esse inquit, qui vel prophetico spiritu insignis, vel miraculis clarus hanc Dei vere incomprehensibilis notitiam assequi possit.

841. Metaphora a re medica sumpta; σφυγμὸς enim est *venarum pulsus*, et διάγνωσις ex explorato pulsu *judicium*. Vide Galenum περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, *de pulsibus dignoscendis*, tom. VIII, pag. 103.

842. Θεῖον ὄργανον est, si quid video, Dei sermo, et sacrarum Scripturarum complexio. Sensus autem est : Si quis a terrenis ad divina se transferens tantum proficiat, ut fiat per fidem alius Isaias, cujus tanta fuit divinarum rerum intelligentia, ut cap. XL, 3, illis verbis : *Vox clamantis in deserto*, etc. Messiæ adventum, ejusque præcursorem prænonstraverit, et peræque ac ille, prophetico spiritu donatus, et igneo carbone purgatus, ut ibid. legitur cap. VI, 6, divinorum oraculorum sensus explanet, longo tamen intervallo a Deo cognoscendo distabit, vel etiamsi sanctitate et miraculis, ut Elias aut Moses, præfulgeat. Cæterum qui hæc et ea quæ sequuntur, melius nosse desiderat, legat sancti Gregorii Nazianzeni orat. 34, quam sane præ oculis habuisse Pisidam non dubito affirmare.

843. Scilicet γινόμενος.

845. Isa. VI, 6 : *Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari*, etc. LXX Interpretes pro χερουβὶμ, et πυράγρᾳ, ut est in Pisida, habent σεραφεὶμ, et λαβίδι, sed pro *calculus*, ut est in Vulgata, ἄνθρακα.

846. Eliam innuit, de quo in libro IV Reg. II, 11. *Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, et equi ignei diviserunt utrumque, et ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Videsis apud mythologos de Phaetonte et Bellerophonte fabulas, quas scite conjunxit Horatius, IV, od. 11, v. 25.

Digitized by Google

Ἱστῶν δὲ τὴν βρίθουσαν ἀστάτῳ βάσει·
Ἡ βάθρον αὐτῇ προσχέων τὸν ἀέρα·
Οὐκ οἶδα ποίαν ἑδράζων ἄλλην βάσιν,
Ποῖον δὲ ταύτῃ δημιουργῶν πυθμένα,
Ὦ; μὴ δεηθῇ τοῦ μετ' αὐτὸν πυθμένος.
Σειραῖς δὲ μᾶλλον ἠγνοημέναις ὅλοις,
Ποιῶν κρεμαστὴν τὴν πάνορμον ὁλκάδα·
Ἡ γῇ γὰρ ὁλκάς ἐστιν εἰς ὕδωρ τάχα,
Ἑστῶσα, καὶ φέρουσα τὴν οἰκουμένην.
Ψάμμον δὲ τεῖχος τῇ θαλάσσῃ συλλέγων,
Καὶ λεπτὸν ἀντίφραγμα τῇ ζάλῃ πλέκων·
Κτίζων δὲ βροντὴν, ἀστραπὴν δὲ θεσπίσας,
Ἐκ τῶν ἐνύγρων ἐκτρέχειν πυρεκβόλων·
Ὦ τὰς ἀνεμώδεις οὐσίας θησαυρίσας,
Ἐκ τῶν ἀδήλων, ὡς ἐπίστασαι, πόρων·
Αὖθις δὲ ταύτας ἐκχέων ἐν Ἐξόδῳ,
Ὅταν χαρίζῃ τὰς πνοὰς τοῖς οἰκέταις.
Ὦ τοῦ κεραυνοῦ τὴν ὁδὸν περιτρέπων,
Ἀναστρέφων δὲ τὴν ἄνω φορὰν κάτω,
Χέων δὲ τὴν ἄβυσσον ἐκ βάθους ἄνω,
Ὅταν προβάλλῃ μετὰ ἀναγκαίους φόβους,
Καὶ τῷ φόβῳ δρᾷς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας.
Ὦ πῦρ φλογίζον τῇ χαλάζῃ συμπλέκων,
Ὅταν ξενουργοῖς συμφορὰς Αἰγυπτίοις·
Καὶ μήτε πυρσοῖς ἐξατμίζων τὴν δρόσον,
Μηδ' αὖγε τεφρῶν τῇ χαλάζῃ τὴν φλόγα·
Ἀλλ' ὡς βραβευτὴς, καὶ συνάπτων τὴν πάλην,
Καὶ πνεῦμα πέμπων, καὶ μεσάζων τὴν μάχην,

tum ipsi affinxeris, ut alio non indigeat præter hoc ipsum fundamento; nisi potius ignotis catenis circumundique appensam late portuosam navim ipsam esse volueris. Terra enim fortasse navis est innatans aquis, quæ quidem stet, et dorso gestet orbem universum.

Tu arenam instar muri congregas in mari, atque hujusmodi leve sepimentum contra procellas opponis. Tu creas tonitru, tu fulgetræ das leges, ut ex ignivomis vaporibus erumpens excurrat. Tu ventorum essentias ex occultis nobis meatibus, quos ipse bene nosti, in unum thesaurum congregas, ac postea, ut est in Exodo, effundis ipsas, cum tuis vis famulis ventorum gratiam elargiri. Tu per incertum iter circumagis fulmen; tu quæ sursum efferuntur, deprimis deorsum, et ea quæ sunt deorsum, attenuata sursum attollis, quando terrores injicis ad salutem necessarios, et facis, ut metu exscindatur peccatum. Tu ignem ardentem commisces grandini; quando novas calamitates vis parere Ægyptiis: nec tamen igne humiditatem absumi, aut grandine, flammam exstingui permittis; sed tanquam arbiter et moderator certaminis, et signum das tuba, et certamen dirimis. Tu nubium turres, et propugnacula, ut vis, in altum suspendis, et infra sub-

NOTÆ.

2, expressit: *Quia ipse super maria fundavit eam*, etc. Et psal. cxxxv, 6: *Qui firmavit terras super aquas.* Sic Eustathius Antioch. in princ. Hexaem., et sanctus Joan. Chrysost. hom. 12 in Genes. Davidis textum interpretantur. Sanctus Basilius autem homil. 1 in Hexaem. hoc modo: Τί δηλοῖ ἢ τὸ πάντοθεν περικεχύσθαι τῇ γῇ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν; *Quid aliud significat, quam aquæ naturam undique terræ esse circumfusam?* Quod Pisidæ concordat dicenti τορνεύων ὕδωρ. Sic Patres ex ipso Davide, a quo illud didicerant psal. cm: *Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi;* quæ esset terræ stabilitas, explicare conabantur: non enim nisi inviti, id quod gentium philosophis placebat, asserebant, videlicet terram veluti pensilem æquilibrio consistere. Plato in *Phæd.* p. 109, cum dixisset terram esse æquilibrem, hanc rationem assignavit: Ἰσόρροπον γὰρ πρᾶγμα, ὁμοίου τινὸς ἐν μέσῳ τεθὲν οὐχ' ἕξει μᾶλλον οὐδ' ἧττον οὐδαμόσε κλιθῆναι· ὁμοίως δ' ἔχον, ἀκλινὲς μένει. *Res enim æquilibris in similis cujusdam æquique medio constituta, non poterit aut magis, aut minus aliorsum declinare quod eodem modo se habet, in neutram inclinat partem, sed constanter permanet.* Hisce similia leguntur in Aristot. lib. II, 14, *De cœlo.* Recte igitur sanctus Basilius loco cit. objectionem sibi proponit, ac diluit dicens: *Quomodo igitur aqua, quamvis sit fluida, et in declive suapte natura feratur, manet suspensa, et nusquam defluit? Tu vero non consideras, quod terra per se suspensa, eumdem aut etiam majorem pariat rationi hæsitandi locum, quandoquidem natura gravior est.*

518. Non illepide terram, vel ab aqua, vel ab aere, ut putat, sustentatam, navim appellat. Sanctus Joan. Chrysost. hom. 12, 2, in Genes.: Ταύτην αὐτὴν τὴν βαρεῖαν, καὶ τὸν τοιοῦτον κόσμον ἐπὶ τῶν οἰκείων νώτων φέρουσαν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐθεμελίωσε. *Hanc ipsam tam gravem, et tantum mundum supra dorsum suum ferentem, super aquas fundavit.*

518. Sanctus Gregorius Nazianz., orat. 34: Πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ τηλικούτῳ στοιχεῖῳ; *Qui fit ut tantum elementum arenam pro termino habeat?* Et sanctus Basilius, hom. 4, 3, in Hexaem.: Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων τῇ ψάμμῳ ἡ ταῖς βίαις ἀφόρητος χαλινοῦται. *Mare, cujus violentia ferri non potest, re omnium invalidissima, arena scilicet, refrenatum.* Ex antiquis philosophis fuere, qui terram aeri, vel aquæ insidere dicerent. Vide Plutarchum, *De plac. philos.*, lib. III, cap. 15.

521. Vide supra vers. 579.

524. Ventum, quo flante mare Rubrum in duas partes est divisum, aperte designat, Exod. XIV, 21: *Cumque extendisset Moses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, et urente tota nocte.*

527. Cod. 1126, ἀντιστρέφων.

528. *Τὴν ἄνω φορὰν, siccas exhalationes, τὴν ἄβυσσον ἐκ βάθους, exhalationes humidas;* ex utrisque enim una simul commistis fit fulmen, si Aristotelem audis *Meteorolog.*, lib. II, 9.

530. Horat., lib. III, od. 5:

Cœlo tonantem credidimus Jovem
Regnare, etc.

Nil frequentius, quam ut impii fulminis fragore terreantur. Testis impurissimus ille imperator Caligula, qui *cum deos*, ut Suetonius ait cap. 51, *tantopere contemneret, ad minima tonitrua, et fulgura connivere, caput obvolvere, ad vero majora properipere se e strato, sub lectumque condere solebat.*

532. Septima plaga, qua Deus percussit Ægyptios: Exod. IX, 23: *Dominus dedit tonitrua, et grandinem, et discurrentia fulgura super terram . . . et grando, et ignis mista pariter ferebantur.* Et psal. CIV, 32.

534. Cod. 1126. τῇ θαλάσσῃ, *Fulmina*, et *Grandinem*, ignem scilicet, et aquam, inter se contrarias naturas, duobus athletis comparat, quos ad certamen Deus, ut vult, tubæ signo committit, et decertantes separat. De Brabeuta, qui erat judex, et præfectus certaminum, videsis Car. Paschalium *De coronis*, lib. VI, 11, 12.

Digitized by Google

Ὦ τὰς ἐπάξεις τῶν νεφῶν, καὶ τοὺς λόφους
Κρεμῶν ἐν ὕψει, καὶ μεθέλκων ἐν βάθει·
Καὶ πῇ μὲν ἐκ γῆς, εἰ θέλεις, μετάρσιον
Ὕδωρ ἀνέλκων, πῇ δὲ διψῶσαν πάλιν
Τὴν γῆν ποτίζων, καὶ δροσίζων εὐθέτως
Τὴν ξηρότητα ταῖς ἐνύγροις ἰκμάσι·
Μήπως ὑποκλάσασα τῇ ξηρᾷ ζέσει
Στεῖρα προέλθῃ πρὸς γονὴν τῶν σπερμάτων.
Ὦ τὰς ῥεούσας, ὡς κελεύεις, ἐκχύσεις,
Ποιῶν ὁμοίας τοῖς ἀποσκλήροις λίθοις,
Ἃς οὔτε χειμὼν, οὔτε καύματος ζέσις,
Εἴργει τυποῦσθαι πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον·
Πῇ μὲν γὰρ αὐτὰς, οἷα πετραίους πάγους,
Χειμὼν ἀπεσκλήρυνε, πῇ δὲ καὶ θέρος
Στερρούς ἀφῆκε τῆς χαλάζης τοὺς λίθους.
Τίς τὰς ἀφορμὰς τῶν ἀπορρήτων λόγων,
Ταύτης ἀπεκρίβωσε τῆς λιθουργίας;

Ποῖον θρασυνθὲν τοῦ Σταγειρίτου στόμα
Τοὺς τῆς χαλάζης ἐξερεύγεται λόγους,
Ὡς ἥλιος μὲν ὑγρὸν ἁρπάσας πάχος,
Καὶ πρὸς τὰ κοῖλα τῶν νεφῶν ὁρύγματα
Τὴν ψύξιν ἐνθεὶς, καὶ περιστείλας ὅλην
Τῆς ψυχρότητος ἐν βάθει τὴν ἰκμάδα
Λιθοῖ τὸ χαῦνον, καὶ παχύνει τὴν φύσιν;
Κἀντεῦθεν ἡ χάλαζα μαρμαρουμένη
Λύσις κυλίνδρων γίνεται λιθοδρόμων.
Ὁ δ' αὖγε χειμὼν ψυχρότητος ἐκτάσει,
Νάρκωσιν ἐνθεὶς τῆς ῥοῆς τῇ συστάσει,
Χεῖσθαι μὲν αὐτὴν οὐκ ἐᾷ χαυνουμένην,
Σφίγγων δὲ καὶ σπῶν δεικνύει πεπηγμένην·
Ὦ συλλογισμῶν εὐόλιστα κύματα!
Καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἁθυρμάτων,
Τὰ λεπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην!
Ὦ πομφόλυξ σφύζουσα καὶ φυσωμένη,

mittis; et nunc, si tibi placet, aquam attrahis sursum, nunc vero sitientem terram irrigas, et opportune, quasi rore immisso temperas humoribus siccitatem, ne æstu consumpta sterilis tandem seminibus evadat.

Tu defluentium imbrium effusiones, si jusseris, duris lapidibus similes facis : cum nec hiems, nec æstatis fervor queat cohibere, ne ad tuæ voluntatis nutum efformentur : modo enim imbres ipsos, ut lapideos globos indurat hiems, modo vero etiam æstas rigentis grandinis saxa jaculatur. Quis unquam lapidarium hoc opus tam bene perpendit, ut arcanæ doctrinæ sensum sit assecutus? Quam contidenter Stagirita suum os adaperit, et de grandine

sermones eructat? Ait enim, solem humidis attractis moleculis, et in cavis nubium recessibus injecto frigore, tanta intus inclusum vaporem frigiditate comprimere, ut quod natura est fluxum, lapidescat, et fiat durum, tum vero grandinem marmoream factam in lapideos per aerem excurrentes cylindros diffundi : ac postea hiemem sui frigoris intensione torporem quemdam concretæ grandini, dum ea labitur, immittere, nec sinere, ut diffluat, ac dissolvatur; quinimo tam arcte constringere, atque hinc inde trahere, ut compacta videatur. O vagos syllogismorum fluctus! et debile ædificium ludentium puerorum, qui leves paleas ad casas ædificandas colligunt! O bulla levis, et flatu distenta, tumidos

NOTÆ.

537. Consulendus Aristoteles lib. I, cap. 3 et 9 *Meteorolog.*, ubi omnem de meteoris doctrinam ita explanat, ut ex uno principio ea omnia, quæ in aere fiunt, oriri, et parva affectionum immutatione varium nomen sortiri demonstrare contendat.

546. Ἀπόσκληρ· ab ἀποσκληρόω, *durus*, saxa, et lapides grandinem vocat. Eodem plane modo Livius, et Plinius tradiderunt sæpius pluisse lapidibus. Sic etiam in sacra Scriptura legimus Ezech. XXXVIII, 22 : *Et judicabo eum peste, et sanguine, .. et immensis lapidibus.*

547. Cod. 1126. χρόνος pro ζέσις.

551. Idem cod. στερρὰς τὰς λίθους.

554. Aristotelis sententiam circa grandinis generationem exagitat, quæ sane ridicula videtur. Ille enim lib. I, cap. 12 *Meteorol.* per antiperistasin id fieri affirmat, eo quod frigus ab externo calore quodammodo expulsum in nubium recessu se recipiat, atque ita aquam conglaciet, et induret : Ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον ἀντιπεριστῇ ἐντὸς τὸ ψυχρὸν ὑπὸ τοῦ ἔξω θερμοῦ ὕδωρ ποιῆσαν ἔπηξε, καὶ γίνεται χάλαζα. *Cum autem frigus adhuc magis in profundum coactum fuerit ab exteriore calore, quam fecerit aquam conglaciat magis, emergitque grando.*

558. Cod. 1126 περικλείσας.

563. Κυλίνδρων λιθοδρόμων, grandinis naturam, et formam apte designat : cylindrica enim, et teres, ut plurimum, est ejus figura, et lapidis instar dura, et rigens in terram protruditur.

567. Ethnicorum sapientiam deridet, cujus levitatem, et inconstantiam marinis undis comparat, quod humanæ rationi tantummodo innitatur. Sic Patres passim, perinde ac Pisida, philosophorum ac sophistarum scientiam contemnunt, quod plena esset inanitatis, et magnam haberet puerilium vocularum copiam sine aliquo fructu audientium animos demulcentem. Proinde noster poeta Aristotelicos syllogismos εὐόλιστα κύματα *vagos fluctus*, et παιδικὰ ἀθύρματα *puriles lusus* vocat.

569. Cod. 2126. εἰς σκέπην.

570. *Πομφόλυξ σφύζουσα, bulla vana.* Est enim bulla tumor ille vanus, qui imbre decidente in aquis statim enascitur, ac simul evanescit : unde proverbium πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος *homo bulla*. Pisida videtur sanctum Gregorium Nyssenum imitatus, qui *orat. 6 Contra Eunom.* eamdem rem sic expresserat : Οἷόν τι περὶ τὰς πομφόλυγας συμβαίνειν εἰωθεν· ὅταν πρός τινα σύστασιν ὑδάτων ἄνωθεν αἱ σταγόνες φερόμεναι τὰς ἀφρώδεις ἐπαναστάσεις ἐργάζωνται, αἳ ὁμοῦ τε συνέστησαν, καὶ παραχρῆμα διέπεσον, μηδὲν τῆς ἰδίας συστάσεως τοῖς ὕδασιν ἴχνος ὑπολειπόμεναι· τοιαῦται τῶν τοῦ λογογράφου νοημάτων αἱ ψυσαλίδες, ὁμοῦ τῷ προβλῦσαι δίχα τῶν ἀπτομένων κατασβεννύμεναι ... καθάπερ τις ἀφρώδης ὄγκος κατὰ ῥοῦν ἀπαγόμενος ἐνσείσας τινὶ τῶν στερεωτέρων διέπεσεν, οὕτω κατὰ τὸ αὐτόματον ὁ λόγος φερόμενος, καὶ ἀπροσπτος τῇ ἀληθείᾳ προσενεχθεὶς, τὴν ἀνυπόστατον ταύτην καὶ πομφολυγώδη τοῦ ψεύδους σύστασιν εἰς τὸ μὴ ὂν διεσκέδασεν· *Quale quid circa bullas solet contingere, cum in aliquam aquarum congeriem desuper stillantes guttæ decidunt, spumosas eruptiones efficiunt, quæ simul, atque extumuerint, repente dilapsæ cadunt, nullum propriæ consistentiæ in aquis vestigium subinde relinquentes : tales hujus scriptitatoris notionum ampullæ, quæ simul atque projectæ fuerint, nullis tangentibus exstinguuntur.... velut quidam spumo-*

Digitized by Google

Καὶ πνευματοῦσα μετὰ ἐνογκώδεις λόγους,
Ἦν ὡς ἄβαθρον καὶ διάῤῥυτον κτίσιν,
Φεκὰς συνιστᾷ, καὶ σταγὼν ἀνατρέπει.
Εἰ συστρέφει γὰρ τοὺς πάγους ἡ ψυχρότης,
Καὶ ταῦτα ποιεῖ τοῦ θέρους ἡ θερμότης·
Πόθεν συνῆλθον εἰς συνέργειαν μίαν,
Ἐναντίως ἔχοντες ἐργάται δύο;
Ποῖαι δὲ χῶναι, καὶ χύλιστραι, καὶ στρόφοι;
Τὴν ὑγρὰν ἐσφαίρωσαν εἰς ῥυτὴν λίθον;
Πόθεν δὲ καὶ φλὸξ τῇ βροχῇ μεμιγμένη,
Καὶ ταῖς φλέχθροις συστροφαῖς εἱλουμένη,
Ἄλωσιν οὐ πέπονθεν ἀλληλοῤῥόρου;
Εἰ δ' αὖθις ἡ νοῦν ὀξυκίνητον στρέφων,
Ἡ πνεῦμα λεπτὸν εἰς ἀνάπτυξιν λόγου,
Εἴπεῖν τι πιστὸν τῶν ἀποκρύφων μάθοι,
Καὶ τοῦτο τῆς σῆς, δέσποτα, προμηθείας·

Ὡς μὴ τὸ μῆκος, ἢ τὸ κάλλος τοῦ πλάτους
Μόνον σκοπήσας ἐκπλαγῇ τῶν κτισμάτων·
Ἀλλ' ὥστε μᾶλλον τῇ νοήσει τοῦ βάθους
Πρὸς ὕψος ἀρθεὶς, γνωστικῶς σε θαυμάσῃ.
Ἀλλ' εἰπὲ λοιπὸν τῷ Σταγειρίτῃ, Πλάτων,
Καὶ τὸν μαθητὴν πεῖσον, εἰ πείσεις λέγων,
Ἐκ τῶν ἄνω κάτελθε, καὶ λάλει κάτω.
Μήπως ἐπαρθεὶς τῷ μεταρσίῳ θράσει,
Ὥσπερ νεοττὸς αἰετοῦ, καὶ μὴ θέλων,
Αὖθις κατέλθῃς, μὴ φέρων τὸν ἥλιον.
Ἀλλ' ὦ παρ' ἡμῖν ἐμφανῶς κεκρυμμένε,
Καὶ φῶς μὲν οἰκῶν, τοῖς δὲ τὴν σὴν οὐσίαν
Ζητοῦσι, πολλὴν ἀντιπέμπων ἔσπεραν,
Ὦ συγκαλύπτων οὐ μόνον τὴν σὴν φύσιν,
Ἐν συστολῇ δὲ δεικνύων καὶ τὴν κτίσιν·
Ὅπως ἐάν τις ἐξερευνήσαι λόγῳ

sermones, et ampullas projiciens, quæ tamen, cum res sit infirma, et fluxa, sicuti stilla conflatur, gutta etiam destruitur! Si enim frigoris vis concretiones grandinis astringit, atque contorquet, idemque præstat æstivus calor, quinam fit, ut in unum opus concurrant sibi ex adverso oppositi artifices duo? Quæ autem sunt fusoriæ, quæ ad liquandum aptæ machinæ, aut qui torni frigidam materiam in sphæræ formam rotundant, atque in fusiles lapides convertunt? Unde fit, ut flamma humido immista, et contrariis inter se viribus contorta excidium non patiatur, cum hæc duo invicem se destruant? At vero si forte ille Stagirita acri suæ mentis acie, subtilique ingenio ad explicandos rerum sensus converso quid rectum, ac fidei consentaneum dicere de arcanis addidicit, hoc ipsum,

Domine, tuæ providentiæ est opus; ne ea, qua mundus constat, longitudinis, et latitudinis admirabili forma perspecta, stupore perculsus in creaturis defigeretur, sed potius ex infirmarum rerum cognitione ad superiores evectus teipsum nosceret, atque admiraretur. Cæterum, quæ deinde sequuntur, Stagyritæ tu dixeris Plato tuumque discipulum, si queas suadere, suadeas, illud clamans: *Descende de cœlo, et terrena loquere:* ne nimia audacia in aerem elatus, ut aquilæ pullus, vel nolens cogaris rursus descendere, non valens solis radios sustinere.

Sed, quam mirabiliter, Deus, hic pates, et es absconditus! Tu lucem inhabitas, et iis, qui tuam essentiam inquirunt, multam noctem offundis, utpote qui non solum tuam naturam contegas, sed in

NOTÆ.

sus tumor per fluxum qui obducitur alicui corpori duriori illius dilabitur: sic incassum et temere dum fertur oratio, et ex improviso in veritatem allapsa, hanc instabilem, et ampullarem mendacii constitutionem in nihilum dissipavit.

571. Cod. 1126, ἐν ὀγκώσει, et deinde ἄβατον.

575. Jejune quidem Aristoteles in *loc. cit.* explicavit, cur æstate, et hieme decidant grandines. Pisida ei recte opponit, diversarum causarum eumdem non posse esse effectum.

576. Cod. 1126. εἰς ἐνέργειαν.

578. *Χῶναι, infundibula*, in quibus metalla liquefiunt; χυλίστραι a χυλίζω *succum exprimo* idem videtur significare, *machinæ fusoriæ*: στρόφοι, ni fallor, sunt *torni*, quibus glaciem rotundari fingit Pisida.

579. Cod. 1125, εἰς ῥύσιν λίθων.

585. *Τὶ πιστὸν τῶν ἀποκρύφων.* Si quid a fide, et ab arcana Christianorum doctrina non alienum dixit Aristoteles, Dei providentia id factum est, ut Deum esse cognosceret.

586. Cod. 1126, προμηθίας.

587. Iterum terram longam, et latam statuit Vide supra vers. 86 et 89.

591. Decantatissimum est illud Socraticum effatum τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, necnon alterum, cujus meminit Aristoteles, lib. II, 40 *Rhetor*, Θνατὰ χρὴ τὸν θνατὸν, οὐκ ἀθάνατα θνατὸν φρονεῖν, quibus Plato edoctus res physicas, ac præsertim cœlestes minus curiose sibi investigandas esse censuit. Contra vero Aristoteles ejus discipulus Socratem, et magistrum Platonem non magni fecisse videtur, eo quod res physicas neglexerint, quod ex variis locis colligitur. Vid. *Metaphys.* lib. I, cap. 6.

593. Platonem secundum Socratis præceptum inducit Aristotelem monentem, ne se nimis extollat in rebus cœlestibus perscrutandis: verendum enim, ne in altum elatus deficiat ac decidat.

595. *Αἰετοῦ.* Aristoteles lib. VI, 6 et IX, 32. aquilam haliætum pullos suos expellere, non autem contra solem ipsos exponere affirmat: at Plinius lib. X, 3 Pisidæ consentiens est: *Haliætus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversus solis radios intueri, et si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido, velut adulterinum, atque degenerem.* Ælianus *De nat. anim.* lib. II, 36 eadem omnino refert.

597. Quæ sequuntur cum Areopagiticis scriptis consonant. Legesis pseudo-Dionysii caput 1 et 7 *de div. nomin.*, ubi fuse agitur, quomodo Deus, qui omnem intelligentiam excedit, ac est absconditus, attamen intelligatur.

600. Sanctus Maximus in Scholiis ad cap. 15 *De cœl. hier.* Ἀγνωστός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ διὰ ποικιλίαν συλλογισμῶν ἀγνοουμένην ἡμῖν, ἀλλὰ κατὰ ἐνιαίαν τινὰ πρὸς τὰ καθ' ἡμᾶς ἓν καὶ καθάπερ ἀκατάληπτον ἄγνωσίαν· *Deus ignotus est, non propter argumentorum nobis ignotam varietatem, sed secundum unam quamdam in nobis simpliciter, et absolute incomprehensibilem ignorationem.*

601. Quam bene mentis humanæ infirmitatem ad res divinas explorandas ex nostra circa res ipsas

Digitized by Google

Τὴν σὴν ἀνεξεύρητον οὐσίαν θέλῃ,
Πρῶτον λάβοι κάλυμμα τὴν στυγνὴν κτίσιν,
Καὶ τὴν ὁμίχλην ἐκπλαγεὶς ὑποστρέφοι.
Ὃ τὴν ἀνερμήνευτον ἐξοχὴν ἔχων,
Δεικνὺς δὲ σαυτὸν ἐν κατόπτρῳ τῇ κτίσει,
Ὅπως ἕκαστος ἐκμαθεῖν ἐπειγμένος,
Τὰς σὰς δι' αὐτῆς, ὡς ἐφικτὸν, ἐμφάσεις,
Μὴ τοὺς ὑπὲρ νοῦν εὐθέως ζητῇ λόγους·
Ἀλλ' ὡς νέος τις ἐκδοθεὶς διδασκάλῳ,
Καὶ πρὸς τὰ πεζὰ ταῦτα γράμματα τρέχων
Τέως τυπωθῇ τοῖς κάτω μαθήμασι,

A

Προσκαρτερήσας τῇ σχολῇ τῶν κτισμάτων·
Καὶ συλλαβὰς μὲν ἐμφρόνως τὰς οὐσίας,
Τὰς εἰς ἑαυτὰς συντεθείσας ἐκμάθῃ·
Τὰς ἡλίου δὲ καὶ σελήνης ἐκθέσεις,
Ὡς τῶν χρόνων εὔστικτα σημεῖα, ξέσῃ·
Ὅταν δὲ πᾶσαν τὴν προπαιδείαν μάθῃ,
Καὶ ταῖς καθολικαῖς ἐκτριβῇ προσῳδίαις,
Πήξῃ τε τὸν νοῦν εἰς τὰ τοῦ λόγου μέρη,
Καὶ ῥητορεύων ἐκφράσῃ τὰ κτίσματα,
Τοῖς κοσμικοῖς δὲ πᾶσιν ἐντύχῃ νόμοις,
Καὶ τοὺς παλαιοὺς μὴ παρατρέπων ὅρους,

compendio etiam ostendas res creatas : ut si quis tuam non investigabilem essentiam scrutari sermonibus contendat, statim in ipsis rebus creatis molestum sibi, obtentum esse velum sentiat, ac proinde tanta caligine exterritus ab incœpto desistat. Tu ineffabilem habes excellentiam, teque ipsum tanquam in speculo per res creatas manifestas ; ut tui imaginem per ipsas addiscere unusquisque coactus, non ultra id, quod humana mens patitur, sublimiores statim rationes inquirat, sed veluti adolescens quispiam traditus magistro, ad

hæc prima terrestrium litterarum rudimenta se conferat, donec istis, quæ deorsum traduntur, disciplinis informetur, rerum creatarum studio per otium incumbens : ac tum syllabas, videlicet, quomodo substantiæ coalescant et componantur, prudens addiscat ; positionesque solis et lunæ, quæ sunt temporum rite distincta signa, percalleat. Cum autem hæc prima rudimenta didicerit, et in generalibus accentuum præceptis fuerit versatus, ad orationis partes animum convertens defigat, ac veluti orator factus de rebus creatis eloquenter

B

C

D

NOTÆ.

naturales, et creatas ignoratione declarat et probat ! Quam pauca enim ea sunt, quæ se scire excellentiores philosophi jactare possunt ? eaque ipsa nonne ἐν συστολῇ, *in compendio*, ex parte veluti decurtata cognoscunt ? Proinde recte Noster sequitur, et στυγνὴν, *odiosam*, vocat creaturam, scilicet quæ improbo labori, qui in rebus physicis investigandis impenditur, minime respondeat : quasi voluerit explicare illud *Eccli.* I, 13 : *Occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.* Præclare Cicero, *Acad. quæst.* IV, contra Lucullum Epicureum ait : *Latent ista omnia crassis occultata et circumfusa tenebris : ut nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cœlum, terram intrare possit, corpora nostra non novimus . . .*

603. Ἀνεξεύρητον, *qui nunquam potuit deprehendi*, ita in Dionysianis vocatur Deus ἀνεξερεύνητος, *imperscrutabilis*, ἀνεξιχνίαστος, *ininvestigabilis*, ἀνεννόητος, *inexcogitabilis*, ἄφθεγκτος, *inexplicabilis*.

604. Cod. 1126. λάβῃ κάλυμμα τὴν κάτω.

607. I Cor. XIII, 12, *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.*

608. Areopagitica scripta pene tota in hoc argumento versantur, ut demonstrent quomodo a terrenis ad cœlestia mens humana possit assurgere, et ex omnibus rebus ad Deum ascendere.

611. Lepide per allegoriam a grammaticis institutionibus desumptam, ut quemque deceat per gradus ad Dei cognitionem pervenire, demonstrat. Itaque Christianum virum adolescentulo assimilat, qui pædagogo ad erudiendum traditus litteras primum, et litterarum nomina, id est primas rerum creatarum notiones, vel elementa, πεζὰ γράμματα, dignoscere assuescat ; tum syllabas ex litteris componere, scilicet quomodo substantiæ ex variis principiis coalescant, addiscat ; deinde accentus, videlicet rerum singularum numerum proportionemque, intelligat ; postea octo orationis partes, id est rerum ipsarum vim atque potestatem, appellationem et proprietates, leges et connexionem, copiam atque præstantiam admiretur, ac tum de iis, quasi jam factus orator, siquidem possit, diserte disserat. Placeat celebris Grammatici Dionysii Halicarnassensis auctoritatem interponere, ut facilius Pisidæ sententiam assequamur. Ille enim in libro *De composit. nom.* sic ait : Τὰ γράμματα ὅταν παιδευώμεθα, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐκλαμβάνομεν· ἔπειτα τοὺς τρόπους καὶ τὰς δυνάμεις· εἶθ' οὕτω τὰς συλλαβὰς καὶ τὰ ἐν ταύταις πάθη, καὶ μετὰ τοῦτο ἤδη τὰς λέξεις καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐταῖς, ἐκτάσεις τε λέγω, καὶ συστολὰς, καὶ προσῳδίας, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις· *Cum litteris primum imbuimur, primum nomina earum discimus, dein figuras et potestates ; postea syllabas, earumque affectiones ; post hæc voces, et quæ illis accidunt, extensiones, inquam, et contractiones, et accentus, et quæ his sunt similia.* Cæterum hic Pisidam ob oculos habuisse præcepta, quæ de scientia tradit Plato, legenti *Theætetum* patebit : ibi enim ille copiose agit de elementis et syllabis, quibus componitur oratio, ut ostendat ad rerum cognitionem non posse quemquam pervenire, nisi ope sermonis ; neque scientiæ summam comprehendere, nisi ab elementis illuc progredi instituat. Hujus autem comparationis penitiorem sensum assequetur, qui Clementis Alexandrini *Pædagogon* consulere non gravabitur, quem sane librum ob oculos habebat Pisida, dum hæc scriberet.

617. Ex solis et lunæ motu, quotquot fuerunt ab origine mundi nationes et populi, temporum mensuram et anni descriptionem traxerunt. Per eamdem allegoriam ex Grammatica desumptam videtur scite denotare *punctuationes*, quæ στίγματα a Græcis dicuntur : ita ut variæ solis progressiones, et lunæ positiones, habito ad mundi ordinem respectu, non aliter considerandæ veniant, quam in orationis circumductione et ambitu punctuationes, quibus periodi et membra distinguuntur. Vide sanctum Basilium *Contra Eunom.* lib. I, 21. At Pisida solem et lunam τῶν χρόνων εὔστικτα σημεῖα, *temporum distinctas notas et aperta signa* appellans, tacitus vanam Genethliacorum artem, et Astrologorum ridiculam scientiam carpit, qui illud Genes. I. 14, *Fiant luminaria . . . et sint in signa*, οὐχὶ τῶν περὶ τὸν ἀέρα τροπῶν, οὐδὲ περὶ τὰς ὥρας μεταβολῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τῶν βίων ἀποκληρώσεως πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐξακούουσι, non de aeris affectionibus, neque de temporum immutatione, sed de vitæ sorte suo arbitratu accipiunt ; ut ait sanctus Basilius homil. 6, 5, *in Hexaem.*, qui talium hominum cionum somnia sapienter refutat.

620. Cod. 1126, καὶ καθολικαῖς ἐντριβῇ.

624. Vana est scientia, quæ sacris Scripturis

Digitized by Google

625 Εἰς διατάξεις ἀσχοληθῇ τὰς νέας·
Καὶ πολλὰ πράξας, καὶ προκόψας εἰσβάλοι
Ταῖς εἰσαγωγαῖς τῆς ἄνω θεωρίας·
Καὶ τὴν ἐκεῖ σύνταξιν εἰς φρένας λάβοι
Τὴν τῶν μεγίστων πραγμάτων παιδεύτριαν·
630 Τότε προβαίνων ἐντελέστερον μάθοι,
Ὡς οὐδὲν ἔγνω πλὴν σκιᾶς κεκρυμμένης·

A

Οὕτω τε λοιπὸν εἴπερ ἐξ ἀγνωσίας,
Τὸ Γνῶθι σαυτὸν εἰς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς ἐνδιατρίβων φύσει,
635 Τέως ἑαυτῷ συλλαλήσαι καὶ μάθοι.
Πόθεν παρῆχθη μηδὲν ὢν πρὸ τοῦ βίου,
Καὶ πῶς τὰ μικρὰ τοῦ σπόρου προβλήματα
Ἐν τοῖς μερισμοῖς τῶν τοσούτων ὀργάνων

disserat, omnesque mundi leges assequi contendat, verum ne quid minimum ab antiquis terminis deflectens novis statutis vacet : cum autem multa præstiterit, ac multum in ipsis profecerit, tum tandem divinæ contemplationis institutionibus se committat, et illius cœlestis loci, ubi maximarum rerum traduntur disciplinæ, syntaxim, id est ordinem complexionemque, animo concipiat. Tum B denique quo magis processerit, nihil se præter umbras obscurissimas animo comprehendisse me-

lius perfectiusque cognoscet : atque ita tandem ex ipsa rerum ignoratione excitatus illud *Nosce teipsum* considerandum sibi sumat, et in nostra natura examinanda multum immoretur, usquedum secum ipse colloquens discat.

Undenam ille, qui antequam vitam acciperet, nil erat, productus est? Et quomodo parvæ proiecti seminis partes in tot organos divisæ, hic quidem oculorum sedes, illic venas pariunt : qua intestinorum ligamenta conserunt, qua manus producunt,

NOTÆ.

non innititur. Pisida Christiano viro ex Veteri et Novo Testamento omnem doctrinam hauriendam esse denotat, cum dicit παλαιοὺς ὅρους non esse transiliendos, et νέας διατάξεις diligenter observandas ; νέας διατάξεις pro Καινὴν Διαθήκην posuit. Hos autem libros tantummodo legendos, hosce inter se conciliandos proponit, hosce quasi memoriter tenendos esse demonstrat : neque aliam esse rationem, qua quis possit ad altiorem studiorum contemplationem progredi, declarat : ut enim inquit sanctus Paulus, I Tim. II, 3 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit ad omne opus bonum instructus.* Statuit igitur περὶ γράμματα, *humanas litteras* ea tantum mente esse C perdiscendas, ut divina scripta legere et intelligere quis possit, quorum ope et manuductione ταῖς εἰσαγωγαῖς ad cœlestium rerum cognitionem pervenire instituat, videlicet ad mysticam Dei scientiam, quæ plane ea est, quam pseudo-Dionysius fuse tradit in libris *De cœlesti hierar.*

628. Cod. 1126, εἰς φρένα λάβῃ. Syntaxis in rebus grammaticis est recta partium orationis inter se compositio, et omnium præceptorum conjunctio atque perfectio : proinde recte suam allegoriam concludens, quæ est de rebus divinis scientia, syntaxim appellat, quod ea omnia, quæ magis sunt scitu digna, comprehendat et absolvat : ipsam autem παιδεύτριαν nominat, quod illa sit vera Christianorum disciplina.

632. Quid sit ἀγνωσία, vide supra versu 4. Deum quis novit unquam? Igitur ad sui ipsius cognitionem potius revocat hominem, διδημοσιευμένην, *vulgatam* illam sententiam, templo Delphico D inscriptam, ei proponens considerandam, Γνῶθι σαυτόν, quam tanquam unicum veræ philosophiæ principium ac fundamentum laudavit, et prolixe exposuit Socrates in *Alcib.*, dial. 1, pressius autem in *Dialogo de philos.*, ubi hæc legas : Τὸ δ' ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, σωφρονεῖν, ἢ οὐ σωφρονεῖν ἐστι ; Οὐ σωφρονεῖν. Τὸ ἑαυτὸν ἄρα γινώσκειν, ἐστὶ σωφρονεῖν ; Φημί, ἔφη· τοῦτ' ἄρα, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα παρακελεύεται, σωφροσύνην ἀσκεῖν, καὶ δικαιοσύνην. Ἔοικε· *Seipsum ignorare prudentis est, an imprudentis? Imprudentis. Seipsum itaque nosse, prudentis est? Est, inquit. Hoc ergo, ut videtur, et scriptum illud Delphicum præcipit, ut scilicet prudentiam exerceamus et justitiam? Videtur.* Qui nosse velit quantum ea, quæ hic tradit Pisida, cum doctrina Platonica conveniant, legat nuper laudatum dialogum 1 *Alcibiadis*, et Ciceronem, *De finib.* v, qui disertissime explicat, cur jusserit nos Pythius Apollo noscere nosmetipsos, quod hæc una sit hominis vera cognitio.

636. Opus sextæ diei aggreditur explanare, videlicet hominis creationem, quam quis non est admiratus? Confer, si velis, S. Scripturæ interpretes, confer tum veteres, tum recentes philosophos, qui omnes hoc argumentum uberrime pertractarunt. Præ cæteris tamen consulendi hic sunt Lactantius, et sanctus Gregorius Nyssenus, qui *De opificio hominis* peculiares tractatus nobis reliquerunt. Ignotum auctorem, qui duas homilias *De structura hominis* confinxit, vix in memoriam tibi revocabo ; frigidæ enim illæ sunt, et tantam rem jejune expendunt : quare neque sancto Basilio, neque sancto Gregorio Nazianzeno tribuendas esse recte judicavit P. Julianus Le-Garnier in Præf. Oper. sancti Basilii. Jam vero, quod ad nos attinet, pauca in sequentes versus annotabimus : infinitum esset ea referre, quæ a sexcentis clarissimis viris circa hominis creationem dicta sunt. Cujus enim tanta sit patientia, ut ea, quæ ex Platone, Aristotele, Plutarcho, Lucretio et Cicerone, ne alios decam, corradi possent, legere aut velit, aut possit? Itaque obscuriora tantum conabimur explicare. Illud tamen monebimus, prima parte operis jam confecta, Pisidam ad secundam properare. Siquidem in principio diximus, totum opus creationis, quod sex dierum spatio a Deo est absolutum, eum in duas partes divisum considerasse. Itaque cum hactenus de cœlo, deque iis, quæ in cœlo facta conspiciuntur, more suo disputaverit, jam ad terram progreditur, ac de iis, quæ in ipsa nascuntur, verba facturus recte ab homine, quo nihil præstantius, exordiur, quamvis homo omnium animalium extremus fuerit creatus. Sic Plato in *Timæo*, quem sequitur Pisida, ut in fine Moniti observavimus, de mundo in genere primum disserit, ac deinde hominis naturæ et formationi contemplandæ totus incumbit. Atque hic auctor tibi sum, ut legas homiliam sancti Basilii in illud Deut. xv, 9 : *Attende tibi ipsi*, quod ab inscriptione Delphica, *Nosce teipsum*, parum discrepat ; ibi enim ea ipsa, quæ a Pisida, exponuntur : unde recte ipsa homilia ita concluditur : Ἐκ πάντων τούτων τὴν ἀνεξιχνίαστον σοφίαν τοῦ ποιήσαντός σε κατόψει· ὡς ἂν καὶ αὐτὸς εἴποις μετὰ τοῦ Προφήτου· « Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· » *Ita demum omnibus his impervestigabilem conditoris tui sapientiam perspectam habebis, ut tu quoque cum Propheta dicere possis : « Mirabilis factus est scientia tua ex me. »* Psal. CXXXVI, 6.

637. Σπόρου προβλήματα, *jactus seminis*. Humanum σπέρμα quam propriissime comparat se-

Digitized by Google

Παρεντεθέντα, πῇ μὲν ὀμμάτων θέσεις,
Πῇ δὲ φλέβας τίκτουσι, πῇ δὲ συνδέσεις;
Τῶν ἐντέρων πλέκουσι, καὶ χεῖρας πάλιν
Φύουσι, καὶ σπείρουσι τοῖς ποσὶ βάσιν;
Καὶ πῶς μερισθὲν εἰς νομὰς πολυτρόπους
Τὸ τοῦ σπόρου σύστημα ποικίλῳ τρόπῳ
Μίαν καθιστᾷ τῶν μελῶν τὴν οὐσίαν;
Πόθεν δὲ πηγὰς αἱμάτων ἐπεισάγει,
Τάσιν δὲ νεύρων ἐμφύει τῷ σώματι,
Κτίζει δὲ πλευράς, ὡραΐζει δὲ τρίχας,
Σφίγγει δὲ ταρσοὺς, καὶ μερίζει δακτύλους·
Χαυνοῖ δὲ γλῶτταν εἰς τὸ συστρέφειν λόγους,
Καὶ πλῆκτρον εἶναι τοῦ λαλοῦντος ὀργάνου·
Παραχαράττει δὲ σπονδύλοις τὸν αὐχένα,
Μήπως ὀλισθον τῇ περιστροφῇ πάθοι·

Ῥιζοῖ δὲ πυκνοὺς τῶν ὀδόντων τὰς μύλας,
Ὅπως ἀλεσθῇ πρὸς τροφὴν τὰ σιτία;
Καὶ πῶς φυτουργεῖ τὴν πυρώδη καρδίαν,
Σπινθῆρος ἔνδον μηδενὸς πεφυκότος,
Ἣν ἐν μέσῳ τέθεικεν· ὥσπερ οἱ τρόπιν
Πηγνύντες, ἀντίπλευρα βάλλουσι ξύλα,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν, εἰς τὸ σῶσαι τὸ σκάφος;
Πόθεν δὲ μορφοῖ καὶ τυποῖ τὴν εἰκόνα,
Καὶ κάλλος ἐντίθησιν ἐξ ἀμορφίας;
Ποίους δὲ κόλπους μητρικοὺς ὑποτρέχων,
Πῇ μὲν τὸ θῆλυ σχηματίζει τῇ πλάσει·
Πῇ δὲ προβάλλει σωματώσεις ἀῤῥένων;
Πόθεν δὲ πηγὰς τοῖς κυήμασι βρύει,
Καὶ τοῦ γάλακτος τοὺς ἀγωγοὺς εἰσάγει;
Καὶ πῶς ὁμοίως τοῖς φυτοῖς ἡ θερμότης,

ua pedum basim generant? Et quomodo cum sit
n tot diversas regiones, et modo tam vario divisa
eminis massa, unam tamen constituit membrorum
ubstantiam? Et unde rivos sanguinis derivat?
ervos inserit, atque intendit corpori? costas ef-
ormat? comas venustat? pedum et manuum pal-
nas constringit, et digitos inter se discriminat? unde
axam fungosamque facit linguam, ut ad verba
ontorquenda sit apta, et fiat plectrum organi, quo
timur ad loquendum? unde cervicem flexibilibus
ertebris regit, ne dum ipsa circumvertitur, cor-

ruat? et dentium confertas molas imis radicibus
firmat, ut quibus alimur, cibi conterantur? Quo-
modo igneam vim inserit cordi, cum tamen ei
nulla sit insita ignea scintilla; ipsumque in medio
positum stipat utrinque; non aliter ac qui cari-
nam ita contexunt, ut hinc inde, atque ex utroque
latere ligna ad cymbæ firmitatem committant. Qui-
nam parentum formam et similitudinem in nobis
exprimit? et quomodo id, quod erat informe, red-
dit venustum? Quomodo vero ita maternos sinus
pervadit, ut hic femineum sexum effingat, ac re-

NOTÆ.

mini, quod agricola in sulcos projicit. Lucretius, lib. IV, v. 1100: *Venus muliebria conserit arva.* Vide Galenum *De genitura et de semine*, tom. III Opp. Hipp. et Galeni, pag. 180.

643. Pisida videtur hic voluisse ea omnia comprehendere, quæ tradit Aristoteles, lib. II, cap. 6, *De anim. generat.*, ubi quæ animalium partes prius, quæ posterius generentur, et quomodo, contendit explicare, eamque investigationem philosopho inundam esse affirmat contra Democritum Abderitanum, cæterosque ejus asseclas, qui ejusmodi principia quærenda non esse censebant. Nimiam Aristotelis curiositatem non probasse Pisidam conjicio, ex eo quod ipse nihil velit asserere: sed Aristotesm ipsum, vel quemvis alium ex ejus schola videaer interrogare, eique unam post aliam quæstionem oponere, ut ipsum tandem eo adducat, ut fateatur, se nihil scire. Plato, cujus methodum sequi Pisidam jamdiu animadvertimus, corporis humani conomiam describit in *Timæo*. Videsis Galenum pp. Hipp. et Gal., tom. IV, pag. 284, *De usu partm corp. hum.*, et Plutarchum, *De placitis philos.*, . IV et V, ubi ea omnia, quæ hic a Pisida explinda proponuntur, pro diversis philosophorum ntentiis explanantur.

651. Similia in Platone et Aristotele loco cit. nctus Gregorius Nyssenus, *De opif. hom.*, cap. 9, de quendi facultate hominibus data uberius disserens, rfectam comparationem instituit inter citharœm et hominem, inter lyram, et humanum os, ue inter plectrum, quo elicitur sonus ex barbito, linguam, qua voces e faucibus eduntur: Πάντα ῦτα τὴν ἐν ταῖς νευραῖς τοῦ πλήκτρου κίνησιν ὑπομένεται ποικίλως καὶ πολυτρόπως, ἐπὶ καιροῦ σὺν λλῳ τῷ τάχει μεθαρμόζοντα πρὸς τὴν χρείαν τοὺς νους· *Hæc ergo universa plectri in fidibus motum rie multipliciterque repræsentant, et magna celeri-e, prout res postulat, vocum tonos mutant.*

654. Cod. 1126, τοὺς μύλους.

658. Ἔχει δὲ καὶ ἡ θέσις αὐτῆς ἀρχικὴν χώραν· περὶ τὸ μέσον γὰρ ... ἐν τοῖς τιμιωτέροις τὸ τιμιώτερον καθίδρυκεν ἡ φύσις, εἰ μή τι κωλύει μεῖζον. *Ejus vero* (cordis) *positio sedem obtinet principalem; in medio enim positum est ... natura enim rem nobiliorem constituere in locis nobilioribus solet, nisi quid majus impediat.* Aristot., *De part. anim.*, lib. III, cap. 4. Quod sequitur de comparatione cordis cum carina navis explicatum invenies in *Timæo*, pag. 70. Senties enim ἀντίπλευρα ξύλα in carina idem esse, ac varias partes corporis, quibus cor natura munivit. Rem etiam clarius explicat sanctus Gregorius Nyssenus, *De opif. hom.*, cap. 30, singulis enim partibus enumeratis, ita concludit: Ὡς ἂν πανταχόθεν διοχλούντων φυλάσσοιτο· *Ut hoc modo tutum undique foret adversus res omnes, quæ vel molestiam, vel malum ipsi creare possent.*

661. Causas, ob quas filii vel parentum, vel aliorum similitudinem referunt, tradidit Aristoteles, lib. IV, cap. 3, *De anim. generat.*; Plutarchus, *De plac. philos.*, lib. V, cap. 11 et 12; Lucretius, lib. IV. Ex recentioribus vero plurimi rem ipsam ad examen revocarunt, quorum unum et alterum honoris causa nominabo, magnum Italiæ decus Vallisnerium, et Galliæ ornamentum Maupertuisium, qui totum de generatione hominis argumentum multum quidem ingeniose et eleganter nuper pertractavit in libro *Vénus physique* inscripto.

668. Elegantissima ac nativis coloribus exqressa comparatio, qua quatuor humanæ vitæ ætates plantarum instar per quatuor anni tempestates succrescentium, germinantium, edentium fructus, et tandem arescentium describuntur: Ὃ δὲ θαυμαστὸν, ὅτι καὶ τῆς ἀνθρωπίνης νεότητος καὶ τοῦ γήρως εὗροις ἂν καὶ ἐν τοῖς φυτοῖς παραπλήσια τὰ συμπτώματα· *Quod vero mirandum est, ea quæ plantis accidunt, ea comperies similiter juventuti hominum ac senectuti accidere.* Sanctus Basilius, hom. 5, n. 7, in *Hexaem.* Elegantius Cicero, *De finib.*, V: *Earum*

Digitized by Google

Αὔξει τὸ σῶμα τῶν ἀνήβων ὀργάνων,
Καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται·
Ἄνθη δὲ βάλλει τοῖς ἐνήβοις τὰς τρίχας,
Καὶ τὴν πρόσοψιν ὡραΐζει τῇ χλόῃ,
Ὀργᾷ δὲ καρποὺς ἐξενεγκεῖν ἡ ζέσις·
Ἕως ἂν ἔλθῃ τῆς παρακμῆς ὁ χρόνος,
Ὁ τὴν ὀπώραν ἐκπιέζων τῶν νέων;
Μαραίνεται γὰρ εὐθέως ἡ θερμότης·
Λευκαίνεται δὲ τῶν γερόντων ὁ στάχυς·
Καρηβαρεῖ δὲ καὶ δοκεῖ κεκυφέναι,
Τῇ γῇ προσενένευκε, καὶ βρίθει κάτω·
Τὸν γὰρ θερισμὸν γειτνιῶντα προσβλέπει.
Εἰ τὴν καθ' ἡμᾶς σαρκικὴν λάβοι λύραν,
Καὶ γνῷ τὸν εἰρμὸν τῶν μελῶν, καὶ τοὺς τόνους,
Καὶ τὴν ἄηχον ἐκφυγὼν ἀφωνίαν,
Εἰπεῖν δυνηθῇ τὴν κάτω μελῳδίαν.
Καὶ πῶς τὸ ῥευστὸν τοῦ σπόρου παχύνεται,
Καὶ σάρκα ποιεῖ, καὶ πάλιν σκληρύνεται,
Καὶ νεῦρα καὶ σύμπηξιν ὀστώδη πλέκει·
Ἡ πηλίκον δοχεῖον ἡ μνήμη φέρει,
Ἐν ᾧ φυλάττει τὰς δοχὰς τῶν πραγμάτων.
Εἶποι δὲ πῶς ἔμπρακτος ἡ φύσις τρέχει
Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν θρεπτικὰς λειτουργίας·
Ὡς ἂν δέ τις δέσποινα τῆς οἰκουργίας
Κινεῖ πρὸς ἔργα τοὺς ἑαυτῆς ἐργάτας,
Καὶ τοὺς ὀρεκτικοὺς μὲν ὀξύνει πόρους,
Τοὺς ἑλκτικοὺς δὲ πάντας ἰθύνει τόνους·
Βάλλει δὲ κλεῖθρα ταῖς καθελκτικαῖς πύλαις,
Ἕως λαβοῦσα καιρὸν ἀλλοιώσεως
Ἐξαιματώσει τὰς τροφὰς ἡ θερμότης,
Καὶ τὴν ἀποκρίνουσαν ὠθήσει θύραν,
Καὶ πᾶν περιττὸν ἐκφορήσει φορτίον.
Ἢ πῶς ἐνεργεῖς ἀντιλήψει; εἰσάγει
Πρὸς τὰς ἐν ἡμῖν ποικίλας διακρίσεις,
Ἀφὴν, ἀκουσμα, γεῦσιν, ὄσφρησιν, θέαν;
Καὶ ταῖς ἁφαῖς μὲν τῷ δικαστῇ δακτύλῳ

præsentet, illic masculam potentiam producat? unde fontes nutriendis fetibus elicit, et lactis alveos deducit? et quomodo calor, peræque ac in plantis, teneros organos in impubi corpore adauget, et incrementa dat membris? iis autem, qui pubertatem attingunt, comas, quasi quosdam floseculos, adjungit, et quadam viriditate decorat vultum? ac tum sanguinis fervor ad edendos fructus intumescit, usque dum tempus vigorem adimens adveniat, et juventutis autumnum e membris exprimat atque depellat: cito enim deficit calor, et statim senum matura arista albescit, quæ capite demisso nutare, et inclinata deorsum vergere videtur; sentit enim vicinam esse messem.

Profecto si quis hanc nostræ carnis bene temperatam lyram velut præ manibus sumat, et quæ sit membrorum continuitas, et intensio dignoscat, tum plane dimisso silentio de hac terrena melodia aliquid poterit eloqui. Tum dicat, quomodo seminis effluxus modo ita densatur, ut pinguefacat carnem, modo vero ita durescit, ut nervos, et ossium concretiones effingat. Dicat, quale sit memoriæ receptaculum, ubi susceptæ rerum ideæ servantur? et quomodo tanta efficacia accurrat natura ad officia præstanda, quæ nobis alendis sunt necessaria? et veluti domina, quæ quidquid domi agitur, videt et moderatur, singulos operarios ad suum opus instigat; atque hic quidem ut appetitum excuat, omnes attrahentes musculos dirigit, atque distendit, et deprimentes occlusis portis obstruat, donec ad cibi alterationem commutationemque sumpto tempore opportuno, calor alimenta in sanguinem convertat, ac tunc ipsa excretoriam portas impellat, et omne supervacaneum pondus exoneret.

Aut dicat, quomodo, ut de iis, quæ in nobis tam varia ratione fiunt, perceptiones judicemus, natura ipsa nobis tam valida subsidia, tactum, auditum, gustum, olfactum, visumque ministret? Ac tactu qui-

NOTÆ.

etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam, et perfectio est, non dissimilis animantium. Itaque et vivere vitem, et mori dicimus : arboremque et novellam, et vetulam, et vigere, et senescere, etc.

670 Cod. 1126, inverso ordine, καὶ τὰς ἐπιδόσεις τῶν μελῶν ἐργάζεται.

672. Morellius offensus voce χλόῃ, quam reddidit *gramine*, maluisset postea hunc versum ita legi ; *Lanugine, et vultum facit amœnissimum* : quod non probo. Perit enim omnis allegoriæ venustas. Nonne Virgilius, *Æn.* lib. v, 195, vocavit *Euryalum forma insignem, viridique juventa?* Nonne, quæ viridissima juventutis flore vigeret puella, Chloe a Græcis vocabatur? Thressam Chloen Horatii in mentem tibi revocabo.

681. Σαρκικὴν λύραν vocat illam membrorum convenientiam, et partium mirabilem proportionem, *Harmoniam Græii quam dicunt*, ut est in Lucretio, lib. IV, 101, qui ex Epicuri sententia contendit affirmare, animum non esse id, quod ipsam harmoniam conservet, sed potius corporis quamdam partem. Idem placuit Aristoxeno asserere, de quo scite Cicero, *Tuscul. quæst.* I : *Proxime autem Aristoxenus musicus, idemque philosophus, intensionem ipsius corporis quamdam, veluti in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios cieri motus, tanquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit, et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone.* Hoc est in *Phædone*, ubi ille hoc ipsum Simmiæ persuadet absurdum esse dicere τὴν ψυχὴν ἁρμονίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐντεταμένων συγκεῖσθαι. Ergo *animam harmoniam quamdam ex iis, quæ per corpus intensa sunt, constituant.* Quod etiam probat Aristoteles, lib. I *De anima*, c. 4.

688. Vide Aristotelem, *De memoria et reminiscentia*, cap. 1, et Cicer., *Tuscul. quæst.* I, ubi memoriæ vim juxta Platonem explanat.

696. Plato in *Timæo*, pag. 71, iptimos ventriculi recessus πύλας vocavit.

701. Cod. 1126, ἐναργεῖς. Quomodo per sensus perceptiones habeantur, vide Platonis *Timæum*, pag. 43, et *De anima mundi*, pag. 100, et *Theætetum*, ubi plura de scientia traduntur, quæ in hoc suo poemate passim inspersit Pisida. Vide etiam Aristotelem, *De anima*, lib. II, cap. 5, et *De sensu et sensili*, cap. 6; Plutarchum, *De placitis philosophorum*, lib. IV, cap. 8, ac Ciceronem, *Quæst. Acad.*, lib. II, qui de iis omnibus, quæ Pisida leviter attingit, ampliora quadam sermonis vi et elegantia ad arbitrium suum disserit.

Digitized by Google

Ζυγοστατεῖ τὸ χαῖνον ἐκ τοὐναντίου·
Στενὰς δὲ ποιεῖ τῆς ἀκοῆς εἰσόδους,
Καὶ κοχλοειδεῖς τὰς θύρας ἐργάζεται·
Ὡς ἂν καθ' εἰρμὸν εἰσρέωσιν οἱ κτύποι,
Καὶ μὴ καταπλήξωσι τοὺς ἔσω πόρους,
Ἤχοις ἀτάκτοις ἐμπεσόντες οἱ ψόφοι·
Σαρκοῖ δὲ καὶ τὴν γλῶτταν ἠραιωμένην·
Δέον γὰρ αὐτὴν δέρμα συμφῶδές γ' ἔχειν
Πρὸς τὰς ἀνακλάσεις τε τῶν ἐδεσμάτων,
Καὶ τὰς ἑτοίμους ἀντιλήψεις τῶν πόρων,
Δι' ὧν λαβοῦσα τὰς τροφὰς ἡ χυνότης
Πρὸς πᾶν τὸ ῥευστὸν εὐδιάκριτος μένει.
Πόθεν δὲ καὶ σύριγγας εὐπόρους ἔχει,
Ὀσφραντικῆς ὄχημα, καὶ βιοτρόφου
Πνοῆς ἀγωγούς· ὧν φραγέντων ἐκ πάθους
Ἀγωνιᾷ τὸ ζῶον, ὡς ἐν ἀγχόνῃ,
Ἢ καὶ περιπνεῖν ἐκβιάζει τὸ στόμα.
Μιμουμένη δὲ τὰς ἐν οὐρανῷ θέσεις,
Φωστῆρας ἀντέθηκεν ὀφθαλμοὺς δύο,
Ὅπως ἔχοιμεν ταῖς βολαῖς τῶν ὀμμάτων,

Τὸν ἀέρα πλήττοντες, ὡς οἱ τοξόται,
Φῶς φωτὶ σύρειν, ὡς τὸ πῦρ ἐξ ἀνθράκων;
Ἐκ τῶν ἄνω γὰρ τῆς κεφαλῆς ἀκροστέγων
Νεύρων διατρήσασα σωλῆνος δίκην
Καὶ πνεῦμα φωτὸς ἐμβαλοῦσα τῷ πόρῳ,
Τοῖς μὲν χιτῶσι συγκαλύπτει τὰς κόρας,
Ὡς εἴ τις οἶκοι συμφυλάττει παρθένου,
Ὀπὴν δὲ μικρὰν ἐξανοίγει τῷ πόρῳ,
Ὅπως τὸ πνεῦμα τῶν ὀχετῶν διατρέχον,
Μήτε στενωθῇ, τῆς ὁδοῦ πεφραγμένης,
Καὶ πνευματώσῃ, καὶ σκοτώσῃ τὴν θέαν,
Καὶ τὰς ἐπιχύσεις προσπλάσῃ ταῖς ὄψεσι·
Μηδ' αὖ ταράξῃ καὶ θολώσῃ τὰς κόρας,
Ὁρμαῖς ἀπλήστοις ἐκχυθὲν πρὸς τὸ πλάτος.
Ὡς ἐμεγαλύνθη τῶν σοφῶν σου κτισμάτων
Ἡ γνῶσις ἡ δύσφραστος, ἡ τοῖς ἀγράφοις
Λόγοις ἀπαγγέλλουσα τὸν θεῖον γνόφον·
Καὶ νῦν ἐφεῖται τῆς ζοφώδους καρδίας,
Δᾳδοῦχον εἶναι τὴν ροπὴν τῶν ὀμμάτων,
Εἴπερ δι' αὐτῶν ἐμβαλοῦσα τοὺς ῥύπους

dem, et digiti judicio, molle a suo contrario ipsa discernat? Auditui vero transitum angustum præbeat, et ostium cochleæ instar adornet, ut rite atque ordine servato vibrationes sonoræ in aures se immittant, et interni meatus non diffringantur, si forte tumultuarie in ipsos voces et soni confusi irrumperent. Linguam vero raram et mollem carneis papillis oppleat: opus est enim ipsam fungosa quadam membrana contegi, ut pressa cibos mandendo verset atque remittat, donec paratos meatus expleat ac recreet, per quos ipsa laxata alimentis exceptis, quidquid deglutit, probat atque discernit. Dicat et unde odoratus vehiculum patulas illas fistulas, vel alveos, per quos vitæ sustentator spiritus adducitur, sibi comparavit; quibus si forte ex aliquo morbo contingat, ut obstruantur, omne animal veluti laqueo suffocatum misere laborat, atque ore uti cogitur ad respirandum? Quinam autem perinde, ac si natura cœli positiones esset imitata, tanquam duo luminaria, duos nobis in fronte oculos sibi invicem respondentes posuit; ut nos inde radios emittentes, et aerem sagittariorum more ferientes, lucem cum luce implicatam atque consertam, velut ignem ex carbonibus attrahere possemus? Quippe a summa regione cerebri nervis duobus protensis, ex instar tubi perforatis, lucisque spiritu, et potentia circa deductos alveos injecta, sub geminis tunicis, veluti si quis domi custodiat virgines, pupillas abscondit, parvumque in ipsis foramen, quo fiat transitus, adaperit: ne lucis spiritus per alveos decurrens, si forte obstructum iter inveniat, coarctetur, atque intumescat, visumque obtenebret, et nimia suffusione oculis officiat: atque ut contra, si via sit patens et aperta, effrænata licentia quaquaversus non se effundat, et pupillas turbet atque divexet.

O quam rerum, Deus, a te sapienter creatarum magna est atque inexplicabilis scientia, quæ non scriptis sermonibus divinam caliginem manifestat!

NOTÆ.

712. Idem cod., δέρμα συμφῶδες φέρειν.

727. Idem cod., κεφαλῆς τοὺς στέγους. Omnia hæc, quæ ad oculos et videndi facultatem attinent, Pisida secundum Platonem, *Tim.*, pag. 45, expressit. Eleganter eadem atque eodem sensu persequitur sanctus Gregorius Nyssenus, homil. in ea verba: *Faciamus hominem*, pag. 165. Ἀκροστέγων, cod. Vat. 1126 habet τοὺς στέγους. Pisida nervos opticos designat, qui a summitate cerebri per quosdam ambitus descendentes in oculorum orbitas deferuntur. Eos ita esse a natura comparatos, ut spiritum, sive radios visivos ad pupillas usque adducerent, veteres crediderunt; idcirco canalium instar perforatos putabant. Item clarius expressit Galenus, tom. IV, 558, ex quo suum de re anatomica libellum confecit Oribasius: Τὰ δὲ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπ' ἐγκεφάλου κατιόντα νεῦρα αἰσθητικὰ πρότερον ἡ φύσις εἴσω τοῦ κρανίου συνάψασα καὶ ἐπικάμψασα, καὶ τοὺς πόρους αὐτῶν ἑνώσασα, ἰσχαῖον παραπλήσιον τῷ Χ γράμματι ποιήσασα, μετὰ ταῦτα πάλιν ἑκάτερον ἐπὶ τὸν κατ' εὐθὺ τῆς ἄνωθεν ἐκφύσεως ὀφθαλμὸν προήγαγεν, ὥστε τὸ ἀπ' ἐγκεφάλου παραγινόμενον εἰς ἑκάτερον τῶν ὀφθαλμῶν πνεῦμα, εἶπού' ἕτερος αὐτῶν μύσειεν, ἢ πηρωθείη, τελέως ὄλον εἰς τὸν ὑπόλοιπον ἰέναι, κ. τ. λ. *Nervos autem sensificos a cerebro ad oculos descendentes natura prius intra cranium conjungens et reflectens, ipsorumque meatus exiguos uniens, et figuram X litteræ similem faciens, postea utrumque rursus ad supernæ rectitudinis productionem ad oculum produxit, ut spiritus, qui a cerebro ad utrumque oculum proficiscitur, si quando earum alter clausus fuerit, aut omnino mutilus, in alterum plane commearet*, etc. Cætera, quæ circa oculorum morbos leviter attingit poeta, videsis apud medicos et anatomicos.

741. Ἀπαγγέλλουσα τὸν θεῖον γνόφον. Res creatæ, quibus ipsis explicandis impares sumus, ostendunt, quam sit incomprehensibilis notitia Dei. Semper eo redit Pisida, ut probet quæ sit nostræ mentis imbecillitas. Vide supra v. 4 et 600.

Digitized by Google

Πάλιν δι' αὐτῶν ἐκβάλῃ τὰ δάκρυα,
Τὰς εἰσόδους πλύνασα ταῖς διεξόδοις.
Εἰ τοὺς λαβυρίνθους δὲ τῶν λόγων φράσῃ
Ὁ τῶν ἀδήλων οὐσιῶν ζυγοστάτης,
Καὶ πῶς ὁ νοῦς σύνεστι πηλίνῳ βάρει,
Καὶ πνεῦμα πηλῷ καρτερεῖ συνημμένον·
Καὶ πῶς ἐν ὕλῃ τὴν ἀϋλίαν ἔχει,
Εἰ μηδὲν αὐτὸν ὑλικὸν περιγράφει.
Ἢ πῶς μέγιστον ὄμμα τῆς ψυχῆς ἔφυ,
Καὶ τῶν ἀδήλων ὀπτικοὺς ἔχει πόρους·
Καὶ νῦν μὲν εἰς γῆν ταῖς ἐνεργείαις μένει,
Νῦν δὲ πρὸς αὐτὸν ἅλλεται τὸν αἰθέρα·
Καὶ πτηνὸς ἀρθεὶς, καὶ τὸν ἥλιον φθάσας,
Τὰς τῶν ἄνω τε καὶ κάτω ζητεῖ φύσεις·
Καὶ ταῖς μὲν ἀρκεῖ, τὰς δὲ συμμέτρως βλέπει,
Τῶν δὲ στοχασμοῖς ἐννοεῖ τὰς εἰκόνας.
Καὶ τὴν ὄρεξιν μηδαμοῦ στῆσαι θέλων
Ἐφέλκεται μὲν τῆς ἁπάντων αἰτίας,
Καὶ τὴν ἐκείνης γνῶσιν ἀθρῆσαι θέλει.
Καὶ πολλὰ κάμνει, καὶ τὸν ἔσχατον πόλον
Δοκεῖ παρελθεῖν· ἀλλ' ἐκεῖ μύει μόνον,
Εἰ καὶ διαυγοῦς εὐπορήσει καρδίας.
Ὅταν δὲ τούτους τοὺς πολυπλόκους μίτους
Λύσῃ σχολάζων, καὶ βαθύνῃ, καὶ φράσῃ,
Ὅπως ὁ κρυπτὸς τῶν φρενῶν ὁδοστάτης,
Ὁ ψυχοκλέπτης, ὁ φθορεὺς τῆς καρδίας,

Et nunc illud nobis feliciter contingit, ut oculorum acies cordi facem præferant, atque inde tenebras expellant; quamvis enim per oculos sordes cor contrahat, rursus per ipsos lacrymas emittit, per id, quod exit, quod intrat, lavans.

At vero si occultarum essentiarum scrutator tot rerum labyrinthos et implexas rationes valet explicare, dicat : quomodo mens luteo inhæreat corpori, et spiritus cœno conjunctus permaneat? Et quomodo cum ipse sit immaterialis, in materia tamen versetur, quandoquidem nulla materia circumscribitur? aut unde est vis illa maxima, qua animi oculus ad occulta quæque perscrutanda visivam adhibet facultatem; modo vero in terram totis viribus defigitur, modo vero in aerem ipsum ascendit, et velox elatus, ipsumque solem prætergressus, terrestres cœlestesque inquirit naturas : atque ex hisce quidem alias potis est explicare, alias mediocriter pervidet, aliarum autem imagines quasdam tantum per conjecturas animo comprehendit? Sed cum eam, qua flagrat sciendi cupiditate, nusquam valeat cohibere, ad rerum omnium causam trahitur, ejusque cognitionem sibi perspectam habere desiderat. Idcirco multum allaborat, et ultimum usque polum videtur transcendere : verum destituitur viribus, ac solum ibi nutat oculis, et cæcutit, quamvis multa luce abundet in corde.

Quando autem hujusmodi meditationibus vacans hos multum implicatos nodos solverit, resque in imo labentes exhauserit, tunc dicat, quomodo occultus ille mentium humanarum grassator, animarum latro, cordis corruptor, tenebrarum suscitator,

NOTÆ.

745. Opera Dei intuentes, et, quantum in nobis est, quæ sit Creatoris majestas et providentia, considerantes ad pœnitentiam excitamur : inde oculi sunt faces illuminantes corda. Lacrymarum vim ad abluenda peccata sanctus Basilius hom. 21, 7, sic expressit : Πορνεία μὲν γὰρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ῥιφέντα διόλλυται, καὶ πρὸς τὸ μηδὲ εἶναι χωρεῖ, λυθέντα τοῖς δάκρυσι· *Scortatio namque, et quæcunque talia sunt, ejecta pereunt, et eo deveniunt, ut ne sint quidem amplius, si lacrymis deleantur.*

752. Quam difficilis hæc sit investigatio de animæ et corporis unione, declarant tot ac tam variæ philosophorum sententiæ, et plerumque ἀσύστατα systemata. Vide Platonem in *Tim.*, 99, et in *Phædone* passim; Aristotelem, *De anima;* Plutarchum, lib. IV, 3; Lucretium, lib. II; Ciceronem, *Tuscul.*, lib. I; sanctum Gregorium Nyssenum, *De opif. hom.*, cap. 12; Lactantium, *De eodem argum.*, cap. 17 et seqq., et sanctum Augustinum, lib. *De quantit. animæ.*

755. Cod. 1126, τὰς ἐνεργείας νέμει. Quid sit animæ energia, quam designat Pisida, explicat Socrates, in *Theæteto*, pag. 187. Ibi enim scientiam non in sensu, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀνόματι, ὅ τί ποτ' ἔχει ἡ ψυχὴ, ὅταν αὐτὴ καθ' αὑτὴν πραγματεύηται περὶ τὰ ὄντα, *sed in illo nomine, quodcunque tandem habeat anima, cum ipsa per seipsam consideratione versatur.* Itaque animæ post perceptas ope sensuum ideas operationem et judicium indicat Pisida. Mentis autem vis et celeritas ibid. pag. 173 Socrates ita describit : Ἡ δὲ διάνοια ... πανταχῇ φέρεται, κατὰ Πίνδαρον, τά τε γᾶς ὑπένερθε καὶ τὰ ἐπίπεδα γεωμετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑκάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν αὐτὴν συγκαθεῖσα· *Mens ... ut Pindari utar verbis, et quæ sub terra sunt, et quæ super terram metitur, et quæ super cælum astronomiæ rationibus explicat, et omnem ubique rerum naturam, quæ universi ambitu continetur, pervestigat, non vero sese proximis rebus ullo modo submittit.* Cod. Vatic. 1126 habet εἰς γῆν ἐνεργείας νέμει, *totam suam vim in terrena conjicit;* quam lectionem probo.

760. Cod. Vat. 1126 melius τῶν δὲ στοχασμῶν, vel si placet τοῖς δὲ στοχασμοῖς.

762. Idem cod. recte ἐφίεται, *appetit.*

767. Cum hominem carne et spiritu compositum considerandum dederit, morbos, qui ex carne, quique ex spiritu in eo et contra eum excitantur, enumerat. Quæ ex concupiscentia vel ex sensibus oriuntur mala, ad carnem, sive corpus refert; quæ autem ex falsa rerum comprehensione ac pravo mentis judicio concipiuntur, ex spiritus corruptione nasci designat. Utrorumque recte facit auctorem diabolum. Hujus distinctionis inter peccata vel ex carne, vel ex spiritu in nostram perniciem prodeuntia, quæ nos animi vitia dicimus, fundamentum est doctrina Platonica de anima immortali et mortali in diversas corporis partes collocata, quam vide in *Timæo*, pag. 69 et seqq., et *De anima mundi*, pag. 102, ubi Plato de corporis et animi morbis disserens, eorum originem communionemque ita definivit : Ἀρχαὶ δὲ κακίας, ἁδοναὶ καὶ λῦπαι, ἐπιθυμίαι τε καὶ φόβοι, ἐξαμμέναι μὲν ἐκ σώματος, ἀνακεκραμέναι δὲ τᾷ ψυχᾷ, καὶ ἐξαγγελλόμεναι ὀνόμασι ποικίλοις· *Vitiorum autem principia sunt, voluptates et dolores, cupiditates et timores, ex corpore quidem accensæ, sed in animam quasi immistæ : ac proinde ex variis effectis varias sortiuntur appellationes.*

769. Φρένας Plato in locis cit. vocat quamdam

Digitized by Google

Ἡ τοῦ σκότους ἔπαρσις, ὁ πρῶτος δράκων,
Ἔξωθεν ἔνδον ἡδονὰς παρεισάγει,
Σπείρων λογισμοὺς εἰς γονὴν ἁμαρτίας.
Ἢ πῶς τυραννεῖ, καὶ μεταίρει τὴν φύσιν,
Εἰς παρὰ φύσιν τῶν παθῶν κτηνωδίαν.
Καὶ πτηνὰ μὲν δείκνυσι τὰς κούφας φρένας,
Σῦας δὲ πόρνους, καὶ λύκους τοὺς ἁρπαγας,
Σφῆκας δὲ πλήκτας, θυμικοὺς δὲ παρδάλεις·
Ποιεῖ δὲ τοὺς εἱρωνὰς ἀθλίους κύνας,
Σαίνειν δοκοῦντας, καὶ δάκνειν ἠπειγμένους.
Ὄφεις δὲ πικροὺς ἐκτελεῖ τοὺς βασκάνους,
Τὸν ἰὸν ἐνθεὶς τῇ κακῇ περιπλάσει·
Θήγει δὲ πικρὰ καὶ τὰ τοῦ τύφου βέλη·

A Βλάπτει γὰρ αὐτὴν ψυχοκόμπῳ φαρμάκῳ
Τιμῆς ἀτίμου, πτώσεως ἐπηρμένης,
Ὄγκου ταπεινοῦ, δυσκλεοῦς ἀδοξίας,
Θρήνῳ γελῶντι τὴν σκιὰν τοῦ παιγνίου.
Εἰδωλολατρίαν δὲ τοῖς φιλαργύροις
Τὴν ῥίζαν ἐκτίθησι τῶν κακῶν ὅλων·
Ἢ κἂν κορεσθῇ μᾶλλον, οὐκ ἔχει κόρον,
Ἀλλ' εἰς ὀρέξεις τήκεται καὶ φλεγμονάς,
Τῇ πλησμονῇ διψῶσα, καὶ τῇ προσθέσει
Τὸν βρασμὸν ἐξάπτουσα τῆς χρυσῆς μέθης.
Ἢ πῶς τοσοῦτον καὶ πεσὼν ἔχει κράτος,
Ὡς μὴ μόνον τὸ σῶμα, βαρβάρου δίκην,
Ἀντιστρατεύειν πρὸς μάχην τοῦ πνεύματος·

primus ille draco, extra petitas intus inferat voluptates, turpesque cogitationes seminet in corde ad generationem peccati? aut quomodo sævam adeo tyrannidem gerat, ut naturam contra naturam in belluinam transferat passionum servitutem? Nam qui levi sunt mente, volucres, qui adulteri porcos, qui fures lupos esse demonstrat; itemque ex percussoribus vespas, et ex iracundis pardales repræsentat; scurrasque mutat in fœdos canes, qui dum videntur cauda velle blandiri, morsus infligunt: ex invidis vero atros serpentes facit, quibus malignæ fictionis venenum immittit. Idem etiam sæva ambitionis tela exacuit, quæ letali pharmaco per ipsum infecta, animas inflant, et vel ignobilem quemdam honorem, quo lapsu quis ruat gra- B viore, vel miserum quemdam animi tumorem, quo turpem quis gloriam assequatur, instillant; atque adeo ludicram scenam risu simul et lacrymis excipiendam exhibet. Idem avaris idololatriam malorum omnium radicem inserit, quæ cum se usque ad satietatem expleverit, satietatem non capit, magisque suum exacuit appetitum, intusque adhuc unitur desiderio, et quo magis se ingurgitaverit, plus sitit, atque ex ipsa superingesti auri intemperantia æstuantis ebrietatis incendium magis inflammat.

Dicat et hoc, quomodo qui quondam cœlo decidit, tantum habeat potentiæ, ut instar barbari tyranni non modo corpus contra spiritum in bello committat, sed ipso etiam corde potiatur, et quod

NOTÆ.

membranam, quam inter animam immortalem et mortalem, vel rationalem et irrationalem interpositam dicit; ne pars superior inferiori devicta cederet, sed hæc ipsa ea ratione disclusa atque sejuncta ad obtemperandum rationi esset paratior. Hinc Pisida diabolum τῶν φρενῶν ὁδοστάτην appellat. C

773. Jac. I, 15: *Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.* Vide sanctum Basilium, hom. in psal. VII, 8: *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.*

775. Cod. 1126, εἰς τὴν ἄρητον. Psalm. XLVIII, 13: *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.* Vide sanctum Basilium, et alios SS. Patres ibid., qui cum Pisida habent communia. Ac sanctus Joan. Chrysost. ita ad rem: Ἀλλ' οὗτοι οἱ περὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν εἰδότες, τῶν ἀλόγων χείρους εἰσίν· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βίῳ διεφθαρμένῳ συζῶντες, ὄφεις γινόμενοι, καὶ σκορπίοι, καὶ λύκοι διὰ τῆς πονηρίας· καὶ βόες διὰ τῆς ἀνοίας, καὶ κύνες διὰ τῆς ἀναισχυντίας· *Sed hi, qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores: nec ii solum, sed etiam qui sceleratam et perditam vitam agunt, utpote qui fiant serpentes, scorpii et lupi propter improbitatem, et boves propter vecordiam, et canes propter impudentiam.* Si licet sacris profana immiscere, adi etiam Homeri *Odyss.* X, 359 et 386, ubi de Circe sermo est, quæ Ulyssis socios ob intemperantiam in porcos commutavit; per Circem enim voluptatem esse significatam nemo prorsus ignorat. Horatius, lib. I, epist. 2, v. 23:

Strenua Soces, et Circes pocula nosti,
Quæ si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors:
Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

778. *Πλῆκται*, lege πλήκτας.

782. Cod. Vat. 1126, παραπλάσει melius, quod a παραπλάζω, *abduco, seduco.*

783. De ambitione plura in sequenti poematio *De vanitate vitæ.*

784. Cod. 1126, βάπτει melius; quæ locutio arrisit Morellio; reddidit enim *tingit.* Male editores Bibl. PP. mallent legere: *Nam lædit animum inflante mentes pharmaco.* Quam elegantius est hoc dicere, *diabolum infecisse sua tela veneno falsæ gloriæ*, etc., quam illud *ipsum lædere animum pharmaco*, etc.

786. Lege εὐδοξίας, ut sit antitheseων continuata series, et sensus germanus.

787. Succurrit illud Homeri, *Iliad.* VI, 486, de Andromacha, quæ filium excepit sinu δακρυόεν γελάσασα, *lacrymabunde ridens.*

788. *Ephes.* V, 5: *Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Dei.* Recte sanctus Gregor. Nazianz. cur avarus idololatra vocetur, definit *Carm. Iamb.* XXII, 371:

Πολλῶν κακῶν ὄντων τε καὶ καλουμένων
Εἰδωλολάτρης οὗτος εἰρηται μόνος·
Ὃ τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστιν τῷ βίῳ·
Ὃς οὐδὲν οἶδεν, ἢ λογίζεται πλέον.
Multi licet sint, et vocentur improbi,
Idololatra dictus est solus tamen,
Quo nullum in ævo gravius est usquam scelus,
Qui præter aurum nil scit, aut nil cogitat.

794. Qua ratione diabolus humanum corpus, sive carnem sibi subjiciat, et quæ sint opera carnis, cum sancto Paulo descripsit Pisida: nunc quomodo diabolus ipse spiritum aggrediatur, et ad quodvis facinus mente concipiendum impellat, ostendit.

796. Galat. IV, 17: *Caro enim concupiscit adver-*

Digitized by Google

Ἤδη δὲ καὐτῆς ἅπτεται τῆς καρδίας,
Καὶ δουλαγωγεῖ τὴν ἐλευθέραν φύσιν,
Καὶ τὰς ἐν ἡμῖν αὐτοδεσπότους φρένας
Ἐν αἰχμαλώτῳ συμφορᾷ περιτρέπει.
Πείθει δὲ πολλὰ, καὶ τὰ λοιπὰ συμπνέειν·
Ἐλίσσεται γὰρ λοξοειδῶς, ὡς ὄφις,
Ἔστι δὲ δεινὸν ἐν φρονήσει θηρίον·
Στιχοδρομεῖ δὲ τὴν κάτω φορὰν τρέχων·
Κεχρημένος γὰρ, ὡς ποσὶ, τῇ κοιλίᾳ,
Λείχων δὲ τὸν χοῦν τοῖς λύκων τάχα τρόποις,
Καὶ γαστριμάργῳ τῶν παθῶν ὑπερζέσει
Κινεῖ τὸ συμπέρασμα τῆς ἁμαρτίας,
Πρὸς ἣν ἕκαστος γεῦσιν ἡδέως τρέχει.
Καὶ συγκεραννὺς ἡδονῇ τὴν πικρίαν
Μελικράτῳ φθείρει με δηλητηρίῳ·
Σύμβουλος ἐχθρὸς, καὶ κατήγορος φίλος,
Σφαγεὺς προσηνὴς, καὶ φονεὺς συνεργάτης,
Πλανῶν ὁδηγὸς, εὐμενὴς ὀλεστήρ,
Ἄσπονδος, εὐπρόσδεκτος, εὐπειθὴς δράκων·
Θέλγει γὰρ ἡμᾶς, μηδενὸς προκειμένου·
Κάλλος περιστᾷ, μηδενὸς κινουμένου·
Πρόσωπα μορφοῖ, ζωγραφεῖ διαπλάσεις,
Τὸν νοῦν ἐρευνᾷ, ψηλαφᾷ τοὺς δακτύλους,
Γέλωτα ποιεῖ, συμβιβάζει τὰ στόμα·
Καὶ τῇ δοκήσει δι' ἀφανοῦς ἁμαρτίας
Ἐμπρακτον ὠδίνησε τὴν ἁμαρτίαν.

est sua natura liberum in servitutem trahat, nostrasque mentes, quæ sui sunt juris in miseram captivitatem adducat : ac primum quidem nos suadet, tum vero in omne scelerum genus impellit : nam se tortuosis spiris, velut anguis, intorquet, et miræ calliditatis est bestia, quæ per alternos gressus se inflectens graditur (ventre enim utitur, tanquam pedibus, ad incedendum), ac luporum forsitan more terram lingens, per incontinentem æstuantium passionum libidinem ad peccati consummationem impellit, cujus gustu ac suavitate unusquisque illectus trahitur ; ac tum quidem amari nescio quid voluptatibus immiscens, melle medicatum venenum mihi morituro propinat. At quis hujus draconis malitiam penitus agnoverit? qui in consiliis dandis est inimicus, et in accusando amicus? qui blande jugulat, et quos adjuvat, mactat? quibus se ducem præbet, fallit ; quos amat, aggreditur? qui fidem servare nescit, nec minus se comem, dignumque qui excipiatur, fidesque habeatur, ostentat? Nos enim allicit, nec quidquam proponit : pulchritudinis speciem exhibet, nec quidquam admovet. Larvas figurat, pingit imagines, mentem pervadit, digitos contrectat, risum excitat, labra labris conserit, et tandem mentiti peccati obtentu rerum reapse parturit peccatum. Verum ego non sum plane nescius,

NOTÆ.

sus spiritum ; spiritus autem adversus carnem : hæc enim sibi invicem adversantur, etc.

799. Vide supra v. 769.

801. Lege συμπνέει, quod habet Cod. Vat. 1126. Poeta hoc loci et in seqq. versibus Adæ lapsum per astutiam serpentis indicat. Gen. III ; *Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus*, etc. *Dixit, Nequaquam moriemini*, etc. Vide sanctum Ambrosium, *De paradiso*, 15.

802. Gen. III, 14 : *Et ait Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terræ : super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

803. Cod. Vat. 1126, θηρίων.

804. Pro στιχοδρομεῖν idem Cod. habet στηθοδρομεῖν, *pectore incedere, ventre uti tanquam pedibus ad incedendum :* quæ lectio non est contemnenda. Verum magis placet στιχεδρομεῖν, *alternis gressibus, quasi per versus sibi respondentes, incedere*, quod serpentis incessum proprie denotat. Vide Pollucis *Onomast.* VII, 36, et Dufresne, *Gloss. græcit.*, in v. στίχος.

806. Idem Cod. 1126, τοὺς λύκου τάχα τρόπους. Pisida non affirmat lupos edere terram. Sic Aristoteles, *Hist. animal.* VIII, 5 : Πλὴν τοὺς λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὲ τοῦτο τῶν ζώων· *Nisi quod lupos aiunt terram quamdam, cum esuriunt, edere ; quod peculiare luporum sit.* Solinus, *Polyhist.* II, id pro certo tradit : *Vescuntur in fame terram.*

808. Idem Cod. κιρνᾷ pro κινεῖ.

809. Serpens voluptatis est symbolum, utpote qui pedibus caret, pronus ventre nititur, etc. Vide sanctum Ambrosium, *De paradiso*, 15, qui dicit delectationem corporalem accepisse typum serpentis.

812. Elegantissima antitheseων congeries ad diaboli fraudulentum ingenium declarandum. Recte sanctus Basilius, homil. in Psal. XLV : Ἐπιβουλεύων γὰρ ὡς πολέμιος, πάλιν τοὺς ἐπιβουλευθέντας ἐξαπατᾷ, αὐτῷ προσφεύγειν, ὡς φύλακι, ὥστε διπλοῦν αὐτοῖς περιίστασθαι τὸ κακόν· ἢ βιαίως ληφθεῖσιν, ἢ ἐξ ἀπάτης ἀπολομένοις· *Etenim dum insidiatur velut hostis, rursus quibus insidiatus est, eos deceptos inducit, ut ad se ceu custodem confugiant. Quare duplex eis malum imminet : quippe aut per vim malum capiuntur, aut ex fraude pereunt.* Vide etiam hom. 9, n. 9.

816. Spectrorum et phantasmatum quæ nobis tum dormientibus, tum vigilantibus, et modo volentibus, modo etiam invitis occurrunt, ac sæpe mentibus imagines obscenas objiciunt, invidiam rejicit merito in diabolum, qui omni tentationum genere nos impetit, ut fiamus servi peccati. Idolorum lubricas species per somnum nobis obversantes descripsit Lucretius, IV, 790. Vide etiam aureum Hippocratis librum *De insomniis.*

818. Alcimus Avitus, *Poem.* lib. II, 59, eleganter diaboli fraudes enumerat :

Pugnat, et occultus per publica crimina latro,
Et nunc sæpe hominum, nunc ille in sæva ferarum
Vertitur ora, novos varians fallentia vultus ;
Alitis interdum subito mentita volantis
Fit species, habitusque iterum confingit honestos.
Apparens necnon pulchro ceu corpore virgo,
Pertrahit ardentes obscena in gaudia visus.
Sæpe etiam cupidis argentum immane coruscat,
Accendilque animos auri fallentis amore,
Delusos fugiens, vano phantasmate tactus.
Nulli certa fides constat, vel gratia formæ :
Sed quo quemque modo capiat, teneatque nocendo,
Opportuna dolis, clausæque accommoda fraudi,
Sumitur exterior simulata fronte figura, etc.

820. Cod. 1126, κινεῖ pro ποιεῖ, et in versu sequenti κακίας pro ἁμαρτίας.

822. Vide sanctum Basilium homil. in Psalm. VII, 8 : *Ecce parturiit injustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem.*

Digitized by Google

Οὐκ ἀγνοῶν γὰρ τῶν ἐκείνου φασμάτων
Τὸ δυσπαθὲς φρόνημα, καὶ τοῦτο πλέον
Θλίβει με καὶ δάκνει με, καρκίνου δίκην,
Φεύγοντα καὶ πράττοντα τὴν ἁμαρτίαν.
Πλὴν τὸν γέροντα τοῦτον ἀῤῥήτως ὄφιν,
Τὸ τοῦ σκότους κάτοπτρον, ἡ θεία κρίσις
Προὔθηκεν ἡμῖν, εἶγε τοὺς κατ' εἰκόνα
Γραφέντας ἡμῖν μὴ χαράξομεν τύπους·
Ὅπως ἔχωμεν αὐτὸν ἀντὶ παιγνίου,
Παίζοντες εἰς δράκοντα, κἂν χάνῃ μέγα.
Ἠλλοὶ γὰρ αὐτοῦ τὴν ἐπηρμένην φρένα,
Καὶ τὴν ἄφυκτον ἐν μάχαις ἀῦλίαν,
Ὑλην ἔχοντες σαρκικῶν βαρημάτων,
Καὶ τῇ γεώδει συμπεφυρμένοι κόνει,
Ἠμβλυναν, ἀπέστρεψαν, ὥσπερ ἀσπίδες,
Τὰ σαθρὰ πρὸς γῆν ἀντιπέμποντες βέλη.
Εἰ ταῦτα πάντα πρὸς διάσκεψιν λάβοι,
Καὶ τῶν δοκούντων εὐτελῶν καὶ συντρόφων
Τὸν σφυγμὸν εὑρὼν, τὴν διάγνωσιν φράσαι·
Ἢ καὶ προκόπτων θεῖον ὄργανον λάβοι,
Φωνὴ βοῶντος εἰς ἐρήμους καρδίας·
Ἢ τῇ πυράγρᾳ τοῦ Χερουβὶμ ἐγγίσας,
Λάβοι παρ' αὐτοῦ ταῦ λόγου τὸν ἄνθρακα.
Ἢ τὸν πυραυγῆ δίφρον, ἢ τοὺς ἐμφλάγους

quam ejus sit in illudendo pervicax ingenium, atque ex hoc ipso magis magisque me, velut cancer, premit et mordet, fugientem, et tamen peccata committentem. Atqui non aliam ob causam antiquum hunc ineloquibiliter serpentem, tenebrarum speculum, nobis ante oculos posuit Dei judicium, nisi ut sculptas in nobis secundum ejus imaginem notas non deleamus, ac proinde ipsum ludibrio nobis habeamus, draconi illudentes, quamvis immani hiatu fauces ille diducat; nam multi superbam ejus mentem, et nullo modo assequendam in bello ejusdem immaterialem substantiam, quamvis materiali carnis pondere gravati, et terrestri cœno commisti contuderunt atque everterunt, tanquam scuta, quæ immissa tela in terram irrita remittercnt.

Verum esto, ut quis hæc omnia se habere perspecta, et rerum, quæ viliores videntur, et una simul nobiscum sunt natæ ac enutritæ, intimam rationem tam bene nosse arbitretur, ut de iisdem possit ferre judicium. Esto, ut ulterius proficiens divinum organum tractandum sumat, fiatque vox cordis clamantis in desertis; vel etiam ad Cherubim forcipem accedens sumat ab ipso divini sermonis carbonem; vel potius igne splendentem currum inscendens, et igneos equos exagitans per cœli vias excurrat, et eques appareat hac terrena vita ex-

NOTÆ.

823, Cod. 1126, ἀγνοῶ. Atque hic Pisida contra diaboli tentationes, quibus persæpe premimur, fortiter esse dimicandum, proposito martyrum exemplo, commonstrat.

826. Videtur exprimere illud Pauli *Rom.* VII, 23 : *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati.*

827. Ἀῤῥήτως vertimus ex Lactantio *ineloquibiliter*. Non dubito Pisidam respexisse ad *Apocalyps.* XII, 9: *Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas.* Vide quæ eruditissimus Joann. Lamius adduxit in defensionem Glycæ hunc serpentem vocantis νοητὸν ὄφιν, in Prolog. Galeato Delic. Erud.

830. Puto χαράξωμεν. Maximam hominis dignitatem, de quo plura apud Patres, noluit Pisida tacitus prætcrire. Vide sancti Gregorii Nysseni Homilias in illa verba Gen. I, 26 : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

831. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* Psal. CIII, 26. Et, *Ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.* Gen. III, 15.

834. Sanctus Basilius, homil. 9, 9 : Φύσις δὲ αὐτοῦ ἀσώματος κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὸν εἰπόντα· « *Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας.* » Cæterum ejus natura est incorporea, juxta Apostolum dicentem *Ephes.* VI, 12 : « *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed contra spiritualia nequitiæ.* »

837. Martyres et sancti omnes contra diaboli nequitiam pugnantes, in virtute, et per gratiam Servatoris nostri Jesu Christi victoriam reportarunt. Apoc. XII, 10 : *Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, et propter verbum testimonii sui, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem.*

839. Idem argumentum persecuturus circa hominis imbecillitatem in eo, quod attinet divinæ essentiæ cognitionem, neminem omnino esse inquit, qui vel prophetico spiritu insignis, vel miraculis clarus hanc Dei vere incomprehensibilis notitiam assequi possit.

841, Metaphora a re medica sumpta; σφυγμὸς enim est *venarum pulsus*, et διάγνωσις ex explorato pulsu *judicium*. Vide Galenum περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν, *de pulsibus dignoscendis*, tom. VIII, pag. 103.

842. Θεῖον ὄργανον est, si quid video, Dei sermo, et sacrarum Scripturarum complexio. Sensus autem est : Si quis a terrenis ad divina se transferens tantum proficiat, ut fiat per fidem alius Isaias, cujus tanta fuit divinarum rerum intelligentia, ut cap. XL, 3, illis verbis : *Vox clamantis in deserto*, etc. Messiæ adventum, ejusque præcursorem præmonstraverit, et peræque ac ille, prophetico spiritu donatus, et igneo carbone purgatus, ut ibid. legitur cap. VI, 6, divinorum oraculorum sensus explanet, longo tamen intervallo a Deo cognoscendo distabit, vel etiamsi sanctitate et miraculis, ut Elias aut Moses, præfulgeat. Cæterum qui hæc et ea quæ sequuntur, melius nosse desiderat, legat sancti Gregorii Nazianzeni orat. 34. quam sane præ oculis habuisse Pisidam non dubito affirmare.

843. Scilicet γινόμενος.

845. Isa. VI, 6 : *Et volavit ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari*, etc. LXX Interpretes pro χερουβὶμ, et πυράγρᾳ, ut est in Pisida, habent σεραφεὶμ, et λαβίδι, sed pro *calculus*, ut est in Vulgata, ἄνθρακα.

846. Eliam innuit, de quo in libro IV Reg. II, 11. *Cumque pergerent, et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, et equi ignei diviserunt utrumque, et ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Videsis apud mythologos de Phaetonte et Bellerophonte fabulas, quas scite conjunxit Horatius, IV, od. 11, v. 25.

Digitized by Google

Ἵππους ἐλαύνων, οὐρανῶν ὁδὸν δράμοι,
Ἱππεὺς δὲ δειχθῇ τῷ βίῳ μετάρσιος,
Τῆς σαρκὸς αὐτὸν μὴ κατασπώσης κάτω.
Ἡ πῦρ κατάξει καὶ κρεμάσει τὴν δρόσον,
Ἕλκων, μεθέλκων, ἀντιβάλλων τὰς φύσεις·
Φράξει δὲ πίστει τῶν λεόντων τὸ στόμα,
Δρόσον δὲ δείξει τῆς καμίνου τὴν φλόγα·
Ἢ καὶ πατάξει Νεῖλον εἰς αἷμα τρέπων,
Πείσει δὲ λάμπειν ἐν ζόφῳ τὸν ἥλιον·
Τοῖς μὲν γὰρ ἦν φῶς, τοῖς δὲ δύσμορφον σκότος.
Σχίσει δὲ τὴν ἄβυσσον εἰς τρίβον ξένην,
Στύλον δὲ δείξει νυκτὸς ἔμπυρον σέλας·
Ἄρτους δὲ σίτου μὴ προκειμένου πλάσει,

A Λιμὸν δὲ θάλψει τῇ βροχῇ τῶν ὀρνέων,
Πηγὰς δὲ πέτραν ἐκβαλεῖν ἀναγκάσει·
Τείνει δὲ χεῖρας εἰς τροπὴν ἐναντίων,
Τοῦ σταυροειδοῦς συμβόλου τὴν εἰκόνα·
Ἴδοι δὲ πυρσῷ μὴ φλογισθεῖσαν βάτον,
Τὰ κρυπτὰ τοῦ μέλλοντος εἰκονίσματα·
Τότε προκύψας, ὡς ὁ Μωσῆς, ἐμφόβως,
Καὶ καπνὸν εὑρὼν ἐν θυέλλῃ καὶ γνόφῳ,
Καὶ πρὸς τὸ νύγμα τῆς ὀπῆς ἀφιγμένος,
Μόλις τὰ κρυπτὰ τῶν ὀπισθίων μέρη
Θεοῦ σκοπήσει, καὶ πλέον μηδὲν βλέπων,
Πλέον ποθήσῃ τὸν κεκρυμμένον πόθον·
Ἀργοὶ γάρ εἰσι τῶν ἐρώντων οἱ πόθοι,

celsior factus; adeo ut ne carnis quidem pondus deprimat ipsum deorsum : esto, ut etiam ignem in B terram deducat, et aquam in altum suspendat; quo vult res trahat, ac distrahat, omnemque naturæ ordinem subvertat : leonum ora per fidem obstruat, ignem fornacis esse rorem ostendat : Nilum percutiat, et aquam in sanguinem convertat : solem inter tenebras splendere suadeat (scimus enim aliis affulsisse lucem, et aliis offusas fuisse horrendas tenebras) : dividat abyssum in stupendam semitam : ostendat columnam esse igneam facem per noctem : panes non dato frumento componat : avium pluvia famem compescat : cogat fontes e petra erumpere :

manus extendat ad fugandos hostes, crucifornis signi exprimens imaginem : rubum igne incombustum, id quod erat futurum arcana quadam ratione significantem, videat : ac tum denique præ metu procidens ut Moses, cum nihil se præter fumum et caliginem inter procellas offendisse senserit, ad imum foramen petræ admissus introspiciet, et posteriora Dei vix intuebitur : neque aliud quidquam videns eo magis desiderio desiderabit abscondita videre. Sua enim desideria languescere sentiunt amantes, si quod desiderant, statim assequantur. At vero quisquis essentiam Dei investigat, quo magis spectat, magis in ipso spectando connivet. Etenim

NOTÆ.

850. Duo portenta, quæ per Eliam facta sunt, C indicantur : scilicet ignis ad consummationem holocausti, ejus precibus, de cœlo delapsus, et terræ siccitas prænuntiata, IV Reg. III, 18 : *Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides.* Et ibid. XVI, 1 : *Et dixit Elias . . . . Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros et pluvia , nisi juxta oris mei verba.*

852. Dan. VI, 22 : *Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi.*

853. Dan. III, 50 : *Et fecit* angelus *medium fornacis quasi ventum roris flantem, et non tetigit eos omnino ignis.*

Exod. VII, 20 : *Et elevans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone et servis ejus, quæ versa est in sanguinem.*

Exod. X, 22 : *Extenditque Moyses manum in cœlum : et factæ sunt tenebræ horribiles in universa terra Ægypti*, etc.

856. Versus suppletus ex cod. 1126, miraculi vim D explicans, quo factum est ut Ægyptiis in tenebris degentibus Hebræi velut in clarissima luce viderent, quod legitur in lib. Sap. XVII, 20 : *Solis autem illis superposita erat gravis nox . . . . Sanctis autem tuis erat maxima lux.*

857. Exod. X, 13 : *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore.*

859. Exod. XVI, 15 : Manhu : *quod significat : Quid est hoc ? ignorabant enim, quid esset. Quibus ait Moyses : Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.*

860. Exod. XVI, 12 : *Vespere comedetis carnes . . . Factum est ergo vespere, et ascendens coturnix cooperuit castra*, etc.

861. Exod. XVII, 6 : *Percutiesque petram, et exibit ex ea aqua, ut bibat populus.*

862. Exod. XVII, 11 : *Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel : sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.*

864. Cod. 1126, ἴδῃ melius. Exod. III, 2 : *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, et videbat quod rubus arderet, et non comburetur.*

865. Per rubum incombustum incarnationis mysterium est præfiguratum.

866. Exod. III, 6 : *Abscondit Moyses faciem suam : non enim audebat aspicere contra Deum.*

867. Exod. XIX, 18 : *Totus autem mons Sinai fumabat : eo quod descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace.* Et XX, 21 : *Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Obiter hic adnotabo ea quæ Dionysius vulgo Areopagita fuse tradit, et tractata inveniuntur eodem modo in scriptoribus Platonicis circa divinam caliginem, ab hac apparitione, veluti a fonte emanasse.

868. Cum Dominum Moyses rogasset, ut ei gloriam suam ostenderet, respondit Deus, Exod. XXXIII, 20 : *Non poteris videre faciem meam ; non enim videbit me homo, et vivet . . . Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, et protegam dextera mea, donec transeam.*

869. *Tollamque manum meam, et videbis posteriora mea : faciem autem meam videre non poteris.* Quid sint posteriora Dei, scilicet quæ per eum facta sunt, et reliqua, quæ fortasse quamdam explicationem exposcere viderentur, explanata invenies apud interpretes *locis citt.* Sed præstat sanctum Gregorium Nazianz. audire, paucis verbis rem explanantem, ταῦτα Θεοῦ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνώρίσματα, *Dei posteriora sunt ea, quæ post eum exstiterunt, nobisque ipsius numen declarant.* Maximus Tyrius a Pisida non abludens in sublimem rationis speculam nos erigere suadet, *Diss.* I, περισκέψασθε· τὰ τοῦ Θεοῦ ἴχνη, τίνα χώραν ἔχει, τίνα φύσιν, *unde vestigia Dei observemus ut sciamus, ubi sint, et qualia.*

Digitized by Google

Εἰ συντόμως τύχωσι τοῦ ποθουμένου.
Καὶ πᾶς ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν,
Ὅσον θεωρεῖ, πρὸς τοσοῦτον συμμύει·
Εἰ γάρ τις εἰς ἄβυσσον ἀπλήστοις κόραις,
Ἢ καὶ πυραυγῆ δίσκον ἡλίου βλέπων,
Ὅσον θεωρεῖ, καὶ κόρας ἀμβλύνεται
(Οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι
Ἀτκαρδαμυκτεὶ προσβλέπειν τὸν ἥλιον)
Ποῖος πανόπτης εὐτονήσει νοῦς βλέπειν
Τὸν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡλίου φωτὸς πόρον;
Ἀλλ', ὦ παρὼν πόρρωθεν ἑδραίῳ τάχει,
Ὁ πᾶσι γνωστὸς καὶ δυσεύρετος μένων,
Καὶ πᾶσι λεπτὸς, καὶ κρατεῖσθαι μὴ θέλων·

A

Πᾶσι γὰρ ὢν ἄγνωστος, ἐγνώσθης ὅλοις
Ἐξ ὧν ἐνεργεῖς εἰς τὸ πάντας σε βλέπειν.
Ὅσον γὰρ ἐν σοὶ τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας,
Ἐν ἀκαταλήπτοις ἐξοχαῖς συνεστάλη,
Τοσοῦτον ἡμῖν τὴν ἐνέργειαν βλέπειν
Τὴν σὴν ἐφῆκας, οὐκ ἐν ἀγγέλοις μόνον,
Οἷς τὰς πυραυγεῖς ἐμφυτεύσας οὐσίας,
Ὕλην ἄϋλον μυστικῶς ἀπειργάσω·
Ἀλλ' εἴ τις ἡμᾶς οὐσιῶν ὑπερτέρα
Λέληθε τάξις οὐρανοῖς, ἐν αἰθέρι,
Ἐν παντὶ κόσμῳ, τῷ τε νῦν ὁρωμένῳ,
Καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν, εἰ θέλεις·
Χωρεῖ γὰρ εἰς πῦρ, εἰς ὕδωρ, εἰς ἀέρα,

si, cum quis plus nimio immotas in lucis abyssum pupillas tenens igneum solis discum contempletur, quo magis intuetur, eo magis suum hebetat visum; oculis enim ita intentis et firmis solem aspicere, ut nunquam dimoveas aciem, datum est nemini: quæ sit mens in rebus omnibus lustrandis adeo perspicax, quæ fontem ipsum solaris lucis possit intueri?

Tu igitur, Deus, qui ades a longe velocitate immobili, quique omnibus es cognitus, et difficilis inventu manes; tu, quem omnes possunt capere, et teneri non vis, quique omnibus es ignotus, et tamen omnibus notum te fecisti in iis, quæ per te facta sunt, ut in te omnes intueantur: quamvis B enim tuæ essentiæ magnitudo omni incomprehensibili excellentia sit circumscripta; nihilominus tantum nobis facultatis dedisti, ut operationes tuas dignosceremus: atque id non solum in angelis, quibus igneas substantias indidisti, materiem immaterialem mirabiliter efformans; sed in alio quocunque substantiarum genere, si forte etiam quis est angelicis substantiis ordo sublimior, quem nos lateat, in cœlis, in æthere, atque in omni mundo, tam in eo, quem nunc videmus, quam in eo, qui ante hunc ipsum fuit, aut post ipsum erit, si velis: tua enim potentia penetrat in mare, in aquam, in

NOTÆ.

876. Vulgaris est comparatio, et pene omnibus C Patribus post Platonem *in Phæd.* communis. Vide Clem. Alex. *Cohort. ad Gen. pag.* 47, et sanctum Greg. Naz. *orat.* 54.

878. In Cod. Vat. 1126 hujus versiculi loco legitur hic, Κόρας μύει τε καὶ σκοτοῖ τούτου φρένας, post quem alii duo, qui non leguntur in Morellio.

883. Quæ de incomprehensibili majestate et essentia Dei per antitheses illustrata hic subjiciuntur, vel ut corollarium ex prædictis deducuntur, confer, si vacat, cum scriptis Dionysiacis *de Eccles. Hier.* Si autem caput v *De div. nom.* tantummodo legeris, nihil erit ultra, quod desideres. Vide etiam Bruckerum *Hist. philos. tom.* II, *pag.* 416, et III *pag.* 522.

891. De angelis vide supra *v.* 167.

894. Cod. 1126. ὑπερτέρων. Pisida ut nullis terminis circumscriptam Dei potentiam ostendat, alios etiam rerum creatarum ordines præter angelicos non excludit.

895. Cod. 1126. ἐν ἀέρι.

896. Quidam Græci philosophi mundos esse infinitos dixerunt. Vide Plutarchum *De plac. phil.* I, 5, et II, 1. Anne Pisida secundum eosdem dicit παντὶ κόσμῳ, *in omni mundo*, καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ, *et in eo qui ante erat?* Minime vero. Atqui sancti Patres ante mundum quid esse creatum existimarunt. Esto: sed cum hoc dicerent, angelicas quidem substantias intelligebant: Ἦν γάρ τι, ὡς ἔοικε, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τούτου, ὃ τῇ μὲν διανοίᾳ ἡμῶν ἐστι θεωρητὸν, ἀνιστόρητον δὲ κατελείφθη, κ. τ. λ. *Erat et ante hunc mundum, ut verisimile est, aliquid quod nostra quidem cogitatione possumus assequi, sed narrationem effugit*, etc. Sanctus Basilius *in Hex.* I, 5. Quid autem de mundo μετ' αὐτὸν, *qui erit post hunc*, quem videmus? Num de stoica mundi instauratione intelligendum est? Non arbitror. Malim Pisidam ad eam mundi renovationem respexisse, quam sibi perspectam habuisse ex Isaia testatus est sanctus Justinus *in Dial. contra Tryph.* 81, quamque etiam probavit futuram Lactantius *Divin. inst.* VII, 26, unde de Millenariis orta est sententia. Utrum autem hæc cum Platonis doctrina, qui mundum inaspectabilem et aspectabilem, et animarum mutationem migrationemque admisit in *Phæd.*, aliquatenus consentiant, alius viderit.

898. Si ea quæ sequuntur, et alia hisce similia, quæ in Pisida occurrunt, vir sane eruditione insignis Bruckerus animadvertisset, inter ea momenta, quibus Patres inter Platonicos eclecticos recensendos putat, profecto retulisset. Satis enim aperte videtur hic expressa illa Platonica et Stoica Dei emanatio in res creatas. Celebre est illud Virgilii *Æn.* VI, 726:

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et toto se corpore miscet.

Verum optassem sane, ut idem Bruckerus, qui nimis fortasse studiose ex scriptoribus ecclesiasticis ea omnia collegit, quibus suam sententiam confirmaret, parcius id vitio vertisset Lactantio et aliis. D Non enim satis moderato animo Lactantium ipsum, ut alios omittam, reprehendit, tom. III, pag. 467, quod ille *divinam mentem* dixerit *per universas mundi partes intentam discurrere, et omnia regere, omnia moderari, ubique præsentem, ubique diffusam.* Socrates quidem Deum esse aiebat mentem universi; ac Plato animum per immensas mundi partes diffusum, ex quo omnia, quæ noscuntur, vitam capiebant. Sed quam diversa hæc sunt, aut quam diversa mente et significatione expressa? Platonicum etiam Jeremiam quis appellabit, cum Dominum ita loquentem inducit, XXIII, 24: *Nunquid non cœlum et terram ego impleo?* Igitur si Patres Deum undique diffusum dixerunt, divinam sane providentiam et præsentiam in rebus singulis se exserentem voluerunt ostendere. Idcirco Pisida recius quoque locutus non mentem, sep ἐνέργειαν, vim atque efficaciam divinam ubique se prodere, atque in omnes res se diffundere ac permeare af-

Digitized by Google

Εἰς γῆν, ἐν ἄστροις, ἐν φυτοῖς, ἐν ὀρνέοις,
Εἰς πᾶν τὸ νηκτὸν, εἰς τὸν ἕρποντα στόλον,
Εἰς πάντα χόρτον, εἰς τὸν ἄνθρωπον πλέον,
Δι' ὃν τοσαῦτα, καὶ μεθ' ὃν παρατρέχει.
Ἡ σὴ γὰρ ἀκτὶς μηδαμοῦ χωρουμένη
Εἰς πάντα χωρεῖ μηδαμοῦ στενουμένη·
Οὐ τῶν μεγίστων οὖσα τεχνῖτις μόνον,
Ὁμοῦ δὲ πάντων ἀσχέτως ξεδραγμένη·
Ἴθυνον ἡμᾶς, ἔνθα τῆς κοσμουργίας
Τῆς σῆς ἔνεστιν ἱστορεῖν τὰς ἐμφάσεις.
Τίς γὰρ θεωρῶν μῆλον, ἢ βαφὴν ῥόδου,
Οὐκ εὐθὺς ἔγνω τῆς βαφῆς τὸν ἐργάτην;
Ἢ ποῖος εἰς ὄσφρησιν ἐλθὼν βαλσάμου,
Οὐ σὲ προεισέπνευσε βαλσάμου πλέον;

A

Τίς κέδρον ὑψοῖ, καὶ πλατύνει τοὺς κλάδους,
Καὶ πικρὸν ἐντίθησι τῷ ξύλῳ μύρον;
Τίς νάρδον ἑψεῖ, καὶ μυρίζων τὴν πόαν,
Ἀρωματίζειν ἐκβιάζει τὸν στάχυν;
Πόθεν δὲ φοίνιξ ἐν καταξήροις τόποις
Καρποὺς μελουργεῖ τῶν ἐνίκμων βοτρύων;
Τίς καὶ τὰ κίτρα ταῖς ἀκάνθαις ὁπλίσας
Συνῆψεν αὐτοῖς αὐτοχάλκευτα ξίφη;
Τίς σπαργανοῖ τὰ τέκνα τῶν φυτῶν ὅλα,
Καὶ τοῖς μὲν ἐντίθησιν ὀστώδη βάσιν,
Οἷς ἔστιν ἐκτὸς ἀσθενὴς ἡ γυμνότης·
Τοῖς δὲ προβάλλει στερρὸν ἐξωθεν δέρας,
Οἷς ἐστιν ἐντὸς εὐπαθὴς ἡ χαυνότης;
Τίς τῷ λέοντι θάρσος, ἢ τῇ δορκάδι

aerem, in terram, in astra, in plantas, in aves, in omne natantium et repentium genus, in omnem herbam virentem, et magis adhuc in hominem, per quem, et post quem prætercurrunt hæc omnia: quamvis enim tuæ lucis radius nusquam moveatur, omnia tamen pervadit, et locorum angustiis non premitur; nec solum maximarum rerum est artifex, sed omnia simul invincibiliter conjuncta facit consistere: Tu, inquam, Deus, nos dirigas, quatenus licet, quæ a te facta in hoc mundo apparent, enarrare.

Nam quis malorum, aut rosæ colorem intuens, quis sit coloris artifex, statim non noverit? aut quis odorem sentiens balsami, non te prius ipso

B

balsamo spirans, reflansque degustaverit? Quis cedrum attollit, ejusque ramos extendit, et amarum quoddam unguentum imponit ligno? Quis nardum excoquit, et delibuto unguentis frutice aromatis suavitatem cogit spicam effundere? Unde palma in aridis locis melle conditos fructus, et humidis implicatos racemis producit? Quis mala citria spinis armavit, et gladiis non elaboratis arte instruxit? Quis plantarum omnium fetus fasciis tam varie modo involvit? atque aliis quidem fragilem extra nuditatem præferentibus osseam intus basim includit; aliis vero cedente laxitate intus præditis duram extra tegumentum obtendit?

Quis indidit leoni audaciam, et cursum dedit

NOTÆ.

firmat. Atque hic paulatim pergit ad alia mirabilia Dei enarranda, quæ a primo creationis exordio usque ad præsentem diem renovari, ac perpetuo ordine conservari in terra conspicimus. Ex eo enim quod semel dixit Deus die secundo: *Germinet terra herbam virentem, et facientem fructum.* Gen. XI. Et die quarto: *Producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram.* Ibid. 20. Et die quinto: *Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ.* Ibid. 24: Ἡ τότε φωνὴ, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα, οἷον νόμος τις ἐγένετο φύσεως, καὶ ἐναπέμεινε τῇ γῇ, τὴν τοῦ γεννᾶν αὐτῇ καὶ καρποφορεῖν δύναμιν εἰς τὸ ἑξῆς παρεχόμενος· *Vox illa tunc emissa, ac primum illud præceptum, velut lex quædam naturæ evasit, inhæsitque terræ, ac ei generandi fructusque in posterum ferendi vim contulit,* ut egregie loquitur sanctus Basilius, hom. 5, 1 in Hex. Igitur Pisida de plantarum, et animalium, necnon aliarum rerum indita vi ac proprietate secundum Dioscoridem, Theophrastum et Galenum, quos habet hujus tractationis duces et magistros, incipit disserere, ut inde clarius elucescat contra Epicureos et Manichæos, quam late pateat divinæ providentiæ bonitas et consilium. Tale argumentum Patres fere omnes uberrime pertractarunt, omnesque eo intenderunt, ut ad sensus mysticos rerum naturalium effectus transferrent; quod idem sane præstat etiam Pisida.

C

901. Propter hominem omnia esse creata a Deo unanimis est Patrum consensus. Vide Lactantium, *De ira Dei*, 13.

909. Res quæque minima in contemplationem divinæ potentiæ hominem potest adducere: Αὐτῶν δὲ τῶν καρπῶν τίς ἂν ἐπέλθοι τὴν ποικιλίαν, τὰ σχήματα, τὰς χρόας, τῶν χυμῶν τὴν ἰδιότητα, τὸ ἀφ' ἑκάστου χρήσιμον; *Ipsorum autem fructuum varietatem, figuras, colores, saporum proprietatem, uniuscujusque utilitatem quis recensere possit?* Sanctus Basilius, hom. 5, n. 8 *in Hex.*

911. De balsamo, planta odorata, quæ, ut ferunt, nonnisi in Judæa olim nascebatur, vide Theophrastum, IX, 6; Dioscoridem, I. 18; et Plinium, 16.

913. Dioscor. I, 105: Κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται· *Cedrus arbor magna est, ex qua cedria dicta colligitur.* Plinius, XXXIV: *Cedrus magna, quam cedrelatem vocant, dat picem, quæ cedria vocatur.* Hæc resina, quæ cedria a cæteris appellatur, est unguentum in Pisida. Vide Theophrastum, III, 12, et V, 9.

915. Recte Pisida nardi virtutem in radice potius, quam in spica videtur collocare, dicens μυρίζων τὴν πόαν. Circa hujus plantæ varias species et usus medicos, vide Theophrastum, IX, 7; Dioscor. I, 6, et Commeut. Matthioli, qui Plinium reprehendit quasi fabulosa narrantem.

D

917. Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται· *Palma in Ægypto nascitur.* Diosc. I, 148 et seqq.: *Palma sola in spathis habet fructum racemis propendentem;* Plinius, XVI. Vide Theophrastum, II, 81.

919. Mala citria, Græcis Medica, quod ex Media primum in Italiam fuerint advecta, bene per spinas, quibus muniuntur a cæteris malorum speciebus Pisida distinguit. Vid. Theophrast. IV, 4; Diosc. I, 166; et Plin. XII. Scite autem spinas αὐτοχάλκευτα ξίφη, *arma a natura fabricata* nuncupat.

921. Cod. 1126, τῶν φυτῶν ὅλων. Fructuum varietatem, quorum aliis durum, aliis molle et tenerum est integumentum, admiratur etiam sanctus Basilius, hom. 5, n. 8 *in Hex.* De eorum differentiis fuse Theophrastus in principio operis.

925. Cod. 1126, ἐμπαθής.

926. Si hoc Pisidæ poema mutilum dicendum

Digitized by Google

Δρόμους ἐνῆκεν ἀντιφάρμακον φόβου;
Τίς ταῦρον ἐκράτυνεν ὥσπερ ἐργάτην
Ἀροτριᾶν μέλλοντα; τίς τῶν ὀρνέων
Τὴν γλῶτταν ἐστόμωσεν ὀργάνου δίκην;
Ὡς καὶ νομίζειν τοὺς κενοὺς μυθογράφους,
Εἶναι παρ' αὐτοῖς γνωστικὴν ὁμιλίαν;
Πόθεν δὲ καὶ γρυψὶ εὐσθενὲς λαβὼν κράτος,
Καὶ βοῦν ἀναspῶν ἐξ ἑτοίμων ἁρπάγων;
Καὶ πτηνὸς ἦρται, καὶ βαδίζει τετράπους;
Τίς τὰς καμήλους, καίπερ οὔσας ὀργίλους,
Ἔπεισε μητρὸς μὴ μιαίνεσθαι γάμῳ;
Καὶ κτῆνος οὕτω βράζον εἰς λάγνον πάθος,

A Πρὸς τὴν ἄθεσμον μίξιν ἐγκρατὲς μένον,
Πέρσας ἐλέγχει τοὺς θολοῦντας τὸν βίον;
Ποίους ὁρισμοὺς ἐκμαθὼν Ἱπποκράτους,
Τετρωμένος δίκταμνον ἐμφαγὼν τράγος,
Τὸν ἰὸν εὐθὺς τῶν βελῶν ἀποπτύει;
Ποῖος Γαληνὸς ἱεράκων τὴν νόσον
Ὀπῷ καθαίρει πικροφύλλων θριδάκων,
Ἀχλὺν δι' αὐτῶν ὀπτικὴν ἀποξέων;
Καὶ πάρδαλις μὲν λύθρον αἰγὸς ἀγρίου
Πίνει νοσοῦσα, καὶ καθαίρει τὴν νόσον.
Ὑγροῖς δὲ φύλλοις ἐκ δρυὸς καθαρσίου,
Χυμοὺς κάμηλος ἐξεμεῖ κεκαυμένους.

dorcadi, ut esset contra timorem remedium? Quis tauro, ut qui labores perferre, et terram aratro scindere deberet, tantam dedit virium firmitatem? Quis avium linguam tam concinne instar organi efformavit, ut vani fabulatores intellectualia inter se colloquia eos habere arbitrentur? Unde vero gryphus tantum roboris accepit, ut bovem repente abreptum unguibus sursum attollat? et quomodo idem et ales volat, et incedit quadrupes? Quis camelos quamvis furentes, cum matre ne coeant et polluantur, persuasit? adeo ut hoc pecudum genus alioquin æstuans libidine, et tamen ab illicito se B temperans concubitu, Persarum incontinentiam, magnum vitæ dedecus, redarguat?

Quos aphorismos Hippocratis didicit caprea, ut saucia dictamnum edat, atque ita teli venenum exspuat? Quisnam Galenus, succo ex amaris lactucæ foliis expresso, accipitrum morbum sanat, et offusam oculis caliginem abradit? Sic etiam pardalis, cum ægrotat, silvestris capreæ cruorem bibit, et

NOTÆ.

sit; plura hic desiderari non gravate concederem. Verisimile enim non puto, tam pauca de plantis dixisse eum, qui de animalium proprietatibus tam abunde disserit. Quæ est Pisidæ nova argumenti materies, circa quam auctor tibi sum, ut legas sapientissimam Galeni Præfationem ad libros *De partibus corp. hum.* De leonum timore vide supra, v. 405. Quid autem notius, quam meticulosa damarum natura? attamen videsis Ælianum, *De nat. anim.* VII, 19, Περὶ δειλίας ζώων, *De timiditate animalium.* Cæterum dorcas non est proprie dama, sed capreæ montanæ species, ut ex descriptione Æliani IX, 14 patet. Oppianus etiam lib. II *De venat.* dorcadas a damis distinguit. Memini me legisse dorcadem a δέρκω, *acute inspicio*, esse dictam: unde ὀξυδερκία, et ὀξυδορκία.

930. De diversis avium sonis et vocibus vide Ælianum, VI, 19, et sanctum Basilium hom. VIII, 3 *in Hex.*

931. Æsopum notat. Fortasse etiam quosdam sui temporis ineptos philosophos irridet, qui colloquia inter se aves inire, sermonisque usum habere dicerent, ut inter hominem et bestiam nullum esse discrimen evincerent. Hujusmodi fabellas de Democrito narrat Plin. X, p. 571 edit. Hard. infol., et XXIX, 505. Sanctus Gregorius Nazianzen. orat. 34, volucrum harmoniam demiratus, æque ac Pisida eam sententiam de avium colloquiis videtur refellere: Ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίους φωνὰς, καὶ ὅσα τέχναι σοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας· *Mitto enim illas vi expressas voces, et quidquid artes adversus veritatem subtiliter comminiscuntur.* Fuere nonnulli qui dicerent Adamum in paradiso colloquia habuisse cum omnibus bestiis. Pseudo-Abdias ad lib. VI, id affirmat, nec ab eo videtur dissentire Michael Glycas, epist. 4.

933. Gryphum Indicum animal dicit Ælianus, IV, 27; Plinius fabulosum existimat. Eustathius in Hexaem. ait ἁρπάζειν τὸν λέοντα οὕτως εὐχερῶς, ὡς ἀετὸς παρ' ἡμῖν λαγών, *tam facili negotio leonem arripere, quam apud nos aquila leporem.* In cod. 1126 est γύψ, *vultur*, de quo auctores similia narrant.

936. Sanctus Basilius camelos iram diu conservare, et injuriarum esse memores refert in hom. 8. n. 1 *in Hex.*

937. Ælian. III, 47, Œdipodem insectatus concludit: Οὐκ ἂν γοῦν ποτε μῇ τεκούσῃ ὁμιλήσαι κάμηλος, *camelus igitur cum matre nunquam* C *coit.*

940. Nefandam Persarum incontinentiam notat sanctus Justinus, *Orat. contra gent.* 28, et acrius etiam exagitat Clemens Alexand. *I Pædag.* 1, 7. Minimum igitur apud eos valuit Alexandri Magni auctoritas, qui teste Plutarcho, orat. 1 *De ejus fort.* p. 328, docuit Persas σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν, *ut matres venerarentur, non uxorum loco haberent.*

941. Aphorismorum Hippocratis librum commendat, de quo Suidas v. Ἱπποκρ. ait ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν σύνεσιν, *humanum superare ingenium.*

942. Diosc. III, 37: Φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθείσας καὶ γεμηθείσας τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα· *Aiunt et in Creta capras tela, quibus ictæ sunt, hujus herbæ pastu exculere.* Eumdem effectum præstare dictamnum damis et cervis dixere alii auctores. Vid. Ælianum, *Var. hist.* I, 10. Cod. 1126, pro ἐμφαγὼν habet ἐκφαγών, et D deinde pro τῶν βελῶν exhibet τῶν μελῶν.

944. Post Hippocratem merito laudat Galenum. Ælianus, *Hist. anim.* II, 43: Καμόντες τὴν ὄψιν ἱέρακες, εὐθὺ τῶν αἱματιῶν καὶ τὴν ἀγρίαν θριδακίνην ἀνασπῶσι, καὶ τὸν ὀπὸν αὐτῆς πικρὸν ὄντα καὶ ὀριμὺν ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν αἰωροῦσι τῶν σφετέρων, καὶ λειβόμενον δέχονται, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὑγίειαν ἐργάζεται· *Cum ex oculis laborant accipitres, illico ad sepes volant, et silvaticam lactucam evellunt, ejusque acerbum et acrem succum expressum suis oculis instillant, et hoc pacto sanitati restituuntur.*

947. Inter veteres auctores neminem inveni, qui de pardali, vel panthera idem narret, quod Pisida. Aldovrandus, *De quadrup. digit.* p. 76, testem adhibet Albertum Magnum. Cod. 1126, αἰγὸς ἀγρίας.

949. Neque de camelo, cujus est alioquin calida natura, quid simile scriptum ab aliis deprehendi.

Digitized by Google

Χλωρὰν δὲ τὴν ἄγρωστιν εἰ φάγει κύων,
Χολῆς μελαίνης ἐξερεύγεται πάθος.
Λύκοι δὲ τὴν γῆν, οἱ λαγοῖ δὲ κανθάρους,
Λέων πιθήκους, οἱ δὲ κύκνοι βατράχους,
Τράγοι δὲ τὴν ἄπεπτον ἀσκαμμωνίαν
Δειπνοῦντες, ἐκπτύουσι τὴν ἀπεψίαν·
Ἀσκληπιοῦ δὲ τοῦ νόθου θεοῦ δίχα,
Τρώγων πελαργὸς, οὐ νοσήσει, τοὺς ὄφεις.
Πόθεν κατώθλεψ πυρσὸν ἔμφυτον πνέων,
Ἐκ ῥινὸς ἐμφύσημα πυρφορουμένης,
Κάτω τὸ ῥεῦμα τῆς πυρᾶς ἀντιστρέφει·
Πόῤῥω δὲ πέμπει τὴν φορὰν, ὡς τοξότης,
Αἰτναίαν ὥσπερ καὶ κατάῤῥυτον φλόγα,
Δίκην κεραυνοῦ πυρσοβολῶν ἀτμίδα;

A

Εἰ μὴ δὲ θεσμὸν εἶχε συγκεκυφέναι,
Καὶ τῆς φλογὸς τὸ βράσμα συγκινεῖν κάτω,
Τὴν γῆν βαρύνειν εἶχέν ἂν τοῖς λειψάνοις.
Πόθεν δὲ τὰ προΰχοντα τῶν ζώων γένη
Ἐκ τῶν δοκούντων μετρίων φαυλίζεται;
Καὶ πᾶς μὲν ἵππος σειρομάστιγα τρέμει,
Οἴστρῳ δὲ φεύγει ταῦρος ἐπτοημένος·
Φοβεῖ δὲ τὸν λέοντα τυπτηθεὶς κύων.
Ἡμᾶς δὲ κώνωψ εὐτελὴς διαστρέφει,
Δάκνων, προσαυλῶν, ἐξυπνίζων πολλάκις.
Καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι τὸ κράτος
Τὰ μικρὰ γρυλλίζοντα τῶν χοίρων βρέφη.
Καὶ μικρὸς ὗλλος ὑγροχέρσῳ θηρίῳ
Φθορὰν ἐφιστᾷ τῇ τομῇ τῶν ἡπάτων·

morbo liberatur. Sic et camelus humidis quercus foliis se purgat, atque inde siccos humores evomit. Canis vero si viride gramen comedat, atræ bilis affectionem depellit; atque ita lupi depascentes terram, lepores scarabæos, simias leo, ranas cycni, et crudam scammoniam hirci, quidquid non est coctum in stomacho, emittunt: ac sine Æsculapio fabuloso numine, si angues comedat ciconia, non ægrotat corpore.

Unde catoblepas insitam flammam efflans, et urentem nare spiritum effundens, ignita effluvia deorsum intorquet, et suum virus, quod Ætnæam ac fluidam flammam diceres, instar sagittarii longe

B

jaculatur, ac velut fulmen igneos vapores emittit: adeo ut nisi ea lex sit, ut prono incedat capite, et flammæ incendium deorsum moveat, terra circum premeretur cadaveribus? Unde autem, quæ cæteris præstant animalia, rebus ut nobis videtur modicis terrentur? Omnis quidem equus frenum et flagellum timet: œstro percitus taurus fugit: canis, qui senserit verbera, terret leonem: nos vero misere contorquet vilis culex, et morsu sibiloque sæpe excitat a somno: et elephantorum robur quatit porcorum recenter natorum grumitus.

Quid parvus hyllus? qui terra et aqua gaudentem belluam crocodilum exsectis intestinis interficit?

NOTÆ.

Quamvis non mirum hoc sit; potuit enim alios legisse Pisida præter Hippocratem, Galenum et Dioscoridem, cum pene innumeri antiquitus auctores exstiterint, qui de plantis et medicamentis scripserunt, quorum non tantum scripta, sed etiam nomina interciderunt, ut videre est in Galeno, lib. VI *De simpl. medic.* p. 144, qui nonnullos enumerat.

951. De canibus seipsos gramine purgantibus similia refert Ælianus, VIII, 9, qui agrostin, vel gramen vocat πόαν ἐν ταῖς αἱμασιαῖς φυομένην, *herbam in maceriis nascentem*. De lupis terram edentibus vide supra, v. 806. Lepores cantharos, et cycnos ranas ad medelam comedere, quod sciam, nemo tradit. Leonibus autem ad reficiendas senio fractas vires esse remedium simiæ carnem affirmat Phile, *Hist. anim.* 65; sed Ælianus, *Var. hist.* I, 9, ad omnes morbos prodesse leoni simiam dicit: Λέοντα νοσοῦντα τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὀνίνησιν· φάρμακον δέ ἐστιν αὐτῷ τῆς νόσου βρωθεὶς πίθηκος, *Ægrotanti leoni nihil aliarum rerum prodest; sed si comedat simiam, id ei morbi remedium exsistit.* De hirco silentium apud alios auctores. Scammoniam, de qua Dioscorides, IV, 171, ἄπεπτον, *crudam, non decoctam* hircos edere dicit Pisida. Perperam Morellius *difficilem* reddidit, putans poetam absinthio similem tribuisse scammoniæ qualitatem, cum hic tantum sit lusus verborum: miratur enim, ut scammonia cruda cruditatem depellat. Morellius suum errorem detexit in Comment. ad Hex. Basil., pag. 728.

957. Æsculapium falso irridet Clemens Alexand. *Cohort. ad gent.* pag. 25: Ἔχεις δὲ ἰατρὸν ἐν θεοῖς· ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς ὄνομα αὐτῷ· *Medicum etiam habes inter deos: is vero avarus erat, et nomen habuit Æsculapii.*

958. Ciconiam origani, non anguium comestione

C

sanari narrant Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 7; Plinius, VIII, 41, et Ælianus, VI, 46. Vide Salmasium ad Solin. pag. 801, qui ciconias, ut ibes in Ægypto, quæ sunt πελαργώδες ὄρνεον, serpentes venari censet; et ab his sæpe vulneratas origano sibi parare remedium.

959. De catoblepa, fera Libyca, similia habent Plinius, VIII, 32; Solinus, 30; Ælianus, VII, 5.

963. *Κατάῤῥυτον φλόγα* eleganter vocat ignitos torrentes, vulgo *la Lava*, qui ex Ætna et Vesuvio montibus erumpentes in subjectos campos delabuntur, ut nostris temporibus non semel contigit.

964. Melius πυρσοβάλλων, ut constet prosodiæ ratio.

966. Catoblepas ita dictus, quia semper, κάτω, *deorsum*, βλέπει, *aspicit*. Vide hujus belluæ descriptionem in Ælian. Cod. 1126 habet συντείνειν κάτω.

D

970. Res minimæ maxima animalia terrent, ut equos frenum et flagellum. Pisida ingeniose unam ex duabus vocibus confecit σειρομάστιγα, nam σειρὰ hic est *frenum*, et *habenæ*, et μάστιξ, *scutica*. Œstrum, sive asilum in rabiem agere taurum notius est, quam dici oporteat. Vide Ælianum, VI, 37; Virgilius, *Georg.* III, 147:

Cui nomen asilo
Romanum est: œstron Graii vertere vocantes,
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta.

De canibus metum incutientibus leonibus vide supra, v. 405, et de culice, v. 72. De elephantis autem horrentibus sues sic Ælianus, I, 38: Ὑῤῥωδεῖ ὁ ἐλέφας χοίρου βοὴν, *suis grunnitu abhorret elephas*, item VIII, 28, et XVI, 36.

977. Similia his leguntur in Athenæo IX, 10, in Ælian VIII, 25, et X, 47, et in Salmasio ad Solin.,

Digitized by Google

Λάθρα γὰρ αὐτῷ προσβαλὼν κεχηνότι,
Διατρέχει τὰ σπλάγχνα, σωλῆνος δίκην,
Τεμὼν δὲ κρυπτὴν ἐξ ὀπισθίου θύραν
Φονεὺς διαδρὰς οἴχεται σεσωσμένος.
Ἄλλη δέ τις πέφυκεν ὀρνέου φύσις,
Ἣ τοὺς ὀδόντας βόσκεται τοῦ θηρίου,
Καὶ τοῖς περιττοῖς ἑστιᾶται λειψάνοις·
Στοργὴν δὲ δεικνύουσα γενναίου φίλου,
Καὶ τῆς τραπέζης τὴν τροφὴν αἰδουμένη,
Ὅταν τὸν ὕλλον γειτνιῶντα προσβλέπῃ,
Κράζει, πτεροῦται, τοῖς ποσὶ περιτρέχει,
Κνήθει δὲ τοῖς ὄνυξι, καὶ πρὸ τοῦ φόνου
Κήρυξ ὀλέθρου γίνεται ζωηφόρος·
Καὶ τῶν τραπεζῶν ἐξελέγχει τοὺς φίλους,
Μὴ συμμαχοῦντας εἰς ἀνάγκην τοῖς φίλοις.
Ἐχρῆν γὰρ, οἶμαι, τὰς ἐν ὀγκώσει φύσεις
Ἐκ τῶν ἀμυδρῶν συμμαχεῖσθαι σωμάτων·
Ὡς μή τις αὐτῶν τὰς ἐπάρσεις προσβλέπων,
Πάθοι λεληθὼς δυσσεβεῖς ὑποψίας·
Ὃ καὶ πέπονθεν ἡ κατ' Αἴγυπτον μάθη,
Οὐ τοῖς μεγίστοις ἠπατημένη μόνον,
Ἀλλ' ἄχρι ψαύλων ἑρπετῶν καὶ θηρίων,
Τῆς δυσσεβείας ἐκπιοῦσα τὸν σάλον.
Οἷς καὶ μαθητεύσαντες Ἑβραῖοι πάλαι

clam enim in os hiantis irrepit, ejusque visceribus tanquam per tubum immissus peragratis, posticam ejusdem secretam partem secans, interfector fugit, et salvus evadit. Sed contra est avis cujusdam tam diversa natura, ut in ejusdem belluæ dentibus pascatur, et ex reliquiis, quæ ibi supersunt, convivetur : ut autem suæ sinceræ amicitiæ et ingenui amoris ei faciat fidem, et quanto in honore habeat cibum et mensam sibi paratam demonstret, ubi primum hyllum appropinquantem videt, obstrepit, alis plaudit, pedibus circumcursitat, scalpit unguibus, et ante necem fit imminentis cladis præco salutaris : atque ita mensarum amicos, cum opus est, amicis non auxiliantes redarguit. Ego vero necessarium puto fuisse, ut animalium naturæ, quæ mole corporis cæteris antecellunt, ab exilibus corpusculis opem sentirent; ne quis illorum proceritatem videns, et ista ignorans in impiam aliquam suspicionem caderet : quod temulentæ Ægypto contigit, quæ non modo maximis bestiis, sed vilibus etiam reptilibus et feris honorem decepta tribuit, ut totum impietatis salum exsorbuisse visa sit : quodque etiam Hebræis quondam evenit, qui ab Ægyptiis edocti, ipsorumque vitam in malis æmu-

NOTÆ.

pag. 317 et seqq., quem unum consulere satis est. Ichneumon a Græcis ita dictus ab ἰχνεύω, quod rostro suo prælongo quærat et investiget. Pisida ὕλλον *hyllum* vocat, unde Latine Dracontius apud Isidorum dixit *sullum*. Doctissimus Salmasius quasi diminutivum putavit esse τοῦ ὗς, *suis*, atque id nominis ichneumoni datum ob similitudinem quam habet rostri suilli. Quod Pisida refert hyllum, vel ichneumonem per posteriores partes crocodili evadere, confirmat ex Plinio Solinus 32, *quod ichneumon conspicatus penetrat belluam, populatisque vitalibus erosa exit alvo.* Ælianus, loc. cit., et Phile 76, dicunt ichneumonem non intus exedere, sed strangulare crocodilum, quem scite Pisida ὑδρόχερσον θηρίον, *monstrum terrestre et aquatile*, τὸ ἀμφίβιον vocat.

933. Avicula, de qua Noster loquitur, est trochilus. De ea Aristoteles, IX, 6; Ælianus, III, 41, et VIII, 25; Phile 75. Liceat Plinii VIII, 37, verba referre : *Hunc* crocodilum *saturum cibo piscium, et semper esculento ore, in littore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum putuli gratia, os primum ejus assultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc scatendi dulcedinem, quam maxime hiantes : in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, ut telum aliquod immissus erodit alvum.* Vide Salmasium ad Solin. pag. 515, disertissime hæc omnia explicantem.

992. Compotorum et coepulonum greges, qui se divitum amicos faciunt, suggillat. Celebris est sententia :

Πολλοὶ τραπέζης, οὐκ ἀληθείας φίλοι.
Multi sunt mensæ, non veritatis amici.

994. Infinitum esset, si de idololatriæ origine et propagatione quid dicere velimus. Confer Eusebium, *De præp. Evang.*, qui totus in eo est, ut gentium stultitiam evincat, ac si plura adhuc aves, vide Patres, et commentatores in cap. XX Exodi. Porro adeo superstitio dementavit hominum ingenia, ut non modo cœlestia, puta lunam, solem et stellas, sed etiam quaslibet res inferiores, ob commoda vel beneficia ab illis accepta, cultus honore prosequerentur. Hinc mare, venti, tellus, homines, crocodili, angues, canes, etc., inter deos relati.

997. Quid intelligat Pisida apertum est. Quod tamen Virgilius, *Georg.* IV, vers. 219, de apibus dixit, rem facit clariorem :

His quidam signis, atque hæc exempla secuti
Esse apibus partem divinæ mentis, et haustus
Æthereos dixere.

998. Ægyptiorum dementia in tota natura deificanda merito ipsis ethnicis ludibrio fuit. Decantatissimi sunt Juvenalis versus sat. XV :

Quis nescit, Volusi Bithyniæ, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat,
Pars hæc : illa pavet saturam serpentibus Ibim.....
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum et cepe nefas violare, et frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina!

Sic etiam Cicero, *Tusc. quæst.* V, Ægyptiorum mentes pravitatis erroribus imbutas damnavit, et Maximus Tyrius, dissert. 38, eorum consuetudinem, qui bovem, avem, et hircum colerent, se ferre minime posse pronuntiavit. De Ægyptiorum superstitionibus vide Joan. Clerici Comment. in Exod. cap. XX, Melchi Leidekkeri, *De republ. Hebr.* cap. 4, et dissertationes quas doctissimus Calmetius XII minoribus prophetis legendas præmisit.

1002. Non præcepta, non minæ tanti fuerunt, ut Hebræos cohiberent, ne Ægyptiacis idolorum abominationibus polluerentur, aut saltem e captivitate educti superstitiones, quibus assueverant, dimitterent; secum enim illas in desertum, et in ipsam terram promissionis asportarunt. Confer cap. XX Ezechielis, quod quamdam veluti historiam Israeliticæ perfidiæ et impietatis videtur continere.

Digitized by Google

Τὸν αὐτὸν ἐζήλωσαν ἐν κακοῖς βίον,
Καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν κτίσιν.
Τίς καὶ τὰ κήτη τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους
Ἐν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἀδύσσου συλλέγει·
Μήπω; ἐπεισφρήσαντα ταῖς λεωφόροις
Ὀδοστατήσει καὶ ταράξει τὰ σκάφη;
Καὶ τίς τὸν ἰχθὺν τὸν βραχὺν τὸν νευκράτην
Ποιεῖ τρεχουσῶν ὀλκάδων ἀντιστάτην,
Καὶ πλωτὸν εὐόλισθον ἀνταίρει στόλον,
Καὶ ταῖς πνεούσαις ἀντιτάττεται βίαις;
Πτέρυξ γὰρ αὐτὸν πρὸς τὰ τοῦ στέρνου μέσα,
Κυκλοῖ περιπτύξασα κυμβάλου δίκην·
Ἦν ταῖς θεούσαις ἀντερείδων ὀλκάσιν,
Ἱστᾷ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ῥεῦμα, κἂν τρέχῃ,

A

Καὶ κυρτὸν ἁρπὸν ἀντεπικλᾷ τῷ σάλῳ·
Ἕως μαχαίραις ἢ ξυροῖς τεθηγμένοις
Τέμῃ τὸν ἰχθὺν τεχνικὸς βυθοδρόμος,
Ἀλσί τε τοῦτον ἐμβαλὼν ἐξικμάσοι·
Καὶ γίνεται κλεὶς μητρικῶν σπαραγμάτων,
Ὅτε σφαδάζει καὶ προπηδῆσαι θέλει,
Καὶ τοῖς ὀλίσθοις ἐκραγῆναι τὸ βρέφος.
Πόθεν δὲ διττοὺς, ὥσπερ ἡ τρυγὼν, γάμους
Τοῦ πορφυρίωνος ἡ φύσις βδελύττεται;
Ὃς καὶ παρ' ἡμῖν εἰ σκοπήσοι μαχλάδα,
Λιμῷ τὸ σῶμα τήκεται τεθνιμμένος
Θέλων δὲ μηδὲ τὴν θέαν βλέπειν,
Λάλῳ σιωπῇ σωφρονίζει τὸν βίον,
Τίς τεκνοποιεῖν δεικνύει τὴν ἔγχελυν

lati, res creatas omnes, ne musca quidem excepta, deificarunt.

Ecquis cete immania, maris portenta, in desertis abyssi congregat, ne si forte emergerent, et qua patet gentibus iter, prosilirent, navium cursum aut impediant, aut turbent? Quis remoram, parvum admodum pisciculum, talem præstitit, ut currentibus navigiis obsistat, et cito prætorlabentem per æquor classem distrahat, et spirantibus ventis opponatur? Pinna enim, quam media parte pectoris gerit, velut cymbalum, circumagitur ac volvitur, donec in properantes naves illam infigit, ac tum ventos et maris fluxum, ruant licet, sistit, tumen-

B

tesque undas undis refractas compescit; donec peritus urinator ense aut cultro acuto piscem secet, et in salem conjectum exsiccet: tunc enim matribus utero laborantibus inservit, et ad uteri convulsionis fit quædam clavis, cum intus exsultat, et exsilire contendit, atque ex lubrico erumpere nititur fetus. Unde porphyrio, ut columba, secundas nuptias aversatur? atque adeo est pudicus, ut si scortum apud nos viderit, fame confectus toto corpore contabescat, cumque fœdum spectaculum nolit videre, silet, silensque satis diserte vitam impudicam reprehendit? Quis procreandi modum anguillæ ostendit, quæ cum matrice careat, et expers sit seminis,

NOTÆ.

1004. Intelliges Pisidam notare idolum Beelzebub, scilicet *Deum Muscam*, qui a Philistæis in Accaronis civitate colebatur, et quem rex Ochozias, ut est in lib. IV Reg. I, 2 et 16, de languore corporis misit consulendum, indignante Elia. S. Philastrius Brixiensis. *De hær.* 15, Muscaccaronitarum sectam inter Judæos fuisse narrat. Vide Calmetii Dissertationem libris Regum præpositam *De diis Philistinorum*, et Seldenum *De diis Syriis*, syntagm. II, cap. 6.

1005. Vide Ælianum, IX, 44, qui Pisidæ consentit. Sanctus Basilius item homil. 7, n. 4 *in Hex.*: Οἶδε τὰ κήτη τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν, τὴν ἔξω τῶν οἰκουμένων χωρίων κατεῖληφε θάλασσαν, τὴν ἐρήμην νήσων . . . . . μένει ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις, μήτε ταῖς νήσοις, μήτε ταῖς παραλίοις πόλεσι λυμαινόμενα· *Norunt cete vivendi genus sibi a natura constitutum: occupant id mare, quod ultra habitabiles plagas situm, insulis caret: . . . . . manent intra proprios terminos, neque insulas, neque urbes maritimas infestant.*

1008. Cod. 1126. ὀδοστατήσῃ καὶ ταράξῃ.

1009. Ναυκράτην a κρατεῖν ναῦν, itemque Ἐχενηΐδα ab ἔχειν ναῦν, *quod naves distineat*, tradunt auctores a Græcis esse dictum hunc pisciculum, quem idcirco etiam Romani *remoram* appellarunt. Quis ex antiquis scriptoribus fabellam hanc non venditavit, aut non confirmavit? Arist. II, 14, de ea non videtur dubitare. Ælianus, II, 17, tanquam rem indubiam exponit. Plinius, in princ. lib. XXXII, argumentum inde petit, ut occultam naturæ potentiam probet. Sanctus Basilius, hom. 7, n. 6; in Comment. in Hex. pag. 20; Isidorus, lib. I, 2; Phile 93, et alii plures similia, ac Pisida narrant. Solus Plutarchus, quod sciam, sympos. II, quæst. 7, vulgi sententiam respuit, et veram rei causam assignat.

1013. Aristoteles, loc. cit. Τοῦτο ἰχθύδιον ἔνιοί φασιν ἔχειν πόδας, οὐκ ἔχον· ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ τὰς πτέρυγας ὁμοίας ἔχειν τοῖς ποσί· *Pisciculus iste a nonnullis pedes habere dictus est, quos non habet. Videri tamen id potuit, quod pinnas habeat pedibus similes.*

1014. Cod. 1126 περιπτύσσουσα.

1017. *Quid enim violentius mari, ventisque, et turbinibus, et procellis? . . . . Addatur et his reciproci æstus inenarrabilis vis, versumque totum mare in flumen. Tamen omnia hæc pariterque eodem impellentia unus ac parvus admodum pisciculus echeneis appellatus in se tenet.* Plinius, *loc. cit.*

1020. *Mirum! e Græcis alii lubricos partus, atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alii sale asservatum alligatumque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odinolytem appellari.* Plinius, *ibid.* lib. IX, 41, cum Aristotele convenit, qui *loc. cit.* dicit *ad judiciorum causas, et ad amatoria veneficia esse utilem.* Καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ πρὸς δίκας καὶ φίλτρα. Cod. 1126 habet συμβιλῶν.

1024. Sanctus Basilius, homil. 8, 6, et Clemens Alex. *Pædag.* lib. I, pag. 106, turturum, et columbarum pudicitiam laudant. Eodem modo Ælianus III, 44, qui de Porphyrione, ibid. 42, hæc præmiserat: Ζηλότυπος δέ ἐστιν ἰσχυρῶς, καὶ τὰς ἀνάνδρους τῶν γυναικῶν παραφυλάττει, καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχεύεσθαι τῆς οἰκίας τὴν δεσπότιν, ἀπάγχει ἑαυτόν· *Acerrima rivalitate laborat, et mulieres, quæ suum sine viro observat: quod si matremfamilias adulterium committere cognoverit, seipsum strangulat.* Cod. 1126 θέαν ἔχειν.

1029. Anacreon. od. 29, v. 26, vult, ut cera, qua Bathyllus erat exprimendus:

Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ
Silens loquatur.

1030. De anguillis omnes scriptores Aristotelem videntur secuti, qui IV, II, sic ait: Ἔγχελυς οὔτε

Digitized by Google

Ἀμητρον οὖσαν καὶ σπορᾶς ἀλλοτρίαν;
Ἢ τῶν ἑαυτῆς ἀντιπλεύρων ξυσμάτων
Τὰ τμήματα σπείρουσα πετραίοις πάγοις,
Φύει τὰ τέκνα τῇ κυήσει τῇ ξένῃ,
Καὶ πλευρομήτρα γίνεται θαλαττία;
Καὶ μὴ λαλοῦσα δογματίζει τῇ φύσει,
Ὡς οὐδὲν ἐξήμαρτε Μωσῆς, εἰ λέγει,
Πλευρὰν γενέσθαι τοῦ βίου λοχεύτριαν;
Οὐ συγχύσεις γὰρ ἐγκαλεῖν ἀσυμφόρους
Τῷ συντελεστῇ τῶν ἀμηχάνων θέμις·
Ὑμνητέον δὲ μᾶλλον αὐτὸν, ἡνίκα
Ἐκ τῶν παρὰ φύσιν δημιουργεῖ τὴν φύσιν·
Καὶ τοῦτο ποιεῖ δεῖγμα τῆς ἐξουσίας,

A

Ἄὔλος ὢν ἔνυλον εἰ κτίζει φύσιν,
Καὶ τρεπτὸς οὐκ ὢν τρεπτὸν εἰ ποιεῖ βίον.
Τίς ἐνδιδύσκει τὴν χελώνην ὀστράκῳ,
Καὶ τὴν ταπεινόσωμον ἐστεγασμένην
Δείκνυσιν ἐντὸς οἰκίας φορουμένην;
Τίς ἐμφυτεύσας τῷ διαυγεῖ λαμπύρῳ
Σπινθῆρα λευκὸν, ἑρπετὸν ποιεῖ σέλας,
Τὸν αὐτὸν ἑρπεῖν καὶ πτεροῦσθαι θεσπίσας;
Ποίαις δὲ πηγαῖς, ἢ βυθοῖς κεκρυμμένοις
Δρᾷ σαλαμάνδρα τὰς καμίνους αἰθάλην;
Τίς ἐντέθηκε τοῖς πυρεκγόνοις φρένας,
Διάκρισίν τε τοῦ μαθεῖν τὸ συμφέρον;
Ἐκ τῆς ῥοπῆς γὰρ τοῦ πυρὸς παρηγμένοι

quædam strigmenta utrinque e suis lateribus abrasa inter lapidosos scopulos seminat, atque hoc inusitato conceptionis modo filios producit, et fit marina lateripara? Siquidem etiamsi anguilla non sit natura ad loquendum comparata, aperte tamen testatur Mosen non errasse, cum dixit costam fuisse vitæ parentem. Impium enim esset eum, qui quæ fieri non posse videntur facit, tanquam inutiles miscentem confusiones, reprehendere; cum contra summis potius laudibus sit efferendus, quod ex contrariis naturæ naturam creat. Quippe hoc adhuc suæ potentiæ signum præbere nobis voluit; cum enim ipse sit immaterialis materialem naturam creat, cumque mutabilis non sit, mutabiles ac varias vivendi rationes facit.

B

Quis testa induit testudinem, et inclusum exile corpus docuit intra suam domum circumferre? Quis relucenti lampyro candidam quamdam indidit scintillam? Quis facit reptilem lucem, vel ut idem animal repat, et volet? Quibus autem fontibus, aut quibus abditis gurgitibus salamandra, ardentes caminos in fuliginem resolvit? Quis pyrigonis tantum

NOTÆ.

ἄῤῥεν ἐστὶν, οὔτε θῆλυ, οὐδὲ γεννᾷ ἐξ αὐτῆς οὐδέν· *Anguilla neque mas, neque femina, neque ex se quidquam procreat.* Et lib. VI, 14: Θορὸν δὲ πάντες ἔχουσιν οἱ ἄῤῥενες, πλὴν ἐγχέλυος· αὐτὴ δὲ οὔτε θορὸν, οὔτε ὠόν· *Habent mares omnes semen, præter anguillam, quæ neutrum neque semen, neque ovum sortita est.* Quomodo autem fieri censeat anguillarum procreationem tradit, lib. VI, 16, ex putri autem oriri decernens. Vide Casauboni Comment. cap. 13, ad lib. VII Athenæi, sanctus Basilius, hom. 9, n. 2, Philosophi sententiam amplexus est.

C

1032. Plinius paucis verbis rem clarius expressit, IX, 74: *Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta vivescunt: nec alia est earum procreatio.*

1035. Πλευρομήτρα θαλαττία, est lusus in voce πλευρὸν *latus*, et πλευρὰ *costa*, quem fortasse non satis bene expressimus, quamvis Pisida quid intelligeret, inferius declaraverit, innuens illud Gen. II, 21: *Immisit Deus soporem in Adam, ... tulitque unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam . . . . in mulierem*, etc. Ita Pisida eorum omnium sententiam refutat, qui post Philonem, *Alleg. legis*, lib. III, Mosaicam historiam de costa, quam tulit Deus ab Adam, vel allegorice intelligendam vel physice interpretandam esse somniarunt. Cod. 1126 πλευρομήτωρ.

D

1038. In eodem cod. γενέσθαι τοῦ γένους.

1039. Aristoteles, *Hist. anim.* V, 1, et qui ab eo sunt profecti, duas esse animalium, ut stirpium, generationes dixerunt, ex semine, vel ex ovo, et ex putri. Epicurei, et qui divinam providentiam negabant, cum generationem ex putri, et alia quamplurima non intelligerent, ad concursum fortuitum atomorum confugerunt; et Deum a cura mundi liberarunt, quem alioquin inutilia, ut ipsis quidem videbatur, et noxia multa condidisse, et confusiones in mundo excitasse putabant. Blasphemiam execratus Pisida Dei potentiam in tanta rerum varietate magis elucentem adorandam esse demonstrat. Quid si nostris certe felicioribus sæculis poeta vixisset, et post illa duo Italiæ lumina, et philosophiæ ornamenta maxima, redium, vallisnerium, quorum vestigia studiose postea presserunt aliarum gentium clarissimi viri, nihil nisi ex ovo, et semine oriri experientia duce, et magistra didicisset?

1046. De testudine Aristoteles, VIII, 2; Plinius, IX, 12, et alibi.

1049. Qui lampyrus est Pisidæ, cicindela est Latinis. Communius apud Græcos lampyrides, Plinius, VIII, 66: *Signum*, inquit, *maturitatis hordei lucentes vespere per arva cicindelæ: ita appellant rustici stellantes volatus: Græci vero lampyridas.* Et IX, 34, varia insectorum genera describens ait: *Lucent ignium modo noctu, laterum, et clunium colore lampyrides:* ubi videtur Plinius expressisse vim nominis cicindelis datum ab Aristotele IV, 1, qui eas a fulgore clunium πυγολαμπίδες vocavit.

1050. Cod. 1126 pro ἑρπετὸν habet ἄσπετον.

1052. Aristoteles V, 19. Ἡ σαλαμάνδρα . . . . . ὡς φασι διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζουσα κατασβέννυσι τὸ πῦρ. *Salamandra, ... ut aiunt, ignem inambulans per eum exstinguit.* Plinius, XXIX, 23, fabellam non probat; Ælianus II, 31, ratiunculis confirmat. Pisidam imitatus est Phile XVI.

1054. Cod. 1126 τίς ἐντέθεικε. Pyraustæ ab Aristotele V, 19, nullo proprio nomine donantur. Plinius XI, 42. Aristotelem vertit, nisi quod hujusmodi animalcula *pyrales*, et *pyraustas* vocari dicit. Ælianus II, 2, et Phile XVI, *pyrigonos* vocant. Aristoteles et Plinius aiunt eos in igne ambulare, et vivere. Ælianus et Phile ex igne esse generatos affirmant: a quorum sententia non discedit Seneca, qui *Natur. Quæst.* V, 6. *Quod videri*, inquit, *non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur.* Pisida ea de re non dubitans πυρεκγόνους, quasi *ex igne genitas* diceret, vocavit. Julius Scaliger *Exercit.* CXCIII, 4, *de subtil.*, acriter, ut solet, carpit Cardanum, quod pyraustas irriserit. Vide Salmasium *in Solin.* IX, pag. 125.

Digitized by Google

Περιτρέχουσιν, ὡς νεοττοὶ, τὴν φλόγα
Θηλὴν ἔχοντες, καὶ τροφὴν τὴν λαμπάδα,
Καὶ τὴν ἑαυτῶν πυρφόρον μαιεύτριαν
Ἀεὶ ποθοῦσι· καὶ τὸ παμφάγον στόμα
Μόνον παρ' αὐτοῖς γίνεται ζωοτρόφον.
Τίς τεκνοποιοὺς δεικνύει τοὺς κανθάρους,
Τῶν πρὸς τὸ τίκτειν οὐκ ἐχόντων ὀργάνων;
Οἱ συλλεγέντες κόπρον ἠμελημένην,
Σφαιροῦσιν αὐτὴν εἰσβαλόντος ἡλίου,
Ἕως πυρωθεὶς τῶν κυλίνδρων ὁ στρόφος,
Ἐγκυμονήσει τὴν σποράν τῇ κοπρίᾳ
Οὕτως τὸ λοιπὸν ἐξ ἀμήτορος τόκου
Γονὴν νεουργήσουσιν ὠδῖνος ξένην.
Ἅπερ παρελθὼν ὁ θρασὺς μυθογράφος·
Τῷ Πορφυρίῳ γλῶσσα μὲν τεθηγμένη,
Γνώμης δὲ φύσις ἀστατεῖν εἰθισμένη·
Μύθοις ἐπεσκίρτησεν ἠπατημένοις,
Λειμῶνας εὑρὼν, καὶ θερίζων τὰς βάτους·
Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ταῦτα μᾶλλον θαυμάσαι,
Καὶ παγκρατὲς τὸ θεῖον ὑμνῆσαι κράτος,
Πῶς καὶ δι' αὐτῶν ἔρχεται τῶν ἐσχάτων.
Καὶ μὴ Θεοῦ μίμημα τολμῆσαι λέγειν,
Τοὺς κοπρομόχθους, καὶ δυσώδεις κανθάρους
Ἐφ' οἷς δοκοῦσιν ἐκ ποδῶν ἀντιστρόφων,
Τὴν σφαιροειδῆ κόπρον ἀντισυστρέφειν,
Καὶ πρᾶγμα ποιεῖν τῶν ἄνω κυλισμάτων,
Καὶ σχηματουργεῖν οὐρανοὺς ἐκ κοπρίας.
Ὦ νοῦς ἀμυδρὸς, ὦ θρασύστομος βία

mentis indidit atque judicii, ut quod sit ipsis utile dignoscant? namque in momento ab igne producti cursitant, ut pulli, ad mammam, quæ ipsis est flamma; et ad alimentum, quod est ignis: atque ita cum semper suam igniferam obstetricem appetant, illud evenit, ut quod rerum omnium est vorago, fiat ipsis alimentum vitæ. Quis procreandi modum ostendit cantharis, cum ipsis desint instrumenta ad pariendum accommodata? qui vilissimum stercus colligentes, ipsum sole irradiante sphæricam in figuram conformant; usquedum rotundatæ pilæ inflammantur, et quasi concoctæ in sterquilinio fecundantur: ac tum demum edito sine matre partu, ea ratione prolem illi renovant, nec uteri sentiunt dolores. Quæ quidem audax ille fabulator Porphyrius tacitus præteriens (nam lingua ei sane erat acuta, sed ingenium ex consuetudine semper varium) ad fabulas plenas fallaciis confugit, et cum prata offendisset, sentes et spinas ex ipsis maluit, quam flores, colligere. Hæc enim ipsa potius admirari ille debuisset, et summam Dei omnipotentiam laudare, quæ usque ad hæc infima descenderit: nunquam autem tantum audere, ut in stercore laborantes, ac fetidos scarabæos Deum imitari diceret, atque (eo quia aversis pedibus, et contrariam in partem fimum provolvere, et conglobare cernantur), in supernorum orbium opere ipsos versari, et cœlorum fabricam in stercore repræsentari as-

NOTÆ.

1060. Recte quidem, cum omnes post Aristotelem affirment pyraustas in igne vivere. Ælianus *loc. cit.* Καὶ τὸ ἔτι θαῦμα, ὅταν ἐξῶ τοῦ πυρὸς τοῦ συντρόφου ἐκνεύσωσι, καὶ ἀέρος ψυχροῦ μεταλάβωσιν, ἐνταῦθα δὲ τεθνήκασι. *Illud item admirationem excitat, cum ex igne nutricio egrediuntur, et frigidum aerem attingunt, statim emoriuntur.*

1062. Scarabæorum plura sunt genera. Hic agitur de *pilulariis*, quos ita describit Aristoteles v, 19. Οἱ δὲ κάνθαροι, ἢν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. *Scarabæi in fimo, quem volvunt, conduntur per hiemem, et parvos vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreantur.* Plinius, xi, 34, idem pene totidem verbis expressit. Sanctus Epiphanius *in Ancor.* num. 85, et Ælianus x, 15 a Pisida non dissentiunt.

1063. Scilicet cum sint expertes feminei sexus. Ælianus, ibid. ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῶόν ἐστι.

1065. Idem ibid. Σπείρει εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει, *in fimi pilam semen emittit.*

1071. De Porphyrio Christi hoste, et veritatis calumniatore nonnulla in prolegomenis attigimus. Qui plura velit, adeat eruditissimam Lucæ Holstenii dissertationem, *De ejus vita et scriptis.* Pisida ipsum carpit, eo quia, lib. iv, 9, Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, cum odio Christianorum ad suum Theurgicum systema firmandum jam multa effutisset, ita de scarabæis impie pronuntiavit: Κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς βδελυχθείη ἄν, ἀγνώμων ὑπάρχων τῶν θείων. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον· κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄρρην, καὶ ἀφιεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει πρὸς· ὡς ἥλιος οὐρανόν· καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν· *Rudis quidem, ac rerum divinarum imperitus scarabæum certe abominatur. Ægyptii autem coluerunt, ut vivam solis imaginem. Scarabæus enim omnis masculus est, et semen in cœnum immissum, ac sphæricam in figuram conformatum postremis pedibus in aversam partem convolvit, solis in cœlo motum æmulatus, et integram lunæ dierum viginti octo conversionem exspectat.* Sic etiam Horus Apollo, i, 10, Porphyrii verba, et sententiam retulit ac confutavit Eusebius, *Præp. Evang.* iii, 4 et 13, quem vide. Consentientia autem iis, quæ innuit Pisida circa scarabæos, solem apud Ægyptios repræsentantes, habet Suidas in κάνθαρος. Vid. Plutarchum, *De Iside, et Os.* pag. 355; Clementem Alex. *Strom.* v, pag. 657; Eustathium, in Hexaem. pag. 44, Plinium, xxx, 30; et Salmasium, *Ad Solin.* pag. 311; cod. 1126. Ἅπερ λελῃθὼς, et in versu sequenti τῷ Πορφυρίῳ γάρ.

1079. Quid Porphyrius in superioribus verbis intellexerit, et qua ratione Pisida ipsum reprehenderit, ex Horo Apolline demonstrare prorsus est necessarium. Μονογενὲς δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα· κάνθαρον ζωγραφοῦσι . . . ἐπειδὴ ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βολὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς, παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα· ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει· ἵνα ἐπιδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα . . . . γένεσιν δὲ κ. τ. λ. *Unigenitum significantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum scarabæum Ægyptii fingunt. Cum mas sobolem procreare vult, bovis fimum nactus globulum ex eo ejusdem cum mundo figuræ fingit, quem ubi ab ortu ad occasum aversis pedibus volutarit, ipse rursum, ut orbi persimilem figuram edat, atque exprimat, in ortum convertitur . . . . Ortum autem significant*, etc. Proportionem, quæ inter scarabæum, et planetarum principem intercedit, uberius expressit Ruelius, lib. i *De stirp. nat.*

Digitized by Google

Εἰ τῷ Θεῷ μὲν εἷς ὑφεστήκει πόλος.
Τῷ κανθάρῳ δὲ γίνεται κατ' ἡμέραν.
Τίς ἀσπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ,
Φυλῆς παρ' αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄῤῥενος
Σκιὰν προδεικνὺς γνωστικῆς ἀφθεγξίας ;
Οἳ τοῦ γάλακτος ἐμφραγέντων τῶν πόρων·
Μόνοι γὰρ ἐμβλύζουσιν ὀρνίθων γάλα·
Τὸν μηρὸν ἐκτεμόντες ἡματωμένοις
Γάλακτος ὀλκοῖς ζωπυροῦσι τὰ βρέφη.

Καί μοι δοκεῖ τὸν γῦπα σεμνύναι πλέον,
Τῇ συμπαθείᾳ τῆς γονῆς τετμημένον,
Ἢ τὸν μέγιστον εἰς ἀσέλγειαν Δία,
Τμηθέντα μηρὸν εἰς γονὴν ὀλεθρίαν.
Τίς τῶν πελεκάνων ἀντὶ λόγχης τὸ στόμα,
Ξένοις διωργάνωσε μακρακοντίοις,
Καὶ χάσμα τούτοις ἐξανοίγει παμφάγον
Πρὸς τὰς ἁπλήστους ἁρπαγὰς τῶν ἰχθύων ;
Ποίᾳ δὲ δεινότητι τὰς κόγχας, ὅταν

sereret. O mentis cæcitatem! o oris insanam audaciam! scilicet unum tantum cœlum est a Deo in rerum natura productum, at scarabæus novum procreat quotidie.

Quis satos sine semine vultures educit in lucem, cum marium non sit inter ipsos genus? ut ineffabilis comprehensionis quoddam specimen et levem quamdam umbram proderet? Quippe cum lactis alveos occlusos ipsi gerant (lac enim soli inter aves effundunt), sibi femur scindunt, et sanguineo lactis defluxu fetus suos refocillant. Quare major, ut mihi videtur, habenda est veneratio vulturi prolis suæ commiseratione seipsum dissecanti, quam Jovi, lascivia quidem maximo, qui prolem daturus mundo exitialem sibi femur abscidit. Quis pelicanis instar lanceæ os conformavit, et longis novi generis spiculis instruxit? Quis omnivoras eorum fauces ad inexpletas piscium rapinas tanto hiatu diducit?

NOTÆ.

1087. Ælianus, II, 46 : Γῦπα ἄῤῥενα οὔ φασι γενέσθαι ποτὲ, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας· *Vulturem marem nunquam exstitisse dicunt.*

1089. Cod. 1126, μυστικῆς. Mysterium sanctæ Trinitatis intelligit, ac præsertim divinam ante omne tempus Filii ex Patre æterno generationem, ejusque in tempore incarnationem tacitus innuit : quæ quidem dogmata ne in vulgus exirent, et ethnicis revelarentur, cautum est ab antiquis Christianis. Idcirco fortasse Pisida vultures dedisse dicit γνωστικῆς ἀφθεγξίας σκιὰν *ineffabilis comprehensionis umbram*, ut etiam hanc veterem Arcani disciplinam commendaret, de qua videndus Emmanuel a Schelstrate in libro de hoc argumento edito, et in eruditione ecclesiastica vir eximius P. Thomas Mamachius, *Antiquit. Christ.* tom. I, pag. 113 et seqq. Quæ conjectura forsan non videbitur sapientibus viris omnino contemnenda, si animadverterint Pisidam in ea incidisse tempora, quibus tot profani ac scelesti viri de Trinitate, et incarnatione Christi pro lubitu quisque suo quæstiones moverent, et Ecclesia in toto Oriente a Persis miserrime afflicta novas sibi ac maximas a Mahumedanis calamitates profanationesque impendere sentiret. Equidem scio argumentum a vulturum partu petitum ad Deiparæ Virginis partum significandum traductum a Patribus fuisse communius. Sed aliud hic agere Pisidam perspicuum est ; nam infra v. 1138, ad beatæ Virginis conceptionem probandam iterum revocat vultures ; quod erit observandum. Cæterum, quæ vulgo de his alitibus traduntur, videlicet eos neque nidificare, neque coire, aperte refellit Albertus M. tom. VI, pag. 646, asserens eos in montibus Wormatiæ, et nidos habere, et inter se commisceri. Certe Aristoteles, *De mirab. auscult.* pag. 1155, refert vulturum steriles esse fetus, sed *Hist. anim.* IV, 5, Alberto M. favet dicens : Τὸ δέ ἐστι, χαλεπὸν ἰδεῖν· ὥπται δ' ὅμως. *Quanquam difficile sit ejus alitis nidum videre, tamen visus est.* Atque hic antequam ultra progrediamur, animadvertas velim Pisidam, nunc primum ex animalium proprietatibus sensus mysticos et morales elicere. Nec plane ei vitio dandum, quod rebus dubiis, aut falsis innixus id fecerit : fabellas enim, tum ille, tum alii scriptores ecclesiastici secuti sunt, quas ipsi profani auctores venditabant suis. Testis Ælianus, qui non semel animalium dubias qualitates ad mores hominum vel æstimandos, vel corrigendos transfert. Celebris autem hac in re est liber, qui Physiologus inscribitur, quem, si vacat, conferas. Exstat autem in tom. II Operum sancti Epiphanii pag. 189, cui perperam esse tributum agnovit, qui primus hoc opusculum in lucem protulit Consalvus Ponce de Leon, Romæ 1587.

1090. Hanc vulturum φιλοστοργίαν, aut pietatem in pullos descripsit Horus Apollo, I, 11. Recte Pisida vulturum id esse proprium dicit quod alii scriptores ad pelicanos male transtulerunt, ut observavit Bochartus, *Hieroz.* part. post. II, 27.

1091. Hoc adjecit de suo Pisida. Horus Apollo sanguinem non lac e suo femore educere vulturem dicit, τὸν ἑαυτῆς μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν· *Proprio exsecto femore, sugendum eis exhibet sanguinem.* Sed noster, opinor, lactis nomine sanguinem designat, quod lactis vice in alimentum pullis præbere tur.

1093. *Ζωπυροῦσι.* Vertere possis *recreant*, et *vitæ restituunt.* Fieri enim posset Pisidam hic ad resurrectionem e mortuis evincendam hoc dixisse : cum supra memoratus Physiologus, qui vulturis pietatem pelicano tribuit, dicat eum super mortuorum pullorum vulnera sanguinem instillare, qui sic ζωοποιοῦνται *vitæ restituuntur.* Sed hæc non est Pisidæ sententia : alibi enim argumenta pro resurrectione adducit.

1096. Celebris est de Baccho fabula, quem bimatrem appellarunt mythologi, quod ex cineribus combustæ matris Semeles eruptus Jovis femori fuerit assutus. Ovid. *Met.* III, 310 :

Imperfectus adhuc infans genitricis in alvo
Eripitur, patrioque tener, si credere dignum est,
Insuitur femori, maternaque tempora complet.

1098. Qui Pisidæ, et Ælianus, III, 23, est pelicanus, idem videtur esse cum platea fluviatili Aristotelis, *Hist. anim.* IX, 10, cum evodio, vel ardea Plutarchi, *De solertia anim.*, pag. 967, et cum onocratulo Plinii, X, 66, quanquam hic quidem paulo ante, ibid. 56, plateam nominaverit. Ejus verba hæc sunt : *Olorum similitudinem onocratuli habent : nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in veram alvum ruminantis more refert.*

1102. Pelicani technam describunt omnes citati auctores. Ælianus, III, 28 : Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες εἶτα καταπίνουσιν, ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες,

Digitized by Google

Ἐν τοῖς ἑαυτῶν συσταλῶσιν ὀστρέοις,
Τέχνῃ διαστέλλουσιν ἠκριβωμένῃ ;
Συνημμένας γὰρ τὰς πτυχὰς τῶν ὀστράκων,
Ἀμηχάνως ἔχοντες εἰς λύσιν φέρειν,
Χαλῶσιν αὐτὰς εἰς τὸ πῦρ τῶν ἐντέρων,
Λύσιν δὲ πάσχει τῶν πτυχῶν ἡ στερρότης,
Τῇ θερμότητι τῶν ἔσω χαυνουμένη ·
Θᾶττον δὲ τὰς πρὶν ἐξεμοῦντες συνδέσεις,
Γυμνῇ διαρπάζουσι τὰς σάρκας μάχῃ,
Τὴν ὀστρακώδη μὴ φορούσας ἀσπίδα.
Τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης,
Ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν εὐφρόνην ·
Καὶ μὴ παρόντα προσβλέπειν τὸν ἥλιον,
Καὶ τοὺς ἐνύπνους ἐξυπνίζειν ἐργάτας ;

A

Θεὸς δὲ ποῖος τῶν Ὁμήρου πλασμάτων
Γῆρας ξέει φοίνικος ἐκπυρουμένου,
Λυπρῷ δὲ τὸν γέροντα τεφρώσας τάφῳ,
Ζῶντα προβάλλει τοῦ τάφου τὰ λείψανα ;
Ἑλληνικοί, Ἕλληνες, εἴξαντες λόγοις,
Πείσθητε λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβειν.
Τίς μαντικοὺς δίδωσι τοῖς πτηνοῖς ὅρους ;
Μαντεύεται γὰρ ὑετοὺς ἐν αἰθρίᾳ
Τῆς μακρογήρου τῆς κορώνης τὸ στόμα.
Πρὸ τοῦ δὲ πνεῦσαι, τὰς πνοὰς προδεικνύει
Αἴθυια κολπώσασα τὸ πτηνὸν νέφος.
Ἴβις δὲ ποίων εὐπορεῖ διδασκάλων ;
Καὶ τοῦ Γαλήνου δείκνυται σοφωτέρα ;
Τῆς γὰρ κάτωθεν ἐμφραγείσης ἐξόδου,

Quæ vero ipsorum est solertia, ut conchas, quæ B Homerus affinxit deos, ab exusta Phœnice abradit
suis testis comprimuntur, arte exquisitissima di- senectam? eamque senem factam ardentem super
vellant? cum enim geminas valvas firmiter unitas tumulum redigit in cineres, ac mox vivam ex
ad resolutionem adducere nequeant, igne viscerum ipsius tumuli reliquiis educit? Græcanicis, Græi,
ipsas relaxant: quo fit, ut valvarum firmitas in- si cessistis fabulis, quidni jam tandem ad resur-
terno calore emollita solutionem patiatur; ac tum rectionem colendam adducamini? Quis divinandi
illi, quæ nuper erant colligata evomentes nuda pu- præcepta avibus tradidit? vere enim longæva cor-
gnæ carnes diripiunt, testaceo scuto jam non am- nix sub dio crocitans pluvias prædicit, et mergus
plius munitas. Quis magnæ vocis alitem contigua- umbrantes alas sinuans, priusquam aura spiret,
tionibus inclusum noctis horas indicare, et non- ventos prænuntiat.
dum apparentem solem prospicere, et sopitos ar-
tifices excitare edocuit? Quis autem ex iis, quos Quos autem sibi comparavit magistros Ibis, quæ
ipso Galeno sapientior apparet? Ipsa enim, ubi

NOTÆ.

ἀνεμοῦσιν, καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἁλέας διέστη, ὡσπεροῦν τῶν ἐφθῶν, οἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ χρέα, καὶ C ἔχουσι δεῖπνον · *Pelicani conchas in fluminibus comprehensas diglutiunt, easque in ventre concalefactas rursus evomunt; et ex testis calore diductis, ut fieri solet cum coctæ sunt, carnes effodiunt, et agunt convivia.* Phile VIII Pisidæ iambos duriusculos, ac minus elegantes tantum, videtur reddidisse. Ambo geminas testas, quibus conchæ utrinque conteguntur πτυχὰς vocant, unde δίπτυχος. Cod. 1126 ποίαις δὲ δεινότησι.

1115. Μεγιστόφωνον *magnam habentem vocem*; supple ἀλεκτρυόνα, *gallum*. Ælianus, IV, 29. Ἥλιος δὲ ἀνίσχων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν διαλάθοι, ὠδικώτατος δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλόν ἐστι τηνικάδε · *Sol exoriens ipsum nunquam fallit, ac tum seipso vocalior exsistit.*

1116. Sanctus Basilius, hom. 8, n. 7 : Πῶς μὲν ἐπ' ἔργα σε διεγείρει ὁ σύνοικος ὄρνις, ὀξείᾳ τῇ φωνῇ ἐμβοῶν, καὶ καταμηνύων πόρρωθεν ἔτι τὸν ἥλιον προσελαύνοντα, ὁδοιπόροις συνδιορίζων, γεωργοὺς δὲ ἐξάγων πρὸς ἀμητόν; *Quomodo ad operas excitat te avis domestica, quæ voce acuta inclamitans, et solem adhuc e longinquo accedentem prænuntians, vigilat una cum viatoribus, atque agricolas ad messem educit?*

1117. Homeri fictiones nemo ex Patribus non damnavit. Unum sanctum Justinum tibi legendum propono, qui cum fere ex professo videtur confutasse.

1118. Immensum esset auctorum tantum nomina referre, qui ea, quæ de phœnice dicuntur, vera, vel ut melius falsa crediderunt. Vide Salmasium, in *Solin.* XXXIII, pag. 391.

1119. Cod. 1126, λαμπρῷ.

1121. Morellius ita duos sequentes versus reddidit, quasi Pisida phœnicis fabulam reciperet : sed e contrario sensus is est : si fabulam non dubitastis admittere, cur resurrectionem negabitis?

1122. Non pauci ex Patribus, quod phœnicem quingentos annos vivere, et e suis cineribus resurgere ab ethnicis scriptoribus penes quos certior hujus fabulæ erat fides, traditum invenissent, argumenta inde sumpserunt ad resurrectionem mortuorum confirmandam. Vid. Tertullianum, *De resurrect.* XIII; sanctum Theophilum, *ad Autol.* I, 13; sanctum Cyrillum Hieros. *Catech. de carnis resurrect.* XVIII, 8; et sanctum Ambrosium, V. 23, in Hex., et *De fide resurrect.* 59, qui omnes videntur secuti auctoritatem sancti Clementis, *Epist. ad Corinth.* XXV. Consulendus Cotelerius, tom. I, p. 161; itemque Bochartus, *Hieroz.* part. post. p. 824, qui Patres jure defendit.

1123. Ὄρους, ut supra ὁρισμοὺς vers. 941. De animalibus præsagientibus pluviam, aut serenitatem vid. Theophrastum, *De signis pluv. et vent.*; Plinium, XVIII, 87; et Ælianum, VII, 7.

1125. Plinius, loc. cit. Et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes sese; maxime cornix. Hanc μακρόγηρον *in longum* D *protrahentem senectutem suam* scite vocat poeta; nam Hesiodus, teste eodem Plinio, VII, 49, cornici novem nostras ætates attribuit.

1126. Mergos cum fulicis quidam confundunt. Distinguit Plinius, loc. cit. Tempestatem præsagiunt fulicæ matutino clangore : item mergi, anatesque pennas rostro purgantes, ventum. Ælianus, VII, 7, cum Pisida consentit : Νῆτται καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσαι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν · *Anates et mergi alarum gestu exsultantes vehementem ventum prædicunt.*

1128. Plutarchus, *De sol. an.* pag. 974 : Τῆς Ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν, καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν · *Prolutionem alvi ex Ibide per ingestam marinam aquam se purgante didicisse, et imitati dicuntur Ægyptii.* Hæc fere totidem verbis habent Plinius, VIII, 41; Ælianus, II, 35; Phile, XV.

1129. Cod. 1126, σοφωτέρους.

Digitized by Google

Ἀμηχανοῦσα πῶς ἀνοίξει τὴν θύραν,
Τὸν μακρὸν ἐκτείνασα λοξῶς αὐχένα,
Σίφωνα γοργὸν τεκτονεύει τὸ στόμα,
Καὶ χυλὸν ἅλμης ἐμβαλοῦσα τοῖς ἔσω,
Τὰ ξηρὰ ῥευστοῖς ἐξεφόρτωσεν βάρη.
Τί; ἀσπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ
Φυλῆς γὰρ αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄῤῥενος ;
Οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσαν παρθένον
Δεικνύντες αὐτὴν, ὡς ἐφικτὸν ὀρνέῳ·
Ἔδει γὰρ οἶμαι τοῦ τοσούτου θαύματος
Ἔχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις καὶ τὴν φύσιν·
Ὡς μήτε δόξῃ καινοτομεῖσθαι τόκῳ,
Μήτε πρὸς ἄκρον ἱστορεῖν τὰ τοῦ τόκου·
Οὐ γὰρ μένουσιν, ὡς ἐκείνη, παρθένοι,
Ὅταν τὸ τεχθὲν εἰς διέξοδον δράμῃ,
Ῥήξῃ τὰ κλεῖθρα, καὶ παρέλθῃ τὰς θύρας.

A Εἰ δ' αὖγε καὶ τίκτουσιν ὀρνίθων γένη,
Ἐγκυμονοῦντα τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος·
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ τεκοῦσα Παρθένος
Τὸ πιστὸν ἕξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου,
Ἐκ ζωοποιοῦ Πνεύματος πληρουμένη ;
Οὕτω τι συμπέφυκε κἂν τοῖς ὀρνέοις
Αἴνιγμα πιστὸν πρὸς τὸ τίκτειν ἀσπόρως.
Ποῖος δὲ Φοίβου μαντικώτατος; τρίπους
Τὸν μῦν διδάσκει τὸν τυφλὸν, τὸν παμφάγον,
Ἐν τοῖς λαβυρίνθοις ὄντα τῶν ὀρυγμάτων,
Φράττειν πρὸ καιροῦ τῆς φορᾶς τῶν πνευμάτων
Τὰς ἀντιλόξους τῶν ὀπῶν διεξόδους,
Ἄλλας; δὲ ποιεῖν ἀντισυνθέτους, ὅπου
Τὸ χῶμα τῆς γῆς τὰς πνοὰς ἀποκρύβοι.
Ποῖος δὲ Νηρεὺς τοῖς ἐχίνοις ἐν σάλοις
B Προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βύθῳ κόρας,

imus alvi exitus ei est præpeditus, nescia quomodo clausum ostium aperiat, longum oblique extendit collum, et syphonis in modum ore statim accommodato, salsum humorem injicit in viscera, ac tum siccum ventris onus proluta exonerat. Quis satos sine semine vultures educit in lucem, cum marium genus inter ipsos non inveniatur? adeo ut ipsi virginem, quæ mundo attulit lucem, quoad avis potest referre, indigitaverint? Ut enim rei tam admirandæ obscurum aliquod signum ipsa in natura exsisteret, opinor, oportuit : ita ut neque hæc ipsa natura tam stupendo partu innovata, neque ejusdem partus mysteria adamussim explanare videretur. Non enim vultures, ut illa, remanent virgines, cum fetus exierit, claustra perruperit, et extra portas evaserit. At vero si avium est genus, qui vento spirante concipiant; quidni quæ peperit Virgo majorem sibi fidem comparabit, quod sine semine genuerit, cum Spiritu vivificante fuerit repleta? Ita igitur natura quamdam proprietatem vel avibus indidit, quæ ænigmatici partus sine semine, nobis faceret fidem.

Quis vero tripus ipse Phœbi tripode in vaticinando tutior murem cæcum, et omnivorum, atque inter cavernarum labyrinthos degentem edocuit, ut, antequam ventus irrumpat, obliquorum foraminum exitus præcludat, et alios contra oppositos aperiat, ut terræ aggeribus venti cohibeantur? C Ecquis Nereus marinis echinis dedit in imo maris fun-

NOTÆ.

1135. Idem τοῦ., τὰ σκληρά.

1136. Vide supra, in not. ad v. 1087.

1139. Vultur, quod absque conjugis opera pullos generare creditum esset apud Ægyptios, Vulcani, et Minervæ symbolum fuit, quorum ille ἀπάτωρ, hæc ἀμάτωρ dicta est. Ab Ægyptiis opinio illa permanavit ad Græcos, a Græcis ad Christianos : unde sanctus Basilius populari fama utitur, ut Pisida, ad beatæ Virginis conceptionem intactam confirmandam. Τοὺς γῦπάς φασιν ἀσυνδυάστως τίκτειν, ὡς τὰ πολλὰ... τοῦτό μοι ἔχε παρασεσημειωμένον ἐκ τῆς περὶ τοὺς ὄρνιθας ἱστορίας· ἵν' ἐπειδάν ποτε ἴδῃς γελῶντάς τινας τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος, καὶ ἔξω τῆς φύσεως, Παρθένον τεκεῖν τῆς παρθενίας αὐτῆς φυλαττομένης ἀχράντου, ἐνθυμηθῇς, ὅτι ὁ εὐδοκήσας ἐν τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβάλετο· *Ferunt sine coitu, ut plurimum, parere* D *vultures. Id velim notatum ex alitum historia : ut si quando nonnullos videris mysterium nostrum irridere, quasi fieri nequeat, et quasi sit a natura alienum, ut Virgo, virginitate ejus intemerata permanente, pepererit; veniet tibi in mentem, eum, cui per prædicationis stultitiam credentes salvos facere placuit, innumera ab ipsa natura desumpta incitamenta ad fidem rebus stupendis conciliandam in antecessum proposuisse.* Hom. 8, n. 6.

1148. Ælianus, II, 46 : Ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται· εἰ δὲ μὴ ἦ νότος, τῷ εὔρῳ κεχήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν· *Adversæ austro volant : si vero auster non spirat ad eurum oris hiatum pandunt, et ventus eas fetas reddit, et post tres annos pariunt.*

1152. Hunc versum et sequentem supplevit Morellius, in Comment. ad hom. sancti Basilii in *Hex.* pag. 732, cujus etiam metaphrasim, prout ei placuit illam emendare, hic et alibi exhibemus.

1154. Celeberrimi Tripodis Delphici historiam, quo conscenso Pythia certa responsa dabat consulentibus, narrat Diodorus Sic. XVI, 26.

1155. *Ἐχῖνον χερσαῖον, erinaceum terrestrem*, italice *riccio* et *spinoso*, Pisida murem appellat, vel quod muris habeat formam, vel murem omnia corrodens imitetur. Certe murem erinaceum passim vocari testatur Aldovrandus, *De quadr. dig.* pag. 459. Sed cur τυφλὸς *cæcus* dicitur a Pisida? Puto equidem quia in latibulis degens, quasi oculis carens, aut eorum usu non indigens, ut videns ibi vivat, atque operetur.

1157. Eadem refert Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 6; et Plutarchus, *De solert.*, pag. 972; sanctus Basilius, hom. 9, n. 3 in *Hex.* rem clarius exponit: Ἤδη τινὲς τῶν φιλοπόνων καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησαν διπλᾶς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον· καὶ μέλλοντος μὲν βορέου πνεῖν, ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν· νότου δὲ πάλιν μεταλαμβάνοντος, εἰς τὴν προσάρκτιον μεταβαίνοντα· *Nonnulli jam ex iis, qui studiosi sunt, terrestrem erinaceum observarunt, spiramina gemina lustro suo struxisse, atque aquilonem spiraturo aquilonium spiramen obstruere : contra austro iterum succedente, ad septentrionale transire.*

1161. Nereus veridicus, et vates deus habitus est. Hesiodus, *Theog.* V, 233 :

Νηρέα δ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος.
Nereum alienum a mendacio, et veracem genuit Pontus.

Digitized by Google

Ὅπως φυγόντες πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης;
Εἰς τὴν γαλήνην προσρυῶσι τῶν λίθων;
Τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφὴν, τὴν ἐργάτιν,
Γεωμετρεῖν ἔπεισε, καὶ τριωρόφους
Οἴκους ἐγείρειν ἐξαγώνων κτισμάτων;
Ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' ὀρθίας
Γραμμῆς διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίαν,
Μήπως ὀλισθήσωσιν οἱ κάτω πόδες
Ἐκ τῶν ἄνωθεν φορτικῶν βαρημάτων·
Εἶναι δὲ μᾶλλον τὰς παραλλήλους θέσεις
Τῶν ἀντιλόξων κτισμάτων ἐρείσματα·
Ὡς καὶ τὸν οἶκον ἑστάναι βεβηκότα,
Καὶ μηδὲν ὑγρὸν ἐκπεσεῖν τῆς ἰκμάδος.

Γεωμετρῶν ἐντεῦθεν Εὐκλείδη σκόπει,
Καὶ σχῆμα μηδὲν γραμματικὸν περιξέσῃς,
Μήπου σε κέντρον τῆς σοφῆς διδασκάλου
Πλήξῃ μελίττης, καὶ μαθεῖν ἀναγκάσῃ.
Τίς τοὺς ἀράχνας λεπτοδακτύλους πλάσας
Νήθειν διδάσκει, καὶ πρὸς ἔργα τοὺς μίτους
Ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐντέρων ἀναπτύειν;
Ποίᾳ δὲ τέχνῃ γραμμικῇ πρὸς τὰς βάσεις
Βάλλουσιν ἀρχὰς, καὶ προτείνουσιν δέσεις·
Μέσῳ δὲ κέντρῳ τὰς ἐπάρσεις τῶν μίτων
Κύκλους ἀπαρτίζουσιν ἠκριβωμένους·
Καὶ τῇ μεταξὺ τοῦ κενοῦ διαστάσει,
Στύλους ὑφαρμόζουσιν ἀντισυνθέτους·

do tam providas pupillas, ut tempestatem ante tempestatem fugientis lapillorum ope in tutum se recipiant?

Quis apem, sapientem opificem, ad geometriam adduxit, ut trium contignationum domus ad hexagoni formam exstruat, et cellas non per rectam, sed per obliquam lineam producens conficiat; tum ut infima ædificii pars ex superingesti oneris sarcina pressa non labascat; cum ut ex æquali sibi respondentium laterum positione obliqui operis structura fulciatur, atque ut tota domus stet firmius, et ne gutta quidem liquidi humoris excidat? Huic operi considerando, geometriæ professor Euclides, accede: sed ne minimam quidem figuram, lineolamque audeas evadere, ne suo te pungat aculeo apis, docta sane magistra, atque ex ipsa cogaris addiscere. Quis araneos exilibus digitis instructos, et nere docuit, et necessaria ad opus fila e propriis visceribus egerere? Qua linearum scientia imbuti ortus telæ ad firmas bases projiciunt, et protensas colligant: tum vero in medio centro densiora fila exacti circuli in modum perfecto opificio agglomerant, et interjectis spatiis fulcra, vel stylos trans-

NOTÆ.

1163. Plutarchus, *De solert.*, pag. 979 : Ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ παρέχομαι τοὺς θαλαττίους, ὅταν αἴσθωνται μέλλοντα χειμῶνα καὶ σάλον, ἐρματιζομένους λιθιδίοις, ὅπως μὴ περιτρέπωνται διὰ κουφότητα, μηδὲ ἀποσύρωνται γενομένου κλύδωνος, ἀλλ' ἐπιμένωσιν ἀραρότως τοῖς πετριδίοις· *Sed omnes in universum marinos echinos profero, qui, ubi tempestatem fluctusque præsentiunt, lapillis se suburrant, ne ob levitatem avertantur, aut undis obortis avellantur, sed lapillis prægravantibus maneant.* Eodem pariter modo Ælianus, VII, 33.

1165. Apum industriam quis non laudavit, quis non suspexit? Vide Aristotelem, *Hist. anim.* IX, 11; et Virgilium, *Georg.* IV, ne sexcentos alios auctores nominem, qui de apum ædificiis, republica, et officiis integros tractatus ediderunt. Pisida, sanctum Basilium, VIII, 4 secutus est. Ejus verba libenter subjicerem; tum quia alter alteri lucem affert, cum quia nemo fortasse elegantius Basilio apum artificia, et geometricam scientiam in favorum constructione expressit. Sed conferat qui velit.

1166. Ælianus, V, 13 : Γεωμετρίαν δὲ, καὶ κάλλη σχημάτων, καὶ ὡραίας πλάσεις αὐτῶν τέχνης τε καὶ κανόνων, καὶ τοῦ καλουμένου ὑπὸ τῶν σοφῶν διαβήτου, τὸ κάλλιστον σχημάτων, ἑξάγωνόν τε καὶ ἑξάπλευρον καὶ ἰσογώνιον ἀποδείκνυνται αἱ μέλιτται· *Geometriam, figurarum pulchritudinem, atque elegantes earum structuras, sine arte, sine regulis, et sine eo instrumento, quod circinum sapientes vocant, nempe venustissimas figuras sexangulas, et sex laterum, et æqualium angulorum apes conficiunt.* Τριωφόρους οἴκους, apes ut ætate, et conditione inter se triplices sunt, sic tripartito etiam suas cellas dividere refert Aldovrandus, *De insectis*, pag. 22; sanctus Basilius, loc. cit., aliam causam assignat: Ἔπειτα διώροφοι, καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες· ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ· *Deinde fistulæ duas, tresve contignationes habent; ne humor foras propter gravitatem diffluat.*

1169. Cod. 1126 habet ἐγκαρσίως. Pisida vocat πόδας, *pedes*, vel bases, quos sanctus Basilius, ibid. *fundos* appellat; cum eo tamen consentiens est de ratione, cur favi oblique disponantur: Ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφῆρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἐξαγώνων, βάθρον, καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσίν· *Ne fundi vacuis intervallis adjuncti fatiscant: sed inferiorem sexangulorum anguli sint basis, et fulcimentum superiorum.*

1177. Euclidi geometræ insigni, cujus libri XIII elementorum ad nostra usque tempora cum maxima omnium utilitate leguntur, apes anteponit. Sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 34, pag. 554 : Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσόφοις ταῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσι; *Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis non exsistentibus philosophatus, atque in demonstrationibus desudans?* Cod. 1126, παραξέσῃς.

1180. Araneorum varia genera, eorumque in conficiendis telis industriam describit Aristoteles, IX, 39; Plutarchus, pag. 966; Ælianus, I, 21, et VI, 57; Phile, LX, araneos λεπτοδακτύλους scite vocat Pisida, videlicet *delicatos*, seu *scitulos habentes digitos*. Phile, qui sæpe Pisidam imitatus est, puellas textrices ita appellat :

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις
Καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους.
Araneis natura perquam industria
Vincens puellarum manus argutias, etc.

1182. Ælianus, I, 21 : Οὐδὲ ἔξωθεν λαμβάνει νῆμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας νηδύος τοὺς μίτους ἐξάγουσα· *Non aliunde filum assumit, sed ex suo ventre stamina deducit.*

1185. Idem, VI, 57 : Πεφύκασι δὲ ἄρα καὶ γεωμετρίαν δεινὰ· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττουσι, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῦσιν ἰσχυρῶς, καὶ Εὐκλείδου δέονται οὐδέν· *Sunt etiam natura ad geometriam eruditi; nam et centrum servant, circulumque ex eo procedentem, et circumferentiam exacte conficiunt; neque interim egent Euclide.*

Digitized by Google

Ὅπως τὸ μηχάνημα τῆς λεπτουργίας,
Ὡς ἐξ ἀράχνου συντεθὲν, μὴ συμπέσῃ,
Ὅς διττὸν ἔργον ἐξ ἑνὸς ποιεῖ μίτου,
Λίνα πρὸς ἄγραν, καὶ πρὸς οἴκησιν στέγην;
Ὃν ἐντρεπέσθω πᾶς τις ἀφρόνως λέγων
Ὕλην ἄναρχον· εἰ γὰρ ὕλην οὐκ ἔχων
Σκώληξ ὑφαίνει· τὴν μὲν ὕλην δευτέραν,
Πρωτοχρόνους δὲ τοὺς ἀράχνας λεκτέον·
Ὡς τῶν ἑνύλων ἀρχιτέκτονας μίτων.
Κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
Εἰς αὖραν ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας;
Ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πυκτίδα
Τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν·
Καὶ τοῦτον οἶδα θαυμάσαι πολλῷ πλέον
Ἢ γ' Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν.
Ποίου δὲ κώνωψ εὐπορήσας ὀργάνου,
Φωνὴν ἔχει σάλπιγγος; ἢ ποίῳ λόγῳ
Ἐν σμικρότητι συντεθεὶς ἀμηχάνῳ
Μόρφωσιν ἴσχει, καὶ πτερούμενος φέρει
Στόμα, τράχηλον, ὄμμα, κοιλίαν, πόδας,
Καὶ τὰς ἀδήλους τῶν ἔσω διαπλάσεις,
Ἂς οὐκ ἀφῆκε ψηλαφᾷν ἡ λεπτότης;
Οὐ γὰρ τοσοῦτον τῶν μεγίστων ἡ φύσις,
Ὅσον τὰ μικρὰ ταῦτα τῶν ἀμηχάνων

versarios supponunt; ne operis tam tenuis machina, ut quæ ab araneo sit confecta, corruat: duplex enim ex uno filo opus conficit, *videlicet* retia ad venandum, et domum ad habitandum? Hunc, quisquis materiem esse sine principio stulte asserit, hunc, inquam, intuens erubescat: si enim vermis in seipso non habens materiem, telas intexit; primum quidem in tempore exstitisse araneos, qui ex materialibus filis opus conficiunt, deinde vero materiem, procul dubio erit affirmandum.

Quæ nova autem ratio cycnum erudivit, ut ad dulces musicæ modulos edendos in auras prodeat? alis enim in modum tabellæ expansis suavem quamdam, et novam melodiam in auras effundit. Cujus ego magis, quam Orphei fabulosam lyram pulsantis admiratione sentio me affici. Quo vero culex præditus est organo, ut tubæ sonum emittat? aut qua ratione cum ea constet corporis tenuitate, ut id fieri haud potuisse videatur, suam tamen habet formam, et ore, collo, oculis, ventre, pedibus instructus volat, et intus latentes intestinorum complexiones gerit quæ quidem omnia sunt adeo exilia, ut ea contrectare non liceat? Quippe non tantum in rebus maximis, quantum in hisce minimis, quæ

NOTÆ.

1191. Araneorum calliditatem in venandis insectis demiratus est etiam sanctus Gregorius Nazianz. orat. 35, pag. 554, et scite Plutarchus hoc ipsum descripsit, loc. cit.

1193. Non frigidum omnino argumentum contra materialistas, quorum princeps Anaxagoras fuit, teste Aristotele, *De anima*, I, 2. Sed Aristotelem ipsum præcipue vexat Pisida, qui Deo coexsistentem, et necessario unitam fecit materiam, unde passim atheus audit. Vide Bruckeri *Hist. phil.*, tom. I, pag. 832, siquidem quæstio de araneis, quam attingit Pisida, nihil ab ea differt, quæ a Peripateticis mundum æternum asserentibus agitari solebat, *ovum ne prius an gallina fuerit?* Negabant enim, ut Censorinus, *De die nat.* cap. 4, refert posse reperiri, avesne ante, an ova generata sint, cum et ovum sine ave, et avis sine ovo gigni non possit: de qua re diserte, ut solet, disputavit Plutarchus, symp. II, 3; et Macrobius, *Saturn.* VII, 16.

1200. Notissima est veterum opinio, vel fabula de cycnis ante obitum canentibus. Verum Pisida de cantu loquitur, quem etiam viventes edere testatur Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 12: ὨΙδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν, *canere soliti sunt, et præcipue jamjam morituri.* Thomas Bartholinus singulari opere *De cycno* olorum cantum vindicavit.

1201. Ad Aristotelem fortasse respiciens, qui loc. cit. dicit a quibusdam in mari Africo navigantibus cycnorum cantum fuisse auditum, Pisida ait ξενουργεῖν μελῳδίαν ταῖς πνοαῖς, *insolitum melodias venus præbere auris*, sive ventis.

1203. Orpheum, Apollinis et Calliopes filium, a Mercurio, vel, ut aliis placet, a patre lyram accepisse ferunt, cujus vim descripsit Manilius, I, v. 329:

Tunc silvas, et saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.

1204. Vide supra, v, 72. Culicum varia sunt genera. Κώνωψ communius est vinarius, et ἐμπὶς, qui circa loca palustria nascitur. Pisida poetice rem tractans de quocunque culice loquitur, sed proprietates, quæ omnibus conveniunt, rite describit atque admiratur. Liberius certe Aristophanes qui in *Nubibus* act. I, sc. 2, animalculum illud, quod Socratem irrisurus fingit in ejus caput insiluisse ψύλλαν primum *pulicem*, ac deinde ἐμπίδα *culicem* vocat; et in *Pluto*, act. II, sc. 2, v. 537, φθειρσὶ *pediculis*, φύλλαις *pulicibus* et κωνώψι *culicibus* eamdem perstrependi qualitatem tribuit. Ποίῳ ὀργάνῳ, *quo instrumento*, vel qua corporis parte strepitum edant culices interrogat Noster, illud certe memoria tenens Aristophanis in Socratem convicium, qui a præceptore suo petiit, loc. cit. *Nub.* v. 157:

Τὰς ἐμπίδας
Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρόπύγιον;
An culices
Per os canerent, an per podicem?

Probabilior quidem sententia est muscas et culices alis strepere.

1207. Cod. 1126, μόρφωσιν ἔσχε.

1211. Quam recte Pisida in hac contemplatione obstupescat, a clarissimis nostræ ætatis viris demonstratum est, qui in structura insectorum ope microscopii consideranda omnem operam studiose, ac laudabiliter collocantes summi Opificis sapientiam nobis manifestiorem reddiderunt. Adeat, qui velit, redium, vallisnerium, swammerdamium, etc., ac ne scriptorum copia obruatur, si præfationem tantummodo, quam *insectorum Historiæ* præfixit naturæ explorator diligentissimus De Raumurius, satis certe sibi factum esse confitebitur. Culicis elogium Pisidæ iambis respondens videsis in Scaligero, *De subt.* CXII.

1212. Formicæ industriam imitandam nobis proposuit Salomon, Prov. VI, 6: *Vade ad formicam, piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam.* Aristoteles, IX, 38; Plutarchus, *De sol.* pag. 968; Ælianus, II, 25; Plinius, XI, 36; sanctus Basilius, hom. IX, 3; sanctus Gregorius Naz. orat. 34, pag. 555; et alii habent congruentia iis, quæ narrat Pisida, qui scite σιτοκλέπτην *frumenti raptricem*, *frugilegam* formicam vocat.

Digitized by Google

Τὴν πανσθενῆ δείκνυσι μηχανουργίαν.
Πρόελθε μύρμηξ σιτοκλέπτης, ἐργάτης,
Τὸν κόκκον ἡμίτμητον ἐγκλείων κάτω,
Μήπως νοτισθῇ, καὶ σαπῇ ταῖς ἰκμάσι,
Καὶ φθαρτικὴν κάτωθεν ἀνθήσῃ χλόην.
Ὅταν δὲ πυκναὶ τῶν νεφῶν αἱ συγχύσεις,
Τοῖς ἐργομόχθοις ἀντιπνεύσωσιν πόνοις·
Πόθεν ἂς μάντιν τοῦ Ζαμόλξιδος πλέον
Ἕκαστος οἶδεν εὐσυνόπτως ἀγρότης;
Ὅτε προδεικνὺς αἰθρίαν πεπηγμένην
Τὸν σῖτον ἁπλοῖ ἐξ ἑνύγρου πυθμένος
Εἰς ἄξυλον πῦρ, εἰς τὸν ἥλιον φέρων·
Ὅπως πυρωθεὶς ταῖς βολαῖς ταῖς ἐμφλόγοις,
Ὡς ἄρτος ὀπτὸς εὑρεθῇ πεφρυγμένος·
Οὐ γὰρ τοπαύτης ἦν ὁ μύρμηξ φροντίδος,
Ὡς ῥύθμὸν εὑρεῖν γνωστικῆς ἀβλεψίας·
Εἰ μή τις ἦν πρόνοια, μὴ φρονεῖν μέγα,
Τοὺς τῶν ἐν ἄστροις αἰτιῶν ζυγοστάτας·
Ἀλλ' ὥστε καὶ μύρμηκα θαυμάζειν, ὅπως
Χειμῶνα δηλοῖ, καὶ προμηνύει θέρος.
Τίς ποικίλην δίδωσι τοῖς ὠοῖς φύσιν,
Μικροῖς δὲ τὰ στοιχεῖα δεικνύει τύποις,
Τὸ λεπτὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν ὡς ἀέρα,
Τὸ ξανθὸν ὡς πῦρ, καὶ τὸ λευκὸν ὡς ὕδωρ,
Τὸ σκληρὸν ὡς γῆν· ἀπογαιοῖ γὰρ ἡ φύσις
Ἔξωθεν αὐτὸ, γῆς μεσοκλήρου δίκην·
Ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν ἐκλύσαι τόνους,
Μηδ' αὖγε τοὺς ἔσωθεν ἀμβλῦναι πόρους·
Ἔσω γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ μήτρας καὶ σπόρου,
Στιγμή τις ἐμπέφυκεν ᾑματωμένη,

fieri non potuisse videntur, artificis omnipotentia demonstratur.

Prodeas, o formica frumenti rapax, operaria, quæ granum semisectum humi recondis, ne ex humoribus madefiat, et putrescat, corruptumque ex ima parte viride germen emittat. Sed unde cum in aere densantur nubes, ut contra sata improbo labore exculta conspirent, ipso Zamolxide te meliorem, formica, vatem facillime norunt agricolæ? et cum contra stabilem aeris serenitatem es prædictura, ex humentibus cavernis frumentum educis, et ad ignem sine ligno, videlicet ad solem, expandis, ut ignitis radiis torrefactum, fricti panis in modum, tostum, excoctumque inveniatur? At enim tanta plane non erat formicæ sedulitas, et ingenium, ut rerum, quæ neque mens humana potest pervidere, modum rationemque deprehenderet: nisi quædam esset Providentia, quæ monitos eos vellet, qui rerum causas in astris speculantur, ne altum sapiant, sed formicam potius demirentur, quæ ut hiemem demonstrat, ita æstatem prænuntiat. Quis maris, et feminæ variam naturam ministrat ovis? Quis parvas quasdam elementorum in ipsis exprimit imagines? pars enim illa subtilis, ova circumamplectens, aerem; pars lutea ignem, pars alba aquam; et pars dura terram referre videtur: ut enim est dura introrsum terra, ita natura comparatum est, ut terrea quadam crusta extrorsum ova contegantur, ne protensi funiculi exterius dissolvantur, et interni meatus intercludantur: intus enim pro matrice, et

NOTÆ.

1215. Hanc mirabilem formicæ industriam omnes laudati auctores commendant. Plinius loc. cit. sic: *Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt, atque siccant.*

1220. Zamolxin, natione Getam, Pythagoræ discipulum et servum fuisse ferunt. Is in patriam redux a suis et Thracibus, qui ejus sapientiam suspiciebant, post mortem habitus est Deus. Vide Jamblichum in *Vit. Pyth.* cap. 30.

1222. Sanctus Basilius, loc. cit.: Διακόπτει ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφύέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν γένοιντο· καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτῶν διαβρόχων· καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαισθηται τοῦ ἀέρος ἐν εὐδινῇ καταστάσει φυλαττομένου· *Dissecat enim suis unguis medios fructus, ne germinantes sibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eosdem etiam exsiccat, tum cum sentit madefactos: nec omni tempore eos expromit, sed cum aerem in sereno statu mansurum esse præsenserit.*

1223. Cod. 1126, melius ἁπλοῖς.

1232. Id. cod. προδεικνύει.

1233. Ovum apud Ægyptios mundi symbolum fuit; unde in Bacchi orgiis sacrum fuisse Plutarchus, in *Sympos.* pag. 636: ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος, καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ. *Ut* mundi *omnia gignentis, et in se continentis exemplum.* Hanc similitudinem eleganter explicat Pisida. Primum quidem censet ovum mundum repræsentare, quod ex eo omnia animalia tum mares, cum femine, nullo oculis apparente discrimine, enascantur: deinde quia quatuor patres, quibus ovum componitur, quatuor elementorum sint imagines; ita ut τὸ λεπτὸν, quod Aristoteli, *De generat. anim.* III, 2, est ὑμὴν, *membrana*, referat aerem; τὸ ξανθὸν, quod eidem Aristoteli est ὠχρὸν *luteum*, sive *vitellum*, ignem repræsentet; τὸ λευκὸν ovi *albumen*, aquam; τὸ σκληρὸν autem *crusta*, qua ova circumteguntur, terram: σκληρόδερμα enim ab Aristotele ova nuncupantur, et terra Pisidæ est μεσόσκληρος, *dimidia sui parte dura.* De mundi et ovi analogia fuse disseruit Fortunius Licetus epist. 27, tom. I *De quæsitis per epist. a claris viris*, ac nuper Mazochius, in *Spicilegio Biblico*, tom. I, pag. 180.

1239. Cod. 1126. ἐκλύσαι πόνους.

1242. Aristoteles, *Hist. anim.* III, 3, quomodo pullus in ovo generetur edisserens ait: Ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ ἡ καρδία· τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχον· *Cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit; quod punctum salit jam, et movetur, ut animal.* Plinius, X, 74. pene vertit Aristotelem: *Omnibus ovis medio vitelli parva inest veluti sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo certe ea gutta salit, palpitatque. Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur. Cibus in luteo est.* Qui plura de hac re nosse velit, adeat ex antiquis Aristotelem ipsum loc. cit. *De gener.*, et *Hist. anim.*, ubi ille de ovis disertissime disputat. Ex recentioribus autem quem potius, quam Herveum clarissimum virum nominabo? qui Patavii edoctus, et in Angliam reversus, tam præclare de generatione animalium ac de ovo scripsit, et *punctum saliens*, quod Aristoteles in ovis animadverterat, in viviparis etiam se deprehendisse

Digitized by Google

Δι' ἧς ἐκεῖσε σωματοῖ τὰ ποικίλα
Εἰς σάρκας, εἰς ὀστωσιν, εἰς πτερῶν χύσιν.
Ὅπως ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι
Τὸν χρυσὸν ὡς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ πορφύραν,
Τὰς πολυμόρφους συνθέσεις τῶν χρωμάτων,
Ὅλας ἀσυγχύτους τε καὶ μεμιγμένας;
Τίς ἐκστρατεύει παγκενὴ τὴν ἀκρίδα;
Ἔθνος πτερωτὴν εἰς φθοράν Αἰγυπτίων,
Τὸ πτηνὸν ὅπλον εἰς ἀνάμνησιν φόβου,
Βέλος νεφῶδες ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Λόγχην ἑτοίμην, αὐτοκίνητον ξίφος,
Πυκνὴν φάλαγγα μυριόστομον ξίφος,
Πηδητικὴν ἔπαλξιν ἀστάτου μάχης·
Οὐχ ἵσταται γάρ, ἀλλὰ πλήττει, καὶ τρέχει·
Ἑρποῦσα πορθεῖ, καὶ κλονεῖ πτερουμένη,
Δοκεῖ δὲ φεύγειν, καὶ παλίνδρομος μένει,
Φθείρει πρὸ καιροῦ, καὶ θερίζει πρὸ χρόνου,
Τήκει τὰ δένδρα, καὶ μαραίνει τὴν πόαν,
Ὠμὴν ἀμέλγει τῶν ὀπῶν τὴν ἰκμάδα,
Τρυγᾷ τὰ φύλλα, τὴν τρυγὴν δὲ βόσκεται·
Καὶ συλλέγει τὰ κῶλα, καὶ τείνει πάλιν,

semine sanguineum quoddam punctum inest, quo saliente diversæ partes corporantur, et variæ illæ substantiæ in carnes, in ossa et in alas convertuntur.

Quomodo pavonem quis videns, aurum sapphiro intextum, pennasque purpureas smaragdo distinctas non admirabitur, et tot colorum multiformes species una simul immistas, nec tamen confusas non obstupescit? Quis in aciem instruit omnia absumentem locustam, in Ægyptiorum cladem alatam gentem, volans telum ad renovandos metus, nubem telorum non apparente sagittario, hastam late protentam, et sua se vi moventem gladium, densam phalangem, innumeris oribus instructum ensem, et instabilis pugnæ desultorium propugnaculum? Non enim firmo pede stare novit locusta, sed ferit, et currit; cum repit, vastat; cum volat, stridore terret: videtur fugere, et recurrens sistitur: ante tempus agros vastat, ante opportunitatem fruges metit: arbores tabescere, herbas facit marcescere: crudos adhuc succos emulget: folia vindemiat, et vindemiæ fructus depascitur. Quin etiam modo suos artus contrahit, modo extendit, ut sagittarii telorum

NOTÆ

testatus est, repetitis multoties in damarum utero persecando, aperiendo, contemplandoque experimentis, super quæ nuper Maupertuisius novum systema circa hominis generationem superstruere sibi visus est in libro superius laudato, cui titulus *Venus physique*. Statuit enim non ex ovo, neque ex semine, sed ex coeuntium commistione, proseminatione hominem generari, cujus principium vitæ sit *punctum saliens*.

1243. Cod. 1126, δι' ἧς ἐκεῖνα.

1245. Idem Cod. ὡς εἴ τις ἴδοι τὸν ταὼ καὶ θαυμάσοι. Passim apud auctores tum sacros, cum profanos pennarum pompa, quibus pavones ornantur, auro et smaragdis comparatur. Juno ita apud Phædrum, III, 18, pavonem consolatur:

Sed forma vincis, vincis magnitudine:
Nitor smaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.

1250. De locustarum forma, moribus, generatione, etc., videsis Plinium XI, 35; Aldovrandum, *De insectis*, pag. 403; et Sam. Bochartum, *Hieroz.* part. post. pag. 441, ubi quæcunque dici possunt, in unum congesta inveniuntur. Si quid tamen adhuc accuratius, quod ad generationem spectat ipsarum, scire cupias, confer librum Francisci Scuffonii Medici Romani, cujus titulus *Osservazioni sulle cavallette*, Roma 1718. Τίς ἐκστρατεύει, locustas, quod turmatim in arva irrumpant, exercitus instar incedere, et quoddam militaris disciplinæ speciem exhibere observatum est a plurimis, qui illud Prov. XXX, 27: *Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas*, jure quidem ac merito laudant. Exempla bellorum, quæ a locustis gesta sunt, refert Aldovrandus, loc. cit. pag. 417 et 422. Παγκενῆ vel aridam, vel a πᾶν, et κενόω *omnia absumentem* Pisida vocat locustam; suo enim morsu herbas erodit et vastat. Bochartus tamen, pag. 465, cujus superbissimum est judicium, παγγενῆ *omnigenam* legit, quod locustarum plures sint species. Ἀκρίδος, non ἀκρίδας in plurali numero Noster dixit, ut sacræ Scripturæ dictionem exprimeret. Sæpius enim locusta, quam locustæ nominantur. Exod. X, 4: *Inducam cras locustam in fines tuos.* Psal. LXXVII, 46: *Et dedit . . . labores eorum locustæ.* Et psal. CIV, 34: *Venit locusta et bruchus.*

1251. Exod. X, 12: *Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, et ascendat super eam, et devoret omnem herbam*, etc. De locustis Ægyptiis vide Bochartum, loc. cit. pag. 460.

1252. Hunc versum supplevimus ex ipso Bocharto, pag. 477. Pisida elegantissime locustarum proprietates describit, quas cum supra laudatis scriptoribus conferre longum esset. Ex Plinio tantum hæc pauca: *Gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt . . . . Deorum iræ pestis ea intelligitur. Namque et grandiores cernuntur, et tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur: solemque obumbrant, sollicitis suspectantibus populis, ne suas operiant terras . . . . Immensos tractus permeant, diraque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes*, etc.

1255. Cod. 1126, habet πυκνὴν χάλαζαν.

1256. *Πηδητικὴν ἔπαλξιν* congruenter vocat: quia ea est locustæ natura, ut facile, quocunque velit, se vertat, repat, volet, saltet. Sex enim habet pedes, quorum duo extremi longiores non ad incessum, sed ad subsiliendum dati. Vide Bochartum loc. cit. pag. 452. qui Mosen quatuor tribuentem pedes locustis cum Aristotele hexapoda hæc insecta vocantem feliciter conciliat. Aperte enim Philosophus, IV, 6, *De part. anim.*, ait esse quædam insecta, quæ posteriores partes habeant longiores, ut melius ambulent et attollantur: Ὅσα δὲ πηδητικὰ αὐτῶν ἐστι, μᾶλλον τοῦτο φανεροῖ· οἷον ἀττ' ἀκρίδες, καὶ τὸ τῶν ψυλλῶν γένος . . . ἐξάποδα δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα εἰσὶ, σὺν ἀλτικοῖς πορίοις. *Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt; ut locustæ et culices . . . omnibus his seni sunt pedes, iis etiam, quibus enixu saliunt, enumeratis.* Quibus verbis patet posteriores partes, quas ἀλτικὰς appellat *saltatorias*, καταχρηστικῶς tantum *pedes* etiam vocari.

1264. Morelium certe latuit, quid quatuor sequentes versus significarent: quod jam ante fuerat ab ipso Bocharto, pag. 452, observatum. Patet autem, cum Noster supra πηδητικὴν *subsilientem* locustam vocaverit, ac deinde dicat ipsam τὰ κῶλα συλλέγειν καὶ τείνειν πάλιν, saltatorias partes cum Aristotele intelligere.

Digitized by Google

1265 Ὥσπερ τὰ νεῦρα τῶν βελῶν οἱ τοξόται·
Καὶ τραυματοῖ τὸ σῶμα τῶν ἐναντίων,
Τοῖς ἀντιλόξοις τῶν σκελῶν ἀκοντίοις.
Καὶ μή τις ἡμᾶς κομπορήμων φαυλίσοι
Ὡς πρὸς τὰ μικρὰ, καὶ σχεδὸν τετμημένα,
1270 Κινοῦντας εἰκῇ τοῦ λόγου τὸν ἄξονα.
Εἰ γάρ τις οἶκον ὡραϊσμένον βλέπων
Μορφαῖς ἀπαστράπτοντα κεχρυσωμέναις,
Ἡρμοσμένον δὲ καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλοις,
Καὶ τῇ πενιχρᾷ συμπλοκῇ τῶν ὀστράκων,
1275 Σὺν τοῖς μεγίστοις καὶ τὰ μικρὰ θαυμάσει,
Στέργων ἅπαντα, καὶ κροτῶν τὸν ἐργάτην.
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον, τοῦ πανεργάτου Λόγου,
Μύρμηκα, καὶ κώνωπα; καὶ τὴν ἀκρίδα,
Τὰ πάντα θαυμάσειεν ἔργα σὺν φόβῳ;
1280 Πῶς ἡ χαμερπὴς καὶ τοσαύτη σμικρότης
Τυχεῖν τοσαύτης ἠξιώθη φροντίδος, A
Ὡς καὶ φρόνησιν ἐντεθῆναι καὶ κράτος,
Ἰσχνῇ, ταπεινῇ, καὶ στενῇ διαπλήσει;
Καὶ πῶς τὸ φρικτὸν οὐχ ὑπεστάλη κράτος,
1285 Ἔργοις τοσούτοις προσβαλεῖν λεπτουργίαν·
Πόθεν ταὼς πρόεισι ὡραῖος πάλιν,
Ὄρνις διαυγὴς καὶ κατάστερος φύσει,
Τὴν πορφύραν πτερωτὸς ἡμφιεσμένος·
Ἐξ ἧς ἀλαζὼν καὶ τυφώδης τὴν θέαν,
1290 Μόνος διάττει τῶν ἁπάντων ὀρνίθων·
Ἧν' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων,
Πολλὴν χύσιν ἔμιξεν αὐτῷ χρωμάτων;
Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα Σηρικῶν νόμος
Πείθει τὰ λαμπρόκλωστα νήματα πλέκειν,
1295 Ἅ τῇ βαφῇ χρωσθέντα τῆς ἁλουργίδος,
Χαυνοῖ τὸν ὄγκον τῶν κρατούντων ἐμφρόνως; B

nervos solent, et crurum recurvis spiculis hostium corpora sauciat.

Num quis me buccis inflatis crepans hic irriserit, quod ad tam parva, et propemodum ad vilia insecta orationis cursum inconsultus converterim? Etenim si, cum quis bene ornatam domum videt, aureis quidem renidentem imaginibus, sed tamen ferro et lignis compositam, et ex vili testarum congerie compactam, majora simul, et parva quæque admiratur, et singulis delectatus artificem laudat: cur rerum omnium Opificis Verbi opera singula, formicam, inquam, culicem et locustam non demirabitur tremens, neque obstupescet, quomodo hæc tam prodigiosa humi repentium parvitas tantam sit consecuta Providentiæ dignitatem, ut gracili, pusillo et angusto corpori indita sit prudentia et robur; et quomodo tremenda Dei potestas ab hac operis tenuitate cæteris maximis operibus adjungendo se non subduxerit?

Unde procedit iterum formosus pavo, avis totus refulgens, et stellis ornatus, alasque indutus purpura, qua superbus; et tumens aspectu, solus omnes cæteras volucres antecellit? Et unde hæc purpura, quæ nullo labore fuit parata et confecta, tanta colorum varietate ipsum distinxit?

Quæ vero lex vermi inter seras suadet, ut egregio opere deducta fila intexat, quæ cum sunt infecta colore purpureo, regum sapientium fastum tempe- C

NOTÆ.

1266. An Ægyptiæ locustæ etiam hominibus fuerint exitiales, disputant interpretes in illud Sap. XVI, 9: *Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animæ illorum, quia digni erant ab hujuscemodi exterminari.* Pisida affirmat quod Bochartus, et alii fortasse confidentius negant.

1268. *Κομποῤῥήμων*, grandibus utens verbis, de Sophistis dici solitum. Vide supra, v. 74.

1269. *Τετμημένα insecta* quæ ab Aristotele, et aliis ἔντομα dicta sunt, *propterea quod*, ut ait sanctus Basilius, Hom. VIII, 7: *Quasdam undique incisuras præ se ferunt*, διὰ τὸ πανταχόθεν ἐντομάς D τινας φαίνειν.

1271. Privati cujusdam ædificii cum opificio divino comparatio satis elegans, qua, ut dici solet, a minori ad majus Noster probat, quam sint omnia opera Dei admiranda. Cod. 1126. ἡλαϊσμένον.

1277. Vide supra, 301, sanctus Augustinus, *De civit. Dei*, V, 11: *Deus summus, et verus cum Verbo suo, et Spiritu sancto . . . nec exigui, et contemptibilis animantis viscera, nec avis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium convenientia et quadam veluti pace dereliquit.*

1283. Ἰσχνὴν refert ad formicam, ταπεινὴν ad culicem, στενὴν ad locustam, quam supra, v. 1250, παγχενῆ vocavit.

1286. Vide supra, v. 1245

1287. Ovid., *Metam.* XV, v. 575:

Junonis volucrem, quæ cauda sidera gestat.

1288. Purpuram dixit, ut colorum varietatem nobilitatemque exprimeret. Ac purpuræ quidem varia quondam erant genera. Plinius, IX, 65, purpuram violaceam, Tarentinam rubram, et Tyriam dibapham distinguit.

1289. Ælianus, V, 21: Ὅπως ἔχει τῆς εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἀφθονίας παρίστησιν· ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θέας τὸν παρεστῶτα. *Quanto sui ostentandi studio teneatur abunde demonstrat, dum spectatorem conspectu suo expleri facile patitur*, etc. Plinius, X, 22, *gloriosum animal* ea de causa vocatum fuisse pavonem refert. Vide Philem. VII.

1291. Cod. Vat. 1126, legit: Ἥτις ἀμόχθων, κ. τ. λ., ac deinde eleganter ποικιλίαν ἔσπειρεν αὐτοχρωμάτων, *colorum insitorum varietate perfudit.*

1293. Bombycis, qui vermis sericus, et Indicus dictus est, natale solum, opera, et stupendarum metamorphoseon vices sciens præteream; cum hæc Pisida non videatur inquirere, eaque facillime possint, qui velint, colligere ex Aristotele, *Hist. anim.* V, 19; ex Plinio, XI, 26; ex Aldovrando, *De insectis*, p. 282; ex Hieronymo Vida, in *Poem. de Bombyce;* ex Salmasio, in *Solin.*, pag. 209; atque ex De-Raumurio, *Hist. des insectes*, tom. I, p. 487.

1294. Λαμπρόκλωστα νήματα *splendide decocta fila* dixit, ut operis naturam nobilitatemque indicaret.

1295. Ἁλουργὶς est purpura nigra, vel violaceo colore exsaturata, quam quidam putant fuisse cæteris nobiliorem: eo quod in auctores inciderint qui dicerent imperatores ἐν ἁλουργίδι quondam fuisse solitos incedere. Pisida id videtur confirmare. Equidem nihil certi statuo. Sæpius enim occurrit πορφύρα pro ἁλουργίδι, itemque ἁλουργὶς pro πο-

Digitized by Google

Μνήμη γὰρ αὐτοὺς εὐλαβῶς ὑποτρέχει,
Ὅτι πρὸ αὐτῶν τῆς στολῆς ἡ λαμπρότης
Σκώληκος ἦν ἔνδυμα, καὶ φθαρτὴ σκέπη.
Ὡς τῇ καθ' ἡμᾶς μαρτυρῶν ἀναστάσει,
Θνήσκει μὲν ἔνδον τῶν ἑαυτοῦ μνημάτων,
Τὸν αὐτὸν οἶκον καὶ ταφὴν δεδεγμένος·
Σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν σαρκίου
Σαπέντος ἢ ῥύεντος, ἢ τετηγμένου,
Χρόνου καλοῦντος ἐκ φθορᾶς ὑποστρέφει,
Καὶ τὴν πάλαι μόρφωσιν ἀῤῥήτως φύει,
Ἐν τῷ περιττεύσαντι μικρῷ λειψάνῳ,
Πρὸς τὴν ἀπ' ἀρχῆς σωματούμενος πλάσιν.
Κατηγορεῖ δὲ πυκνὰ τῶν πλανουμένων,
Καὶ ζῶν ἐλέγχει τὴν πικρὰν ἀπιστίαν,
Εἰ μηδὲ τοῖς σκώληξιν ὡς διδασκάλοις,
Πεισθεῖσα λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβει.
Ποίου γὰρ ἂν τύχωσι συγγνώμης λόγου
Οἱ τοῖς ἑαυτῶν ψηλαφῶντες δακτύλοις
Σκώληκα νεκρὸν ἐκ ταφῆς ὁδοιπόρον,
Βλέποντες ἢ μύοντες εἰς ἀβλεψίαν,
Τὴν πίστιν ἀντέστρεψαν εἰς ἀπιστίαν;
Πόθεν χελιδὼν ἐξ ἀομμάτου θέας
Τριήμερος πρόεισιν ὀμματουμένη,
Ἡδὺ περιτρίψασα ταῖς κόραις μίαν;
Ἦν οὐκ ἀκόμψως καὶ χελιδόνιον λέγειν
Κριταὶ παλαιῶν δογμάτων ἐθέσπισαν,
Τὴν ἀξίαν λαβοῦσαν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Καὶ τῷ θέρει μὲν ὡς λύρα ῥυθμίζεται·

ant? tacite enim ipsis recurrit in mentem, eam tolæ amplitudinem, splendoremque, vermis antea uisse amictum, et corruptibile integumentum. Sed dem nostræ resurrectionis est testis : quippe in uo monumento clausus, una simul domo et sepulcro exceptus, moritur : ubi vero jam fere totum d, quod ei erat carneum, computruit, et tabefactum fluxit, tum opportuno revocatus tempore ex corruptione revertitur, et in pristinam formam mirailiter assurgit, parvis iis reliquiis, quæ superfuerunt, in eumdem quem habuit a principio corporis abitum collectis atque conjunctis. Atque ita non semel eos, qui erroribus detinentur, incusat, et reviviscens impiam illorum incredulitatem redarguit, quod ne vermibus quidem magistris ad resurrectionem colendam adduci valeant. Quam enim veniæ rationem illi consequantur, qui propriis suis digitis mortuum profecto vermem, et tamen e sepulcro remeantem contrectant, atque id apertissime videntes, vel potius conniventes ne videant, fidei argumenta ad infidelitatem suam confirmandam convertunt? Unde oculorum luce privata hirundo, tribus exactis diebus oculata exsistit, cum suis pupillis bene attritam quamdam herbam ingesserit? quam illi veteres rerum judices non inscite Chelidoniam vocari sanxerunt, quasi a re ipsa nominis dignitatem accepisset. Et unde eadem avis æstatis tempore, velut lyra, sonos modulatur, cum autem hiems ingruit, contrahitur, et arborem studet invenire, quæ ei domum præstet; namque arboris trunco inclusa fasciis veluti quibusdam involvitur : ibi plumarum vestem exuit, quam mox renovatam

NOTÆ.

ῥύρα usurpata. Pius sensus, quem ex vermis serici contemplatione eruit Pisida, quam late pateat, tute rides. Ecquid enim aliud ea sunt omnia, quæ nobis victum cultumque suppeditant quam terra et vermes?

1297. Cod. 1126, γὰρ αὐτοῖς.

1300. Ut certissimum testem resurrectionis, vermem sericum adhibens sanctus Basilius, hom. VIII, 3, mulieres serica fila intexentes ita monet : Μεμνημένοι τῆς κατὰ τὸ ζῶον τοῦτο μεταβολῆς, ἐναργῆ λαμβάνετε τῆς ἀναστάσεως ἔννοιαν, καὶ μὴ ἀπιστεῖτε τῇ ἀλλαγῇ, ἣν Παῦλος ἅπασι κατεπαγγέλλεται. *Animalis hujus mutationem in memoriam revocantes, manifestam resurrectionis notionem accipiatis, neque fidem ei mutationi, quam Paulus omnibus annuntiat, denegetis.* Cod. 1126, ὃς τῇ καθ' ἡμῶν.

1301. Cod. 1126, νημάτων, quæ lectio sane melior. Folliculos intelligit, intra quos vermis immoritur.

1305. Ut plurimum vermiculus post decimum diem prodit alatus papilio.

1308. Pisida Aristotelem secutus videtur ignorasse, ipsum vermem sericum, postquam bombylius, vel chrysalides est factus, in papilionem converti : ait enim eadem assumpta forma, ut antea corporatum reviviscere. Profecto Aristoteles, loc. cit., tres metamorphoseon, vel mutationum gradus non satis aperte designavit, quas Plinius Aristotelis verba vertens sic descripsit : *Primum eruca fit : deinde quod vocatur bombylius : ex eo necydalus.* Num igitur *necydalus* idem, ac papilio? Quis hoc dixerit? Νεκύδαλος enim, ut videtur, nihil aliud significat, quam *redivivus* : νέκυς enim Græcis est *mortuus*. Itaque putaverim nec Aristotelem, nec Plinium in comperto rem omnino habuisse. At Pisida Basilium certe legerat, qui loc. cit. ait : Ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδικοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου· ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλών, εἶτα προῖὼν βομβύλιος γίνεται· καὶ οὐδὲ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται· *Qualia de Indico verme cornigero narrantur, qui primum in erucam transmutatus, deinde temporis progressu bombylis fit : nec in hac forma manet, sed laxas et latas bracteas suscipiens volitat.* Igitur dicendum ne temporibus quidem Pisidæ rem fuisse penitus exploratam : neque enim Basilius ipse ea, quæ refert, voluit pro certo affirmare.

1310. Cod. 1126, τὴν νεκράν.

1312. Id. Cod. πεισθῶσι λοιπόν.

1318. Aristoteles, *Hist. animal.* VI, 5; Plinius, XXV, 50; Ælianus, III, 25; sanctus Basilius, VIII, 5, aliique similia narrant. En verba Plinii : *Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam : hac enim hirundines oculis pullorum restituunt visum; ut quidam volunt, etiam erutis oculis.*

1321. Chelidoniam, notissimum herbæ genus, nullibi homines invenire potuisse tradidit Ælianus, loc. cit. : Ταύτης τῆς πόας ἄνθρωποι γενέσθαι ἐγκρατεῖς διῳῶσι, καὶ οὐδέπω νῦν τῆς σπουδῆς κατέτυχον· *Hujus herbæ homines quamvis compotes fieri percupiant, nunquam hactenus eorum studio satisfactum est.*

1325. Scilicet χελιδόνος. *hirundinis* nomen ei datum, quod oculorum morbis mederi veteres putarent, atque id ipsa hirundine monstrante didicissent.

1324. Mirum! Pisidam hirundinis garritum lyræ

Digitized by Google

Ἵππους ἐλαύνων, οὐρανῶν ὁδὸν δράμοι,
Ἱππεὺς δὲ δειχθῇ τῷ βίῳ μετάρσιος,
Τῆς σαρκὸς αὐτὸν μὴ κατασπώσης κάτω.
Ἢ πῦρ κατάξει καὶ χρεμάσει τὴν δρόσον,
Ἕλκων, μεθέλκων, ἀντιβάλλων τὰς φύσεις·
Φράξει δὲ πίττει τῶν λεόντων τὸ στόμα,
Δρόσον δὲ δείξει τῆς καμίνου τὴν φλόγα·
Ἢ καὶ πατάξει Νεῖλον εἰς αἷμα τρέπων,
Πείσει δὲ λάμπειν ἐν ζόφῳ τὸν ἥλιον·
Τοῖς μὲν γὰρ ἦν φῶς, τοῖς δὲ δύσμορφον σκότος.
Σχίσει δὲ τὴν ἄβυσσον εἰς τρίβον ξένην,
Στύλον δὲ δείξει νυκτὸς ἔμπυρον σέλας·
Ἄρτους δὲ σίτου μὴ προκειμένου πλάσει,

A Λιμὸν δὲ θάλψει τῇ βροχῇ τῶν ὀρνέων,
Πηγὰς δὲ πέτραν ἐκβαλεῖν ἀναγκάσει·
Τείνει δὲ χεῖρας εἰς τροπὴν ἐναντίων,
Τοῦ σταυροειδοῦς συμβόλου τὴν εἰκόνα·
Ἴδοι δὲ πυρσῷ μὴ φλογισθεῖσαν βάτον,
Τὰ κρυπτὰ τοῦ μέλλοντος εἰκονίσματα·
Τότε προκύψας, ὡς ὁ Μωσῆς, ἐμφρόνως,
Καὶ καπνὸν εὑρὼν ἐν θυέλλῃ καὶ γνόφῳ,
Καὶ πρὸς τὸ νύγμα τῆς ὀπῆς ἀφιγμένος,
Μόλις τὰ κρυπτὰ τῶν ὀπισθίων μέρη
Θεοῦ σκοπήσει, καὶ πλέον μηδὲν βλέπων,
Πλέον ποθήσῃ τὸν κεκρυμμένον πόθον·
Ἀργοὶ γάρ εἰσι τῶν ἐρώντων οἱ πόθοι,

celsior factus; adeo ut ne carnis quidem pondus deprimat ipsum deorsum: esto, ut etiam ignem in terram deducat, et aquam in altum suspendat; quo vult res trahat, ac distrahat, omnemque naturæ ordinem subvertat: leonum ora per fidem obstruat, ignem fornacis esse rorem ostendat: Nilum percutiat, et aquam in sanguinem convertat: solem inter tenebras splendere suadeat (scimus enim aliis affulsisse lucem, et aliis offusas fuisse horrendas tenebras): dividat abyssum in stupendam semitam: ostendat columnam esse igneam facem per noctem: panes non dato frumento componat: avium pluvia famem compescat: cogat fontes e petra erumpere:

manus extendat ad fugandos hostes, crūciformis B signi exprimens imaginem: rubum igne incombustum, id quod erat futurum arcana quadam ratione significantem, videat: ac tum denique præ metu procidens ut Moses, cum nihil sē præter fumum et caliginem inter procellas offendisse senserit, ad imum foramen petræ admissus introspiciet, et posteriora Dei vix intuebitur: neque aliud quidquam videns eo magis desiderio desiderabit abscondita videre. Sua enim desideria languescere sentiunt amantes, si quod desiderant, statim assequantur. At vero quisquis essentiam Dei investigat, quo magis spectat, magis in ipso spectando connivet. Etenim

NOTÆ.

850. Duo portenta, quæ per Eliam facta sunt, C indicantur: scilicet ignis ad consummationem holocausti, ejus precibus, de cœlo delapsus, et terræ siccitas prænuntiata, IV Reg. III, 18: *Cecidit autem ignis Domini, et voravit holocaustum, et ligna, et lapides.* Et ibid. XVI, 1: *Et dixit Elias . . . . Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto, si erit annis his ros et pluvia, nisi juxta oris mei verba.*

852. Dan. VI, 22: *Deus meus misit angelum suum, et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi.*

853. Dan. III, 50: *Et fecit* angelus *medium fornacis quasi ventum roris flantem, et non tetigit eos omnino ignis.*

Exod. VII, 20: *Et elevans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone et servis ejus, quæ versa est in sanguinem.*

Exod. X, 22: *Extenditque Moyses manum in cœlum: et factæ sunt tenebræ horribiles in universa terra Ægypti*, etc.

856. Versus suppletus ex cod. 1126, miraculi vim D explicans, quo factum est ut Ægyptiis in tenebris degentibus Hebræi velut in clarissima luce viderent, quod legitur in lib. Sap. XVII, 20: *Solis autem illis superposita erat gravis nox . . . . Sanctis autem tuis erat maxima lux.*

857. Exod. X, 13: *Dominus autem præcedebat eos ad ostendendum viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis, ut dux esset itineris utroque tempore.*

859. Exod. XVI, 15: Manhu: *quod significat: Quid est hoc? ignorabant enim, quid esset. Quibus ait Moyses: Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.*

860. Exod. XVI, 12: *Vespere comedetis carnes . . . Factum est ergo vespere, et ascendens coturnix cooperuit castra*, etc.

861. Exod. XVII, 6: *Percutiesque petram, et exibit ex ea aqua, ut bibat populus.*

862. Exod. XVII, 11: *Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.*

864. Cod. 1126, ὅθη melius. Exod. III, 2: *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, et videbat quod rubus arderet, et non comburetur.*

865. Per rubum incombustum incarnationis mysterium est præfiguratum.

866. Exod. III, 6: *Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.*

867. Exod. XIX, 18: *Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod descendisset Dominus super eum in igne, et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace.* Et XX, 21: *Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus.* Obiter hic adnotabo ea quæ Dionysius vulgo Areopagita fuse tradit, et tractata inveniuntur eodem modo in scriptoribus Platonicis circa divinam caliginem, ab hac apparitione, veluti a fonte emanasse.

868. Cum Dominum Moyses rogasset, ut ei gloriam suam ostenderet, respondit Deus, Exod. XXXIII, 20: *Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, et vivet . . . Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, et protegam dextera mea, donec transeam.*

869. *Tollamque manum meam, et videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* Quid sint posteriora Dei, scilicet quæ per eum facta sunt, et reliqua, quæ fortasse quamdam explicationem exposcere viderentur, explanata invenies apud interpretes *locis citt.* Sed præstat sanctum Gregorium Nazianz. audire, paucis verbis rem explanantem, ταῦτα Θεοῦ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνώρισματα, *Dei posteriora sunt ea, quæ post eum exstiterunt, nobisque ipsius numen declarant.* Maximus Tyrius a Pisida non abludens in sublimem rationis speculam nos erigere suadet, *Diss.* I, περισκέψασθε: τὰ τοῦ Θεοῦ ἴχνη, τίνα χώραν ἔχει, τίνα φύσιν, *unde vestigia Dei observemus ut sciamus, ubi sint, et qualia.*

Digitized by Google

Εἰ συντόμως τύχωσι τοῦ ποθουμένου.
Καὶ πᾶς ἐρευνῶν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν,
Ὅσον θεωρεῖ, πρὸς τοσοῦτον συμμύει·
Εἰ γάρ τις εἰς ἄβυσσον ἀπλήστοις κόραις,
Ἢ καὶ πυραυγῆ δίσκον ἡλίου βλέπων,
Ὅσον θεωρεῖ, καὶ κόρας ἀμβλύνεται
(Οὐ ῥᾴδιον γὰρ εὐτόνῳ τῷ βλέμματι
Ἀτκαρδαμυκτεῖ προσβλέπειν τὸν ἥλιον)
Ποῖος πανόπτης εὐτονήσει νοῦς βλέπειν
Τὸν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡλίου φωτὸς πόρον;
Ἀλλ', ὦ παρὼν πόρρωθεν ἑδραίῳ τάχει,
Ὁ πᾶσι γνωστὸς καὶ δυσεύρετος μένων,
Καὶ πᾶσι λεπτὸς, καὶ κρατεῖσθαι μὴ θέλων·

A

Πᾶσι γὰρ ὢν ἄγνωστος, ἐγνώσθης ὅλοις
Ἐξ ὧν ἐνεργεῖς εἰς τὸ πάντας σε βλέπειν.
Ὅσον γὰρ ἐν σοὶ τὸ μέγεθος τῆς οὐσίας,
Ἐν ἀκαταλήπτοις ἐξοχαῖς συνεστάλη,
Τοσοῦτον ἡμῖν τὴν ἐνέργειαν βλέπειν
Τὴν σὴν ἐφῆκας, οὐκ ἐν ἀγγέλοις μόνον,
Οἷς τὰς πυραυγεῖς ἐμφυτεύσας οὐσίας,
Ὕλην ἄϋλον μυστικῶς ἀπειργάσω·
Ἀλλ' εἴ τις ἡμᾶς οὐσιῶν ὑπερτέρα
Λέληθε τάξις οὐρανοῖς, ἐν αἰθέρι,
Ἐν παντὶ κόσμῳ, τῷ τε νῦν ὁρωμένῳ,
Καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν, εἰ θέλεις·
Χωρεῖ γὰρ εἰς πῦρ, εἰς ὕδωρ, εἰς ἀέρα,

si, cum quis plus nimio immotas in lucis abyssum pupillas tenens igneum solis discum contempletur, quo magis intuetur, eo magis suum hebetat visum; oculis enim ita intentis et firmis solem aspicere, ut nunquam dimoveas aciem, datum est nemini: quæ sit mens in rebus omnibus lustrandis adeo perspicax, quæ fontem ipsum solaris lucis possit intueri?

Tu igitur, Deus, qui ades a longe velocitate immobili, quique omnibus es cognitus, et difficilis inventu manes; tu, quem omnes possunt capere, et teneri non vis, quique omnibus es ignotus, et tamen omnibus notum te fecisti in iis, quæ per te

B

facta sunt, ut in te omnes intueantur: quamvis enim tuæ essentiæ magnitudo omni incomprehensibili excellentia sit circumscripta; nihilominus tantum nobis facultatis dedisti, ut operationes tuas dignosceremus: atque id non solum in angelis, quibus igneas substantias indidisti, materiem immaterialem mirabiliter efformans; sed in alio quocunque substantiarum genere, si forte etiam quis est angelicis substantiis ordo sublimior, quem nos lateat, in cœlis, in æthere, atque in omni mundo, tam in eo, quem nunc videmus, quam in eo, qui ante hunc ipsum fuit, aut post ipsum erit, si velis: tua enim potentia penetrat in mare, in aquam, in

NOTÆ.

876. Vulgaris est comparatio, et pene omnibus Patribus post Platonem *in Phæd.* communis. Vide Clem. Alex. *Cohort. ad Gen. pag.* 47, et sanctum Greg. Naz. *orat.* 34.

878. In Cod. Vat. 1126 hujus versiculi loco legitur hic, Κόρας μύει τε καὶ σκοτεῖ τούτου φρένας, post quem alii duo, qui non leguntur in Morellio.

883. Quæ de incomprehensibili majestate et essentia Dei per antitheses illustrata hic subjiciuntur, vel ut corollarium ex prædictis deducuntur, confer, si vacat, cum scriptis Dionysiacis *de Eccles. Hier.* Si autem caput v *De div. nom.* tantummodo legeris, nihil erit ultra, quod desideres. Vide etiam Bruckerum *Hist. philos. tom.* II, *pag.* 416, et III *pag.* 522.

891. De angelis vide supra *v.* 167.

894. Cod. 1126. ὑπερτέρων. Pisida ut nullis terminis circumscriptam Dei potentiam ostendat, alios etiam rerum creatarum ordines præter angelicos non excludit.

895. Cod. 1126. ἐν ἀέρι.

896. Quidam Græci philosophi mundos esse infinitos dixerunt. Vide Plutarchum *De plac. phil.* I, 5, et II, 1. Anne Pisida secundum eosdem dicit παντὶ κόσμῳ, *in omni mundo*, καὶ τῷ πρὸ αὐτοῦ, *et in eo qui ante erat?* Minime vero. Atqui sancti Patres ante mundum quid esse creatum existimarunt. Esto: sed cum hoc dicerent, angelicas quidem substantias intelligebant: Ἦν γάρ τι, ὡς ἔοικε, καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τούτου, ὃ τῇ μὲν διανοίᾳ ἡμῶν ἐστι θεωρητὸν, ἀνιστόρητον δὲ κατελείφθη, κ. τ. λ. *Erat et ante hunc mundum, ut verisimile est, aliquid quod nostra quidem cogitatione possumus assequi, sed narrationem effugit*, etc. Sanctus Basilius *in Hex.* I, 5. Quid autem de mundo μετ' αὐτὸν, *qui erit post hunc*, quem videmus? Num de stoica mundi instauratione intelligendum est? Non arbitror. Malim Pisidam ad eam mundi renovationem respexisse, quam sibi perspectam habuisse ex Isaia testatus est sanctus Justinus *in Dial. contra Tryph.* 81, quamque

C

etiam probavit futuram Lactantius *Divin. inst.* VII, 26, unde de Millenariis orta est sententia. Utrum autem hæc cum Platonis doctrina, qui mundum inaspectabilem et aspectabilem, et animarum mutationem migrationemque admisit in *Phæd.*, aliquatenus consentiant, alius viderit.

898. Si ea quæ sequuntur, et alia hisce similia, quæ in Pisida occurrunt, vir sane eruditione insignis Bruckerus animadvertisset, inter ea momenta, quibus Patres inter Platonicos eclecticos recensendos putat, profecto retulisset. Satis enim aperte videtur hic expressa illa Platonica et Stoica Dei emanatio in res creatas. Celebre est illud Virgilii *Æn.* VI, 726:

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et toto se corpore miscet.

Verum optassem sane, ut idem Bruckerus, qui nimis fortasse studiose ex scriptoribus ecclesiasticis ea omnia collegit, quibus suam sententiam confirmaret, parcius id vitio vertisset Lactantio et aliis.

D

Non enim satis moderato animo Lactantium ipsum, ut alios omittam, reprehendit, tom. III, pag. 467, quod ille *divinam mentem* dixerit *per universas mundi partes intentam discurrere, et omnia regere, omnia moderari, ubique præsentem, ubique diffusam.* Socrates quidem Deum esse aiebat mentem universi; ac Plato animum per immensas mundi partes diffusum, ex quo omnia, quæ noscuntur, vitam capiebant. Sed quam diversa hæc sunt, aut quam diversa mente et significatione expressa? Platonicum etiam Jeremiam quis appellabit, cum Dominum ita loquentem inducit, XXIII, 24: *Nunquid non cœlum et terram ego impleo?* Igitur si Patres Deum undique diffusum dixerunt, divinam sane providentiam et præsentiam in rebus singulis se exserentem voluerunt ostendere. Idcirco Pisida rectius quoque locutus non mentem, sed ἐνέργειαν, vim atque efficaciam divinam ubique se prodere, atque in omnes res se diffundere ac permeare af-

Digitized by Google

Εἰς γῆν, ἐν ἄστροις, ἐν φυτοῖς, ἐν ὀρνέοις,
Εἰς πᾶν τὸ νηκτὸν, εἰς τὸν ἑρπόντα στόλον,
Εἰς πάντα χόρτον, εἰς τὸν ἄνθρωπον πλέον,
Δι' ὃν τοσαῦτα, καὶ μεθ' ὃν παρατρέχει.
Ἡ σὴ γὰρ ἀκτὶς μηδαμοῦ χωρουμένη
Εἰς πάντα χωρεῖ μηδαμοῦ στενουμένη·
Οὐ τῶν μεγίστων οὖσα τεχνῖτις μόνον,
Ὁμοῦ δὲ πάντων ἀσχέτως δεδραγμένη·
Ἴθυνον ἡμᾶς, ἔνθα τῆς κοσμουργίας
Τῆς σῆς ἔνεστιν ἱστορεῖν τὰς ἐμφάσεις.
Τίς γὰρ θεωρῶν μῆλον, ἢ βαφὴν ῥόδου,
Οὐκ εὐθὺς ἔγνω τῆς βαφῆς τὸν ἐργάτην;
Ἢ ποῖος εἰς ὄσφρησιν ἐλθὼν βαλσάμου,
Οὐ σὲ προεισέπνευσε βαλσάμου πλέον;

Τίς κέδρον ὑψοῖ, καὶ πλατύνει τοὺς κλάδους,
Καὶ πικρὸν ἐντίθησι τῷ ξύλῳ μύρον;
Τίς νάρδον ἐψεῖ, καὶ μυρίζων τὴν πόαν,
Ἀρωματίζειν ἐκδιάζει τὸν στάχυν;
Πόθεν δὲ φοίνιξ ἐν καταξήροις τόποις
Καρποὺς μελουργεῖ τῶν ἐνίκμων βοτρύων;
Τίς καὶ τὰ κίτρα ταῖς ἀχάνθαις ὁπλίσας
Συνῆψεν αὐτοῖς αὐτοχάλκευτα ξίφη;
Τίς σπαργανοῖ τὰ τέκνα τῶν φυτῶν ὅλα,
Καὶ τοῖς μὲν ἐντίθησιν ὀστώδη βάσιν,
Οἷς ἔστιν ἐκτὸς ἀσθενὴς ἡ γυμνότης·
Τοῖς δὲ προβάλλει στερρὸν ἔξωθεν δέρας,
Οἷς ἐστιν ἐντὸς εὐπαθὴς ἡ χαυνότης;
Τίς τῷ λέοντι θάρσος, ἢ τῇ δορκάδι

A

aerem, in terram, in astra, in plantas, in aves, in omne natantium et repentium genus, in omnem herbam virentem, et magis adhuc in hominem, per quem, et post quem prætercurrunt hæc omnia: quamvis enim tuæ lucis radius nusquam moveatur, omnia tamen pervadit, et locorum angustiis non premitur; nec solum maximarum rerum est artifex, sed omnia simul invincibiliter conjuncta facit consistere: Tu, inquam, Deus, nos dirigas, quatenus licet, quæ a te facta in hoc mundo apparent, enarrare.

Nam quis malorum, aut rosæ colorem intuens, quis sit coloris artifex, statim non noverit? aut quis odorem sentiens balsami, non te prius ipso

B balsamo spirans, reflansque degustaverit? Quis cedrum attollit, ejusque ramos extendit, et amaracum quoddam unguentum imponit ligno? Quis nardum excoquit, et delibuto unguentis frutice aromatis suavitatem cogit spicam effundere? Unde palma in aridis locis melle conditos fructus, et humidis implicatos racemis producit? Quis mala citria spinis armavit, et gladiis non elaboratis arte instruxit? Quis plantarum omnium fetus fasciis tam vario modo involvit? atque aliis quidem fragilem extra nuditatem præferentibus osseam intus basim includit; aliis vero cedente laxitate intus præditis durum extra tegumentum obtendit?

Quis indidit leoni audaciam, et cursum dedit

NOTÆ.

firmat. Atque hic paulatim pergit ad alia mirabilia Dei enarranda, quæ a primo creationis exordio usque ad præsentem diem renovari, ac perpetuo ordine conservari in terra conspicimus. Ex eo enim quod semel dixit Deus die secundo: *Germinet terra herbam virentem, et facientem fructum.* Gen. xi. Et die quarto: *Producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram.* Ibid. 20. Et die quinto: *Producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ.* Ibid. 24: Ἡ τότε φωνὴ, καὶ τὸ πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα, οἷον νόμος τις ἐγένετο φύσεως, καὶ ἐναπέμεινε τῇ γῇ, τὴν τοῦ γεννᾶν αὐτῇ καὶ καρποφορεῖν δύναμιν εἰς τὸ ἑξῆς παρεχόμενος· *Vox illa tunc emissa, ac primum illud præceptum, velut lex quædam naturæ evasit, inhæsitque terræ, ac ei generandi fructusque in posterum ferendi vim contulit,* ut egregie loquitur sanctus Basilius, hom. 5, 1 in Hex. Igitur Pisida de plantarum, et animalium, necnon aliarum rerum indita vi ac proprietate secundum Dioscoridem, Theophrastum et Galenum, quos habet hujus tractationis duces et magistros, incipit disserere, ut inde clarius elucescat contra Epicureos et Manichæos, quam late pateat divinæ providentiæ bonitas et consilium. Tale argumentum Patres fere omnes uberrime pertractarunt, omnesque eo intenderunt, ut ad sensus mysticos rerum naturalium effectus transferrent; quod idem sane præstat etiam Pisida.

C

901. Propter hominem omnia esse creata a Deo unanimis est Patrum consensus. Vide Lactantium, *De ira Dei*, 13.

909. Res quæque minima in contemplationem divinæ potentiæ hominem potest adducere: Αὐτῶν δὲ τῶν καρπῶν τίς ἂν ἐπέλθοι τὴν ποικιλίαν, τὰ σχήματα, τὰς χρόας, τῶν χυμῶν τὴν ἰδιότητα, τὸ ἀφ' ἑκάστου χρήσιμον; *Ipsorum autem fructuum varietatem, figuras, colores, saporum proprietatem, uniuscujusque utilitatem quis recensere possit?* Sanctus Basilius, hom. 5, n. 8 *in Hex.*

911. De balsamo, planta odorata, quæ, ut ferunt, nonnisi in Judæa olim nascebatur, vide Theophrastum, ix, 6; Dioscoridem, i. 18; et Plinium, 16.

913. Dioscor. i, 105: Κέδρος δένδρον ἐστὶ μέγα, ἐξ οὗ ἡ λεγομένη κεδρία συνάγεται· *Cedrus arbor magna est, ex qua cedria dicta colligitur.* Plinius, xxxiv: *Cedrus magna, quam cedrelatem vocant, dat picem, quæ cedria vocatur.* Hæc resina, quæ cedria a cæteris appellatur, est unguentum in Pisida. Vide Theophrastum, iii, 12, et v, 9.

915. Recte Pisida nardi virtutem in radice potius, quam in spica videtur collocare, dicens μυρίζων τὴν πόαν. Circa hujus plantæ varias species et usus medicos, vide Theophrastum, ix, 7; Dioscor. i, 6, et Comment. Matthioli, qui Plinium reprehendit quasi fabulosa narrantem.

D

917. Φοῖνιξ ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται· *Palma in Ægypto nascitur.* Diosc. i, 148 et seqq.: *Palma sola in spathis habet fructum racemis propendentem;* Plinius, xvi. Vide Theophrastum, ii, 81.

919. Mala citria, Græcis Medica, quod ex Media primum in Italiam fuerint advecta, bene per spinas, quibus muniuntur a cæteris malorum speciebus Pisida distinguit. Vid. Theophrast. iv, 4; Diosc. i, 166; et Plin. xii. Scite autem spinas αὐτοχάλκευτα ξίφη, *arma a natura fabricata* nuncupat.

921. Cod. 1126, τῶν φυτῶν ὅλων. Fructuum varietatem, quorum aliis durum, aliis molle et tenerum est integumentum, admiratur etiam sanctus Basilius, hom. 5, n. 8 *in Hex.* De eorum differentiis fuse Theophrastus in principio operis.

925. Cod. 1126, ἐμπαθής.

926. Si hoc Pisidæ poema mutilum dicendum

Digitized by Google

Δρόμους ἐνῆκεν ἀντιφάρμακον φόβου;
Τίς ταῦρον ἐκράτυνεν ὥσπερ ἐργάτην
Ἀροτριᾶν μέλλοντα; τίς τῶν ὀρνέων
930 Τὴν γλῶτταν ἐστόμωσεν ὀργάνου δίκην;
Ὡς καὶ νομίζειν τοὺς κενοὺς μυθογράφους,
Εἶναι παρ' αὐτοῖς γνωστικὴν ὁμιλίαν;
Πόθεν δὲ καὶ γρυψὶ εὐσθενὲς λαβὼν κράτος,
Καὶ βοῦν ἀνασπῶν ἐξ ἑτοίμων ἁρπάγων;
935 Καὶ πτηνὸς ἦρται, καὶ βαδίζει τετράπους;
Τίς τὰς καμήλους, καίπερ οὔσας ὀργίλους,
Ἔπεισε μητρὸς μὴ μιαίνεσθαι γάμῳ;
Καὶ κτῆνος οὕτω βράζον εἰς λάγνον πάθος,

A Πρὸς τὴν ἄθεσμον μίξιν ἐγκρατὲς μένον,
940 Πέρσας ἐλέγχει τοὺς θολοῦντας τὸν βίον;
Ποίους ὁρισμοὺς ἐκμαθὼν Ἱπποκράτους,
Τετρωμένος δίκταμνον ἐμφαγὼν τράγος,
Τὸν ἰὸν εὐθὺς τῶν βελῶν ἀποπτύει;
Ποῖος Γαληνὸς ἱεράκων τὴν νόσον
945 Ὀπῷ καθαίρει πικροφύλλων θριδάκων,
Ἀχλὺν δι' αὐτῶν ὀπτικὴν ἀποξέων;
Καὶ πάρδαλις μὲν λύθρον αἰγὸς ἀγρίου
Πίνει νοσοῦσα, καὶ καθαίρει τὴν νόσον.
Ὑγροῖς δὲ φύλλοις ἐκ δρυὸς καθαρσίου,
950 Χυμοὺς κάμηλος ἐξεμεῖ κεκαυμένους.

dorcadi, ut esset contra timorem remedium? Quis tauro, ut qui labores perferre, et terram aratro scindere deberet, tantam dedit virium firmitatem? Quis avium linguam tam concinne instar organi efformavit, ut vani fabulatores intellectualia inter se colloquia eos habere arbitrentur? Unde vero gryphus tantum roboris accepit, ut bovem repente abreptum unguibus sursum attollat? et quomodo idem et ales volat, et incedit quadrupes? Quis camelos quamvis furentes, cum matre ne coeant et

polluantur, persuasit? adeo ut hoc pecudum genus alioquin æstuans libidine, et tamen ab illicito se B temperans concubitu, Persarum incontinentiam, magnum vitæ dedecus, redarguat?

Quos aphorismos Hippocratis didicit caprea, ut saucia dictamnum edat, atque ita teli venenum exspuat? Quisnam Galenus, succo ex amaris lactucæ foliis expresso, accipitrum morbum sanat, et offusam oculis caliginem abradit? Sic etiam pardalis, cum ægrotat, silvestris capreæ cruorem bibit, et

NOTÆ.

sit; plura hic desiderari non gravate concederem. Verisimile enim non puto, tam pauca de plantis dixisse eum, qui de animalium proprietatibus tam abunde disserit. Quæ est Pisidæ nova argumenti materies, circa quam auctor tibi sum, ut legas sapientissimam Galeni Præfationem ad libros *De partibus corp. hum.* De leonum timore vide supra, v. 405. Quid autem notius, quam meticulosa damarum natura? attamen videsis Ælianum, *De nat. anim.* VII, 19, Περὶ δειλίας ζώων, *De timiditate animalium.* Cæterum dorcas non est proprie dama, sed capreæ montanæ species, ut ex descriptione Æliani IX, 14 patet. Oppianus etiam lib. II *De venat.* dorcadas a damis distinguit. Memini me legisse dorcadem a δέρκω, *acute inspicio*, esse dictam: unde ὀξυδερκία, et ὀξυδορκία.

930. De diversis avium sonis et vocibus vide Ælianum, VI, 19, et sanctum Basilium hom. VIII, 3 *in Hex.*

931. Æsopum notat. Fortasse etiam quosdam sui temporis ineptos philosophos irridet, qui colloquia inter se aves inire, sermonisque usum habere dicerent, ut inter hominem et bestiam nullum esse discrimen evincerent. Hujusmodi fabellas de Democrito narrat Plin. X, p. 571 edit. Hard. infol., et XXIX, 505. Sanctus Gregorius Nazianzen. orat. 34, volucrum harmoniam demiratus, æque ac Pisida eam sententiam de avium colloquiis videtur refellere: Ἐῶ γὰρ λέγειν τὰς βιαίους φωνὰς, καὶ ὅσα τέχναι σοφίζονται κατὰ τῆς ἀληθείας· *Mitto enim illas vi expressas voces, et quidquid artes adversus veritatem subtiliter comminiscuntur.* Fuere nonnulli qui dicerent Adamum in paradiso colloquia habuisse cum omnibus bestiis. Pseudo-Abdias ad lib. VI, id affirmat, nec ab eo videtur dissentire Michael Glycas, epist. 4.

933. Gryphum Indicum animal dicit Ælianus, IV, 27; Plinius fabulosum existimat. Eustathius in Hexaem. ait ἁρπάζειν τὸν λέοντα οὕτως εὐχερῶς, ὡς ἀετὸς παρ' ἡμῖν λαγῶνα, *tam facili negotio leonem arripere, quam apud nos aquila leporem.* In cod. 1126 est γύψ, *vultur*, de quo auctores similia narrant.

936. Sanctus Basilius camelos iram diu conservare, et injuriarum esse memores refert in hom. 8. n. 1 *in Hex.*

937. Ælian. III, 47, Œdipodem insectatus concludit: Οὐκ ἂν γοῦν ποτε μῆ τεκούσῃ ὁμιλήσαι κάμηλος, *camelus igitur cum matre nunquam* C *coit.*

940. Nefandam Persarum incontinentiam notat sanctus Justinus, *Orat. contra gent.* 28, et acrius etiam exagitat Clemens Alexand. *I Pædag.* 1, 7. Minimum igitur apud eos valuit Alexandri Magni auctoritas, qui teste Plutarcho, orat. 1 *De ejus fort.* p. 328, docuit Persas σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν, *ut matres venerarentur, non uxorum loco haberent.*

941. Aphorismorum Hippocratis librum commendat, de quo Suidas v. Ἱπποκρ. ait ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν σύνεσιν, *humanum superare ingenium.*

942. Dioscor. III, 37: Φασὶ δὲ καὶ τὰς αἶγας ἐν Κρήτῃ τοξευθεῖσας καὶ γευσθεῖσαν τὴν πόαν, ἐκβάλλειν τὰ τοξεύματα· *Aiunt et in Creta capras tela, quibus ictæ sunt, hujus herbæ pastu excutere.* Eumdem effectum præstare dictamnum damis et cervis dixere alii auctores. Vid. Ælianum, *Var. hist.* I, 10. Cod. 1126, pro ἐμφαγὸν habet ἐκφαγὸν, et D deinde pro τῶν βελῶν exhibet τῶν μελῶν.

944. Post Hippocratem merito laudat Galenum. Ælianus, *Hist. anim.* II, 43: Καμόντες τὴν ὄψιν ἱέρακες, εὐθὺ τῶν αἱμασιῶν καὶ τὴν ἀγρίαν θριδακίνην ἀνασπῶσι, καὶ τὸν ὀπὸν αὐτῆς πικρὸν ὄντα καὶ ὁρμὴν ὑπὲρ τῶν ὀφθαλμῶν αἰωροῦσι τῶν σφετέρων, καὶ λειβόμενον δέχονται, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ὑγίειαν ἐργάζεται· *Cum ex oculis laborant accipitres, illico ad sepes volant, et silvaticam lactucam evellunt, ejusque acerbum et acrem succum expressum suis oculis instillant, et hoc pacto sanitati restituuntur.*

947. Inter veteres auctores neminem inveni, qui de pardali, vel panthera idem narret, quod Pisida. Aldovrandus, *De quadrup. digit.* p. 76, testem adhibet Albertum Magnum. Cod. 1126, αἰγὸς ἀγρίας.

949. Neque de camelo, cujus est alioquin calida natura, quid simile scriptum ab aliis deprehendi.

Digitized by Google

Χλωρὰν δὲ τὴν ἄγρωστιν εἰ φάγει κύων,
Χολῆς μελαίνης ἐξερεύγεται πάθος.
Λύκοι δὲ τὴν γῆν, οἱ λαγοῖ δὲ κανθάρους,
Λέων πιθήκους, οἱ δὲ κύκνοι βατράχους,
Τράγοι δὲ τὴν ἄπεπτον ἀσκαμμωνίαν
Δειπνοῦντες, ἐκπτύουσι τὴν ἀπεψίαν·
Ἀσκληπιοῦ δὲ τοῦ νόθου θεοῦ δίχα,
Τρώγων πελαργὸς, οὐ νοσήσει, τοὺς ὄφεις.
Πόθεν κατώθλεψ πυρσὸν ἔμφυτον πνέων,
Ἐκ ῥινὸς ἐμφύσημα πυρφορουμένης,
Κάτω τὸ ῥεῦμα τῆς πυρᾶς ἀντιστρέφει·
Πόρρω δὲ πέμπει τὴν φορὰν, ὡς τοξότης,
Αἰτναίαν ὥσπερ καὶ κατάρρυτον φλόγα,
Δίκην κεραυνοῦ πυρσοβολῶν ἀτμίδα;
Εἰ μὴ δὲ θεσμὸν εἶχε συγκεκυφέναι,
Καὶ τῆς φλογὸς τὸ βράσμα συγκινεῖν κάτω,
Τὴν γῆν βαρύνειν εἶχέν ἂν τοῖς λειψάνοις.
Πόθεν δὲ τὰ προΐοντα τῶν ζώων γένη
Ἐκ τῶν δοκούντων μετρίων φαυλίζεται;
Καὶ πᾶς μὲν ἵππος σειρομάστιγα τρέμει,
Οἴστρῳ δὲ φεύγει ταῦρος ἐπτοημένος·
Φοβεῖ δὲ τὸν λέοντα τυπτηθεὶς κύων.
Ἡμᾶς δὲ κώνωψ εὐτελὴς διαστρέφει,
Δάκνων, προσαυλῶν, ἐξυπνίζων πολλάκις.
Καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι τὸ κράτος
Τὰ μικρὰ γρυλλίζοντα τῶν χοίρων βρέφη.
Καὶ μικρὸς ὗλλος ὑγροχέρσῳ θηρίῳ
Φθορὰν ἐφιστᾷ τῇ τομῇ τῶν ἡπάτων·

morbo liberatur. Sic et camelus humidis quercus foliis se purgat, atque inde siccos humores evomit. Canis vero si viride gramen comedat, atræ bilis affectionem depellit; atque ita lupi depascentes terram, lepores scarabæos, simias leo, ranas cycni, et crudam scammoniam hirci, quidquid non est coctum in stomacho, emittunt: ac sine Æsculapio fabuloso numine, si angues comedat ciconia, non ægrotat corpore.

Unde catoblepas insitam flammam efflans, et urentem nare spiritum effundens, ignita effluvia deorsum intorquet, et suum virus, quod Ætnæam ac fluidam flammam dicerés, instar sagittarii longe jaculatur, ac velut fulmen igneos vapores emittit: adeo ut nisi ea lex sit, ut prono incedát capite, et flammæ incendium deorsum movcat, terra circum premeretur cadaveribus? Unde autem, quæ cæteris præstant animalia, rebus ut nobis videtur modicis terrentur? Omnis quidem equus frenum et flagellum timet: œstro percitus taurus fugit: canis, qui senserit verbera, terret leonem: nos vero misere contorquet vilis culex, et morsu sibiloque sæpe excitat a somno: et elephantorum robur quatit porcorum recenter natorum grumitus.

Quid parvus hyllus? qui terra et aqua gaudentem belluam crocodilum exsectis intestinis interficit?

NOTÆ.

Quamvis non mirum hoc sit; potuit enim alios legisse Pisida præter Hippocratem, Galenum et Dioscoridem, cum pene innumeri antiquitus auctores exstiterint, qui de plantis et medicamentis scripserunt, quorum non tantum scripta, sed etiam nomina interciderunt, ut videre est in Galeno, lib. VI *De simpl. medic.* p. 144, qui nonnullos enumerat.

951. De canibus seipsos gramine purgantibus similia refert Ælianus, VIII, 9, qui agrostin, vel gramen vocat πόαν ἐν ταῖς αἰμασιαῖς φυομένην, *herbam in maceriis nascentem*. De lupis terram edentibus vide supra, v. 806. Leones cantharos, et cycnos ranas ad medelam comedere, quod sciam, nemo tradit. Leonibus autem ad reficiendas senio fractas vires esse remedium simiæ carnem affirmat Phile, *Hist. anim.* 65; sed Ælianus, *Var. hist.* I, 9, ad omnes morbos prodesse leoni simiam dicit: Λέοντα νοσοῦντα τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ὀνίνησιν· φάρμακον δέ ἐστιν αὐτῷ τῆς νόσου βρωθεὶς πίθηκος, *Ægrotanti leoni nihil aliarum rerum prodest; sed si comedat simiam, id ei morbi remedium exsistit.* De hirco silentium apud alios auctores. Scammoniam, de qua Dioscorides, IV, 171, ἄπεπτον, *crudam, non decoctam* hircos edere dicit Pisida. Perperam Morellius *difficilem* reddidit, putans poetam absinthio similem tribuisse scammoniæ qualitatem, cum hic tantum sit lusus verborum: miratur enim, ut scammonia cruda cruditatem depellat. Morellius suum errorem detexit in Comment. ad Hex. Basil., pag. 728.

957. *Æsculapium* falso irridet Clemens Alexand. *Cohort. ad gent.* pag. 25: Ἔχεις δὲ ἰατρὸν ἐν θεοῖς· ὁ δὲ ἰατρὸς φιλάργυρος ἦν, Ἀσκληπιὸς ὄνομα αὐτῷ· *Medicum etiam habes inter deos: is vero avarus erat, et nomen habuit Æsculapii.*

958. Ciconiam origani, non anguium comestione sanari narrant Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 7; Plinius, VIII, 41, et Ælianus, VI, 46. Vide Salmasium ad Solin. pag. 101, qui ciconias, ut ibes in Ægypto, quæ sunt πελαργῶδες ὄρνεον, serpentes venari censet; et ab his sæpe vulneratas origano sibi parare remedium.

959. De catoblepa, fera Libyca, similia habent Plinius, VIII, 32; Solinus, 30; Ælianus, VII, 5.

963. *Κατάρρυτον φλόγα* eleganter vocat ignitos torrentes, vulgo *la Lava*, qui ex Ætna et Vesuvio montibus erumpentes in subjectos campos delabuntur, ut nostris temporibus non semel contigit.

964. Melius πυρσοβάλλων, ut constet prosodiæ ratio.

966. Catoblepas ita dictus, quia semper, κάτω, *deorsum*, βλέπει, *aspicit*. Vide hujus belluæ descriptionem in Ælian. Cod. 1126 habet συντείνειν κάτω.

970. Res minimæ maximæ animalia terrent, ut equos frenum et flagellum. Pisida ingeniose unam ex duabus vocibus confecit σειρομάστιγα, nam σειρὰ hic est *frenum*, et *habenæ*, et μάστιξ, *scutica*. Œstrum, sive asilum in rabiem agere taurum notius est, quam dici oporteat. Vide Ælianum, VI, 37; Virgilius, *Georg.* III, 147:

Cui nomen asilo
Romanum est: œstron Graii vertere vocantes,
Asper, acerba sonans: quo tota exterrita silvis
Diffugiunt armenta.

De canibus metum incutientibus leonibus vide supra, v. 405, et de culice, v. 72. De elephantis autem horrentibus sues sic Ælianus, I, 38: Ὑῤῥωδεῖ ὁ ἐλέφας χοίρου βοήν, *suis grunnitu abhorret elephas*, item VIII, 28, et XVI, 36.

977. Similia his leguntur in Athenæo IX, 10, in Æliano VIII, 25, et X, 47, et in Salmasio ad Solin.,

Digitized by Google

Λάθρα γὰρ αὐτῷ προσβαλὼν κεχηνότι,
Διατρέχει τὰ σπλάγχνα, σωλῆνος δίκην,
Τερὸν δὲ κρυπτὴν ἐξ ὀπισθίου θύραν
Φονεὺς διαδρὰς οἴχεται σεσωσμένος.
Ἄλλη δέ τις πέφυκεν ὀρνέου φύσις,
Ἣ τοὺς ὀδόντας βόσκεται τοῦ θηρίου,
Καὶ τοῖς περιττοῖς ἑστιᾶται λειψάνοις·
Στοργὴν δὲ δεικνύουσα γενναίου φίλου,
Καὶ τῆς τραπέζης τὴν τροφὴν αἰδουμένη,
Ὅταν τὸν ὕλλον γειτνιῶντα προσβλέπῃ,
Κράζει, πτεροῦται, τοῖς ποσὶ περιτρέχει,
Κνήθει δὲ τοῖς ὄνυξι, καὶ πρὸ τοῦ φόνου
Κήρυξ ὀλέθρου γίνεται ζωηφόρος·
Καὶ τῶν τραπεζῶν ἐξελέγχει τοὺς φίλους,
Μὴ συμμαχοῦντας εἰς ἀνάγκην τοῖς φίλοις.
Ἐχρῆν γάρ, οἶμαι, τὰς ἐν ὀγκώσει φύσεις
Ἐκ τῶν ἀμυδρῶν συμμαχεῖσθαι σωμάτων·
Ὡς μή τις αὐτῶν τὰς ἐπάρσεις προσβλέπων,
Πάθοι λελῃθὼς δυσσεβεῖς ὑποψίας·
Ὃ καὶ πέπονθεν ἡ κατ' Αἴγυπτον μέθη,
Οὐ τοῖς μεγίστοις ἡπατημένη μόνον,
Ἀλλ' ἄχρι ψαύλων ἑρπετῶν καὶ θηρίων,
Τῆς δυσσεβείας ἐκπιοῦσα τὸν σάλον.
Οἷς καὶ μαθητεύσαντες Ἑβραῖοι πάλαι

clam enim in os hiantis irrepit, ejusque visceribus tanquam per tubum immissus peragratis, posticam ejusdem secretam partem secans, interfector fugit, et salvus evadit. Sed contra est avis cujusdam tam diversa natura, ut in ejusdem belluæ dentibus pascatur, et ex reliquiis, quæ ibi supersunt, convivetur: ut autem suæ sinceræ amicitiæ et ingenui amoris ei faciat fidem, et quanto in honore habeat cibum et mensam sibi paratam demonstret, ubi primum hyllum appropinquantem videt, obstrepit, alis plaudit, pedibus circumcursitat, scalpit unguibus, et ante necem fit imminentis cladis præco salutaris: atque ita mensarum amicos, cum opus est, amicis non auxiliantes redarguit. Ego vero necessarium puto fuisse, ut animalium naturæ, quæ mole corporis cæteris antecellunt, ab exilibus corpusculis opem sentirent; ne quis illorum proceritatem videns, et ista ignorans in impiam aliquam suspicionem caderet: quod temulentæ Ægypto contigit, quæ non modo maximis bestiis, sed vilibus etiam reptilibus et feris honorem decepta tribuit, ut totum impietatis salum exsorbuisse visa sit: quodque etiam Hebræis quondam evenit, qui ab Ægyptiis edocti, ipsorumque vitam in malis æmu-

NOTÆ.

pag. 317 et seqq., quem unum consulere satis est. Ichneumon a Græcis ita dictus ab ἰχνεύω, quod rostro suo prælongo quærat et investiget. Pisida ὕλλον *hyllum* vocat, unde Latine Dracontius apud Isidorum dixit *sullum*. Doctissimus Salmasius quasi diminutivum putavit esse τοῦ ὗς, *suis*, atque id nominis ichneumoni datum ob similitudinem quam habet rostri suilli. Quod Pisida refert hyllum, vel ichneumonem per posteriores partes crocodili evadere, confirmat ex Plinio Solinus 32, *quod ichneumon conspicatus penetrat belluam, populatisque vitalibus erosa exit alvo.* Ælianus, loc. cit., et Phile 76, dicunt ichneumonem non intus exedere, sed strangulare crocodilum, quem scite Pisida ὑδρόχερσον θηρίον, *monstrum terrestre et aquatile*, τὸ ἀμφίβιον vocat.

983. Avicula, de qua Noster loquitur, est trochilus. De ea Aristoteles, IX, 6; Ælianus, III, 11, et VIII, 25; Phile 75. Liceat Plinii VIII, 37, verba referre: *Hunc* crocodilum *saturum cibo piscium, et semper esculento ore, in littore somno datum, parva avis, quæ trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum putuli gratia, os primum ejus assultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc scatendi dulcedinem, quam maxime hiantes: in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, ut telum aliquod immissus erodit alvum.* Vide Salmasium ad Solin. pag. 315, disertissime hæc omnia explicantem.

992. Compotorum et coepulonum greges, qui se divitum amicos faciunt, suggillat. Celebris est sententia:

Πολλοὶ τραπέζης, οὐχ ἀληθείας φίλοι.
Multi sunt mensæ, non veritatis amici.

994. Infinitum esset, si de idololatriæ origine et propagatione quid dicere velimus. Confer Eusebium, *De præp. Evang.*, qui totus in eo est, ut gentium stultitiam evincat, ac si plura adhuc aves, vide Patres, et commentatores in cap. XX Exodi. Porro adeo superstitio dementavit hominum ingenia, ut non modo cœlestia, puta lunam, solem et stellas, sed etiam quaslibet res inferiores, ob commoda vel beneficia ab illis accepta, cultus honore prosequerentur. Hinc mare, venti, tellus, homines, crocodili, angues, canes, etc., inter deos relati.

997. Quid intelligat Pisida apertum est. Quod tamen Virgilius, *Georg.* IV, vers. 219, de apibus dixit, rem facit clariorem:

His quidam signis, atque hæc exempla secuti
Esse apibus partem divinæ mentis, et haustus
Æthereos dixere.

998. Ægyptiorum dementia in tota natura deificanda merito ipsis ethnicis ludibrio fuit. Decantatissimi sunt Juvenalis versus sat. XV:

Quis nescit, Volusi Bithyniee, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat,
Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus Ibim.....
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum et cepe nefas violare, et frangere morsu.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina!

Sic etiam Cicero, *Tusc. quæst.* V, Ægyptiorum mentes pravitatis erroribus imbutas damnavit, et Maximus Tyrius, dissert. 38, eorum consuetudinem, qui bovem, avem, et hircum colerent, se ferre minime posse pronuntiavit. De Ægyptiorum superstitionibus vide Joan. Clerici Comment. in Exod. cap. XX, Melchi Leidekkeri, *De republ. Hebr.* cap. 4, et dissertationes quas doctissimus Calmetius XII minoribus prophetis legendas præmisit.

1002. Non præcepta, non minæ tanti fuerunt, ut Hebræos cohiberent, ne Ægyptiacis idolorum abominationibus polluerentur, aut saltem e captivitate educti superstitiones, quibus assueverant, dimitterent; secum enim illas in desertum, et in ipsam terram promissionis asportarunt. Confer cap. XX Ezechielis, quod quamdam veluti historiam Israeliticæ perfidiæ et impietatis videtur continere.

Digitized by Google

Τὸν αὐτὸν ἐζήλωσαν ἐν κακοῖς βίον,
Καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν κτίσιν.
Τίς καὶ τὰ κήτη τῆς θαλάσσης τοὺς λόφους
Ἐν ταῖς ἐρήμοις τῆς ἀβύσσου συλλέγει·
Μήπως; ἐπεισφρήσαντα ταῖς λεωφόροις
Ὀδοστατήσει καὶ ταράξει τὰ σκάφη;
Καὶ τίς τὸν ἰχθὺν τὸν βραχὺν τὸν ναυκράτην
Ποιεῖ τρεχουσῶν ὁλκάδων ἀντιστάτην,
Καὶ πλωτὸν εὐόλισθον ἀναίρει στόλον,
Καὶ ταῖς πνεούσαις ἀντιτάττεται βίαις;
Πτέρυξ γὰρ αὐτὸν πρὸς τὰ τοῦ στέρνου μέσα,
Κυκλοῖ περιπτύξασα κυμβάλου δίκην·
Ἦν ταῖς θεούσαις ἀντερείδων ὁλκάσιν,
Ἱστᾷ τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ῥεῦμα, κἂν τρέχῃ,
Καὶ κυρτὸν ἁρπὸν ἀντεπικλᾷ τῷ σώλῳ·
Ἕως μαχαίραις ἢ ξυροῖς τεθηγμένοις
Τέμῃ τὸν ἰχθὺν τεχνικὸς βυθοδρόμος,
Ἀλσί τε τοῦτον ἐμβαλὼν ἐξικμάσοι·
Καὶ γίνεται κλεὶς μητρικῶν σπαραγμάτων,
Ὅτε σφαδάζει καὶ προπηδῆσαι θέλει,
Καὶ τοῖς ἁλίσθοις ἐκραγῆναι τὸ βρέφος.
Πόθεν δὲ διττοὺς, ὥσπερ ἡ τρυγὼν, γάμους
Τοῦ πορφυρίωνος ἡ φύσις βδελύττεται;
Ὃς καὶ παρ' ἡμῖν εἰ σκοπῆσοι μαχλάδα,
Λιμῷ τὸ σῶμα τήκεται τεθλιμμένος
Θέλων δὲ μηδὲ τὴν θέαν βλέπειν,
Λάλῳ σιωπῇ σωφρονίζει τὸν βίον,
Τίς τεκνοποιεῖν δεικνύει τὴν ἔγχελυν

lati, res creatas omnes, ne musca quidem excepta, deificarunt.

Ecquis cete immania, maris portenta, in desertis abyssi congregat, ne si forte emergerent, et qua patet gentibus iter, prosilirent, navium cursum aut impediant, aut turbent? Quis remoram, parvum admodum pisciculum, talem præstitit, ut currentibus navigiis obsistat, et cito præterlabentem per æquor classem distrahat, et spirantibus ventis opponatur? Pinna enim, quam media parte pectoris gerit, velut cymbalum, circumagitur ac volvitur, donec in properantes naves illam infigit, ac tum ventos et maris fluxum, ruant licet, sistit, tumentesque undas undis refractas compescit; donec peritus urinator ense aut cultro acuto piscem secet, et in salem conjectum exsiccet: tunc enim matribus utero laborantibus inservit, et ad uteri convulsionis fit quædam clavis, cum intus exsultat, et exsilire contendit, atque ex lubrico erumpere nititur fetus. Unde porphyrio, ut columba, secundas nuptias aversatur? atque adeo est pudicus, ut si scortum apud nos viderit, fame confectus toto corpore contabescat, cumque fœdum spectaculum nolit videre, silet, silensque satis diserte vitam impudicam reprehendit? Quis procreandi modum anguillæ ostendit, quæ cum matrice careat, et expers sit seminis,

NOTÆ.

1004. Intelliges Pisidam notare idolum Beelzebub, scilicet *Deum Muscam*, qui a Philistæis in Accaronis civitate colebatur, et quem rex Ochozias, ut est in lib. IV Reg. 1, 2 et 16, de languore corporis misit consulendum, indignante Elia. S. Philastrius Brixiensis, *De hær.* 15, Muscaccaronitarum sectam inter Judæos fuisse narrat. Vide Calmetii Dissertationem libris Regum præpositam *De diis Philistinorum*, et Seldenum *De diis Syriis*, syntagm. II, cap. 6.

1005. Vide Ælianum, IV, 44, qui Pisidæ consentit. Sanctus Basilius item homil. 7, n. 4 *in Hex.*: Οἶδε τὰ κήτη τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν, τὴν ἔξω τῶν οἰκουμένων χωρίων κατεῖληφε θάλασσαν, τὴν ἐρήμην νήσων . . . . . μένει ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις, μήτε ταῖς νήσοις, μήτε ταῖς παραλίοις πόλεσι λυμαινόμενα· *Norunt cete vivendi genus sibi a natura constitutum: occupant id mare, quod ultra habitabiles plagas situm, insulis caret: . . . . . manent intra proprios terminos, neque insulas, neque urbes maritimas infestant.*

1008. Cod. 1126. ὀδοστατήσῃ καὶ ταράξῃ.

1009. Ναυκράτην a κρατεῖν ναῦν, itemque Ἐχενῆϊδα ab ἔχειν ναῦν, *quod naves distineat*, tradunt auctores a Græcis esse dictum hunc pisciculum, quem idcirco etiam Romani *remoram* appellarunt. Quis ex antiquis scriptoribus fabellam hanc non venditavit, aut non confirmavit? Arist. II, 14, de ea non videtur dubitare. Ælianus, II, 17, tanquam rem indubiam exponit. Plinius, in princ. lib. XXXII, argumentum inde petit, ut occultam naturæ potentiam probet. Sanctus Basilius, hom. 7, n. 6; in Comment. in Hex. pag. 20; Isidorus, lib. I, 2; Phile 93, et alii plures similia, ac Pisida narrant. Solus Plutarchus, quod sciam, sympos. II, quæst. 7, vulgi sententiam respuit, et veram rei causam assignat.

1013. Aristoteles, loc. cit. Τοῦτο ἰχθύδιον ἔνιοί φασιν ἔχειν πόδας, οὐκ ἔχον· ἀλλὰ φαίνεται, διὰ τὸ τὰς πτέρυγας ὁμοίας ἔχειν τοῖς ποσί· *Piscículus iste a nonnullis pedes habere dictus est, quos non habet. Videri tamen id potuit, quod pinnas habeat pedibus similes.*

1014. Cod. 1126 περιπτύσσουσα.

1017. *Quid enim violentius mari, ventisque, et turbinibus, et procellis? . . . . Addatur et his reciproci æstus inenarrabilis vis, versumque totum mare in flumen. Tamen omnia hæc pariterque eodem impellentia unus ac parvus admodum pisciculus echeneis appellatus in se tenet.* Plinius, *loc. cit.*

1020. *Mirum! e Græcis alii lubricos partus, atque procidentes contineri ad maturitatem alligato eo prodiderunt: alii sale asservatum alligatumque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odinolytem appellari.* Plinius, *ibid.* lib. IX, 41, cum Aristotele convenit, qui *loc. cit.* dicit *ad judiciorum causas, et ad amatoria veneficia esse utilem.* Καὶ χρῶνταί τινες αὐτῷ πρὸς δίκας καὶ φίλτρα. Cod. 1126 habet συμβιλῶν.

1024. Sanctus Basilius, homil. 8, 6, et Clemens Alex. *Pædag.* lib. I, pag. 106, turturum, et columbarum pudicitiam laudant. Eodem modo Ælianus III, 44, qui de Porphyrione, ibid. 42, hæc præmiserat: Ζηλότυπος δέ ἐστιν ἰσχυρῶς, καὶ τὰς ἀνάνδρους τῶν γυναικῶν παραφυλάττει, καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχεύεσθαι τῆς οἰκίας τὴν δεσπότιν, ἀπάγχει ἑαυτόν· *Acerrima rivalitate laborat, et mulieres, quæ suis sine viro observat: quod si matremfamilias adulterium committere cognoverit, seipsum strangulat.* Cod. 1126 θέαν ἔχειν.

1029. Anacreon. od. 29, v. 26, vult, ut cera, qua Bathyllus erat exprimendus:

Ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ
Silens loquatur.

1030. De anguillis omnes scriptores Aristotelem videntur secuti, qui IV, II, sic ait: Ἔγχελυς οὔτε

Digitized by Google

Ἄμητρον οὖσαν καὶ σπορᾶς ἀλλοτρίαν;
Ἢ τῶν ἑαυτῆς ἀντιπλεύρων ξυσμάτων
Τὰ τμήματα σπείρουσα πετραίοις πάγοις,
Φύει τὰ τέκνα τῇ κυήσει τῇ ξένῃ,
Καὶ πλευρομήτρα γίνεται θαλαττία;
Καὶ μὴ λαλοῦσα δογματίζει τῇ φύσει,
Ὡς οὐδὲν ἐξήμαρτε Μωσῆς, εἰ λέγει,
Πλευρὰν γενέσθαι τοῦ βίου λοχεύτριαν;
Οὐ συγχύσεις γὰρ ἐγκαλεῖν ἀσυμφόρους
Τῷ συντελεστῇ τῶν ἀμηχάνων θέμις·
Ὑμνητέον δὲ μᾶλλον αὐτὸν, ἡνίκα
Ἐκ τῶν παρὰ φύσιν δημιουργεῖ τὴν φύσιν·
Καὶ τοῦτο ποιεῖ δεῖγμα τῆς ἐξουσίας,
Ἄὐλος ὢν ἔνυλον εἰ κτίζει φύσιν,
Καὶ τρεπτὸς οὐκ ὢν τρεπτὸν εἰ ποιεῖ βίον.
Τίς ἐνδιδύσκει τὴν χελώνην ὀστράκῳ,
Καὶ τὴν ταπεινόσωμον ἐστεγασμένην
Δείκνυσιν ἐντὸς οἰκίας φορουμένην;
Τίς ἐμφυτεύσας τῷ διαυγεῖ λαμπύρῳ
Σπινθῆρα λευκὸν, ἑρπετὸν ποιεῖ σέλας,
Τὸν αὐτὸν ἑρπεῖν καὶ πτεροῦσθαι θεσπίσας;
Ποίαις δὲ πηγαῖς, ἢ βυθοῖς κεκρυμμένοις
Δρᾷ σαλαμάνδρα τὰς καμίνους αἰθάλην;
Τίς ἐντέθηκε τοῖς πυρεκγόνοις φρένας,
Διάκρισίν τε τοῦ μαθεῖν τὸ συμφέρον;
Ἐκ τῆς ῥοπῆς γὰρ τοῦ πυρὸς παρηγμένοι

quædam strigmenta utrinque e suis lateribus abrasa inter lapidosos scopulos seminat, atque hoc inusitato conceptionis modo filios producit, et fit marina lateripara? Siquidem etiamsi anguilla non sit natura ad loquendum comparata, aperte tamen testatur Mosen non errasse, cum dixit costam fuisse vitæ parentem. Impium enim esset eum, qui quæ fieri non posse videntur facit, tanquam inutiles miscentem confusiones, reprehendere; cum contra summis potius laudibus sit efferendus, quod ex contrariis naturæ naturam creat. Quippe hoc adhuc suæ potentiæ signum præbere nobis voluit; cum enim ipse sit immaterialis materialem naturam creat, cumque mutabilis non sit, mutabiles ac varias vivendi rationes facit.

Quis testa induit testudinem, et inclusum exile corpus docuit intra suam domum circumferre? Quis relucenti lampyro candidam quamdam indidit scintillam? Quis facit reptilem lucem, vel ut idem animal repat, et volet? Quibus autem fontibus, aut quibus abditis gurgitibus salamandra, ardentes caminos in fuliginem resolvit? Quis pyrigonis tantum

NOTÆ.

ἄρρεν ἐστὶν, οὔτε θῆλυ, οὐδὲ γεννᾷ ἐξ αὐτῆς οὐδέν· *Anguilla neque mas, neque femina, neque ex se quidquam procreat.* Et lib. VI, 14: Θορὸν δὲ πάντες ἔχουσιν οἱ ἄρρενες, πλὴν ἐγχέλυος· αὐτὴ δὲ οὔτε θορὸν, οὔτε ὠόν· *Habent mares omnes semen, præter anguillam, quæ neutrum neque semen, neque orum sortita est.* Quomodo autem fieri censeat anguillarum procreationem tradit, lib. VI, 16, ex putri autem oriri decernens. Vide Casauboni Comment. cap. 13, ad lib. VII Athenæi, sanctus Basilius, hom. 9, n. 2, Philosophi sententiam amplexus est.

1032. Plinius paucis verbis rem clarius expressit, IX, 74: *Anguillæ atterunt se scopulis: ea strigmenta vivescunt: nec alia est earum procreatio.*

1035. Πλευρομήτρα θαλαττία, est lusus in voce πλευρὸν *latus*, et πλευρὰ *costa*, quem fortasse non satis bene expressimus, quamvis Pisida quid intelligeret, inferius declaraverit, innuens illud Gen. II, 21: *Immisit Deus soporem in Adam, ... tulitque unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam . . . . in mulierem*, etc. Ita Pisida eorum omnium sententiam refutat, qui post Philonem, *Alleg. legis*, lib. III, Mosaicam historiam de costa, quam tulit Deus ab Adam, vel allegorice intelligendam vel physice interpretandam esse somniarunt. Cod. 1126 πλευρομήτωρ.

1038. In eodem cod. γενέσθαι τοῦ γένους.

1039. Aristoteles, *Hist. anim.* V, 1, et qui ab eo sunt profecti, duas esse animalium, ut stirpium, generationes dixerunt, ex semine, vel ex ovo, et ex putri. Epicurei, et qui divinam providentiam negabant, cum generationem ex putri, et alia quamplurima non intelligerent, ad concursum fortuitum atomorum confugerunt; et Deum a cura mundi liberarunt, quem alioquin inutilia, ut ipsis quidem videbatur, et noxia multa condidisse, et confusiones in mundo excitasse putabant. Blasphemiam execratus Pisida Dei potentiam in tanta rerum varietate magis elucentem adorandam esse demonstrat. Quid si nostris certe felicioribus sæculis poeta vixisset, et post illa duo Italiæ lumina, et philosophiæ ornamenta maxima, redium, vallisnerium, quorum vestigia studiose postea presserunt aliarum gentium clarissimi viri, nihil nisi ex ovo, et semine oriri experientia duce, et magistra didicisset?

1046. De testudine Aristoteles, VIII, 2; Plinius, IX, 12, et alibi.

1049. Qui lampyrus est Pisidæ, cicindela est Latinis. Communius apud Græcos lampyrides, Plinius, VIII, 66: *Signum*, inquit, *maturitatis hordei lucentes vespere per arva cicindelæ: ita appellant rustici stellantes volatus: Græci vero lampyridas.* Et IX, 34, varia insectorum genera describens ait: *Lucent ignium modo noctu, laterum, et clunium colore lampyrides:* ubi videtur Plinius expressisse vim nominis cicindelis datum ab Aristotele IV, 1, qui eas a fulgore clunium πυγολαμπίδες vocavit.

1050. Cod. 1126 pro ἑρπετὸν habet ἄσπετον.

1052. Aristoteles V, 19. Ἡ σαλαμάνδρα . . . . . ὡς φασι διὰ τοῦ πυρὸς βαδίζουσα κατασβέννυσι τὸ πῦρ. *Salamandra, ... ut aiunt, ignem inambulans per eum exstinguit.* Plinius, XXIX, 23, fabellam non probat; Ælianus II, 31, ratiunculis confirmat. Pisidam imitatus est Phile XVI.

1054. Cod. 1126 τίς ἐντέθεικε. Pyraustæ ab Aristotele V, 19, nullo proprio nomine donantur. Plinius XI, 42. Aristotelem vertit, nisi quod hujusmodi animalcula *pyrales*, et *pyraustas* vocari dicit. Ælianus II, 2, et Phile XVI, *pyrigonos* vocant. Aristoteles et Plinius aiunt eos in igne ambulare, et vivere. Ælianus et Phile ex igne esse generatos affirmant: a quorum sententia non discedit Seneca, qui *Natur. Quæst.* V, 6. *Quod videri*, inquit, *non potest simile veri, sed tamen verum est, animalia igne generantur.* Pisida ea de re non dubitans πυρεκγόνους, quasi *ex igne genitas* diceret, vocavit. Julius Scaliger *Exercit.* CXCIII, 4, *de subtil.*, acriter, ut solet, carpit Cardanum, quod pyraustas irriserit. Vide Salmasium *in Solin.* IX, pag. 125.

Digitized by Google

Περιτρέχουσιν, ὡς νεοττοὶ, τὴν φλόγα
Θηλὴν ἔχοντες, καὶ τροφὴν τὴν λαμπάδα,
Καὶ τὴν ἑαυτῶν πυρφόρον μαιεύτριαν
Ἀεὶ ποθοῦσι· καὶ τὸ παμφάγον στόμα
Μόνον παρ' αὐτοῖς γίνεται ζωοτρόφον.
Τίς τεκνοποιοὺς δεικνύει τοὺς κανθάρους,
Τῶν πρὸς τὸ τίκτειν οὐκ ἐχόντων ὀργάνων;
Οἱ συλλεγέντες κόπρον ἠμελημένην,
Σφαιροῦσιν αὐτὴν εἰσβαλόντος ἡλίου,
Ἕως πυρωθεὶς τῶν κυλίνδρων ὁ στρόφος,
Ἐγκυμονήσει τὴν σποράν τῇ κοπρίᾳ
Οὕτως τὸ λοιπὸν ἐξ ἀμήτορος τόκου
Γονὴν νεουργήσουσιν ὠδῖνος ξένην.
Ἅπερ παρελθὼν ὁ θρασὺς μυθογράφος·

A Τῷ Πορφυρίῳ γλῶσσα μὲν τεθηγμένη,
Γνώμης δὲ φύσις ἀστατεῖν εἰθισμένη·
Μύθοις ἐπεσκίρτησεν ἠπατημένοις,
Λειμῶνας εὑρὼν, καὶ θερίζων τὰς βάτους·
Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ταῦτα μᾶλλον θαυμάσαι,
Καὶ παγκρατὲς τὸ θεῖον ὑμνῆσαι κράτος,
Πῶς καὶ δι' αὐτῶν ἔρχεται τῶν ἐσχάτων.
Καὶ μὴ Θεοῦ μίμημα τολμῆσαι λέγειν,
Τοὺς κοπρομόχθους, καὶ δυσώδεις κανθάρους
Ἐφ' οἷς δοκοῦσιν ἐκ ποδῶν ἀντιστρόφων,
Τὴν σφαιροειδῆ κόπρον ἀντισυστρέφειν,
Καὶ πρᾶγμα ποιεῖν τῶν ἄνω κυλισμάτων,
Καὶ σχηματουργεῖν οὐρανοὺς ἐκ κοπρίας.
Ὦ νοῦς ἀμυδρὸς, ὦ θρασύστομος βία

mentis indidit atque judicii, ut quod sit ipsis utile dignoscant? namque in momento ab igne producti cursitant, ut pulli, ad mammam, quæ ipsis est flamma; et ad alimentum, quod est ignis: atque ita cum semper suam igniferam obstetricem appetant, illud evenit, ut quod rerum omnium est vorago, fiat ipsis alimentum vitæ. Quis procreandi modum ostendit cantharis, cum ipsis desint instrumenta ad pariendum accommodata? qui vilissimum stercus colligentes, ipsum sole irradiante sphæricam in figuram conformant; usquedum rotundatæ pilæ inflammantur, et quasi concoctæ in sterquilinio fecundantur: ac tum demum edito sine matre partu, ea ratione prolem illi renovant, nec uteri sentiunt

B dolores. Quæ quidem audax ille fabulator Porphyrius tacitus præteriens (nam lingua ei sane erat acuta, sed ingenium ex consuetudine semper varium) ad fabulas plenas fallaciis confugit, et cum prata offendisset, sentes et spinas ex ipsis maluit, quam flores, colligere. Hæc enim ipsa potius admirari ille debuisset, et summam Dei omnipotentiam laudare, quæ usque ad hæc infima descenderit: nunquam autem tantum audere, ut in stercore laborantes, ac fetidos scarabæos Deum imitari diceret, atque (eo quia aversis pedibus, et contrariam in partem fimum provolvere, et conglobare cernantur), in supernorum orbium opere ipsos versari, et cœlorum fabricam in stercore repræsentari as-

NOTÆ.

1060. Recte quidem, cum omnes post Aristotelem affirment pyraustas in igne vivere. Ælianus *loc. cit.* Καὶ τὸ ἔτι θαῦμα, ὅταν ἔξω τοῦ πυρὸς τοῦ συντρόφου ἐκνεύσωσι, καὶ ἀέρος ψυχροῦ μεταλάβωσιν, ἐνταῦθα δὲ τεθνήκασι. *Illud item admirationem excitat, cum ex igne nutricio egrediuntur, et frigidum aerem attingunt, statim emoriuntur.*

1062. Scarabæorum plura sunt genera. Hic agitur de *pilulariis*, quos ita describit Aristoteles v, 19. Οἱ δὲ κάνθαροι, ἣν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. *Scarabæi in fimo, quem volvunt, conduntur per hiemem, et parvos vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreuntur.* Plinius, xi, 34, idem pene totidem verbis expressit. Sanctus Epiphanius *in Ancor.* num. 85, et Ælianus x, 15 a Pisida non dissentiunt.

1063. Scilicet cum sint expertes feminei sexus. Ælianus, ibid. ὁ κάνθαρος ἄθηλυ ζῷόν ἐστι.

1065. Idem ibid. Σπείρει εἰς τὴν σφαῖραν ἣν κυλίει, *in fimi pilam semen emittit.*

1071. De Porphyrio Christi hoste, et veritatis calumniatore nonnulla in prolegomenis attigimus. Qui plura velit, adeat eruditissimam Lucæ Holstenii dissertationem, *De ejus vita et scriptis.* Pisida ipsum carpit, eo quia, lib. iv, 9, Περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, cum odio Christianorum ad suum Theurgicum systema firmandum jam multa effutisset, ita de scarabæis impie pronuntiavit: Κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς βδελυχθείη ἄν, ἀγνώμων ὑπάρχων τῶν θείων. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα ἡλίου ἔμψυχον· κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄῤῥην, καὶ ἀφιεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσίν· ὡς ἥλιος οὐρανόν· καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται εἰκοσιοκτὼ, σεληνιακήν· *Rudis quidem, ac rerum divinarum imperitus scarabæum certe abominatur. Ægyptii autem coluerunt, ut vivam solis imaginem. Scarabæus enim omnis masculus est, et semen in cœnum immissum, ac sphæricam in figuram conformatum postremis pedibus in aversam partem convolvit, solis in cœlo motum æmulatus, et integram lunæ dierum viginti octo conversionem expectat.* Sic etiam Horus Apollo, i, 10, Porphyrii verba, et sententiam retulit ac confutavit Eusebius, *Præp. Evang.* iii, 4 et 13, quem vide. Consentientia autem iis, quæ innuit Pisida circa scarabæos, solem apud Ægyptios repræsentantes, habet Suidas in κάνθαρος. Vid. Plutarchum, *De Iside, et Os.* pag. 355; Clementem Alex. *Strom.* v, pag. 657; Eustathium, in Hexaem. pag. 44, Plinium, xxx, 30; et Salmasium, *Ad Solin.* pag. 311; cod. 1126. Ἅπερ λελῃθὼς, et in versu sequenti τῷ Πορφυρίῳ γάρ.

1079. Quid Porphyrius in superioribus verbis intellexerit, et qua ratione Pisida ipsum reprehenderit, ex Horo Apolline demonstrare prorsus est necessarium. Μονογενὲς δηλοῦντες, ἢ γένεσιν, ἢ πατέρα, ἢ κόσμον, ἢ ἄνδρα· κάνθαρον ζωγραφοῦσι . . . ἐπειδὴν ὁ ἄρσην βούληται παιδοποιήσασθαι, βολὸς ἀφόδευμα λαβὼν, πλάσσει σφαιροειδὲς, παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα· ὃ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν, αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει· ἵνα ἐπιδῷ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα . . . . γένεσιν δὲ κ. τ. λ. *Unigenitum significantes, aut ortum, aut patrem, aut mundum scarabæum Ægyptii fingunt. Cum mas sobolem procreare vult, bovis fimum nactus globulum ex eo ejusdem cum mundo figuræ fingit, quem ubi ab ortu ad occasum aversis pedibus voluerit, ipse rursum, ut orbi persimilem figuram edat, atque exprimat, in ortum convertitur . . . . Ortum autem significant,* etc. Proportionem, quæ inter scarabæum, et planetarum principem intercedit, ulterius expressit Ruelius, lib. i *De stirp. nat.*

Digitized by Google

Εἰ τῷ Θεῷ μὲν εἷς ὑφεστήκει πόλος.
Τῷ καυθάρῳ δὲ γίνεται καθ' ἡμέραν.
Τίς ἀσπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ,
Φυλῆς παρ' αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄρρενος
Σκιὰν προδεικνὺς γνωστικῆς ἀφθεγξίας ;
Οἳ τοῦ γάλακτος ἐμφραγέντων τῶν πόρων·
Μόνοι γὰρ ἐμβλύζουσιν ὀρνίθων γάλα·
Τὸν μηρὸν ἐκτεμόντες ἡματωμένοις
Γάλακτος ὁλκοῖς ζωπυροῦσι τὰ βρέφη.

Καί μοι δοκεῖ τὸν γῦπα σεμνῦναι πλέον,
Τῇ συμπαθείᾳ τῆς γονῆς τετμημένον,
Ἢ τὸν μέγιστον εἰς ἀσέλγειαν Δία,
Τμηθέντα μηρὸν εἰς γονὴν ὁλεθρίαν.
Τίς τῶν πελεκάνων ἀντὶ λόγχης τὸ στόμα,
Ξένοις διωργάνωσε μακρακοντίοις,
Καὶ χάσμα τούτοις ἐξανοίγει παμφάγον
Πρὸς τὰς ἁπλήστους ἁρπαγὰς τῶν ἰχθύων ;
Ποίᾳ δὲ δεινότητι τὰς κόγχας, ὅταν

sereret. O mentis cæcitatem! o oris insanam audaciam! scilicet unum tantum cœlum est a Deo in rerum natura productum, at scarabæus novum procreat quotidie.

Quis satos sine semine vultures educit in lucem, cum marium non sit inter ipsos genus? ut ineffabilis comprehensionis quoddam specimen et levem quamdam umbram proderet? Quippe cum lactis alveos occlusos ipsi gerant (lac enim soli inter aves effundunt), sibi femur scindunt, et sanguineo lactis defluxu fetus suos refocillant. Quare major, ut mihi videtur, habenda est veneratio vulturi prolis suæ commiseratione seipsum dissecanti, quam Jovi, lascivia quidem maximo, qui prolem daturus mundo exitialem sibi femur abscidit. Quis pelicanis instar lanceæ os conformavit, et longis novi generis spiculis instruxit? Quis omnivoras eorum fauces ad inexpletas piscium rapinas tanto hiatu diducit?

NOTÆ.

1087. Ælianus, II, 46 : Γῦπα ἄρρενα οὐ φασι γενέσθαι ποτὲ, ἀλλὰ θηλείας ἁπάσας· *Vulturem marem nunquam extitisse dicunt.*

1089. Cod. 1126, μυστικῆς. Mysterium sanctæ Trinitatis intelligit, ac præsertim divinam ante omne tempus Filii ex Patre æterno generationem, ejusque in tempore incarnationem tacitus innuit : quæ quidem dogmata ne in vulgus exirent, et ethnicis revelarentur, cautum est ab antiquis Christianis. Idcirco fortasse Pisida vultures dedisse dicit γνωστικῆς ἀφθεγξίας σκιὰν *ineffabilis comprehensionis umbram*, ut etiam hanc veterem Arcani disciplinam commendaret, de qua videndus Emmanuel a Schelstrate in libro de hoc argumento edito, et in eruditione ecclesiastica vir eximius P. Thomas Mamachius, *Antiquit. Christ.* tom. I, pag. 113 et seqq. Quæ conjectura forsan non videbitur sapientibus viris omnino contemnenda, si animadverterint Pisidam in ea incidisse tempora, quibus tot profani ac scelesti viri de Trinitate, et incarnatione Christi pro lubitu quisque suo quæstiones moverent, et Ecclesia in toto Oriente a Persis miserrime afflicta novas sibi ac maximas a Mahumedanis calamitates profanationesque impendere sentiret. Equidem scio argumentum a vulturum partu petitum ad Deiparæ Virginis partum significandum traductum a Patribus fuisse communius. Sed aliud hic agere Pisidam perspicuum est ; nam infra v. 1138, ad beatæ Virginis conceptionem probandam iterum revocat vultures ; quod erit observandum. Cæterum, quæ vulgo de his alitibus traduntur, videlicet eos neque nidificare, neque coire, aperte refellit Albertus M. tom. VI, pag. 646, asserens eos in montibus Wormatiæ, et nidos habere, et inter se commisceri. Certe Aristoteles, *De mirab. auscult.* pag. 1155, refert vulturum steriles esse fetus, sed *Hist. anim.* IV, 5, Alberto M. favet dicens : Τὸ δέ ἐστι, χαλεπὸν ἰδεῖν· ὦπται δ' ὅμως. *Quanquam difficile sit ejus alitis nidum videre, tamen visus est.* Atque hic antequam ultra progrediamur, animadvertas velim Pisidam, nunc primum ex animalium proprietatibus sensus mysticos et morales elicere. Nec plane ei vitio dandum, quod rebus dubiis, aut falsis innixus id fecerit : fabellas enim, tum ille, tum alii scriptores ecclesiastici secuti sunt, quas ipsi profani auctores venditabant suis. Testis Ælianus, qui non semel animalium dubias qualitates ad mores hominum vel æstimandos, vel corrigendos transfert. Celebris autem hac in re est liber, qui Physiologus inscribitur, quem, si vacat, conferas. Exstat autem in tom. II Operum sancti Epiphanii pag. 189, cui perperam esse tributum agnovit, qui primus hoc opusculum in lucem protulit Consalvus Ponce de Leon, Romæ 1587.

1090. Hanc vulturum φιλοστοργίαν, aut pietatem in pullos descripsit Horus Apollo, I, 11. Recte Pisida vulturum id esse proprium dicit quod alii scriptores ad pelicanos male transtulerunt, ut observavit Bochartus, *Hieroz.* part. post. II, 27.

1091. Hoc adjecit de suo Pisida. Horus Apollo sanguinem non lac e suo femore educere vulturem dicit, τὸν ἑαυτῆς μηρὸν ἀνατεμοῦσα, παρέχει τοῖς τέκνοις τοῦ αἵματος μεταλαμβάνειν· *Proprio exsecto femore, sugendum eis exhibet sanguinem.* Sed noster, opinor, lactis nomine sanguinem designat, quod lactis vice in alimentum pullis præbere tur.

1093. *Ζωπυροῦσι.* Vertere possis *recreant*, et *vitæ restituunt.* Fieri enim posset Pisidam hic ad resurrectionem e mortuis evincendam hoc dixisse : cum supra memoratus Physiologus, qui vulturis pietatem pelicano tribuit, dicat eum super mortuorum pullorum vulnera sanguinem instillare, qui sic ζωοποιοῦνται *vitæ restituuntur.* Sed hæc non est Pisidæ sententia : alibi enim argumenta pro resurrectione adducit.

1096. Celebris est de Baccho fabula, quem bimatrem appellarunt mythologi, quod ex cineribus combustæ matris Semeles erptus Jovis femori fuerit assutus. Ovid. *Met.* III, 310 :

Imperfectus adhuc infans genitricis in alvo
Eripitur, patrioque tener, si credere dignum est,
Insuitur femori, maternaque tempora complet.

1098. Qui Pisidæ, et Æliano, III, 23, est pelicanus, idem videtur esse cum platea fluviatili Aristotelis, *Hist. anim.* IX, 10, cum evodio, vel ardea Plutarchi, *De solertia anim.*, pag. 967, et cum onocratulo Plinii, X, 66, quanquam hic quidem paulo ante, ibid. 56, plateam nominaverit. Ejus verba hæc sunt : *Olorum similitudinem onocratuli habent : nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius uteri genus. Huc omnia inexplebile animal congerit, mira ut sit capacitas. Mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in veram alvum ruminantis more refert.*

1102. Pelicani technam describunt omnes citati auctores. Ælianus, III, 28 : Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες εἶτα καταπίνουσιν, ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες,

Digitized by Google

Ἐν τοῖς ἑαυτῶν συσταλῶσιν ὀστρέοις,
Τέχνῃ διαστέλλουσιν ἠκριβωμένῃ ;
Συνημμένας γὰρ τὰς πτυχὰς τῶν ὀστράκων,
Ἀμηχάνως ἔχοντες εἰς λύσιν φέρειν,
Χαλῶσιν αὐτὰς εἰς τὸ πῦρ τῶν ἐντέρων,
Λύσιν δὲ πάσχει τῶν πτυχῶν ἡ στερρότης,
Τῇ θερμότητι τῶν ἔσω χαυνουμένη ·
Θᾶττον δὲ τὰς πρὶν ἐξεμοῦντες συνδέσεις,
Γυμνῇ διαρπάζουσι τὰς σάρκας μάχῃ,
Τὴν ὀστρακώδη μὴ φορούσας ἀσπίδα.
Τίς τὸν μεγιστόφωνον ἔνδον τῆς στέγης,
Ἔπεισεν ὄρνιν ὡρολογεῖν τὴν εὐφρόνην ·
Καὶ μὴ παρόντα προσβλέπειν τὸν ἥλιον,
Καὶ τοὺς ἐνύπνους ἐξυπνίζειν ἐργάτας ;

Θεὸς δὲ ποῖος τῶν Ὁμήρου πλασμάτων
Γῆρας ξέει φοίνικος ἐκπυρουμένου,
Λυπρῷ δὲ τὸν γέροντα τεφρώσας τάφῳ,
Ζῶντα προβάλλει τοῦ τάφου τὰ λείψανα ;
Ἑλληνικοῖς Ἕλληνες ἐξάντες λόγοις,
Πείσθητε λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβειν.
Τίς μαντικοὺς δίδωσι τοῖς πτηνοῖς ὅρους ;
Μαντεύεται γὰρ ὑετοὺς ἐν αἰθρίᾳ
Τῆς μακρογήρου τῆς κορώνης τὸ στόμα.
Πρὸ τοῦ δὲ πνεῦσαι, τὰς πνοὰς προδεικνύει
Αἴθυια κολπώσασα τὸ πτηνὸν νέφος.
Ἴβις δὲ ποίων εὐπορεῖ διδασκάλων ;
Καὶ τοῦ Γαλήνου δείκνυται σοφωτέρα ;
Τῆς γὰρ κάτωθεν ἐμφραγείσης ἐξόδου,

Quæ vero ipsorum est solertia, ut conchas, quæ suis testis comprimuntur, arte exquisitissima divellant? cum enim geminas valvas firmiter unitas ad resolutionem adducere nequeant, igne viscerum ipsas relaxant: quo fit, ut valvarum firmitas interno calore emollita solutionem patiatur; ac tum illi, quæ nuper erant colligata evomentes nuda pugna carnes diripiunt, testaceo scuto jam non amplius munitas. Quis magnæ vocis alitem contignationibus inclusum noctis horas indicare, et nondum apparentem solem prospicere, et sopitos artifices excitare edocuit? Quis autem ex iis, quos

Homerus affinxit deos, ab exusta Phœnice abradit senectam? eamque senem factam ardentem super tumulum redigit in cineres, ac mox vivam ex ipsius tumuli reliquiis educit? Græcanicis, Græi, si cessistis fabulis, quidni jam tandem ad resurrectionem colendam adducamini? Quis divinandi præcepta avibus tradidit? vere enim longæva cornix sub dio crocitans pluvias prædicit, et mergus umbrantes alas sinuans, priusquam aura spiret, ventos prænuntiat.

Quos autem sibi comparavit magistros Ibis, quæ ipso Galeno sapientior apparet? Ipsa enim, ubi

NOTÆ.

ἀνεμοῦσιν, καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἁλέας διέστη, ὥσπερ οὖν τῶν ἐφθῶν, οἱ δὲ ἐξορύττουσι τὰ χρέα, καὶ ἔχουσι δεῖπνον · *Pelicani conchas in fluminibus comprehensas diglutiunt, easque in ventre concalefactas rursus evomunt; et ex testis calore diductis, ut fieri solet cum coctæ sunt, carnes effodiunt, et agunt convivia.* Phile VIII Pisidæ iambos duriusculos, ac minus elegantes tantum, videtur reddidisse. Ambo geminas testas, quibus conchæ utrinque conteguntur πτυχὰς vocant, unde δίπτυχος. Cod. 1126 πολαὶς δὲ δεινότησι.

1113. Μεγιστόφωνον *magnam habentem vocem*; supple ἀλεκτρυόνα, *gallum*. Ælianus, IV, 29. Ἥλιος δὲ ἀνίσχων οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν διαλάθοι, ὠδικώτατος δὲ ἑαυτοῦ μᾶλλόν ἐστι τηνικάδε · *Sol exoriens ipsum nunquam fallit, ac tum seipso vocalior exsistit.*

1116. Sanctus Basilius, hom. 8, n. 7 : Πῶς μὲν ἐπ' ἔργα σε διεγείρει ὁ σύνοικος ὄρνις, ὀξείᾳ τῇ φωνῇ ἐμβοῶν, καὶ καταμηνύων πόρρωθεν ἔτι τὸν ἥλιον προσελαύνοντα, ὁδοιπόροις συνδιαρίζων, γεωργοὺς δὲ ἐξάγων πρὸς ἀμητόν; *Quomodo ad opera excitat te avis domestica, quæ voce acuta inclamitans, et solem adhuc e longinquo accedentem prænuntians, vigilat una cum viatoribus, atque agricolas ad messem educit?*

1117. Homeri fictiones nemo ex Patribus non damnavit. Unum sanctum Justinum tibi legendum propono, qui cum fere ex professo videtur confutasse.

1118. Immensum esset auctorum tantum nomina referre, qui ea, quæ de phœnice dicuntur, vera, vel ut melius falsa crediderunt. Vide Salmasium, in *Solin.* XXXIII, pag. 391.

1119. Cod. 1126, λαμπρῷ.

1121. Morellius ita duos sequentes versus reddidit, quasi Pisida phœnicis fabulam reciperet : sed e contrario sensus is est : si fabulam non dubitastis admittere, cur resurrectionem negabitis?

1122. Non pauci ex Patribus, quod phœnicem quingentos annos vivere, et e suis cineribus resurgere ab ethnicis scriptoribus penes quos certior hujus fabulæ erat fides, traditum invenissent, argumenta inde sumpserunt ad resurrectionem mortuorum confirmandam. Vid. Tertullianum, *De resurrect.* XIII; sanctum Theophilum, *ad Autol.* I, 13; sanctum Cyrillum Hieros. *Catech. de carnis resurrect.* XVIII, 8; et sanctum Ambrosium, v. 23, in Hex., et *De fide resurrect.* 59, qui omnes videntur secuti auctoritatem sancti Clementis, *Epist. ad Corinth.* XXV. Consulendus Cotelerius, tom. I, p. 161; itemque Bochartus, *Hieroz.* part. post. p. 824, qui Patres jure defendit.

1123. Ὅρους, ut supra ὁρισμοὺς vers. 941. De animalibus præsagientibus pluviam, aut serenitatem vid. Theophrastum, *De signis pluv. et vent.*; Plinium, XVIII, 87; et Ælianum, VII, 7.

1125. Plinius, loc. cit. Et cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt perfundentes sese; maxime cornix. Hanc μακρόγηρον *in longum protrahentem senectutem suam* scite vocat poeta; nam Hesiodus, teste eodem Plinio, VII, 49, cornici novem nostras ætates attribuit.

1126. Mergos cum fulicis quidam confundunt. Distinguit Plinius, loc. cit. Tempestatem præsagiunt fulicæ matutino clangore : item mergi, anatesque pennas rostro purgantes, ventum. Ælianus, VII, 7, cum Pisida consentit : Νῆτται καὶ αἴθυιαι πτερυγίζουσι πνεῦμα δηλοῦσιν ἰσχυρόν · *Anates et mergi alarum gestu exsultantes vehementem ventum prædicunt.*

1128. Plutarchus, *De sol. an.* pag. 974 : Τῆς Ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν, καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν · *Proluvionem alvi ex Ibide per ingestam marinam aquam se purgante didicisse, et imitati dicuntur Ægyptii.* Hæc fere totidem verbis habent Plinius, VIII, 41; Ælianus, II, 35; Phile, XV.

1129. Cod. 1126, σοφωτέρους.

Digitized by Google

Ἀμηχανοῦσα πῶς ἀνοίξει τὴν θύραν,
Τὸν μακρὸν ἐκτείνασα λοξῶς αὐχένα,
Σίφωνα γοργὸν τεκτονεύει τὸ στόμα,
Καὶ χυλὸν ἅλμης ἐμβαλοῦσα τοῖς ἔσω,
Τὰ ξηρὰ ῥευστοῖς ἐξεφόρτωσεν βάρη.
Τίς ἀσπόρῳ τοὺς γῦπας ἐξάγει τόκῳ
Φυλῆς γὰρ αὐτοῖς οὐχ ὑπούσης ἄῤῥενος ;
Οἱ τὴν καθ' ἡμᾶς πυρφοροῦσαν παρθένον
Δεικνύντες αὐτὴν, ὡς ἐφικτὸν ὀρνέῳ ·
Ἔδει γὰρ οἶμαι τοῦ τοσούτου θαύματος
Ἔχειν ἀμυδρὰς ἐμφάσεις καὶ τὴν φύσιν ·
Ὡς μήτε δόξῃ καινοτομεῖσθαι τόκῳ,
Μήτε πρὸς ἄκρον ἱστορεῖν τὰ τοῦ τόκου ·
Οὐ γὰρ μένουσιν, ὡς ἐκείνη, παρθένοι,
Ὅταν τὸ τεχθὲν εἰς διέξοδον δράμῃ,
Ῥήξῃ τὰ κλεῖθρα, καὶ παρέλθῃ τὰς θύρας.

A Εἰ δ' αὖγε καὶ τίκτουσιν ὀρνίθων γένη,
Ἐγκυμονοῦντα τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος ·
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ τεκοῦσα Παρθένος
Τὸ πιστὸν ἕξει τῆς γονῆς τῆς ἀσπόρου,
Ἐκ ζωοποιοῦ Πνεύματος πληρουμένη ;
Οὕτω τι συμπέφυκε κἂν τοῖς ὀρνέοις
Αἴνιγμα πιστὸν πρὸς τὸ τίκτειν ἀσπόρως.
Ποῖος δὲ Φοίβου μαντικώτατος τρίπους
Τὸν μῦν διδάσκει τὸν τυφλὸν, τὸν παμφάγον,
Ἐν τοῖς λαβυρίνθοις ὄντα τῶν ὀρυγμάτων,
Φράττειν πρὸ καιροῦ τῆς φορᾶς τῶν πνευμάτων
Τὰς ἀντιλόξους τῶν ὀπῶν διεξόδους,
Ἄλλας δὲ ποιεῖν ἀντισυνθέτους, ὅπου
Τὸ χῶμα τῆς γῆς τὰς πνοὰς ἀποκρύβοι.
Ποῖος δὲ Νηρεὺς τοῖς ἐχίνοις ἐν σάλοις
B Προβλεπτικὰς δίδωσιν ἐν βύθῳ κόρας,

imus alvi exitus ei est præpeditus, nescia quomodo clausum ostium aperiat, longum oblique extendit collum, et syphonis in modum ore statim accommodato, salsum humorem injicit in viscera, ac tum siccum ventris onus proluta exonerat. Quis satos sine semine vultures educit in lucem, cum marium genus inter ipsos non inveniatur? adeo ut ipsi virginem, quæ mundo attulit lucem, quoad avis potest referre, indigitaverint? Ut enim rei tam admirandæ obscurum aliquod signum ipsa in natura exsisteret, opinor, oportuit : ita ut neque hæc ipsa natura tam stupendo partu innovata, neque ejusdem partus mysteria adamussim explanare videretur. Non enim vultures, ut illa, remanent virgines, C cum fetus exierit, claustra perruperit, et extra portas evaserit. At vero si avium est genus, qui vento spirante concipiant; quidni quæ peperit Virgo majorem sibi fidem comparabit, quod sine semine genuerit, cum Spiritu vivificante fuerit repleta? Ita igitur natura quamdam proprietatem vel avibus indidit, quæ ænigmatici partus sine semine, nobis faceret fidem.

Quis vero tripus ipso Phœbi tripode in vaticinando tutior murem cæcum, et omnivorum, atque inter cavernarum labyrinthos degentem edocuit, ut, antequam ventus irrumpat, obliquorum foraminum exitus præcludat, et alios contra oppositos aperiat, ut terræ aggeribus venti cohibeantur? Ecquis Nereus marinis echinis dedit in imo maris fun-

NOTÆ.

1135. Idem cod., τὰ σκληρά.

1136. Vide supra, in not. ad v. 1087.

1139. Vultur, quod absque conjugis opera pullos generare creditum esset apud Ægyptios, Vulcani, et Minervæ symbolum fuit, quorum ille ἀπάτωρ, hæc ἀμάτωρ dicta est. Ab Ægyptiis opinio illa permanavit ad Græcos, a Græcis ad Christianos : unde sanctus Basilius populari fama utitur, ut Pisida, ad beatæ Virginis conceptionem intactam confirmandam. Τοὺς γῦπάς φασιν ἀσυνδυάστως τίκτειν, ὡς τὰ πολλὰ... τοῦτό μοι ἔχε παρασεσημειωμένον ἐκ τῆς περὶ τοὺς ὄρνιθας ἱστορίας · ἵν' ἐπειδάν ποτε ἴδῃς γελῶντάς τινας τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος, καὶ ἔξω τῆς φύσεως, Παρθένον τεκεῖν τῆς παρθενίας αὐτῆς φυλαττομένης ἀχράντου, ἐνθυμηθῇς, ὅτι ὁ εὐδοκήσας ἐν τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβάλετο · *Ferunt sine coitu, ut plurimum, parere* D *vultures. Id velim notatum ex alitum historia : ut si quando nonnullos videris mysterium nostrum irridere, quasi fieri nequeat, et quasi sit a natura alienum, ut Virgo, virginitate ejus intemerata permanente, pepererit; veniet tibi in mentem, eum, cui per prædicationis stultitiam credentes salvos facere placuit, innumera ab ipsa natura desumpta incitamenta ad fidem rebus stupendis conciliandam in antecessum proposuisse.* Hom. 8, n. 6.

1148. Ælianus, II, 46 : Ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται · εἰ δὲ μὴ ἦ νότος, τῷ εὐρῳ κεχήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροῖ αὐτὰς, καὶ κύουσι τριῶν ἐτῶν · *Adversæ austro volant : si vero auster non spirat ad eurum oris hiatum pandunt, et ventus eas fetas reddit, et post tres annos pariunt.*

1152. Hunc versum et sequentem supplevit Morellius, in Comment. ad hom. sancti Basilii in *Hex.* pag. 732, cujus etiam metaphrasim, prout ei placuit illam emendare, hic et alibi exhibemus.

1154. Celeberrimi Tripodis Delphici historiam, quo conscenso Pythia certa responsa dabat consulentibus, narrat Diodorus Sic. XVI, 26.

1155. *Ἐχῖνον χερσαῖον, erinaceum terrestrem*, italice *riccio* et *spinoso*, Pisida murem appellat, vel quod muris habeat formam, vel murem omnia corrodens imitetur. Certe murem erinaceum passim vocari testatur Aldovrandus, *De quadr. dig.* pag. 459. Sed cur τυφλὸς *cæcus* dicitur a Pisida? Puto equidem quia in latibulis degens, quasi oculis carens, aut eorum usu non indigens, ut videns ibi vivat, atque operetur.

1157. Eadem refert Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 6; et Plutarchus, *De solert.*, pag. 972; sanctus Basilius, hom. 9, n. 3 in *Hex.* rem clarius exponit: Ἤδη τινὲς τῶν φιλοπόνων καὶ τὸν χερσαῖον ἐχῖνον ἐτήρησαν διπλᾶς ἀναπνοὰς τῇ ἑαυτοῦ καταδύσει μηχανησάμενον · καὶ μέλλοντος μὲν βορέου πνεῖν, ἀποφράσσοντα τὴν ἀρκτῴαν · νότου δὲ πάλιν μεταλαμβάνοντος, εἰς τὴν πρόσαρκτιον μεταβαίνοντα · *Nonnulli jam ex iis, qui studiosi sunt, terrestrem erinaceum observarunt, spiramina gemina lustro suo struxisse, atque aquilonem spiraturo aquilonium spiramen obstruere : contra austro iterum succedente, ad septentrionale transire.*

1161. Nereus veridicus, et vates deus habitus est. Hesiodus, *Theog.* V, 233 :
Νηρέα δ' ἀψευδέα, καὶ ἀληθέα γείνατο Πόντος,
Nereum alienum a mendacio, et veracem genuit Pontus.

Digitized by Google

Ὅπως φυγόντες πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης;
Εἰς τὴν γαλήνην προσρυῶσι τῶν λίθων;
Τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφὴν, τὴν ἐργάτιν,
Γεωμετρεῖν ἔπεισε, καὶ τριωρόφους
Οἴκους ἐγείρειν ἐξαγώνων κτισμάτων;
Ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' ὀρθίας
Γραμμῆς διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίαν,
Μήπως ὀλισθήσωσιν οἱ κάτω πόδες
Ἐκ τῶν ἄνωθεν φορτικῶν βαρημάτων·
Εἶναι δὲ μᾶλλον τὰς παραλλήλους θέσεις
Τῶν ἀντιλόξων κτισμάτων ἐρείσματα·
Ὡς καὶ τὸν οἶκον ἑστάναι βεβηκότα,
Καὶ μηδὲν ὑγρὸν ἐκπεσεῖν τῆς ἰκμάδος.

Γεωμετρῶν ἐντεῦθεν Εὐκλείδη σκόπει,
Καὶ σχῆμα μηδὲν γραμματικὸν περιξέσῃς,
Μήπου σε κέντρον τῆς σοφῆς διδασκάλου
Πλήξῃ μελίττης, καὶ μαθεῖν ἀναγκάσῃ.
Τίς τοὺς ἀράχνας λεπτοδακτύλους πλάσας
Νήθειν διδάσκει, καὶ πρὸς ἔργα τοὺς μίτους
Ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐντέρων ἀναπτύειν;
Ποίᾳ δὲ τέχνῃ γραμμικῇ πρὸς τὰς βάσεις
Βάλλουσιν ἀρχὰς, καὶ προτείνουσιν δέσεις·
Μέσῳ δὲ κέντρῳ τὰς ἐπάρσεις τῶν μίτων
Κύκλους ἀπαρτίζουσιν ἠκριβωμένους·
Καὶ τῇ μεταξὺ τοῦ κενοῦ διαστάσει,
Στύλους ὑφαρμόζουσιν ἀντισυνθέτους·

do tam providas pupillas, ut tempestatem ante tempestatem fugientis lapillorum ope in tutum se recipiant?

Quis apem, sapientem opificem, ad geometriam adduxit, ut trium contignationum domus ad hexagoni formam exstruat, et cellas non per rectam, sed per obliquam lineam producens conficiat; tum ut infima ædificii pars ex superingesti oneris sarcina pressa non labascat; cum ut ex æquali sibi respondentium laterum positione obliqui operis structura fulciatur, atque ut tota domus stet firmius, et ne gutta quidem liquidi humoris excidat? Huic operi considerando, geometriæ professor Euclides, accede: sed ne minimam quidem figuram, lineolamque audeas evadere, ne suo te pungat aculeo apis, docta sane magistra, atque ex ipsa cogaris addiscere. Quis araneos exilibus digitis instructos, et nere docuit, et necessaria ad opus fila e propriis visceribus egerere? Qua linearum scientia imbuti ortus telæ ad firmas bases projiciunt, et protensas colligant: tum vero in medio centro densiora fila exacti circuli in modum perfecto opificio agglomerant, et interjectis spatiis fulcra, vel stylos trans-

NOTÆ.

1163. Plutarchus, *De solert.*, pag. 979 : Ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ παρέχομαι τοὺς θαλαττίους, ὅταν αἰσθωνται μέλλοντα χειμῶνα καὶ σάλον, ἐρματιζομένους λιθιδίοις, ὅπως μὴ περιτρέπωνται διὰ κουφότητα, μηδὲ ἀποσύρωνται γενομένου κλύδωνος, ἀλλ' ἐπιμένωσιν ἀραρότως τοῖς πετριδίοις· *Sed omnes in universum marinos echinos profero, qui, ubi tempestatem fluctusque præsentiunt, lapillis se suburrant, ne ob levitatem avertantur, aut undis obortis avellantur, sed lapillis prægravantibus maneant.* Eodem pariter modo Ælianus, VII, 33.

1165. Apum industriam quis non laudavit, quis non suspexit? Vide Aristotelem, *Hist. anim.* IX, 11; et Virgilium, *Georg.* IV, ne sexcentos alios auctores nominem, qui de apum ædificiis, republica, et officiis integros tractatus ediderunt. Pisida, sanctum Basilium, VIII, 4 secutus est. Ejus verba libenter subjicerem; tum quia alter alteri lucem affert, cum quia nemo fortasse elegantius Basilio apum artificia, et geometricam scientiam in favorum constructione expressit. Sed conferat qui velit.

1166. Ælianus, V, 13 : Γεωμετρίαν δὲ, καὶ κάλλη σχημάτων, καὶ ὡραίας πλάσεις αὐτῶν τέχνης τε καὶ κανόνων, καὶ τοῦ καλουμένου ὑπὸ τῶν σοφῶν διαβήτου, τὸ κάλλιστον σχημάτων, ἐξάγωνόν τε καὶ ἐξάπλευρον καὶ ἰσογώνιον ἀποδείκνυνται αἱ μέλιτται· *Geometriam, figurarum pulchritudinem, atque elegantes earum structuras, sine arte, sine regulis, et sine eo instrumento, quod circinum sapientes vocant, nempe venustissimas figuras sexangulas, et sex laterum, et æqualium angulorum apes conficiunt.* Τριωφόρους οἴκους, apes ut ætate, et conditione inter se triplices sunt, sic tripartito etiam suas cellas dividere refert Aldovrandus, *De insectis*, pag. 22; sanctus Basilius, loc. cit., aliam causam assignat: Ἔπειτα διώροφοι, καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες· ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ· *Deinde fistulæ duas, tresve contignationes habent; ne humor foras propter gravitatem diffluat.*

1169. Cod. 1126 habet ἐγκαρσίως. Pisida vocat πόδας, *pedes*, vel bases, quos sanctus Basilius, ibid. *fundos* appellat; cum eo tamen consentiens est de ratione, cur favi oblique disponantur : Ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφῆρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἐξαγώνων, βάθρον, καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσίν· *Ne fundi vacuis intervallis adjuncti fatiscant : sed inferiorem sexangulorum anguli sint basis, et fulcimentum superiorum.*

1177. Euclidi geometræ insigni, cujus libri XIII elementorum ad nostra usque tempora cum maxima omnium utilitate leguntur, apes anteponit. Sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 34, pag. 534 : Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσόφων ταῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσι; *Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis non exsistentibus philosophatus, atque in demonstrationibus desudans?* Cod. 1126, παραξέσῃς.

1180. Araneorum varia genera, eorumque in conficiendis telis industriam describit Aristoteles, IX, 39; Plutarchus, pag. 966; Ælianus, I, 21, et VI, 57; Phile, LX, araneos λεπτοδακτύλους scite vocat Pisida, videlicet *delicatos*, seu *scitulos habentes digitos*. Phile, qui sæpe Pisidam imitatus est, puellas textrices ita appellat :

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις
Καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους.
Araneis natura perquam industria
Vincens puellarum manus argutias, etc.

1182. Ælianus, I, 21 : Οὐδὲ ἔξωθεν λαμβάνει νῆμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας νηδύος τοὺς μίτους ἐξάγουσα· *Non aliunde filum assumit, sed ex suo ventre stamina deducit.*

1185. Idem, VI, 57 : Πεφύκασι δὲ ἄρα καὶ γεωμετρίαν εἰδέναι· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττουσι, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῦσιν ἰσχυρῶς, καὶ Εὐκλείδου δέονται οὐδέν· *Sunt etiam natura ad geometriam eruditi; nam et centrum servant, circulumque ex eo procedentem, et circumferentiam exacte conficiunt; neque interim egent Euclide.*

Digitized by Google

Ὅπως τὸ μηχάνημα τῆς λεπτουργίας,
Ὡς ἐξ ἀράχνου συντεθὲν, μὴ συμπέσῃ,
Ὅ; διττὸν ἔργον ἐξ ἑνὸς ποιεῖ μίτου,
Λίνα πρὸς ἄγραν, καὶ πρὸ; οἴκησιν στέγην;
Ὃν ἐντρεπέσθω πᾶς τις ἀφρόνως λέγων
Ὕλην ἄναρχον· εἰ γὰρ ὕλην οὐκ ἔχων
Σκώληξ ὑφαίνει· τὴν μὲν ὕλην δευτέραν,
Πρωτοχρόνους δὲ τοὺς ἀράχνας λεκτέον·
Ὡς τῶν ἐνύλων ἀρχιτέκτονας μίτων.
Κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
Εἰς αὖραν ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας;
Ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πυκτίδα
Τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν·
Καὶ τοῦτον οἶδα θαυμάσαι πολλῷ πλέον
Ἢ γ' Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν.
Ποίου δὲ κώνωψ εὐπορήσας ὀργάνου,
Φωνὴν ἔχει σάλπιγγος; ἢ ποίῳ λόγῳ
Ἐν σμικρότητι συντεθεὶς ἀμηχάνῳ
Μόρφωσιν ἴσχει, καὶ πτερούμενος φέρει
Στόμα, τράχηλον, ὅμμα, κοιλίαν, πόδας,
Καὶ τὰς ἀδήλους τῶν ἔσω διαπλάσεις,
Ἃς οὐκ ἀφῆκε ψηλαφᾶν ἡ λεπτότης;
Οὐ γὰρ τοσοῦτον τῶν μεγίστων ἡ φύσις,
Ὅσον τὰ μικρὰ ταῦτα τῶν ἀμηχάνων

versarios supponunt; ne operis tam tenuis machina, ut quæ ab araneo sit confecta, corruat: duplex enim ex uno filo opus conficit, *videlicet* retia ad venandum, et domum ad habitandum? Hunc, quisquis materiem esse sine principio stulte asserit, hunc, inquam, intuens erubescat: si enim vermis in seipso non habens materiem, telas intexit; primum quidem in tempore exstitisse araneos, qui ex materialibus filis opus conficiunt, deinde vero materiem, procul dubio erit affirmandum.

Quæ nova autem ratio cycnum erudivit, ut ad dulces musicæ modulos edendos in auras prodeat? alis enim in modum tabellæ expansis suavem quamdam, et novam melodiam in auras effundit. Cujus ego magis, quam Orphei fabulosam lyram pulsantis admiratione sentio me affici. Quo vero culex præditus est organo, ut tubæ sonum emittat? aut qua ratione cum ea constet corporis tenuitate, ut id fieri haud potuisse videatur, suam tamen habet formam, et ore, collo, oculis, ventre, pedibus instructus volat, et intus latentes intestinorum complexiones gerit quæ quidem omnia sunt adeo exilia, ut ea contrectare non liceat? Quippe non tantum in rebus maximis, quantum in hisce minimis, quæ

NOTÆ.

1191. Araneorum calliditatem in venandis insectis demiratus est etiam sanctus Gregorius Nazianz. orat. 35, pag. 554, et scite Plutarchus hoc ipsum descripsit, loc. cit.

1193. Non frigidum omnino argumentum contra materialistas, quorum princeps Anaxagoras fuit, teste Aristotele, *De anima*, I, 2. Sed Aristotelem ipsum præcipue vexat Pisida, qui Deo coexsistentem, et necessario unitam fecit materiam, unde passim atheus audit. Vide Bruckeri *Hist. phil.*, tom. I, pag. 832, siquidem quæstio de araneis, quam attingit Pisida, nihil ab ea differt, quæ a Peripateticis mundum æternum asserentibus agitari solebat, *ovum ne prius an gallina fuerit?* Negabant enim, ut Censorinus, *De die nat.* cap. 4, refert posse reperiri, avesne ante, an ova generata sint, cum et ovum sine ave, et avis sine ovo gigni non possit: de qua re diserte, ut solet, disputavit Plutarchus, symp. II, 3; et Macrobius, *Saturn.* VII, 16.

1200. Notissima est veterum opinio, vel fabula de cycnis ante obitum canentibus. Verum Pisida de cantu loquitur, quem etiam viventes edere testatur Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 12: Ὠδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν, *canere soliti sunt, et præcipue jamjam moriturl.* Thomas Bartholinus singulari opere *De cycno* olorum cantum vindicavit.

1201. Ad Aristotelem fortasse respiciens, qui loc. cit. dicit a quibusdam in mari Africo navigantibus cycnorum cantum fuisse auditum, Pisida ait ξενουργεῖν μελῳδίαν ταῖς πνοαῖς, *insolitum melodias genus præbere auris*, sive ventis.

1203. Orpheum, Apollinis et Calliopes filium, a Mercurio, vel, ut aliis placet, a patre lyram accepisse ferunt, cujus vim descripsit Manilius, I, v. 329:

Tunc silvas, et saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.

1204. Vide supra, v, 72. Culicum varia sunt genera. Κώνωψ communius est vinarius, et ἐμπὶς, qui circa loca palustria nascitur. Pisida poetice rem tractans de quocunque culice loquitur, sed proprietates, quæ omnibus conveniunt, rite describit atque admiratur. Liberius certe Aristophanes qui in *Nubibus* act. I, sc. 2, animalculum illud, quod Socratem irrisurus fingit in ejus caput insiluisse ψύλλαν primum *pulicem*, ac deinde ἐμπίδα *culicem* vocat; et in *Pluto*, act. II, sc. 2, v. 537, φθειρσὶ *pediculis*, φύλλαις *pulicibus* et κωνώψι *culicibus* eamdem perstrependi qualitatem tribuit. Ποίῳ ὀργάνῳ, *quo instrumento*, vel qua corporis parte strepitum edant culices interrogat Noster, illud certe memoria tenens Aristophanis in Socratem convicium, qui a præceptore suo petiit, loc. cit. *Nub.* v. 157:

Τὰς ἐμπίδας
Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρρόπύγιον;
An culices
Per os canerent, an per podicem?

Probabilior quidem sententia est muscas et culices alis strepere.

1207. Cod. 1126, μόρφωσιν ἔσχε.

1211. Quam recte Pisida in hac contemplatione obstupescat, a clarissimis nostræ ætatis viris demonstratum est, qui in structura insectorum ope microscopii consideranda omnem operam studiose, ac laudabiliter collocantes summi Opificis sapientiam nobis manifestiorem reddiderunt. Adeat, qui velit, redium, vallisnerium, swammerdamium, etc., ac ne scriptorum copia obruatur, si præfationem tantummodo, quam *insectorum Historiæ* præfixit naturæ explorator diligentissimus De Raumurius, satis certe sibi factum esse confitebitur. Culicis elogium Pisidæ iambis respondens videsis in Scaligero, *De subt.* CXII.

1212. Formicæ industriam imitandam nobis proposuit Salomon, Prov. VI, 6: *Vade ad formicam, piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam.* Aristoteles, IX, 38; Plutarchus, *De sol.* pag. 968; Ælianus, II, 25; Plinius, XI, 36; sanctus Basilius, hom. IX, 3; sanctus Gregorius Naz. orat. 34, pag. 555; et alii habent congruentia iis, quæ narrat Pisida, qui scite σιτοκλέπτην *frumenti raptricem*, *fragilegam* formicam vocat.

Digitized by Google

Τὴν πανσθενῆ δείκνυσι μηχανουργίαν.
Πρόελθε μύρμηξ σιτοκλέπτης, ἐργάτης,
Τὸν κόκκον ἡμίτμητον ἐγκλείων κάτω,
Μήπως νοτισθῇ, καὶ σαπῇ ταῖς ἰκμάσι,
Καὶ φθαρτικὴν κάτωθεν ἀνθήσῃ χλόην.
Ὅταν δὲ πυκναὶ τῶν νεφῶν αἱ συγχύσεις,
Τοῖς ἐργομόχθοις ἀντιπνεύσωσιν πόνοις·
Πόθεν ἂς μάντιν τοῦ Ζαμόλξιδος πλέον
Ἕκαστος οἶδεν εὐσυνόπτως ἀγρότης;
Ὅτε προδεικνὺς αἰθρίαν πεπηγμένην
Τὸν σῖτον ἁπλοῖ ἐξ ἑνύγρου πυθμένος
Εἰς ἄξυλον πῦρ, εἰ; τὸν ἥλιον φέρων·
Ὅπως πυρωθεὶς ταῖς βολαῖς ταῖς ἐμφλόγοις,
Ὡς ἄρτος ὀπτὸς εὑρεθῇ πεφρυγμένος·
Οὐ γὰρ τοπαύτης ἦν ὁ μύρμηξ φροντίδος,
Ὡς ῥύθμὸν εὑρεῖν γνωστικῆς ἀβλεψίας·
Εἰ μή τις ἦν πρόνοια, μὴ φρονεῖν μέγα,
Τοὺς τῶν ἐν ἄστροις αἰτιῶν ζυγοστάτας·
Ἀλλ' ὥστε καὶ μύρμηκα θαυμάζειν, ὅπως
Χειμῶνα δηλοῖ, καὶ προμηνύει θέρος.
Τίς ποικίλην δίδωσι τοῖς ὠοῖς φύσιν,
Μικροῖς δὲ τὰ στοιχεῖα δεικνύει τύποις,
Τὸ λεπτὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν ὡς ἀέρα,
Τὸ ξανθὸν ὡς πῦρ, καὶ τὸ λευκὸν ὡς ὕδωρ,
Τὸ σκληρὸν ὡς γῆν· ἀπογαιοῖ γὰρ ἡ φύσις
Ἔξωθεν αὐτό, γῆς μεσοκλήρου δίκην·
Ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν ἐκλύσαι τόνους,
Μηδ' αὖγε τοὺς ἔσωθεν ἀμβλῦναι πόρους·
Ἔσω γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ μήτρας καὶ σπόρου,
Στιγμή τις ἐμπέφυκεν ἡματωμένη,

fieri non potuisse videntur, artificis omnipotentia demonstratur.

Prodeas, o formica frumenti rapax, operaria, quæ granum semisectum humi recondis, ne ex humoribus madefiat, et putrescat, corruptumque ex ima parte viride germen emittat. Sed unde cum in aere densantur nubes, ut contra sata improbo labore exculta conspirent, ipso Zamolxide te meliorem, formica, vatem facillime norunt agricolæ? et cum contra stabilem aeris serenitatem es prædictura, ex humentibus cavernis frumentum educis, et ad ignem sine ligno, videlicet ad solem, expandis, ut ignitis radiis torrefactum, fricti panis in modum, tostum, excoctumque inveniatur? At enim tanta plane non erat formicæ sedulitas, et ingenium, ut rerum, quæ neque mens humana potest pervidere, modum rationemque deprehenderet: nisi quædam esset Providentia, quæ monitos eos vellet, qui rerum causas in astris speculantur, ne altum sapiant, sed formicam potius demirentur, quæ ut hiemem demonstrat, ita æstatem prænuntiat. Quis maris, et feminæ variam naturam ministrat ovis? Quis parvas quasdam elementorum in ipsis exprimit imagines? pars enim illa subtilis, ova circumamplectens, aerem; pars lutea ignem, pars alba aquam; et pars dura terram referre videtur: ut enim est dura introrsum terra, ita natura comparatum est, ut terrea quadam crusta extrorsum ova conteganturn, ne protensi funiculi exterius dissolvantur, et interni meatus intercludantur: intus enim pro matrice, et

NOTÆ.

1215. Hanc mirabilem formicæ industriam omnes laudati auctores commendant. Plinius loc. cit. sic: *Semina arrosa conduni, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt, atque siccant.*

1220. Zamolxin, natione Getam, Pythagoræ discipulum et servum fuisse ferunt. Is in patriam redux a suis et Thracibus, qui ejus sapientiam suspiciebant, post mortem habitus est Deus. Vide Jamblichum in *Vit. Pyth.* cap. 30.

1222. Sanctus Basilius, loc. cit.: Διακόπτει ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν γένωνται· καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτῶν διαβρόχων· καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαισθηται τοῦ ἀέρος ἐν εὐδινῇ καταστάσει φυλαττομένου· *Dissecat enim suis unguli medios fructus, ne germinantes sibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eosdem etiam exsiccat, tum cum sentit madefactos: nec omni tempore eos expromit, sed cum aerem in sereno statu mansurum esse præsenserit.*

1223. Cod. 1126, melius ἁπλοῖς.

1232. Id. cod. προδεικνύει.

1233. Ovum apud Ægyptios mundi symbolum fuit; unde in Bacchi orgiis sacrum fuisse Plutarchus, in *Sympos.* pag. 636: ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος, καὶ περιέχοντος ἐν ἑαυτῷ. *Ut* mundi *omnia gignentis, et in se continentis exemplum.* Hanc similitudinem eleganter explicat Pisida. Primum quidem censet ovum mundum repræsentare, quod ex eo omnia animalia tum mares, cum feminæ, nullo oculis apparente discrimine, enascantur: deinde quia quatuor patres, quibus ovum componitur, quatuor elementorum sint imagines; ita ut τὸ λεπτὸν, quod Aristoteli, *De generat. anim.* III, 2, est ὑμὴν, *membrana*, referat aerem; τὸ ξανθὸν, quod eidem Aristoteli est ὠχρὸν *luteum*, sive *vitellum*, ignem repræsentet; τὸ λευκὸν ovi *albumen*, aquam; τὸ σκληρὸν autem *crusta*, qua ova circumteguntur, terram: σκληρόδερμα enim ab Aristotele ova nuncupantur, et terra Pisidæ est μεσόσκληρος, *dimidia sui parte dura.* De mundi et ovi analogia fuse disseruit Fortunius Licetus epist. 27, tom. I *De quæsitis per epist. a claris viris*, ac nuper Mazochius, in *Spicilegio Biblico*, tom. I, pag. 180.

1239. Cod. 1126. ἐκλύσαι πόνους.

1242. Aristoteles, *Hist. anim.* III, 3, quomodo pullus in ovo generetur edisserens ait: Ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ ἡ καρδία· τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχον· *Cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit; quod punctum salit jam, et movetur, ut animal.* Plinius, x, 74. pene vertit Aristotelem: *Omnibus ovis medio vitelli parva inest veluti sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo certe ea gutta salit, palpitatque. Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur. Cibus in luteo est.* Qui plura de hac re nosse velit, adeat ex antiquis Aristotelem ipsum loc. cit. *De gener.*, et *Hist. anim.*, ubi ille de ovis disertissime disputat. Ex recentioribus autem quem potius, quam Herveum clarissimum virum nominabo? qui Patavii edoctus, et in Angliam reversus, tam præclare de generatione animalium ac de ovo scripsit, et *punctum saliens*, quod Aristoteles in ovis animadverterat, in viviparis etiam se deprehendisse

Digitized by Google

Δι' ἧς ἐκεῖσε σωματοῖ τὰ ποικίλα
Εἰς σάρκας, εἰς ὀστωσιν, εἰς πτερῶν χύσιν.
Ὅπως ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι
Τὸν χρυσὸν ὡς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ πορφύραν,
Τὰς πολυμόρφους συνθέσεις τῶν χρωμάτων,
Ὅλας ἀσυγχύτους τε καὶ μεμιγμένας;
Τίς ἐκστρατεύει παγκενὴ τὴν ἀκρίδα;
Ἔθνος πτερωτὴν εἰς φθοράν Αἰγυπτίων,
Τὸ πτηνὸν ὅπλον εἰς ἀνάμνησιν φόβου,
Βέλος νεφῶδες ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Λόγχην ἑτοίμην, αὐτοκίνητον ξίφος,
Πυκνὴν φάλαγγα μυριόστομον ξίφος,
Πηδητικὴν ἔπαλξιν ἀστάτου μάχης·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, ἀλλὰ πλήττει, καὶ τρέχει·
Ἔρποῦσα πορθεῖ, καὶ κλονεῖ πτερουμένη,
Δοκεῖ δὲ φεύγειν, καὶ παλίνδρομος μένει,
Φθείρει πρὸ καιροῦ, καὶ θερίζει πρὸ χρόνου,
Τήκει τὰ δένδρα, καὶ μαραίνει τὴν πόαν,
Ὠμὴν ἀμέλγει τῶν ὀπῶν τὴν ἰκμάδα,
Τρυγᾷ τὰ φύλλα, τὴν τρυγὴν δὲ βόσκεται·
Καὶ συλλέγει τὰ κῶλα, καὶ τείνει πάλιν,

semine sanguineum quoddam punctum inest, quo saliente diversæ partes corporantur, et variæ illæ substantiæ in carnes, in ossa et in alas convertuntur.

Quomodo pavonem quis videns, aurum sapphiro intextum, pennasque purpureas smaragdo distinctas non admirabitur, et tot colorum multiformes species una simul immistas, nec tamen confusas non obstupescit? Quis in aciem instruit omnia absumentem locustam, in Ægyptiorum cladem alatam gentem, volans telum ad renovandos metus, nubem telorum non apparente sagittario, hastam late protentam, et sua se vi moventem gladium, densam phalangem, innumeris oribus instructum ensem, et instabilis pugnæ desultorium propugnaculum? Non enim firmo pede stare novit locusta, sed ferit, et currit; cum repit, vastat; cum volat, stridore terret: videtur fugere, et recurrens sistitur: ante tempus agros vastat, ante opportunitatem fruges metit: arbores tabescere, herbas facit marcescere: crudos adhuc succos emulget: folia vindemiat, et vindemiæ fructus depascitur. Quin etiam modo suos artus contrahit, modo extendit, ut sagittarii telorum

NOTÆ

testatus est, repetitis multoties in damarum utero persecando, aperiendo, contemplandoque experimentis, super quæ nuper Maupertuisius novum systema circa hominis generationem superstruere sibi visus est in libro superius laudato, cui titulus *Venus physique*. Statuit enim non ex ovo, neque ex semine, sed ex coeuntium commistione, proseminatione hominem generari, cujus principium vitæ sit *punctum saliens*.

1243. Cod. 1126, δι' ἧς ἐκεῖνα.

1245. Idem Cod. ὡς εἴ τις ἴδοι τὸν ταὼ καὶ θαυμάσοι. Passim apud auctores tum sacros, cum profanos pennarum pompa, quibus pavones ornantur, auro et smaragdis comparatur. Juno ita apud Phædrum, III, 18, pavonem consolatur:

Sed forma vincis, vincis magnitudine:
Nitor smaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.

1250. De locustarum forma, moribus, generatione, etc., videsis Plinium XI, 33; Aldovrandum, *De insectis*, pag. 403; et Sam. Bochartum, *Hieroz.* part. post. pag. 441, ubi quæcunque dici possunt, in unum congesta inveniuntur. Si quid tamen adhuc accuratius, quod ad generationem spectat ipsarum, scire cupias, confer librum Francisci Scuffonii Medici Romani, cujus titulus *Osservazioni sulle cavallette*, Roma 1718. Τίς ἐκστρατεύει, locustas, quod turmatim in arva irrumpant, exercitus instar incedere, et quoddam militaris disciplinæ speciem exhibere observatum est a plurimis, qui illud Prov. XXX, 27: *Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas*, jure quidem ac merito laudant. Exempla bellorum, quæ a locustis gesta sunt, refert Aldovrandus, loc. cit. pag. 417 et 422. Παγκενὴ vel aridam, vel a πᾶν, et κενόω *omnia absumentem* Pisida vocat locustam; suo enim morsu herbas erodit et vastat. Bochartus tamen, pag. 465, cujus superbissimum est judicium, παγγενὴ *omnigenam* legit, quod locustarum plures sint species. Ἀκρίδος, non ἀκρίδας in plurali numero Noster dixit, ut sacræ Scripturæ dictionem exprimeret. Sæpius enim locusta, quam locustæ nominantur. Exod. X, 4: *Inducam cras locustam in fines tuos.* Psal. LXXVII, 46: *Et dedit . . . labores eorum locustæ.* Et psal. CIV, 34: *Venit locusta et bruchus.*

1251. Exod. X, 12: *Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, et ascendat super eam, et devoret omnem herbam*, etc. De locustis Ægyptiis vide Bochartum, loc. cit. pag. 460.

1252. Hunc versum supplevimus ex ipso Bocharto, pag. 477. Pisida elegantissime locustarum proprietates describit, quas cum supra laudatis scriptoribus conferre longum esset. Ex Plinio tantum hæc pauca: *Gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt . . . . Deorum iræ pestis ea intelligitur. Namque et grandiores cernuntur, et tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur: solemque obumbrant, sollicitis suspectantibus populis, ne suas operiant terras . . . . Immensos tractus permeant, diruque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes*, etc.

1255. Cod. 1126, habet πυκνὴν χάλαζαν.

1256. *Πηδητικὴν ἔπαλξιν* congruenter vocat: quia ea est locustæ natura, ut facile, quocunque velit, se vertat, repat, volet, saltet. Sex enim habet pedes, quorum duo extremi longiores non ad incessum, sed ad subsiliendum dati. Vide Bochartum loc. cit. pag. 452, qui Mosen quatuor tribuentem pedes locustis cum Aristotele hexapoda hæc insecta vocantem feliciter conciliat. Aperte enim Philosophus, IV, 6, *De part. anim.*, ait esse quædam insecta, quæ posteriores partes habeant longiores, ut melius ambulent et attollantur: Ὅσα δὲ πηδητικὰ αὐτῶν ἐστι, μᾶλλον τοῦτο φανεροῖ· οἷον ἀΐτ' ἀκρίδες, καὶ τὸ τῶν ψυλλῶν γένος . . . ἐξάποδα δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα εἰσὶ, σὺν ἀλτικοῖς πορίοις. *Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt; ut locustæ et culices . . . omnibus his seni sunt pedes, iis etiam, quibus enixu saliunt, enumeratis.* Quibus verbis patet posteriores partes, quas ἀλτικὰς appellat *saltatorias*, καταχρηστικῶς tantum *pedes* etiam vocari.

1264. Morelium certe latuit, quid quatuor sequentes versus significarent: quod jam ante fecerat ab ipso Bocharto, pag. 452, observatum. Patet autem, cum Noster supra πηδητικὴν *subsilientem* locustam vocaverit, ac deinde dicat ipsam τὰ κῶλα συλλέγειν καὶ τείνειν πάλιν, saltatorias partes cum Aristotele intelligere.

Digitized by Google

Ὥσπερ τὰ νεῦρα τῶν βελῶν οἱ τοξόται·
Καὶ τραυματοῖ τὸ σῶμα τῶν ἐναντίων,
Τοῖς ἀντιλόξοις τῶν σκελῶν ἀκοντίοις.
Καὶ μή τις ἡμᾶς κομπορήμων φαυλίσοι
Ὡς πρὸς τὰ μικρὰ, καὶ σχεδὸν τετμημένα,
Κινοῦντας εἰκῆ τοῦ λόγου τὸν ἄξονα.
Εἰ γάρ τις οἶκον ὡραϊσμένον βλέπων
Μορφαῖς ἀπαστράπτοντα κεχρυσωμέναις,
Ἡρμοσμένον δὲ καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλοις,
Καὶ τῇ πενιχρᾷ συμπλοκῇ τῶν ὀστράκων,
Σὺν τοῖς μεγίστοις καὶ τὰ μικρὰ θαυμάσει,
Στέργων ἅπαντα, καὶ κροτῶν τὸν ἐργάτην.
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον, τοῦ πανεργάτου Λόγου,
Μύρμηκα, καὶ κώνωπα; καὶ τὴν ἀκρίδα,
Τὰ πάντα θαυμάσειεν ἔργα σὺν φόβῳ;
Πῶς ἡ χαμερπὴς καὶ τοσαύτη σμικρότης

A

Τυχεῖν τοσαύτης ἠξιώθη φροντίδος,
Ὡς καὶ φρόνησιν ἐντεθῆναι καὶ κράτος,
Ἰσχνῇ, ταπεινῇ, καὶ στενῇ διαπλήσει;
Καὶ πῶς τὸ φρικτὸν οὐχ ὑπεστάλη κράτος,
Ἔργοις τοσούτοις προσβαλεῖν λεπτουργίαν·
Πόθεν ταὼς πρόεισι ὡραῖος πάλιν,
Ὄρνις διαυγὴς καὶ κατάστερος φύσει,
Τὴν πορφύραν πτερωτὸς ἡμφιεσμένος·
Ἐξ ἧς ἁλαζὼν καὶ τυφώδης τὴν θέαν,
Μόνος διάττει τῶν ἁπάντων ὀρνίθων·
Ἦγ' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων,
Πολλὴν χύσιν ἔμιξεν αὐτῷ χρωμάτων;
Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα Σηρικῶν νόμος
Πείθει τὰ λαμπρόκλωστα νήματα πλέκειν,
Ἁ τῇ βαφῇ χρωσθέντα τῆς ἁλουργίδος,
Χαυνοῖ τὸν ὄγκον τῶν κρατούντων ἐμφρόνως;

B

nervos solent, et crurum recurvis spiculis hostium corpora sauciat.

Num quis me buccis inflatis crepans hic irriserit, quod ad tam parva, et propemodum ad vilia insecta orationis cursum inconsultus converterim? Etenim si, cum quis bene ornatam domum videt, aureis quidem renidentem imaginibus, sed tamen ferro et lignis compositam, et ex vili testarum congerie compactam, majora simul, et parva quæque admiratur, et singulis delectatus artificem laudat: cur rerum omnium Opificis Verbi opera singula, formicam, inquam, culicem et locustam non demirabitur tremens, neque obstupescet, quomodo hæc tam prodigiosa humi repentium parvitas tantam sit consecuta Providentiæ dignitatem, ut gracili, pusillo et angusto corpori indita sit prudentia et robur; et quomodo tremenda Dei potestas ab hac operis tenuitate cæteris maximis operibus adjungendo se non subduxerit?

Unde procedit iterum formosus pavo, avis totus refulgens, et stellis ornatus, alasque indutus purpura, qua superbus; et tumens aspectu, solus omnes cæteras volucres antecellit? Et unde hæc purpura, quæ nullo labore fuit parata et confecta, tanta colorum varietate ipsum distinxit?

Quæ vero lex vermi inter seras suadet, ut egregio C opere deducta fila intexat, quæ cum sunt infecta colore purpureo, regum sapientium fastum tempe-

NOTÆ.

1266. An Ægyptiæ locustæ etiam hominibus fuerint exitiales, disputant interpretes in illud Sap. xvi, 9: *Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animæ illorum, quia digni erant ab hujuscemodi exterminari.* Pisida affirmat quod Bochartus, et alii fortasse confidentius negant.

1268. *Κομποῤῥήμων*, grandibus utens verbis, de Sophistis dici solitum. Vide supra, v. 74.

1269. *Τετμημένα insecta* quæ ab Aristotele, et aliis ἔντομα dicta sunt, *propterea quod*, ut ait sanctus Basilius, Hom. VIII, 7: *Quasdam undique incisuras præ se ferunt*, διὰ τὸ πανταχόθεν ἐντομάς D τινας φαίνειν.

1271. Privati cujusdam ædificii cum opificio divino comparatio satis elegans, qua, ut dici solet, a minori ad majus Noster probat, quam sint omnia opera Dei admiranda. Cod. 1126. ἠλαϊσμένον.

1277. Vide supra, 304, sanctus Augustinus, *De civit. Dei*, V, 11: *Deus summus, et verus cum Verbo suo, et Spiritu sancto . . . nec exigui, et contemptibilis animantis viscera, nec avis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium convenientia et quadam veluti pace dereliquit.*

1283. Ἰσχνὴν refert ad formicam, ταπεινὴν ad culicem, στενὴν ad locustam, quam supra, v. 1250, παγχενῆ vocavit.

1286. Vide supra, v. 1245

1287. Ovid., *Metam.* XV, v. 575:

Junonis volucrem, quæ cauda sidera gestat.

1288. Purpuram dixit, ut colorum varietatem nobilitatemque exprimeret. Ac purpuræ quidem varia quondam erant genera. Plinius, IX, 63, purpuram violaceam, Tarentinam rubram, et Tyriam dibapham distinguit.

1289. Ælianus, V, 21: Ὅπως ἔχει τῆς εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἀφθονίας παρίστησιν· ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τῆς θέας τὸν παρεστῶτα. *Quanto sui ostentandi studio teneatur abunde demonstrat, dum spectatorem conspectu suo expleri facile patitur*, etc. Plinius, X, 22, *gloriosum animal* ea de causa vocatum fuisse pavonem refert. Vide Philem. VII.

1291. Cod. Vat. 1126, legit: Ἥτις ἀμόχθων, κ. τ. λ., ac deinde eleganter ποικιλίαν ἔσπειρεν αὐτοχρωμάτων, *colorum insitorum varietate perfudit.*

1293. Bombycis, qui vermis sericus, et Indicus dictus est, natale solum, opera, et stupendarum metamorphoseon vices sciens præteream; cum hæc Pisida non videatur inquirere, eaque facillime possint, qui velint, colligere ex Aristotele, *Hist. anim.* V, 19; ex Plinio, XI, 26; ex Aldovrando, *De insectis*, p. 282; ex Hieronymo Vida, in *Poem. de Bombyce;* ex Salmasio, in *Solin.*, pag. 209; atque ex De-Raumurio, *Hist. des insectes*, tom. I, p. 487.

1294. Λαμπρόκλωστα νήματα *splendide deducta fila* dixit, ut operis naturam nobilitatemque indicaret.

1295. Ἁλουργὶς est purpura nigra, vel violaceo colore exsaturata, quam quidam putant fuisse cæteris nobiliorem: eo quod in auctores inciderint, qui dicerent imperatores ἐν ἁλουργίδι quondam fuisse solitos incedere. Pisida id videtur confirmare. Equidem nihil certi statuo. Sæpius enim occurrit πορφύρα pro ἁλουργίδι, itemque ἁλουργὶς pro πορ-

Digitized by Google

Μνήμη γὰρ αὐτοὺς εὐλαβῶς ὑποτρέχει,
Ὅτι πρὸ αὐτῶν τῆς στολῆς ἡ λαμπρότης
Σκώληκος ἦν ἔνδυμα, καὶ φθαρτὴ σκέπη.
Ὡς τῇ καθ' ἡμᾶς μαρτυρῶν ἀναστάσει,
Θνήσκει μὲν ἔνδον τῶν ἑαυτοῦ μνημάτων,
Τὸν αὐτὸν οἶκον καὶ ταφὴν δεδεγμένος·
Σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν σαρκίου
Σαπέντος ἢ ῥύεντος, ἢ τετηγμένου,
Χρόνου καλοῦντος ἐκ φθορᾶς ὑποστρέφει,
Καὶ τὴν πάλαι μόρφωσιν ἀῤῥήτως φύει,
Ἐν τῷ περιττεύσαντι μικρῷ λειψάνῳ,
Πρὸς τὴν ἀπ' ἀρχῆς σωματούμενος πλάσιν.
Κατηγορεῖ δὲ πυκνὰ τῶν πλανουμένων,
Καὶ ζῶν ἐλέγχει τὴν πικρὰν ἀπιστίαν,

A Εἰ μηδὲ τοῖς σκώληξιν ὡς διδασκάλοις,
Πεισθεῖσα λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβει.
Ποίου γὰρ ἂν τύχωσι συγγνώμης λόγου
Οἱ τοῖς ἑαυτῶν ψηλαφῶντες δακτύλοις
Σκώληκα νεκρὸν ἐκ ταφῆς ὁδοιπόρον,
Βλέποντες ἢ μύοντες εἰς ἀβλεψίαν,
Τὴν πίστιν ἀντέστρεψαν εἰς ἀπιστίαν;
Πόθεν χελιδὼν ἐξ ἀομμάτου θέας
Τριήμερος πρόεισιν ὀμματουμένη,
Πόαν περιτρίψασα ταῖς κόραις μίαν;
Ἦν οὐκ ἀκόμψως καὶ χελιδόνιον λέγειν
Κριταὶ παλαιῶν δογμάτων ἐθέσπισαν,
Τὴν ἀξίαν λαβοῦσαν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Καὶ τῷ θέρει μὲν ὡς λύρα ῥυθμίζεται·

rant? tacite enim ipsis recurrit in mentem, eam stolæ amplitudinem, splendoremque, vermis antea fuisse amictum, et corruptibile integumentum. Sed idem nostræ resurrectionis est testis: quippe in suo monumento clausus, una simul domo et sepulcro exceptus, moritur: ubi vero jam fere totum id, quod ei erat carneum, computruit, et tabefactum effluxit, tum opportuno revocatus tempore ex corruptione revertitur, et in pristinam formam mirabiliter assurgit, parvis iis reliquiis, quæ superfuerunt, in eumdem quem habuit a principio corporis habitum collectis atque conjunctis. Atque ita non semel eos, qui erroribus detinentur, incusat, et reviviscens impiam illorum incredulitatem redarguit, quod ne vermibus quidem magistris ad resurrectionem colendam adduci valeant. Quam enim

B veniæ rationem illi consequantur, qui propriis suis digitis mortuum profecto vermem, et tamen e sepulcro remeantem contrectant, atque id apertissime videntes, vel potius conniventes ne videant, fidei argumenta ad infidelitatem suam confirmandam convertunt? Unde oculorum luce privata hirundo, tribus exactis diebus oculata exsistit, cum suis pupillis bene attritam quamdam herbam ingesserit? quam illi veteres rerum judices non inscite Chelidoniam vocari sanxerunt, quasi a re ipsa nominis dignitatem accepisset. Et unde eadem avis æstatis tempore, velut lyra, sonos modulatur, cum autem hiems ingruit, contrahitur, et arborem studet invenire, quæ ei domum præstet; namque arboris trunco inclusa fasciis veluti quibusdam involvitur: ibi plumarum vestem exuit, quam mox renovatam

C

NOTÆ.

φύρα usurpata. Pius sensus, quem ex vermis serici contemplatione eruit Pisida, quam late pateat, tute vides. Ecquid enim aliud ea sunt omnia, quæ nobis victum cultumque suppeditant quam terra et vermes?

1297. Cod. 1126, γὰρ αὐτοῖς.

1300. Ut certissimum testem resurrectionis, vermem sericum adhibens sanctus Basilius, hom. VIII, 8, mulieres serica fila intexentes ita monet: Μεμνημένοι τῆς κατὰ τὸ ζῶον τοῦτο μεταβολῆς, ἐναργῆ λαμβάνετε τῆς ἀναστάσεως ἔννοιαν, καὶ μὴ ἀπιστεῖτε τῇ ἀλλαγῇ, ἣν Παῦλος ἅπασι κατεπαγγέλλεται. *Animalis hujus mutationem in memoriam revocantes, manifestam resurrectionis notionem accipiatis, neque fidem ei mutationi, quam Paulus omnibus annuntiat, denegetis.* Cod. 1126, ὃς τῇ καθ' ἡμῶν.

1301. Cod. 1126, νημάτων, quæ lectio sane melior. Folliculos intelligit, intra quos vermis immoritur.

1305. Ut plurimum vermiculus post decimum diem prodit alatus papilio.

1308. Pisida Aristotelem secutus videtur ignorasse, ipsum vermem sericum, postquam bombyx, vel chrysalides est factus, in papilionem converti: ait enim eadem assumpta forma, ut antea corporatum reviviscere. Profecto Aristoteles, loc. cit., tres metamorphoseon, vel mutationum gradus non satis aperte designavit, quas Plinius Aristotelis verba vertens sic descripsit: *Primum eruca fit: deinde quod vocatur bombylius: ex eo necydalus.* Num vitur *necydalus* idem, ac papilio? Quis hoc dixerit? Νεκύδαλος enim, ut videtur, nihil aliud significat, quam *divinus*: νέκυς enim Græcis est *mortuus*. Itaque itaverim nec Aristotelem, nec Plinium in comperto rem omnino habuisse. At Pisida Basilium certe legerat, qui loc. cit. ait: Ὑποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδικοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου· ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλών, εἶτα προῒὼν βομβύλιος γίνεται· καὶ οὐδὲ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται· *Qualia de Indico verme cornigero narrantur, qui primum in erucam transmutatus, deinde temporis progressu bombylis fit: nec in hac forma manet, sed laxas et latas bracteas suscipiens volitat.* Igitur dicendum ne temporibus quidem Pisidæ rem fuisse penitus exploratam: neque enim Basilius ipse ea, quæ refert, voluit pro certo affirmare.

1310. Cod. 1126, τὴν νεκράν.

1312. Id. Cod. πεισθῶσι λοιπόν.

D 1318. Aristoteles, *Hist. animal.* VI, 5; Plinius, XXV, 50; Ælianus, III, 25; sanctus Basilius, VIII, 5, aliique similia narrant. En verba Plinii: *Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam: hac enim hirundines oculis pullorum restituunt visum; ut quidam volunt, etiam erutis oculis.*

1321. Chelidoniam, notissimum herbæ genus, nullibi homines invenire potuisse tradidit Ælianus, loc. cit.: Ταύτης τῆς πόας ἄνθρωποι γενέσθαι ἐγκρατεῖς διῳῶσι, καὶ οὐδέπω νῦν τῆς σπουδῆς κατέτυχον· *Hujus herbæ homines quamvis compotes fieri percupiant, nunquam hactenus eorum studio satisfactum est.*

1325. Scilicet χελιδόνος. *hirundinis* nomen ei datum, quod oculorum morbis mederi veteres putarent, atque id ipsa hirundine monstrante didicissent.

1324. Mirum! Pisidam hirundinis garritum lyræ

Digitized by Google

Ὅταν δὲ χειμὼν εἰσβάλῃ, συστέλλεται,
Καὶ δένδρον εὑρεῖν οἰκίαν τεχνάζεται,
Καὶ σπαργανοῦται συντεθεῖσα τῷ ξύλῳ,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐκδιδύσκεται σκέπην,
Αὖθις δὲ ταύτην ἀμφιέννυται νέαν,
Ὡς οἷα νεκρὸς ἐκ ταφῆς ἀνηγμένη·
Ἔαρ γὰρ αὐτῇ τὴν ἀνάστασιν φέρει·
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ λαλεῖ καθ' ἡμέραν·
Εἴπερ τίς ἐστι καὶ παρ' ὀρνέοις λόγος·

Ἄνθρωπε τιμᾷν τὴν ἀνάστασιν μάθε,
Λάλον θεωρῶν ἐκ ταφῆς χελιδόνα.
Τίς τὸν σπαρέντα σῖτον ἐκ τῶν ἐγκάτων
Τῆς γῆς ἀνιστᾷ, καὶ τὸν ὥσπερ ἐν τάφῳ
Φθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει;
Οὐ τοῖς σοφισταῖς ὡς δοκεῖ τῶν πλασμάτων,
Ὕπαρξιν ἄλλου τὴν φθορὰν ἄλλου λέγειν·
Οὐδ' ὡς λέγουσιν ἐκ μὲν ἵππου σήψεως
Σφηκῶν κύησιν, ἐξ δνου δὲ κανθάρων,

induit, tanquam mortua quædam e sepulcro excitata. Ver enim illi reviviscentiam affert, ac tum ipsa multum inclamat, et (si quis est etiam avibus sermonis usus) quotidie illud videtur repetere: « O homo, cum e sepulcro loquentem hirundinem videas exire, resurrectionem colere addiscito. » Quis satum frumentum ex terræ sinu facit assurgere, et granum veluti in sepulcro corruptum mille spicis onustum educit? Certe non ut fabulosis sophistis placet asserere, « Corruptio unius fit alterius existentia: » nec ex equi putrefactione, ut ipsi dicunt, vespæ, neque ex asino canthari, neque apes industriæ ex bove enascuntur: generis enim identitas neutiquam immutatur, sed vere ipsum rei

NOTÆ.

comparasse, cum ab Aristophane, in *Ranis*, act. 1, sc. 2, 93, mali poetæ *hirundinum musæa, artis poeticæ dedecora* fuissent nuncupati:

Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

quod monente, ibid. Scholiaste ex Euripidis Alcmena expresserat Aristophanes. Verum non defuere, qui hirundinis cantum laudarent. Videsis Aldovrandum, *Ornithol.*, XVIII, pag. 667.

1325. Plinius, X, 36, semestres hirundines esse dixit, quod sex mensibus nobiscum, sex aliis alibi degant. De ipsarum adventu, et abitu incerta omnia. Solus mellitissimus Anacreon, quo migrent, videtur cognovisse, qui ode 33 hirundinem suam alloquens dicit ad Nilum, vel ad Memphim evanescere:

Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος
Ἢ Νεῖλον, ἢ τι Μέμφιν.

Pisidas in loca vicina se condere hirundines commonstrat ex Aristotele, VIII, 16, qui ait: Ἤδη γὰρ ὠμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν, *visæ enim sunt multæ in angustiis conullium nudæ atque omnino deplumes.* Eadem reddidit Plinius, X, 34. Sed contra omnes tum veteres, cum recentiores scriptores Pisidæ consentiunt, aiuntque, hirundines in locis septentrionalibus non trans mare devolare, adventante hieme, sed magno numero coire, unaque unguibus, rostro, alis, inter se complicatas mergi aquis, atque in fundum delatas, terræ tepescentis vapore foveri, totamque hiemem aut humore, aut ipso veterno nutriri; vere autem novo emergere atque evolare. Alibi vero ferunt easdem aves in uvæ modum collectas, et conglobatas vel e summo fornice pendere per totam hiemem, vel in arborum truncis se condere. Quæ omnia breviter expressit Pedo Albinovanus in elegia in obitum Mæcenatis, cum dixit *conglaciantur aquæ, scopulis se condit hirundo.* Legesis Gratianum, *De scriptis invita Minerva*, lib. XVI, pag. 156, et Danielem Huetium, in Commentario de rebus ad eum pertinentibus, pag. 40.

1333. Ἐπανόρθωσις hæc est, vel dubitatio: superius enim, v. 931, eos irridebat, qui aves inter se colloqui dictitabant.

1336. Omnium primus hanc similitudinem tritici adhibuit Apostolus, 1 Cor. XV, 36: *Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur.* Et: *Quod seminas non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum.* Post sanctum Paulum omnes, qui de resurrectione disseruerunt, similia dixere. Vide sanctum Clementem, *Epist. ad Corinth.* XXIV; sanctum Theophilum, *ad Autol.*, I, 13; Athenagoram et Tertullianum, *De resurrect.*, aliosque, qui memoratum caput Apostoli illustrarunt atque explanarunt.

1339. Vide supra, v. 1040, ubi Aristotelis sententiam circa generationem plantarum, et animalium attigimus. Verba hic apponere necessarium ducimus. Κοινὸν μὲν οὖν συμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. Τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ σπέρματος ἑτέρων φυτῶν· τὰ δὲ αὐτόματα γίνεται... οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν ἀπὸ ζώων γίνεται κατὰ συγγένειαν τῆς μορφῆς· τὰ δ' αὐτόματα, καὶ οὐκ ἀπὸ συγγενῶν· καὶ τούτων τὰ μὲν, ἐκ γῆς σηπομένης καὶ φυτῶν, ὥσπερ πολλὰ συμβαίνει τῶν ἐντόμων· τὰ δ' ἐν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς μορίοις περιττωμάτων. *Evenit, ut commune animalia cum stirpibus habeant, quod alia semine, alia sponte naturæ oriantur: ut enim stirpes aut ex aliarum stirpium semine proveniunt, aut sponte erumpunt... sic animalia nasci alia ex animalibus solent per formæ cognationem, alia sponte creantur: quorum alia humo, aut stirpe putrescente consistunt, ut complura insecta generentur: alia in animalibus ipsis, excrementisque partium gignuntur.* Pisida aperte Aristotelem impugnat, ac celebre illud ejusdem philosophi axioma: Εἴπερ τὸ αὐτό ἐστι γένεσις μὲν τουδί, φθορὰ δὲ τουδί· καὶ φθορὰ μὲν τουδί, γένεσις δὲ τουδί· *Quidem idem est generatio hujus, et illius corruptio, atque hujus corruptio, et illius generatio.* Vide I, 5 et 4, *De generat. et corrupt.*, ubi quid sit generatio, quid corruptio, quid alteratio philosophus definit. Igitur cum poeta hanc sententiam rejiciat, et de resparum apumque ortu exempla, quæ ad eam firmandam adduci solent, exsibilet, a recentiorum placitis, qui ex ovo et semine oriri omnia consentiunt, non multum ille abfuisse videtur. Statuit enim infra, vers. 1344, quod ἡ τοῦ γένους ταυτότης οὐκ ἀλλάγη, *generis identitas non alteratur*: quasi diceret, quodvis animal, et quævis planta non sponte vel ex putri, sed ex quodam principio vitali oritur, ad quod iterum singula suis generibus servatis reverturtur. Quid in hac re clarius, aut naturæ legibus convenientius quisquam desiderabit?

1342. Fabulam circa horum insectorum generationem a sexcentis scriptoribus repetitam aptissime Plinii testimonio confirmare sufficiat, qui cum libro XI, 23, de apibus multa narrasset, ita sequitur: *In totum vero amissas, sunt qui putent, reparari recentibus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Virgilius juvencorum corpore exanimato; sicut equorum vespas, atque crabrones, sicut asinorum scarabæos, mutata natura ex aliis quædam in alia.*

Digitized by Google

Βοὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργάτιν·
Ἡ τοῦ γένους γὰρ ταυτότης οὐκ ἠλλάγη.
Ἀλλ' αὐτὸς οὗτος τοῦ φθαρέντος ὁ σπόρος
Πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν, ἀναστρέφει.
Τίς τῶν παρ' ἡμῖν τεκνοποιῶν σπερμάτων
Τὴν σῆψιν εἰς σύμπηξιν ὀστώδη πλέκει;
Εἰ μὴ σαπῇ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ σπόρος,
Ὡς σῶμα νεκρὸν ἐνταφεὶς τῇ κοιλίᾳ,
Οὐ σωματοῦται τῇ κυήσει τὸ βρέφος,
Εἰς δέρμα καὶ νεύρωσιν ὀργανούμενον.
Τίς οὖν τὸ τοῦ Κτίσαντος οὐ φρίττει κράτος,
Εἰ καὶ τὸ πρῶτον καὶ πάλιν τὸ δεύτερον
Δείκνυσιν ἡμᾶς ἐκ φθορᾶς ζωουμένους;
Ἀλλ' ἔστιν ἡμᾶς εὐσυνόπτους εἰκόνας,
Τῇ φωταγώγῳ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει,
Καὶ μέχρι δεῖξαι τῶν παρ' ἡμῖν τραυμάτων,
Στῆσαι δὲ τοὺς μώλωπας ἀντὶ μαρτύρων,
Ἠχητικῆς σάλπιγγος εὐστομωτέρους·
Ὅταν γὰρ ἰχὼρ σηπτικὸς παρεμπέσῃ,
Σύριγγα τίκτων ἐκ νομῆς πυροτρόφου
Οὐκ ἄν τις εὕροι τοῦ σεσηπότος μέλους
Τὴν ὥσπερ εἰπεῖν ἐκ μέρους ἀνάστασιν,
Εἰ μὴ ῥυῇ τὰ πρῶτα, καὶ λύσιν πάθῃ,
Ἡ παντελῆ σύντηξιν ἐκ φθορᾶς λάβῃ,
Τῆς ἔνδον αὐτοῦ σαρκὸς ἠφανισμένης·
Οὕτω γὰρ αὖθις γίνεται σεσωσμένος,
Πυρὶ στομωθεὶς, ἢ διαιρεθεὶς ξίφει,
Ἢ καὶ μελικράτῳ τε, καί τινι ῥόσῳ

iæ computruit semen ad eamdem, quam habuit, substantiam revertitur. Quis nostri genitalis semis corruptionem in osseam compaginem astringit? isi enim nostrum quoque semen, velut mortuum rpus in ventre sepultum, corrumpatur, non inde nceptus infans pelle, et nervis instructus prodet.

Ecquis igitur summi Conditoris potentiam non formidet, cum uno et altero argumento e corruptione nos vivere sit demonstratum? Age vero quæ late fulget mortuorum resurrectio, adhuc magis confirmetur, ejus rei manifestas similitudines ex nobis ipsis etiam petamus, et nostri ipsius corporis vulnera observanda proponamus, ipsasque vibices sonora tuba vocaliores testes proponamus. Cum enim putrida sanies ex purulento vulnere fistulam generans obreperit, putrefacti membri quamdam, ut ita dicam, resurrectionem assequi nemo possit; nisi priora exciderint, ac resoluta effluxerint, et tabe prorsus absumpta, ejus partis carne intus exesa, computruerint: tunc enim infirmus, ulcere aut ope ignis solidato, aut ope ferri exsecto, vel mulso,

NOTÆ.

1347. Idem argumentum legere est in Athenagoa, *De resurrect.*, 17, et in Cyrillo Hierosol. catech. XVIII, 9, qui invictissime sic concludit: Ἐξ ὑτελῶν πραγμάτων ποιήσας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἆρα τοὺς ἐσόντας ἐγεῖραι οὐ δύναται; Ὁ τὸ εὐτελέστατον ὕτω σωματοποιῶν, τὸ πεσὸν πάλιν ἐγεῖραι οὐ δύναται· *Qui ex imperfectis initiis nos fecit Deus, num um ceciderimus excitare non poterit? Qui rem vilisimam ita corporavit, corpus demortuum iterum excitare non valeat?*

1352. Cod. 1126, ὀργανουμένην.

1356. Id. cod. ἡμῖν. Nemo, quod sciam, μωλώπων, *vibicum* exemplum pro resurrectione adduxit. Quid simile tamen est in Theophylo, *Ad Autolyc.* I, 13: Ἔτι ἄκουσον καὶ ἐν σοὶ αὐτῷ ἔργον ἀναστάσεως γινόμενον, κἂν ἀγνοῇς, ὦ ἄνθρωπε· ἴσως γάρ ποτε πόσῳ περιπεσὼν, ἀπώλεσάς σου τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ εἶδος, ἐλέους δὲ τυχὼν παρὰ Θεοῦ καὶ ἀσεως, πάλιν ἀπέλαβές σου τὸ σῶμα καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ ὥσπερ οὐκ ἔγνως ποῦ ἐπορεύθησάν σου αἱ σάρκες ἀφανεῖς γενόμεναι· οὕτως οὐκ πίστασαι οὐδὲ πόθεν ἐγένοντο, ἢ πόθεν ἦλθον; ἀλλὰ ρεῖς· ἐκ τροφῶν καὶ χυμῶν ἐξαιματουμένων· καὶως· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔργον Θεοῦ τοῦ οὕτω δημιουργήσαντος, καὶ οὐκ ἄλλου τινός· *Accipe præterea resurrectionem in teipso ad effectum, etiamsi ignores, perductam, forte enim aliquando in morbum incidisti; sed misericordiam et medelam a Deo consecutus recuperasti corpus tuum, et speciem, et vires: et quemadmodum ignoras, quonam abierint carnes tuæ cum evanuerunt; ita nec perspectum habes, undenam exstiterint, et unde venerint. Dices ex cibis et succis in sanguinem conversis. Præclare: sed hoc opus Dei est ita rem conficientis, non cujusquam alterius.*

1357. Resurrectionem φωταγωγόν, *affundentem lucem* dicit, vel quod clarissime confirmata sit, vel quod sit Christianæ veritatis quædam illuminatio, ac prima institutio. Vid. de hac voce Sviceri, *Thes. eccles.*

1362. Cod. 1126 habet νομῆς πυστρόφου melius. Quid sit ἰχὼρ, σύριγξ, νομή, et alia, quæ ulceris affectiones designant, confer cum libris *de ulceribus et fistulis* Hippocratis tom. XII, cujus doctrinam hic exponit Pisida.

1365. Hippocrates, *De ulcerib.*, II: Ἥτις ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη, καὶ ἐκόπη σάρξ· ταύτην δὲ ἰατρεύειν, ὅπως διάπυος γένηται· ἧσσον τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας, καὶ κοπείσας, τὰς σαπείσας, καὶ πύον γενομένας, ἐκτακῆναι· ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας· *Quæ caro telo contusa, aut cæsa est, huic ita medendum, quo celerrime suppurata sit; nam et minus inflammationem subit, et carnes contusas, aut cæsas putrescere, et in pus versas tabescere, deinde novas carnes renasci necesse est.*

1366. Cod. 1126, σύμπηξιν· quam lectionem retinendam puto, Hippocratis et Pisidæ opinioni consentientem. Vide infra, v. 1433.

1369. Adisis Hippocratem, loc. cit., qui medicamenta ἐκκαθαίροντα, *purgantia*; ξηραντικά, *exsiccantia*; μαλθακώδεα, *emollientia*; στυπτικά, *astringentia*, etc., pro ulcerum indole, et gradu sapienter præscribit, et Galenum, *De simpl. medic. facult.*, pag. 115, μελικράτῳ, *mulso*, quod est vinum melle delinitum, quale veteres tuendæ valetudinis causa frequenter bibebant, et ad vulnera etiam detergenda adhibebant. Τινὶ ῥόσῳ, *aliquo rore*, scilicet liquore blando et dulci: rores enim dixere, suaves quoslibet, levesque humores, quibus cœli benignitate multæ abundant arbores, et plantæ, quique ex illis aut sponte defluunt, aut arte exprimuntur: puta mel, saccharum, manna, etc. Plinius, XVI, 11, *melleos rores insidere frondibus* dixit, ex aere enim venire mel purum et liquidum, atque ab apibus potius corrumpi putavit, XI, 12. Ac de melle quidem quod ad rem nostram spectat, sic Dioscorides, II, 102: Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν ... ἐψηθὲν δὲ καὶ ἐπιτεθὲν παρακολλᾷ τὰ ἀφεστῶτα σώματα. *Abstergendi vim habet ... Decoctum vero, atque impositum disjunctas divulsasque partes agglutinat.*

Digitized by Google

Πρὸς τὴν ἰατρεύουσαν ἀῤῥήτως κρίσιν,
Στύφουσαν, ἢ ψύχουσαν, ἢ καθαρσίαν
Εὑρὼν ἐκείνου τοῦ μέλους ἀνάστασιν ;
Πῶς οὖν μελίκρατόν τε καὶ πῦρ, καὶ ξίφος
Καὶ μὴν ὀπὸς, καὶ ῥίζα, καὶ χοῦς καὶ δρόσος,
Εἴργει τὸ ῥεῦμα, καὶ τὸ δέρμα συλλέγει,
Ἢ τὴν παλαιὰν σάρκα προσκαλούμενα,
Ἢ σῶμα προσπλάσαντα τῷ πάλαι νέον ;
Ὁ δὲ πλάσας τὸ σῶμα μὴ συναρμόσει
Ῥυὲν τὸ σῶμα, κἂν σαπῇ κεχωσμένον,
Ἢ τὴν παλαιὰν δερματώσας οὐσίαν,
Ἢ τῷ φθαρέντι καὶ σαπέντι σαρκίῳ,
Χιτῶνα λεπτὸν ἐμβαλὼν ἀφθαρσίας ;
Ποίας δὲ καὶ τύχωμεν εὐελπιστίας,

Εἰ τοὺς ἰατροὺς τοῦ γεώδους σαρκίου
Ἄγειν ἐῶμεν καὶ φέρειν τὰ σώματα,
Ὡς ἂν δοκῶσι, κἂν δοκῶσι χειρόνως,
Μηδὲν δὲ δῶμεν τῷ Γαληνῷ τῶν ὅλων
Ψυχῶν ἰατρῷ, πρὸς φιλάνθρωπον τέλος
Τὸ σῶμα νεκρώσαντι τῆς ἁμαρτίας,
Ὑπνωτικὸν δὲ φάρμακον δεδωκότι,
Ὅπως τὸ ῥευστὸν τῆς φθορᾶς ἀποξέσας
Ἀῤῥεύστον ἡμῶν ἐξεγείρῃ τὴν φύσιν ;
Ἢ πῶς ὁ τοῦ Μάνεντος ἐμμανὴς λόγος
Λυττᾷ καθ' ἡμῶν, καὶ λαλεῖ πεφυρμένα ;
Ὡς εἴγε ταυτὸν ἐξεγείρεται πάλιν.
« Τὸ σῶμα τοῦτο, καὶ φθαρήσεται πάλιν.
« Χόλην ἔχον, καὶ φλέγμα, καὶ λύσιν μάχης. »

vel aliquo roscido humore adhibito, pro medicamentorum aut astringentium, aut refrigerantium, aut purgantium inexplicabili vi, et judicio sanus evadet, et illius membri resurrectionem consequetur. Quomodo igitur mulsum, ignis et ferrum, itemque succus, radix, pulvis, et humor roscidus fluxum sistit, et cutim agglutinat, vel quia hæc veterem carnem evocent, vel novum corpus veteri affingant : ille vero, qui corpus plasmavit, corruptum corpus iterum componere non quiverit, quamvis putruerit humatum vel quia veterem substantiam pelle iterum vestire, vel quia corrupto et putri corpori subtile incorruptibilitatis indumentum superimponere ei placuerit ? Quam vero bonam spem obtinebimus, si medicis, qui hujusce luteæ carnis curam habent, nostra corpora, ut ipsis placet, tractare, vel etiam in pejus, si velint, trahere permittimus : nihil autem ei, qui omnium est Galenus, nihil animarum medico concedamus, qui pro sua erga homines misericordia corpus peccati dat morti, et soporiferum pharmacum præbet, ut quidquid est fluxum, atque corruptibile inde abradat, et ad naturam non fluxam, incorruptibilemque nos excitet ?

Quæ vero est Manetis insania, qui tanta sermonis rabie nos incessit, nec tamen sibi constat, illud dicens : « Si hoc corpus excitabitur iterum, idipsum etiam iterum corrumpetur ; cum habeat bilem, et phlegma, et consequenter post pugnam dissolutionem. » Nimirum hæc ille : quamvis suorum vulnerum fistulam inspiciens, qua putrescente omnes

NOTÆ.

1374. Vide Hippocratem, *De hæmorr.*, ubi tradit, quomodo per ustionem, vel incisionem curentur ; et *De ulcer.*, cap. 13 et seqq., ubi agit de herbis, et pulveribus, quibus cataplasmata, et pharmaca sanandis vulneribus conficiuntur.

1377. Cod. 1126, προσκαλουμένη, et deinde προσπλάσασα. Duplicem præstare posse effectum adhibita medicamenta, vel ut priorem carnem revocent, vel ut veteri novam affingant, ex antiquorum sententia dicit Pisida, ut inde concludat tanto facilius omnipotenti Deo cessurum, ut demortuorum corpora faciat assurgere, et immortalitatis veste, cum fuerint excitata, exornet : quæ est doctrina Apostoli, I Cor. xv, 53 : *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.*

1384. Præclare sanctus Cyrillus Hierosol. suam Catechesim, *De resurr. carn.* ita exorditur : Ῥίζα πάσης τῆς ἀγαθοεργίας ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς· ἡ γὰρ προσδοκία τῆς μισθαποδοσίας, νευροῖ τὴν ψυχὴν εἰς ἐργασίαν ἀγαθήν· *Radix totius bonæ operationis est spes resurrectionis ; nam reddendæ mercedis expectatio animam roborat ad bona opera suscipienda.* Hanc sententiam, quæ omnium Patrum, et doctorum consensu firmata est, Pisida ab instituta medicinæ comparatione non discedens ita detorquet, ut Deo magis, quam medico fidendum esse tantum probet.

1390. Rom. vi, 6 : *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati.*

1394. Manes, qui omnium hæreticorum deliramenta complexus, omnium hæreseon deterrimam conflavit, primum Cubricus, et deinde Manes, quod nomen Persarum lingua *Dialecticum* sonat, dictus est. Sed cum Græci Manetis nomen in infamiam vertissent, eo quod Græce furorem et insaniam significat, ejus discipuli suum magistrum Manichæum, vel Mannichæum vocaverunt. Vide sanctum Cyrillum Hieros., *Catech.* vi, 24, et sanctum Augustinum, xix, 22, *contra Faustum*, et Beausobrium, *Hist. de Manichée*, i, 1. Vim nominis igitur exprimens Pisida Manetis ἐμμανήν, *insanum* esse sermonem dixit.

1396. Manes metempsychosim, sive translationem animarum e corporibus humanis in plantarum et belluarum corpora admittebat ; sed cum in Scripturis luculenter testatam animadverteret a mortuis resurrectionem, ipsam omnino negare ausus non est ; sed abutens testimonio Apostoli, loc. cit., xv, 50 : *Quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt*, resurrectionem tantummodo animæ ad gloriam asseruit, quam etiam ad solos suos discipulos restrinxit. Vide sanctum Epiphanium, *De hæres.* lvi, 87. At vero solus Pisida, quod sciam, ejusdem impii hæretici argumentum contra resurrectionem adducit et refellit. Beausobrius quidem, in texenda Manichæismi historia nimium fortasse diligens, locum hunc videtur ignorasse. Cæterum Manetis argumentum facile solutum est neganti cum Pisida antecedens. Manes enim supponit mortis causam esse humorum dissensionem. Verum quis nescit mortem, citra humorum dissidium, ejus in potestate esse, cujus est in manu etiam vita ? Post resurrectionem vero neque dissolutioni, neque corruptioni erit locus, quia, ut ait *ibid.* sanctus Paulus, corpus resurget spiritale.

1398. Quid velit Pisida Galeni librum Περὶ χυμῶν legenti patebit : Χυμοὶ δὲ χολὴ, καὶ αἷμα, φλέγμα τε, καὶ ἡ μέλαινα, ἐξ ὧν τὰ ζῶα συνέστηκε, καὶ ὁ ἄνθρωπος. *Humores vero sunt bilis, sanguis, pituita, et humor melancholicus, ex quibus animantia componuntur, et homo.*

Digitized by Google

Καίπερ θεωρῶν τῶν ἑαυτοῦ τραυμάτων
Τὴν σηπτικὴν σύριγγα, τοὺς χυμοὺς ὅλους,
Ὡς πρὸς μάχην θήγουσαν ἀνθωπλισμένην,
Χολῆς μελαίνης, καὶ χολῆς ξανθοπλόκου,
Καὶ φλέγματος πρὸς αἷμα συμπεπλεγμένου,
Καὶ συῤῥυέντων, καὶ πεφυρμένων ὅλων,
Μάχην θεωρῶν, μὴ θεωρῶν τὴν λύσιν.
Καὶ μηδὲ τοῖς μώλωψι πεισθῆναι θέλων,
Ὡς καὶ σαπέντων ἐκ φθορᾶς τῶν ὀργάνων,
Ἄσηπτον αὐτοῖς ἀντεγείρεται δέρας,
Καὶ συμβιβασμὸς γίνεται τῶν σχισμάτων
Ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ὡς νομίζεται μάχης ;
Ἢ πῶς φυλαχθῇ τὸ λογικῶς εἰρημένον,
« Σύμπνοια καὶ σύῤῥοια τῶν ὅλων μία, »
Εἴπερ τὸ σύμπνουν σχίσμα γίνεται μάχης ;
Ἢ πῶς τὸ ῥευστὸν εὐρεθῇ πεπηγμένον,
Εἰ μὴ παρούσης τῆς ἀναγκαίας μάχης
Θάλψει τὸ φλέγμα τῆς χολῆς ἡ θερμότης,
Ἢ συγκεκρασθῇ θερμότητι ψυχρότης,

A Ἢ ξηρότης εὔικμον ἁρπάσει μάχην ;
Οὐ κυρίως οὖν ἐστιν ἡ μάχη μάχη,
Συνεκτικὴ δὲ μᾶλλον. ἢ τοὐναντίον
Χωριστικὴ πέφυκε τῶν ἡρμοσμένων·
Σφίγγουσα τὴν σύμπηξιν ἄχρι τὴν δέσιν
Λύσει τὸ τοῦ σφίξαντος ἄῤῥητον κράτος.
Ὡς γάρ τις οἶκον δημιουργῆσαι θέλων
Καὶ σφῆνα πήξας σφαιροσυνθέτου στέγης,
Οἶδεν μόνος τὸ σφίγμα, καὶ λύει μόνος·
Οὕτως ὁ τὴν ἔνσαρκον οὐσίαν κτίσας,
Ὅταν δέοι τὸν οἶκον ἐλθεῖν εἰς λύσιν,
Οὐ φλέγμα κινεῖ, καὶ χολὴν πρὸς τὴν λύσιν,
Ὡς ἐνδεῆς ὢν ὑλικοῦ παρεργάτου·
Ἀλλ' ἐκβαλὼν τὸν σφῆνα τὸν ψυχοκράτην,
Ὡς οἶδεν, ὡς ἔσφιγξε, καὶ λύει μόνος.
B Ὅταν δὲ τὴν σύμπηξιν ἁρμόσαι θέλῃ·
Κτίσαι γὰρ σῦθις βούλεται τὴν οἰκίαν,
Πτῶσιν παθοῦσαν ἐξ ἀδήλων πνευμάτων·
Εἰ καὶ χολὴν καὶ φλέγμα, καὶ πνεῦμα λάβοι,

humores corporis hinc inde ad pugnam cieri, atram bilem cum flava committi, phlegma cum sanguine commisceri, et hæc omnia in unum confluere atque confundi, veramque pugnam se vidisse plane possit, dissolutionem autem, quam dicit, se vidisse nequeat affirmare. Sed ne vibices quidem tanti sunt, ut ipse persuaderi velit : in quibus illud manifestum, quod ubi pars aliqua corruptis organis putruit, nova desuper pellis educta illis obtenditur, atque ex ea, quæ dicitur et putatur esse pugna, sit inter ipsos pax et conciliatio. Quinam autem logicum illud effatum staret : « Omnia in unum confluunt atque conspirant, » si ex ipsa rerum conspiratione oriretur pugnæ dissidium ? aut quomodo id, quod est fluidum, coagmentatum iri videremus, si necessaria hac intercedente pugna pituitosam bilem calor non deliniret, aut frigidum calido non temperaretur, et siccum cum humido pugnam amice non iniret ? Non vere igitur, et proprie pugna est pugna : sed est quid ea, quæ sunt inter se congruentia, potius conjungens, quam dividens e contrario : est quid, inquam, rerum compaginem arctius constringens, usquedum ineffabilis potentia illius, qui opus colligavit, operi vincula dissolvat. Sicuti enim si quis domum exstruxerit, et arcuatum fornicem infixo cuneo copulaverit, ipse solus novit, ubi sit cunei nexus, et ipse solus potest solvere : ita qui carneam condidit substantiam, cum C contexta domus debet dissolvi, non phlegma neque bilem ad dissolvendum immittit, quasi aliquo materiali adjutore ipse indigeat ; sed cuneum, animæ retinaculum, extrahit, atque prout solus novit, prout solus conjunxit, solus etiam dissolvit. Cum autem molem ipsam coagmentare atque connectere decernit (vult enim iterum hanc domum ædificare, quæ ex occulta spirituum vi acta est in ruinam), bilem, phlegma, et spiritum, si velit, assumet, atque ea una simul, velut calcem cum testis (nam etiam

NOTÆ.

1402. De quatuor humorum varietate, colore et effectibus Galenus, ibid., pag. 151 : Πικρὰ ἡ ξανθὴ, καὶ ὀξεῖα ἡ μελαίνη, *bilis flava, amara, et nigra, acida.*

1411. Cod. 1126, τῶν λογικῶν ῥημάτων. Galenus sæpe usurpat hanc aphoristicam sententiam Σύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα, *confluxus unus, conspiratio una, consentientia omnia.* Sic lib. II *De caus. puls.*, πάντα πᾶσι συμπαθέα, φύσις κοινή, *omnia omnibus consentiunt, natura communis est.* Egregie autem, *De humor.*, pag. 152 : Χρὴ δὲ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, ἵν' ὑγιειά τε διαμένῃ, καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσεται. *Oportet enim humores exquisite esse qualitate temperatas et quantitate æquales, ut et sanitas præsens permaneat, et absens redeat.*

1416. Vide Galenum, *De nat. facult.* I, 2, tom. V, pag. 9, qui de facultate generatrice, de auctrice ac de nutritione acturus, Hippocratem dicit omnium medicorum ac philosophorum fuisse primum, qui ἀποδεικνύειν ἐπεχείρησε, τέτταρας εἶναι τὰς πάσας δραστικὰς εἰς ἀλλήλους ποιότητας, ὑφ' ὧν γίνεταί τε καὶ φθείρεται πάντ' ὅσα γένεσίν τε καὶ φθορὰν ἐπιδέχεται, *demonstrare tentavit quatuor esse omnes, quæ mutuo inter se agerent, qualitates, a quibus, quæ ortum et interitum admittunt, omnia gignantur, ac corrumpantur.* Quòd quam verisimili ratione dictum sit, nobis plane non constat : cum multo ante Hippocratem similia luculenter docuerit Socrates, ut D videre est in *Timæo*, pag. 83 et seqq.

1418. Cod. 1126, καὶ ξηρότης ἔνυγρον ἁρπάσοι.

1424. Consule Athenagoram, *De resurr.* IX et XII, ubi nonnulla, quæ hanc comparationem Dei cum architecto illustrant. Perspicuum est autem Pisidam omnem vitæ rationem in anima ponere, unde ipsam ψυχοκράτην, *vitæ retinaculum* vocat, infra vers. 1431.

1425. Cod. 1126, καὶ σφῆνα πῆξαι. Pisida per *cuneum* ferramentum aliquod in fornice domus apte collocatum intelligit, ut curvaturæ circinationem astrictam colligatamque sustineat : hinc postea etiam animam corporis cuneum appellat.

1435. Ἀδήλων πνευμάτων, *flaminum latentium* vertit Morellius. Occulti spiritus ex mente Pisidæ, ni fallimur, sunt diabolus, peccatum et animi perturbationes.

1436. Cod. 1126 : Εἰ καὶ χολὴν, καὶ πνεῦμα καὶ

Digitized by Google

Ὅπως φυγόντες πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης;
Εἰς τὴν γαλήνην προσρυῶσι τῶν λίθων;
Τίς τὴν μέλιτταν τὴν σοφὴν, τὴν ἐργάτιν,
Γεωμετρεῖν ἔπεισε, καὶ τριωρόφους
Οἴκους ἐγείρειν ἐξαγώνων κτισμάτων;
Ποιεῖν δὲ τὰς σύριγγας οὐκ ἐπ' ὀρθίας
Γραμμῆς διευθύνουσαν, ἀλλ' ἐγκαρσίαν,
Μήπως ὀλισθήσωσιν οἱ κάτω πόδες
Ἐκ τῶν ἄνωθεν φορτικῶν βαρημάτων·
Εἶναι δὲ μᾶλλον τὰς παραλλήλους θέσεις
Τῶν ἀντιλόξων κτισμάτων ἐρείσματα·
Ὡς καὶ τὸν οἶκον ἑστάναι βεβηκότα,
Καὶ μηδὲν ὑγρὸν ἐκπεσεῖν τῆς ἰκμάδος.

Γεωμετρῶν ἐντεῦθεν Εὐκλείδη σκόπει,
Καὶ σχῆμα μηδὲν γραμματικὸν περιξέσῃς,
Μήπου σε κέντρον τῆς σοφῆς διδασκάλου
Πλήξῃ μελίττης, καὶ μαθεῖν ἀναγκάσῃ.
Τίς τοὺς ἀράχνας λεπτοδακτύλους πλάσας
Νήθειν διδάσκει, καὶ πρὸς ἔργα τοὺς μίτους
Ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐντέρων ἀναπτύειν;
Ποίᾳ δὲ τέχνῃ γραμμικῇ πρὸς τὰς βάσεις
Βάλλουσιν ἀρχὰς, καὶ προτείνουσιν δέσεις·
Μέσῳ δὲ κέντρῳ τὰς ἐπάρσεις τῶν μίτων
Κύκλους ἀπαρτίζουσιν ἠκριβωμένους·
Καὶ τῇ μεταξὺ τοῦ κενοῦ διαστάσει,
Στύλους ὑφαρμόζουσιν ἀντισυνθέτους·

do tam providas pupillas, ut tempestatem ante tempestatem fugientis lapillorum ope in tutum se recipiant? Quis apem, sapientem opificem, ad geometriam adduxit, ut trium contignationum domus ad hexagoni formam exstruat, et cellas non per rectam, sed per obliquam lineam producens conficiat; tum ut infima ædificii pars ex superingesti oneris sarcina pressa non labascat; cum ut ex æquali sibi respondentium laterum positione obliqui operis structura fulciatur, atque ut tota domus stet firmius, et ne gutta quidem liquidi humoris excidat? Huic operi considerando, geometriæ professor Euclides, accede: sed ne minimam quidem figuram, lineolamque audeas evadere, ne suo te pungat aculeo apis, docta sane magistra, atque ex ipsa cogaris addiscere. Quis araneos exilibus digitis instructos, et nere docuit, et necessaria ad opus fila e propriis visceribus egerere? Qua linearum scientia imbuti ortus telæ ad firmas bases projiciunt, et protensas colligant: tum vero in medio centro densiora fila exacti circuli in modum perfecto opificio agglomerant, et interjectis spatiis fulcra, vel stylos trans-

NOTÆ.

1163. Plutarchus, *De solert.*, pag. 979 : Ἀλλὰ πάντας ὁμοῦ παρέχομαι τοὺς θαλαττίους, ὅταν αἰσθωνται μέλλοντα χειμῶνα καὶ σάλον, ἑρματιζομένους λιθιδίοις, ὅπως μὴ περιτρέπωνται διὰ κουφότητα, μηδὲ ἀποσύρωνται γενομένου κλύδωνος, ἀλλ' ἐπιμένωσιν ἀραρότως τοῖς πετριδίοις· *Sed omnes in universum marinos echinos profero, qui, ubi tempestatem fluctusque præsentiunt, lapillis se suburrant, ne ob levitatem avertantur, aut undis obortis avellantur, sed lapillis prægravantibus maneant.* Eodem pariter modo Ælianus, VII, 33.

1165. Apum industriam quis non laudavit, quis non suspexit? Vide Aristotelem, *Hist. anim.* IX, 11; et Virgilium, *Georg.* IV, ne sexcentos alios auctores nominem, qui de apum ædificiis, republica, et officiis integros tractatus ediderunt. Pisida, sanctum Basilium, VIII, 4 secutus est. Ejus verba libenter subjicerem; tum quia alter alteri lucem affert, cum quia nemo fortasse elegantius Basilio apum artificia, et geometricam scientiam in favorum constructione expressit. Sed conferat qui velit.

1166. Ælianus, V, 13 : Γεωμετρίαν δὲ, καὶ κάλλη σχημάτων, καὶ ὡραίας πλάσεις αὐτῶν τέχνης τε καὶ κανόνων, καὶ τοῦ καλουμένου ὑπὸ τῶν σοφῶν διαβήτου, τὸ κάλλιστον σχημάτων, ἑξάγωνόν τε καὶ ἑξάπλευρον καὶ ἰσογώνιον ἀποδείκνυνται αἱ μέλιτται· *Geometriam, figurarum pulchritudinem, atque elegantes earum structuras, sine arte, sine regulis, et sine eo instrumento, quod circinum sapientes vocant, nempe venustissimas figuras sexangulas, et sex laterum, et æqualium angulorum apes conficiunt.* Τριωφόρους οἴκους, apes ut ætate, et conditione inter se triplices sunt, sic tripartito etiam suas cellas dividere refert Aldovrandus, *De insectis*, pag. 22; sanctus Basilius, loc. cit., aliam causam assignat: Ἔπειτα διώροφοι, καὶ τριώροφοι αἱ σύριγγες· ἵνα μὴ τῷ βάρει τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ἐκτὸς διεκπίπτῃ· *Deinde fistulæ duas, tresve contignationes habent; ne humor foras propter gravitatem diffluat.*

1169. Cod. 1126 habet ἐγκαρσίως. Pisida vocat πόδας, *pedes*, vel bases, quos sanctus Basilius, ibid. *fundos* appellat; cum eo tamen consentiens est de ratione, cur favi oblique disponantur : Ἵνα μὴ κάμνωσιν οἱ πυθμένες τοῖς διακένοις ἐφηρμοσμένοι· ἀλλ' αἱ γωνίαι τῶν κάτωθεν ἑξαγώνων, βάθρον, καὶ ἔρεισμα τῶν ὑπερκειμένων εἰσίν· *Ne fundi vacuis intervallis adjuncti fatiscant : sed inferiorem sexangulorum anguli sint basis, et fulcimentum superiorum.*

1177. Euclidi geometræ insigni, cujus libri XIII elementorum ad nostra usque tempora cum maxima omnium utilitate leguntur, apes anteponit. Sanctus Gregorius Nazianzenus, orat. 34, pag. 554 : Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα γραμμαῖς ἐμφιλοσόφων ταῖς οὐκ οὔσαις, καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσι; *Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis non exsistentibus philosophatus, atque in demonstrationibus desudans?* Cod. 1126, παρεξέσῃς.

1180. Araneorum varia genera, eorumque in conficiendis telis industriam describit Aristoteles, IX, 39; Plutarchus, pag. 966; Ælianus, I, 21, et VI, 57; Phile, LX, araneos λεπτοδακτύλους scite vocat Pisida, videlicet *delicatos*, seu *scitulos habentes digitos*. Phile, qui sæpe Pisidam imitatus est, puellas textrices ita appellat :

Εὐμήχανος δὲ τῶν ἀραχνῶν ἡ φύσις
Καὶ παρθένους νικῶσα λεπτοδακτύλους.
Araneis natura perquam industria
Vincens puellarum manus argutias, etc.

1182. Ælianus, I, 21 : Οὐδὲ ἔξωθεν λαμβάνει νῆμα, ἀλλ' ἐκ τῆς οἰκείας νηδύος τοὺς μίτους ἐξάγουσα· *Non aliunde filum assumit, sed ex suo ventre stamina deducit.*

1185. Idem, VI, 57 : Πεφύκασι δὲ ἄρα καὶ γεωμετρίαν δεῖναι· τὸ γοῦν κέντρον φυλάττουσι, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ κύκλον καὶ τὴν περιφέρειαν ἀκριβοῦσιν ἰσχυρῶς, καὶ Εὐκλείδου δέονται οὐδέν· *Sunt etiam natura ad geometriam eruditi; nam et centrum servant, circulumque ex eo procedentem, et circumferentiam exacte conficiunt; neque interim egent Euclide.*

Digitized by Google

Ὅπως τὸ μηχάνημα τῆς λεπτουργίας,
Ὡς ἐξ ἀράχνου συντεθὲν, μὴ συμπέσῃ,
Ὃς διττὸν ἔργον ἐξ ἑνὸς ποιεῖ μίτου,
Λίνα πρὸς ἄγραν, καὶ πρὸς οἴκησιν στέγην;
Ὃν ἐντρεπέσθω πᾶς τις ἀφρόνως λέγων
Ὕλην ἄναρχον· εἰ γὰρ ὕλην οὐκ ἔχων
Σκώληξ ὑφαίνει· τὴν μὲν ὕλην δευτέραν,
Πρωτοχρόνους δὲ τοὺς ἀράχνας λεκτέον·
Ὡς τῶν ἑνύλων ἀρχιτέκτονας μίτων.
Κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
Εἰς αὔραν ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας;
Ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πυκτίδα
Τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν·
Καὶ τοῦτον οἶδα θαυμάσαι πολλῷ πλέον
Ἢ γ' Ὀρφέα κρούοντα μυθώδη λύραν.
Ποίου δὲ κώνωψ εὐπορήσας ὀργάνου,
Φωνὴν ἔχει σάλπιγγος; ἢ ποίῳ λόγῳ
Ἐν σμικρότητι συντεθεὶς ἀμηχάνῳ
Μόρφωσιν ἴσχει, καὶ πτερούμενος φέρει
Στόμα, τράχηλον, ὄμμα, κοιλίαν, πόδας,
Καὶ τὰς ἀδήλους τῶν ἔσω διαπλάσεις,
Ἃς οὐκ ἀφῖκε ψηλαφᾶν ἡ λεπτότης;
Οὐ γὰρ τοσοῦτον τῶν μεγίστων ἡ φύσις,
Ὅσον τὰ μικρὰ ταῦτα τῶν ἀμηχάνων

versarios supponunt; ne operis tam tenuis machina, ut quæ ab araneo sit confecta, corruat: duplex enim ex uno filo opus conficit, *videlicet* retia ad venandum, et domum ad habitandum? Hunc, quisquis materiem esse sine principio stulte asserit, hunc, inquam, intuens erubescat: si enim vermis in seipso non habens materiem, telas intexit; primum quidem in tempore exstitisse araneos, qui ex materialibus filis opus conficiunt, deinde vero materiem, procul dubio erit affirmandum.

Quæ nova autem ratio cycnum erudivit, ut ad dulces musicæ modulos edendos in auras prodeat? alis enim in modum tabellæ expansis suavem quamdam, et novam melodiam in auras effundit. Cujus ego magis, quam Orphei fabulosam lyram pulsantis admiratione sentio me affici. Quo vero culex præditus est organo, ut tubæ sonum emittat? aut qua ratione cum ea constet corporis tenuitate, ut id fieri haud potuisse videatur, suam tamen habet formam, et ore, collo, oculis, ventre, pedibus instructus volat, et intus latentes intestinorum complexiones gerit quæ quidem omnia sunt adeo exilia, ut ea contrectare non liceat? Quippe non tantum in rebus maximis, quantum in hisce minimis, quæ

NOTÆ.

1191. Araneorum calliditatem in venandis insectis demiratus est etiam sanctus Gregorius Nazianz. orat. 35, pag. 554, et scite Plutarchus hoc ipsum descripsit, loc. cit.

1193. Non frigidum omnino argumentum contra materialistas, quorum princeps Anaxagoras fuit, teste Aristotele, *De anima*, I, 2. Sed Aristotelem ipsum præcipue vexat Pisida, qui Deo coexsistentem, et necessario unitam fecit materiam, unde passim atheus audit. Vide Bruckeri *Hist. phil.*, tom. I, pag. 832, siquidem quæstio de araneis, quam attingit Pisida, nihil ab ea differt, quæ a Peripateticis mundum æternum asserentibus agitari solebat, *ovum ne prius an gallina fuerit?* Negabant enim, ut Censorinus, *De die nat.* cap. 4, refert posse reperiri, avesne ante, an ova generata sint, cum et ovum sine ave, et avis sine ovo gigni non possit: de qua re diserte, ut solet, disputavit Plutarchus, symp. II, 3; et Macrobius, *Saturn.* VII, 16.

1200. Notissima est veterum opinio, vel fabula de cycnis ante obitum canentibus. Verum Pisida de cantu loquitur, quem etiam viventes edere testatur Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 12: ὨΙδικοὶ δὲ, καὶ περὶ τὰς τελευτὰς μάλιστα ᾄδουσιν, *canere soliti sunt, et præcipue jamjam morituri.* Thomas Bartholinus singulari opere *De cycno* olorum cantum vindicavit.

1201. Ad Aristotelem fortasse respiciens, qui loc. cit. dicit a quibusdam in mari Africo navigantibus cycnorum cantum fuisse auditum, Pisida ait ξενουργεῖν μελῳδίαν ταῖς πνοαῖς, *insolitum melodias genus præbere auris*, sive ventis.

1203. Orpheum, Apollinis et Calliopes filium, a Mercurio, vel, ut aliis placet, a patre lyram accepisse ferunt, cujus vim descripsit Manilius, I, v. 329:

Tunc silvas, et saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.

1204. Vide supra, v, 72. Culicum varia sunt genera. Κώνωψ communius est vinarius, et ἐμπὶς, qui circa loca palustria nascitur. Pisida poetice rem tractans de quocunque culice loquitur, sed proprietates, quæ omnibus conveniunt, rite describit atque admiratur. Liberius certe Aristophanes qui in *Nubibus* act. I, sc. 2, animalculum illud, quod Socratem irrisurus fingit in ejus caput insiluisse ψύλλαν primum *pulicem*, ac deinde ἐμπίδα *culicem* vocat; et in *Pluto*, act. II, sc. 2, v. 537, φθειρσὶ *pediculis*, ψύλλαις *pulicibus* et κωνώπι *culicibus* eamdem perstrependi qualitatem tribuit. Ποίῳ ὀργάνῳ, *quo instrumento*, vel qua corporis parte strepitum edant culices interrogat Noster, illud certe memoria tenens Aristophanis in Socratem convicium, qui a præceptore suo petiit, loc. cit. *Nub.* v. 157:

Τὰς ἐμπίδας
Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρόπύγιον;
An culices
Per os canerent, an per podicem?

Probabilior quidem sententia est muscas et culices alis strepere.

1207. Cod. 1126, μόρφωσιν ἔσχε.

1211. Quam recte Pisida in hac contemplatione obstupescat, a clarissimis nostræ ætatis viris demonstratum est, qui in structura insectorum ope microscopii consideranda omnem operam studiose, ac laudabiliter collocantes summi Opificis sapientiam nobis manifestiorem reddiderunt. Adeat, qui velit, redium, vallisnerium, swammerdamium, etc., ac ne scriptorum copia obruatur, si præfationem tantummodo, quam *insectorum Historiæ* præfixit naturæ explorator diligentissimus De Raumurius, satis certe sibi factum esse confitebitur. Culicis elogium Pisidæ iambis respondens videsis in Scaligero, *De subt.* CXII.

1212. Formicæ industriam imitandam nobis proposuit Salomon, Prov. VI, 6: *Vade ad formicam, piger, et considera vias ejus, et disce sapientiam.* Aristoteles, IX, 38; Plutarchus, *De sol.* pag. 968; Ælianus, II, 25; Plinius, XI, 36; sanctus Basilius, hom. IX, 3; sanctus Gregorius Naz. orat. 34, pag. 555; et alii habent congruentia iis, quæ narrat Pisida, qui scite σιτοκλέπτην *frumenti raptricem*, *frugilegam* formicam vocat.

Digitized by Google

Τὴν πανσθενῆ δείκνυσι μηχανουργίαν.
Πρόελθε μύρμηξ σιτοκλέπτης, ἐργάτης,
Τὸν κόκκον ἡμίτμητον ἐγκλείων κάτω,
Μήπως νοτισθῇ, καὶ σαπῇ ταῖς ἰκμάσι,
Καὶ φθαρτικὴν κάτωθεν ἀνθήσῃ χλόην.
Ὅταν δὲ πυκναὶ τῶν νεφῶν αἱ συγχύσεις,
Τοῖς ἐργομόχθοις ἀντιπνεύσωσιν πόνοις·
Πόθεν ἂς μάντιν τοῦ Ζαμόλξιδος πλέον
Ἕκαστος οἶδεν εὐσυνόπτως ἀγρότης;
Ὅτε προδεικνὺς αἰθρίαν πεπηγμένην
Τὸν σῖτον ἁπλοῖ ἐξ ἑνύγρου πυθμένος
Εἰς ἄξυλον πῦρ, εἰς τὸν ἥλιον φέρων·
Ὅπως πυρωθεὶς ταῖς βολαῖς ταῖς ἐμφλόγοις,
Ὡς ἄρτος ὀπτὸς εὑρεθῇ πεφρυγμένος·
Οὐ γὰρ τοπαύτης ἦν ὁ μύρμηξ φροντίδος,
Ὡς ῥᾴθυμον εὑρεῖν γνωστικῆς ἀβλεψίας·
Εἰ μή τις ἦν πρόνοια, μὴ φρονεῖν μέγα,
Τοὺς τῶν ἐν ἄστροις αἰτιῶν ζυγοστάτας·
Ἀλλ' ὥστε καὶ μύρμηκα θαυμάζειν, ὅπως
Χειμῶνα δηλοῖ, καὶ προμηνύει θέρος.
Τίς ποικίλην δίδωσι τοῖς ὠοῖς φύσιν,
Μικροῖς δὲ τὰ στοιχεῖα δεικνύει τύποις,
Τὸ λεπτὸν αὐτοῖς ἐμβαλὼν ὡς ἀέρα,
Τὸ ξανθὸν ὡς πῦρ, καὶ τὸ λευκὸν ὡς ὕδωρ,
Τὸ σκληρὸν ὡς γῆν· ἀπογαιοῖ γὰρ ἡ φύσις
Ἔξωθεν αὐτό, γῆς μεσοκλήρου δίκην·
Ὡς μήτε τοὺς ἔξωθεν ἐκλύσαι τόνους,
Μηδ' αὖγε τοὺς ἔσωθεν ἀμβλῦναι πόρους·
Ἔσω γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ μήτρας καὶ σπόρου,
Στιγμή τις ἐμπέφυκεν ἡματωμένη,

A

fieri non potuisse videntur, artificis omnipotentia demonstratur.

Prodeas, o formica frumenti rapax, operaria, quæ granum semisectum humi recondis, ne ex humoribus madefiat, et putrescat, corruptumque ex ima parte viride germen emittat. Sed unde cum in aere densantur nubes, ut contra sata improbo labore exculta conspirent, ipso Zamolxide te meliorem, formica, vatem facillime norunt agricolæ? et cum contra stabilem aeris serenitatem es prædictura, ex humentibus cavernis frumentum educis, et ad ignem sine ligno, videlicet ad solem, expandis, ut ignitis radiis torrefactum, fricti panis in modum, tostum, excoctumque inveniatur? At enim tanta plane non erat formicæ sedulitas, et ingenium, ut

B

rerum, quæ neque mens humana potest pervidere, modum rationemque deprehenderet: nisi quædam esset Providentia, quæ monitos eos vellet, qui rerum causas in astris speculantur, ne altum sapiant, sed formicam potius demirentur, quæ ut hiemem demonstrat, ita æstatem prænuntiat. Quis maris, et feminæ variam naturam ministrat ovis? Quis parvas quasdam elementorum in ipsis exprimit imagines? pars enim illa subtilis, ova circumamplectens, aerem; pars lutea ignem, pars alba aquam; et pars dura terram referre videtur: ut enim est dura introrsum terra, ita natura comparatum est, ut terrea quadam crusta extrorsum ova contegantur, ne protensi funiculi exterius dissolvantur, et interni meatus intercludantur: intus enim pro matrice, et

NOTÆ.

1215. Hanc mirabilem formicæ industriam omnes laudati auctores commendant. Plinius loc. cit. sic: *Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt, atque siccant.*

1220. Zamolxin, natione Getam, Pythagoræ discipulum et servum fuisse ferunt. Is in patriam redux a suis et Thracibus, qui ejus sapientiam suspiciebant, post mortem habitus est Deus. Vide Jamblichum in *Vit. Pyth.* cap. 30.

1222. Sanctus Basilius, loc. cit.: Διακόπτει ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφὴν γένοιντο· καὶ διαψύχει τούτους, ὅταν αἴσθηται αὐτῶν διαβρόχων· καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῷ, ἀλλ' ὅταν προαίσθηται τοῦ ἀέρος ἐν εὐδίνῃ καταστάσει φυλαττομένου· *Dissecat enim suis ungulis medios fructus, ne germinantes sibi ad nutrimentum inutiles reddantur. Eosdem etiam exsiccat, tum cum sentit madefactos: nec omni tempore eos expromit, sed cum aerem in sereno statu mansurum esse præsenserit.*

1223. Cod. 1126, melius ἁπλοῖς.

1232. Id. cod. προδεικνύει.

1233. Ovum apud Ægyptios mundi symbolum fuit; unde in Bacchi orgiis sacrum fuisse Plutarchus, in *Sympos.* pag. 636: ὡς μίμημα τοῦ τὰ πάντα γεννῶντος, καὶ περιέχοντος; ἐν ἑαυτῷ. *Ut* mundi *omnia gignentis, et in se continentis exemplum.* Hanc similitudinem eleganter explicat Pisida. Primum quidem censet ovum mundum repræsentare, quod ex eo omnia animalia tum mares, cum feminæ, nullo oculis apparente discrimine, enascantur: deinde quia quatuor patres, quibus ovum compo-

C

nitur, quatuor elementorum sint imagines; ita ut τὸ λεπτὸν, quod Aristoteli, *De general. anim.* III, 2, est ὑμὴν, *membrana*, referat aerem; τὸ ξανθὸν, quod eidem Aristoteli est ὠχρὸν *luteum*, sive *vitellum*, ignem repræsentet; τὸ λευκὸν ovi *albumen*, aquam; τὸ σκληρὸν autem *crusta*, qua ova circumteguntur, terram: σκληρόδερμα enim ab Aristotele ova nuncupantur, et terra Pisidæ est μεσόσκληρος, *dimidia sui parte dura.* De mundi et ovi analogia fuse disseruit Fortunius Licetus epist. 27, tom. I *De quæsitis per epist. a claris viris*, ac nuper Mazochius, in *Spicilegio Biblico*, tom. I, pag. 180.

1239. Cod. 1126. ἐκλύσαι πόνους.

1242. Aristoteles, *Hist. anim.* III, 3, quomodo pullus in ovo generetur edisserens ait: Ὅσον στιγμὴ αἱματίνη ἐν τῷ λευκῷ ἡ καρδία· τοῦτο δὲ τὸ σημεῖον πηδᾷ καὶ κινεῖται, ὥσπερ ἔμψυχον· *Cor quasi punctum sanguineum in candido liquore consistit; quod punctum salit jam, et movetur, ut animal.* Plinius, x, 74, pene vertit Aristotelem: *Omnibus ovis medio vitelli parva inest veluti sanguinea gutta, quod esse cor avium existimant, primum in omni corpore id gigni opinantes: in ovo certe ea gutta salit, palpitatque. Ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur. Cibus in luteo est.* Qui plura de hac re nosse velit, adeat ex antiquis Aristotelem ipsum loc. cit. *De gener.*, et *Hist. anim.*, ubi ille de ovis disertissime disputat. Ex recentioribus autem quem potius, quam Herveum clarissimum virum nominabo? qui Patavii edoctus, et in Angliam reversus, tam præclare de generatione animalium ac de ovo scripsit, et *punctum saliens*, quod Aristoteles in ovis animadverterat, in viviparis etiam se deprehendisse

D

Digitized by Google

Δι' ἧς ἐκεῖσε σωματοῖ τὰ ποικίλα
Εἰς σάρκας, εἰς ὀστωσιν, εἰς πτερῶν χύσιν.
Ὅπως ἰδών τις τὸν ταὼν μὴ θαυμάσοι
Τὸν χρυσὸν ὡς σάπφειρον ἐμπεπλεγμένον,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐν σμαράγδῳ πορφύραν,
Τὰς πολυμόρφους συνθέσεις τῶν χρωμάτων,
Ὅλας ἀσυγχύτους τε καὶ μεμιγμένας;
Τίς ἐκστρατεύει παγκενὴ τὴν ἀκρίδα;
Ἔθνος πτερωτὴν εἰς φθοράν Αἰγυπτίων,
Τὸ πτηνὸν ὅπλον εἰς ἀνάμνησιν φόβου,
Βέλος νεφῶδες ἐξ ἀδήλου τοξότου,
Λόγχην ἑτοίμην, αὐτοκίνητον ξίφος,
Πυκνὴν φάλαγγα μυριόστομον ξίφος,
Πηδητικὴν ἔπαλξιν ἀστάτου μάχης·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, ἀλλὰ πλήττει, καὶ τρέχει·
Ἔρποῦσα πορθεῖ, καὶ κλονεῖ πτερουμένη,
Δοκεῖ δὲ φεύγειν, καὶ παλίνδρομος μένει,
Φθείρει πρὸ καιροῦ, καὶ θερίζει πρὸ χρόνου,
Τήκει τὰ δένδρα, καὶ μαραίνει τὴν πόαν,
Ὠμὴν ἀμέλγει τῶν ὀπῶν τὴν ἰκμάδα,
Τρυγᾷ τὰ φύλλα, τὴν τρυγὴν δὲ βόσκεται·
Καὶ συλλέγει τὰ κῶλα, καὶ τείνει πάλιν,

semine sanguineum quoddam punctum inest, quo saliente diversæ partes corporantur, et variæ illæ substantiæ in carnes, in ossa et in alas convertuntur.

Quomodo pavonem quis videns, aurum sapphiro intextum, pennasque purpureas smaragdo distinctas non admirabitur, et tot colorum multiformes species una simul immistas, nec tamen confusas non obstupescit? Quis in aciem instruit omnia absumentem locustam, in Ægyptiorum cladem alatam gentem, volans telum ad renovandos metus, nubem telorum non apparente sagittario, hastam late protentam, et sua se vi moventem gladium, densam phalangem, innumeris oribus instructum ensem, et instabilis pugnæ desultorium propugnaculum? Non enim firmo pede stare novit locusta, sed ferit, et currit; cum repit, vastat; cum volat, stridore terret: videtur fugere, et recurrens sistitur: ante tempus agros vastat, ante opportunitatem fruges metit: arbores tabescere, herbas facit marcescere: crudos adhuc succos emulget: folia vindemiat, et vindemiæ fructus depascitur. Quin etiam modo suos artus contrahit, modo extendit, ut sagittarii telorum

NOTÆ

testatus est, repetitis multoties in damarum utero persecando, aperiendo, contemplandoque experimentis, super quæ nuper Maupertuisius novum systema circa hominis generationem superstruere sibi visus est in libro superius laudato, cui titulus *Venus physique*. Statuit enim non ex ovo, neque ex semine, sed ex coeuntium commistione, proseminatione hominem generari, cujus principium vitæ sit *punctum saliens*.

1243. Cod. 1126, δι' ἧς ἐκεῖνα.

1245. Idem Cod. ὡς εἴ τις ἴδοι τὸν ταὼ καὶ θαυμάσοι. Passim apud auctores tum sacros, cum profanos pennarum pompa, quibus pavones ornantur, auro et smaragdis comparatur. Juno ita apud Phædrum, III, 18, pavonem consolatur:

Sed forma vincis, vincis magnitudine:
Nitor smaragdi collo præfulget tuo,
Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.

1250. De locustarum forma, moribus, generatione, etc., videsis Plinium XI, 33; Aldovrandum, *De insectis*, pag. 403; et Sam. Bochartum, *Hieroz.* part. post. pag. 441, ubi quæcunque dici possunt, in unum congesta inveniuntur. Si quid tamen adhuc accuratius, quod ad generationem spectat ipsarum, scire cupias, confer librum Francisci Scuffonii Melici Romani, cujus titulus *Osservazioni sulle cavallette*, Roma 1718. Τίς ἐκστρατεύει, locustas, quod turmatim in arva irrumpant, exercitus instar incedere, et quoddam militaris disciplinæ speciem exhibere observatum est a plurimis, qui illud Prov. XXX, 27: *Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas*, jure quidem ac merito laudant. Exempla bellorum, quæ a locustis gesta sunt, refert Aldovrandus, loc. cit. pag. 417 et 422. Παγκενῆ vel aridam, vel a πᾶν, et κενόω *omnia absumentem* Pisida vocat locustam; suo enim morsu herbas erodit et vastat. Bochartus tamen, pag. 465, cujus superbissimum est judicium, παγγενῆ *omnigenam* legit, quod locustarum plures sint species. Ἀκρίδος, non ἀκρίδας in plurali numero Noster dixit, ut sacræ Scripturæ dictionem exprimeret. Sæpius enim locusta, quam locustæ nominantur. Exod. X, 4: *Inducam cras locustam in fines tuos.* Psal. LXXVII, 46: *Et dedit . . . labores eorum locustæ.* Et psal. CIV, 34: *Venit locusta et bruchus.*

1251. Exod. X, 12: *Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, et ascendat super eam, et devoret omnem herbam*, etc. De locustis Ægyptiis vide Bochartum, loc. cit. pag. 460.

1252. Hunc versum supplevimus ex ipso Bocharto, pag. 477. Pisida elegantissime locustarum proprietates describit, quas cum supra laudatis scriptoribus conferre longum esset. Ex Plinio tantum hæc pauca: *Gregatim sublatæ vento in maria aut stagna decidunt . . . . Deorum iræ pestis ea intelligitur. Namque et grandiores cernuntur, et tanto volant pennarum stridore, ut aliæ alites credantur: solemque obumbrant, sollicitis suspectantibus populis, ne suas operiant terras . . . . Immensos tractus permeant, diraque messibus contegunt nube, multa contactu adurentes, omnia vero morsu erodentes*, etc.

1255. Cod. 1126, habet πυκνὴν χάλαζαν.

1256. *Πηδητικὴν ἔπαλξιν* congruenter vocat: quia ea est locustæ natura, ut facile, quocunque velit, se vertat, repat, volet, saltet. Sex enim habet pedes, quorum duo extremi longiores non ad incessum, sed ad subsiliendum dati. Vide Bochartum loc. cit. pag. 452, qui Mosen quatuor tribuentem pedes locustis cum Aristotele hexapoda hæc insecta vocantem feliciter conciliat. Aperte enim Philosophus, IV, 6, *De part. anim.*, ait esse quædam insecta, quæ posteriores partes habeant longiores, ut melius ambulent et attollantur: Ὅσα δὲ πηδητικὰ αὐτῶν ἐστι, μᾶλλον τοῦτο φανεροῖ· οἷον ἀΐτ' ἀκρίδες, καὶ τὸ τῶν ψυλλῶν γένος . . . ἐξάποδα δὲ τὰ τοιαῦτα πάντα εἰσὶ, σὺν ἀλτικοῖς πορίοις. *Quod planius ea ostendunt, quæ saliunt; ut locustæ et culices . . . omnibus his seni sunt pedes, iis etiam, quibus enixu saliunt, enumeratis.* Quibus verbis patet posteriores partes, quas ἀλτικὰς appellat *saltatorias*, καταχρηστικῶς tantum *pedes* etiam vocari.

1264. Morelium certe latuit, quid quatuor sequentes versus significarent: quod jam ante fuerat ab ipso Bocharto, pag. 452, observatum. Patet autem, cum Noster supra πηδητικὴν *subsilientem* locustam vocaverit, ac deinde dicat ipsam τὰ κῶλα συλλέγειν καὶ τείνειν πάλιν, saltatorias partes cum Aristotele intelligere.

Digitized by Google

Ὥσπερ τὰ νεῦρα τῶν βελῶν οἱ τοξόται·
Καὶ τραυματοῖ τὸ σῶμα τῶν ἐναντίων,
Τοῖς ἀντιλόξοις τῶν σκελῶν ἀκοντίοις.
Καὶ μή τις ἡμᾶς κομπορήμων φαυλίσοι
Ὡς πρὸς τὰ μικρὰ, καὶ σχεδὸν τετμημένα,
Κινοῦντας εἰκῆ τοῦ λόγου τὸν ἄξονα.
Εἰ γάρ τις οἶκον ὡραϊσμένον βλέπων
Μορφαῖς ἀπαστράπτοντα κεχρυσωμέναις,
Ἡρμοσμένον δὲ καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλοις,
Καὶ τῇ πενιχρᾷ συμπλοκῇ τῶν ὀστράκων,
Σὺν τοῖς μεγίστοις καὶ τὰ μικρὰ θαυμάσει,
Στέργων ἅπαντα, καὶ κροτῶν τὸν ἐργάτην.
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον, τοῦ πανεργάτου Λόγου,
Μύρμηκα, καὶ κώνωπα; καὶ τὴν ἀκρίδα,
Τὰ πάντα θαυμάσειεν ἔργα σὺν φόβῳ;
Πῶς ἡ χαμερπὴς καὶ τοσαύτη σμικρότης
Τυχεῖν τοσαύτης ἠξιώθη φροντίδος,
Ὡς καὶ φρόνησιν ἐντεθῆναι καὶ κράτος,
Ἰσχνῇ, ταπεινῇ, καὶ στενῇ διαπλήσει;
Καὶ πῶς τὸ φρικτὸν οὐχ ὑπεστάλη κράτος,
Ἔργοις τοσούτοις προσβαλεῖν λεπτουργίαν·
Πόθεν ταὼς πρόεισι ὡραῖος πάλιν,
Ὄρνις διαυγὴς καὶ κατάστερος φύσει,
Τὴν πορφύραν πτερωτὸς ἡμφιεσμένος·
Ἐξ ἧς ἁλαζὼν καὶ τυφώδης τὴν θέαν,
Μόνος διάττει τῶν ἁπάντων ὀρνίθων·
Ἦγ' ἐξ ἀμόχθων συμπλακεῖσα πλασμάτων,
Πολλὴν χύσιν ἔμιξεν αὐτῷ χρωμάτων;
Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα Σηρικῶν νόμος
Πείθει τὰ λαμπρόκλωστα νήματα πλέκειν,
Ἅ τῇ βαφῇ χρωσθέντα τῆς ἁλουργίδος,
Χαυνοῖ τὸν ὄγκον τῶν κρατούντων ἐμφρόνως;

nervos solent, et crurum recurvis spiculis hostium corpora sauciat.

Num quis me buccis inflatis crepans hic irriserit, quod ad tam parva, et propemodum ad vilia insecta orationis cursum inconsultus converterim? Etenim si, cum quis bene ornatam domum videt, aureis quidem renidentem imaginibus, sed tamen ferro et lignis compositam, et ex vili testarum congerie compactam, majora simul, et parva quæque admiratur, et singulis delectatus artificem laudat: cur rerum omnium Opificis Verbi opera singula, formicam, inquam, culicem et locustam non demirabitur tremens, neque obstupescet, quomodo hæc tam prodigiosa humi repentium parvitas tantam sit consecuta Providentiæ dignitatem, ut gracili, pusillo et angusto corpori indita sit prudentia et robur; et quomodo tremenda Dei potestas ab hac operis tenuitate cæteris maximis operibus adjungendo se non subduxerit?

Unde procedit iterum formosus pavo, avis totus refulgens, et stellis ornatus, alasque indutus purpura, qua superbus; et tumens aspectu, solus omnes cæteras volucres antecellit? Et unde hæc purpura, quæ nullo labore fuit parata et confecta, tanta colorum varietate ipsum distinxit?

Quæ vero lex vermi inter seras suadet, ut egregio opere deducta fila intexat, quæ cum sunt infecta colore purpureo, regum sapientium fastum tempe-

NOTÆ.

1266. An Ægyptiæ locustæ etiam hominibus fuerint exitiales, disputant interpretes in illud Sap. XVI, 9: *Illos enim locustarum et muscarum occiderunt morsus, et non est inventa sanitas animæ illorum, quia digni erant ab hujuscemodi exterminari.* Pisida affirmat quod Bochartus, et alii fortasse confidentius negant.

1268. *Κομποῤῥήμων*, grandibus utens verbis, de Sophistis dici solitum. Vide supra, v. 74.

1269. *Τετμημένα insecta* quæ ab Aristotele, et aliis ἔντομα dicta sunt, *propterea quod*, ut ait sanctus Basilius, Hom. VIII, 7: *Quasdam undique incisuras præ se ferunt*, διὰ τὸ πανταχόθεν ἐντομάς τινας φαίνειν.

1271. Privati cujusdam ædificii cum opificio divino comparatio satis elegans, qua, ut dici solet, a minori ad majus Noster probat, quam sint omnia opera Dei admiranda. Cod. 1126. ἠλαϊσμένον.

1277. Vide supra, 301, sanctus Augustinus, *De civit. Dei*, V, 11: *Deus summus, et verus cum Verbo suo, et Spiritu sancto . . . nec exigui, et contemptibilis animantis viscera, nec avis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarum partium convenientia et quadam veluti pace dereliquit.*

1283. Ἰσχνὴν refert ad formicam, ταπεινὴν ad culicem, στενὴν ad locustam, quam supra, v. 1250, παχεῖαν vocavit.

1286. Vide supra, v. 1245

1287. Ovid., *Metam.* XV, v. 375:

Junonis volucrem, quæ cauda sidera gestat.

1288. Purpuram dixit, ut colorum varietatem nobilitatemque exprimeret. Ac purpuræ quidem varia quondam erant genera. Plinius, IX, 63, purpuram violaceam, Tarentinam rubram, et Tyriam dibapham distinguit.

1289. Ælianus, V, 21: Ὅπως ἔχει τῆς εἰς τὴν ἐπίδειξιν ἀφθονίας παρίστησιν· ἐᾷ γὰρ ἐμπλησθῆναι τὰς θέας τὸν παρεστῶτα. *Quanto sui ostentandi studio teneatur abunde demonstrat, dum spectatorem conspectu suo expleri facile patitur*, etc. Plinius, X, 22, *gloriosum animal* ea de causa vocatum fuisse pavonem refert. Vide Philem. VII.

1291. Cod. Vat. 1126, legit: Ἥτις ἀμόχθων, κ. τ. λ., ac deinde eleganter ποικιλίαν ἔσπειρεν αὐτοχρωμάτων, *colorum insitorum varietate perfudit.*

1293. Bombycis, qui vermis sericus, et Indicus dictus est, natale solum, opera, et stupendarum metamorphoseon vices sciens præteream; cum hæc Pisida non videatur inquirere, eaque facillime possint, qui velint, colligere ex Aristotele, *Hist. anim.* V, 19; ex Plinio, XI, 26; ex Aldovrando, *De insectis*, p. 282; ex Hieronymo Vida, in *Poem. de Bombyce;* ex Salmasio, in *Solin.*, pag. 209; atque ex De-Raumurio, *Hist. des insectes*, tom. I, p. 487.

1294. *Λαμπρόκλωστα νήματα splendide decocta fila* dixit, ut operis naturam nobilitatemque indicaret.

1295. Ἁλουργὶς est purpura nigra, vel violaceo colore exsaturata, quam quidam putant fuisse cæteris nobiliorem: eo quod in auctores incideram, qui dicerent imperatores ἐν ἁλουργίδι quondam fuisse solitos incedere. Pisida id videtur confirmare. Eadem nihil certi statuo. Sæpius enim occurrit πορφύρα pro ἁλουργίδι, itemque ἁλουργὶς pro πορ-

Digitized by Google

Μνήμη γὰρ αὐτοὺς εὐλαβῶς ὑποτρέχει,
Ὅτι πρὸ αὐτῶν τῆς στολῆς ἡ λαμπρότης
Σκώληκος ἦν ἔνδυμα, καὶ φθαρτὴ σκέπη.
Ὃς τῇ καθ' ἡμᾶς μαρτυρῶν ἀναστάσει,
Θνήσκει μὲν ἔνδον τῶν ἑαυτοῦ μνημάτων,
Τὸν αὐτὸν οἶκον καὶ ταφὴν δεδεγμένος·
Σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατ' αὐτὸν σαρκίου
Σαπέντος ἢ ῥύεντος, ἢ τετηγμένου,
Χρόνου καλοῦντος ἐκ φθορᾶς ὑποστρέφει,
Καὶ τὴν πάλαι μόρφωσιν ἀῤῥήτως φύει,
Ἐν τῷ περιττεύσαντι μικρῷ λειψάνῳ,
Πρὸς τὴν ἀπ' ἀρχῆς σωματούμενος πλάσιν.
Κατηγορεῖ δὲ πυκνὰ τῶν πλανουμένων,
Καὶ ζῶν ἐλέγχει τὴν πικρὰν ἀπιστίαν,
Εἰ μηδὲ τοῖς σκώληξιν ὡς διδασκάλοις,
Πεισθεῖσα λοιπὸν τὴν ἀνάστασιν σέβει.
Ποίου γὰρ ἂν τύχωσι συγγνώμης λόγου
Οἱ τοῖς ἑαυτῶν ψηλαφῶντες δακτύλοις
Σκώληκα νεκρὸν ἐκ ταφῆς ὁδοιπόρον,
Βλέποντες ἢ μύοντες εἰς ὀβλεψίαν,
Τὴν πίστιν ἀντέστρεψαν εἰς ἀπιστίαν;
Πόθεν χελιδὼν ἐξ ἀομμάτου θέας
Τριήμερος πρόεισιν ὀμματουμένη,
Ἡν οὐκ ἀκόμψως καὶ χελιδόνιον λέγειν
Κριταὶ παλαιῶν δογμάτων ἐθέσπισαν,
Τὴν ἀξίαν λαβοῦσαν ἐκ τῶν πραγμάτων.
Καὶ τῷ θέρει μὲν ὡς λύρα ῥυθμίζεται·

rant? tacite enim ipsis recurrit in mentem, eam stolæ amplitudinem, splendoremque, vermis antea fuisse amictum, et corruptibile integumentum. Sed idem nostræ resurrectionis est testis: quippe in suo monumento clausus, una simul domo et sepulcro exceptus, moritur: ubi vero jam fere totum id, quod ei erat carneum, computruit, et tabefactum effluxit, tum opportuno revocatus tempore ex corruptione revertitur, et in pristinam formam mirabiliter assurgit, parvis iis reliquiis, quæ superfuerunt, in eumdem quem habuit a principio corporis habitum collectis atque conjunctis. Atque ita non semel eos, qui erroribus detinentur, incusat, et reviviscens impiam illorum incredulitatem redarguit, quod ne vermibus quidem magistris ad resurrectionem colendam adduci valeant. Quam enim veniæ rationem illi consequantur, qui propriis suis digitis mortuum profecto vermem, et tamen e sepulcro remeantem contrectant, atque id apertissime videntes, vel potius conniventes ne videant, fidei argumenta ad infidelitatem suam confirmandam convertunt? Unde oculorum luce privata hirundo, tribus exactis diebus oculata exsistit, cum suis pupillis bene attritam quamdam herbam ingesserit? quam illi veteres rerum judices non inscite Chelidoniam vocari sanxerunt, quasi a re ipsa nominis dignitatem accepisset. Et unde eadem avis æstatis tempore, velut lyra, sonos modulatur, cum autem hiems ingruit, contrahitur, et arborem studet invenire, quæ ei domum præstet; namque arboris trunco inclusa fasciis veluti quibusdam involvitur: ibi plumarum vestem exuit, quam mox renovatam

NOTÆ.

φύρα usurpata. Pius sensus, quem ex vermis serici contemplatione eruit Pisida, quam late pateat, tute vides. Ecquid enim aliud ea sunt omnia, quæ nobis victum cultumque suppeditant quam terra et vermes?

1297. Cod. 1126, γὰρ αὐτοῖς.

1300. Ut certissimum testem resurrectionis, vermem sericum adhibens sanctus Basilius, hom. VIII, 8, mulieres serica fila intexentes ita monet: Μεμνημένοι τῆς κατὰ τὸ ζῶον τοῦτο μεταβολῆς, ἐναργῆ λαμβάνετε τῆς ἀναστάσεως ἔννοιαν, καὶ μὴ ἀπιστεῖτε τῇ ἀλλαγῇ, ἣν Παῦλος ἅπασι κατεπαγγέλλεται. *Animalis hujus mutationem in memoriam revocantes, manifestam resurrectionis notionem accipiatis, neque fidem ei mutationi, quam Paulus omnibus annuntiat, denegetis.* Cod. 1126, ὃς τῇ καθ' ἡμῶν.

1301. Cod. 1126, νημάτων, quæ lectio sane melior. Folliculos intelligit, intra quos vermis immoritur.

1305. Ut plurimum vermiculus post decimum diem prodit alatus papilio.

1308. Pisida Aristotelem secutus videtur ignorasse, ipsum vermem sericum, postquam bombylius, vel chrysalides est factus, in papilionem converti: ait enim eadem assumpta forma, ut antea corporatum reviviscere. Profecto Aristoteles, loc. cit., tres metamorphoseon, vel mutationum gradus non satis aperte designavit, quas Plinius Aristotelis verba vertens sic deseripsit: *Primum eruca fit: deinde quod vocatur bombylius: ex eo necydalus.* Num igitur *necydalus* idem, ac papilio? Quis hoc dixerit? Νεκύδαλος enim, ut videtur, nihil aliud significat, quam *exanimis*: νέκυς enim Græcis est *mortuus*. Itaque dixerim nec Aristotelem, nec Plinium in comperto rem omnino habuisse. At Pisida Basilium certe legerat, qui loc. cit. ait: Ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ Ἰνδικοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου· ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλών, εἶτα προῖὼν βομβύλιος γίνεται· καὶ οὐδὲ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται· *Qualia de Indico verme cornigero narrantur, qui primum in erucam transmutatus, deinde temporis progressu bombylis fit: nec in hac forma manet, sed laxas et latas bracteas suscipiens volitat.* Igitur dicendum ne temporibus quidem Pisidæ rem fuisse penitus exploratam: neque enim Basilius ipse ea, quæ refert, voluit pro certo affirmare.

1310. Cod. 1126, τὴν νεκράν.

1312. Id. Cod. πεισθῶσι λοιπόν.

1318. Aristoteles, *Hist. animal.* VI, 5; Plinius, XXV, 50; Ælianus, III, 25; sanctus Basilius, VIII, 5, aliique similia narrant. En verba Plinii: *Animalia quoque invenere herbas, in primisque chelidoniam: hac enim hirundines oculis pullorum restituunt visum; ut quidam volunt, etiam erutis oculis.*

1321. Chelidoniam, notissimum herbæ genus, nullibi homines invenire potuisse tradidit Ælianus, loc. cit.: Ταύτης τῆς πόας ἄνθρωποι γενέσθαι ἐγκρατεῖς διψῶσι, καὶ οὐδέπω νῦν τῆς σπουδῆς κατέτυχον· *Hujus herbæ homines quamvis compotes fieri percupiant, nunquam hactenus eorum studio satisfactum est.*

1325. Scilicet χελιδόνος. *hirundinis* nomen ei datum, quod oculorum morbis mederi veteres putarent, atque id ipsa hirundine monstrante didicissent.

1324. Mirum! Pisidam hirundinis garritum lyræ

Digitized by Google

Ὅταν δὲ χειμὼν εἰσβάλῃ, συστέλλεται,
Καὶ δένδρον εὑρεῖν οἰκίαν τεχνάζεται,
Καὶ σπαργανοῦται συντεθεῖσα τῷ ξύλῳ,
Καὶ τὴν πτερωτὴν ἐκδιδύσκεται σκέπην,
Αὖθις δὲ ταύτην ἀμφιέννυται νέαν,
Ὡς οἷα νεκρὸς ἐκ ταφῆς ἀνηγμένη·
Ἔαρ γὰρ αὐτῇ τὴν ἀνάστασιν φέρει·
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ λαλεῖ καθ' ἡμέραν·
Εἴπερ τίς ἐστι καὶ παρ' ὀρνέοις λόγος·

induit, tanquam mortua quædam e sepulcro excitata. Ver enim illi reviviscentiam affert, ac tum ipsa multum inclamat, et (si quis est etiam avibus sermonis usus) quotidie illud videtur repetere : « O homo, cum e sepulcro loquentem hirundinem videas exire, resurrectionem colere addiscito. » Quis satum frumentum ex terræ sinu facit assurgere, et granum veluti in sepulcro corruptum mille spicis onustum educit? Certe non ut fabulosis sophistis placet asserere, « Corruptio unius fit alterius exsistentia : » nec ex equi putrefactione, ut ipsi dicunt, vespæ, neque ex asino canthari, neque apes industriæ ex bove enascuntur : generis enim identitas neutiquam immutatur, sed vere ipsum rei

Ἄνθρωπε τιμᾷ τὴν ἀνάστασιν μάθε,
Λάλον θεωρῶν ἐκ ταφῆς χελιδόνα.
Τίς τὸν σπαρέντα σῖτον ἐκ τῶν ἐγκάτων
Τῆς γῆς ἀνιστᾷ, καὶ τὸν ὥσπερ ἐν τάφῳ
Φθαρέντα κόκκον μυριόσταχυν φέρει;
Οὐ τοῖς σοφισταῖς ὡς δοκεῖ τῶν πλασμάτων,
Ὕπαρξιν ἄλλου τὴν φθορὰν ἄλλου λέγειν·
Οὐδ' ὡς λέγουσιν ἐκ μὲν ἵππου σήψεως
Σφηκῶν κύησιν, ἐξ βνου δὲ κανθάρων,

NOTÆ.

comparasse, cum ab Aristophane, in *Ranis*, act. I, sc. 2, 93, mali poetæ *hirundinum musæa, artis poeticæ dedecora* fuissent nuncupati :

Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

quod monente, ibid. Scholiaste ex Euripidis Alcmena expresserat Aristophanes. Verum non defuere, qui hirundinis cantum laudarent. Videsis Aldovrandum, *Ornithol.*, XVIII, pag. 667.

1325. Plinius, X, 36, semestres hirundines esse dixit, quod sex mensibus nobiscum, sex aliis alibi degant. De ipsarum adventu, et abitu incerta omnia. Solus mellitissimus Anacreon, quo migrent, videtur cognovisse, qui ode 33 hirundinem suam alloquens dicit ad Nilum, vel ad Memphim evanescere :

Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος
Ἢ Νεῖλον, ἢ τι Μέμφιν.

Pisidas in loca vicina se condere hirundines commonstrat ex Aristotele, VIII, 16, qui ait : Ἤδη γὰρ ὠμμέναι εἰσὶ πολλαὶ χελιδόνες ἐν ἀγγείοις ἐψιλωμέναι πάμπαν, *visæ enim sunt multæ in angustiis convallium nudæ atque omnino deplumes.* Eadem reddidit Plinius, X, 34. Sed contra omnes tum veteres, cum recentiores scriptores Pisidæ consentiunt, aiuntque, hirundines in locis septentrionalibus non trans mare devolare, adventante hieme, sed magno numero coire, unaque unguibus, rostro, alis, inter se complicatas mergi aquis, atque in fundum delatas, terræ tepescentis vapore foveri, totamque hiemem aut humore, aut ipso veterno nutriri; vere autem novo emergere atque evolare. Alibi vero ferunt easdem aves in uvæ modum collectas, et conglobatas vel e summo fornice pendere per totam hiemem, vel in arborum truncis se condere. Quæ omnia breviter expressit Pedo Albinovanus in elegia in obitum Mæcenatis, cum dixit *conglaciantur aquæ, scopulis se condit hirundo.* Legesis Gratianum, *De scriptis invita Minerva*, lib. XVI, pag. 156, et Danielem Huetium, in Commentario de rebus ad eum pertinentibus, pag. 40.

1333. Ἐπανόρθωσις hæc est, vel dubitatio : superius enim, v. 931, eos irridebat, qui aves inter se colloqui dictitabant.

1336. Omnium primus hanc similitudinem tritici adhibuit Apostolus, I Cor. XV, 36 : *Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur.* Et : *Quod seminas non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum.* Post sanctum Paulum omnes, qui de resurrectione disseruerunt, similia dixere. Vide sanctum Clementem, *Epist. ad Corinth.* XXIV; sanctum Theophilum, *ad Autol.*, I, 13; Athenagoram et Tertullianum, *De resurrect.*, aliosque, qui memoratum caput Apostoli illustrarunt atque explanarunt.

1339. Vide supra, v. 1040, ubi Aristotelis sententiam circa generationem plantarum, et animalium attigimus. Verba hic apponere necessarium ducimus. Κοινὸν μὲν οὖν συμβέβηκε καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν. Τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ σπέρματος ἑτέρων φυτῶν· τὰ δὲ αὐτόματα γίνεται... οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ μὲν ἀπὸ ζώων γίνεται κατὰ συγγένειαν τῆς μορφῆς· τὰ δ' αὐτόματα, καὶ σὰ ἀπὸ συγγενῶν· καὶ τούτων τὰ μέν, ἐκ γῆς σηπομένης καὶ φυτῶν, ὥσπερ πολλὰ συμβαίνει τῶν ἐντόμων· τὰ δ' ἐν τοῖς ζώοις αὐτοῖς, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς μορίοις περιττωμάτων. *Evenit, ut commune animalis cum stirpibus habeant, quod alia semine, alia sponte naturæ oriantur : ut enim stirpes aut ex aliarum stirpium semine proveniunt, aut sponte erumpunt ... sic animalia nasci alia ex animalibus solent per formæ cognationem, alia sponte creantur : quorum alia humo, aut stirpe putrescente consistunt, ut complura insecta generentur : alia in animalibus ipsis, excrementisque partium gignuntur.* Pisida aperte Aristotelem impugnat, ac celebre illud ejusdem philosophi axioma : Εἴπερ τὸ αὐτό ἐστι γένεσις μὲν τουδὶ, φθορὰ δὲ τουδί· καὶ φθορὰ μὲν τουδὶ, γένεσις δὲ τουδί· *Siquidem idem est generatio hujus, et illius corruptio, atque hujus corruptio, et illius generatio.* Vide I, 3 et 4, *De generat. et corrupt.*, ubi quid sit generatio, quid corruptio, quid alteratio philosophus definit. Igitur cum poeta hanc sententiam rejiciat, et de vesparum apumque ortu exempla, quæ ad eam firmandam adduci solent, exsibilet, a recentiorum placitis, qui ex ovo et semine oriri omnia consentiunt, non multum ille abfuisse videtur. Statuit enim infra, vers. 1344, quod ἡ τοῦ γένους ταυτότης οὐκ ἠλλάγη, *generis identitas non alteratur :* quasi diceret, quodvis animal, et quævis planta non sponte vel ex putri, sed ex quodam principio vitali oriri, ad quod iterum singula suis generibus servatis reverturtur. Quid in hac re clarius, aut naturæ legibus convenientius quisquam desiderabit?

1342. Fabulam circa horum insectorum generationem a sexcentis scriptoribus repetitam aptissime Plinii testimonio confirmare sufficiat, qui cum libro XI, 23, de apibus multa narrasset, ita sequitur : *In totum vero amissas, sunt qui putent, reparari novis tribus bubulis recentibus cum fimo obrutis : Virgilio juvencorum corpore exanimato; sicut equorum vespas, atque crabrones, sicut asinorum scarabæos, mutata natura ex aliis quædam in alia.*

Digitized by Google

Βολὸς δὲ τὴν μέλισσαν τὴν φιλεργάτιν·
Ἡ τοῦ γένους γὰρ ταυτότης οὐκ ἠλλάγη.
Ἀλλ' αὐτὸς οὗτος τοῦ φθαρέντος ὁ σπόρος
Πρὸς ἥνπερ εἶχεν οὐσίαν, ἀναστρέφει.
Τίς τῶν παρ' ἡμῖν τεκνοποιῶν σπερμάτων
Τὴν σῆψιν εἰς σύμπηξιν ὀστώδη πλέκει;
Εἰ μὴ σαπῇ γὰρ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ σπόρος,
Ὡς σῶμα νεκρὸν ἐνταφεὶς τῇ κοιλίᾳ,
Οὐ σωματοῦται τῇ κυήσει τὸ βρέφος,
Εἰς δέρμα καὶ νεύρωσιν ὀργανούμενον.
Τίς οὖν τὸ τοῦ Κτίσαντος οὐ φρίττει κράτος,
Εἰ καὶ τὸ πρῶτον καὶ πάλιν τὸ δεύτερον
Δείκνυσιν ἡμᾶς ἐκ φθορᾶς ζωουμένους;
Ἀλλ' ἔστιν ἡμᾶς εὐσυνόπτους εἰκόνας,
Τῇ φωταγώγῳ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει,
Καὶ μέχρι δεῖξαι τῶν παρ'ἡμῖν τραυμάτων,
Στῆσαι δὲ τοὺς μώλωπας ἀντὶ μαρτύρων,
Ἰχητικῆς σάλπιγγος εὐστομωτέρους·
Ὅταν γὰρ ἰχὼρ σηπτικὸς παρεμπέσῃ,
Σύριγγα τίκτων ἐκ νομῆς πυροτρόφου
Οὐκ ἄν τις εὕροι τοῦ σεσηπότος μέλους
Τὴν ὥσπερ εἰπεῖν ἐκ μέρους ἀνάστασιν,
Εἰ μὴ ῥυῇ τὰ πρῶτα, καὶ λύσιν πάθῃ,
Ἡ παντελῆ σύντηξιν ἐκ φθορᾶς λάβῃ,
Τῆς ἔνδον αὐτοῦ σαρκὸς ἠφανισμένης·
Οὕτω γὰρ αὖθις γίνεται σεσωσμένος,
Πυρὶ στομωθείς, ἢ διαιρεθεὶς ξίφει,
Ἡ καὶ μελικράτῳ τε, καί τινι ῥόσῳ

quæ computruit semen ad eamdem, quam habuit, substantiam revertitur. Quis nostri genitalis seminis corruptionem in osseam compaginem astringit? Nisi enim nostrum quoque semen, velut mortuum corpus in ventre sepultum, corrumpatur, non inde conceptus infans pelle, et nervis instructus prodiret.

Ecquis igitur summi Conditoris potentiam non reformidet, cum uno et altero argumento e corruptione nos vivere sit demonstratum? Age vero ut quæ late fulget mortuorum resurrectio, adhuc magis confirmetur, ejus rei manifestas similitudines ex nobis ipsis etiam petamus, et nostri ipsius corporis vulnera observanda proponamus, ipsasque vibices sonora tuba vocaliores testes proponamus. Cum enim putrida sanies ex purulento vulnere fistulam generans obreperit, putrefacti membri quamdam, ut ita dicam, resurrectionem assequi nemo possit; nisi priora exciderint, ac resoluta effluxerint, et tabe prorsus absumpta, ejus partis carne intus exesa, computruerint: tunc enim infirmus, ulcere aut ope ignis solidato, aut ope ferri exsecto, vel mulso,

NOTÆ.

1347. Idem argumentum legere est in Athenagora, *De resurrect.*, 17, et in Cyrillo Hierosol. catech. XVIII, 9, qui invictissime sic concludit: Ἐξ εὐτελῶν πραγμάτων ποιήσας ἡμᾶς ὁ Θεὸς, ἆρα τοὺς πεσόντας ἐγεῖραι οὐ δύναται; Ὁ τὸ εὐτελέστατον οὕτω σωματοποιῶν, τὸ πεσὸν πάλιν ἐγεῖραι οὐ δύναται· *Qui ex imperfectis initiis nos fecit Deus, num cum ceciderimus excitare non poterit? Qui rem vilissimam ita corporavit, corpus demortuum iterum excitare non valeat?*

1352. Cod. 1126, ὀργανουμένην.

1356. Id. cod. ἡμῖν. Nemo, quod sciam, μωλώπων, *vibicum* exemplum pro resurrectione adduxit. Quid simile tamen est in Theophylo, *Ad Autolyc.* I, 13: Ἔτι ἄκουσον καὶ ἐν σοὶ αὐτῷ ἔργον ἀναστάσεως γινόμενον, κἂν ἀγνοῇς, ὦ ἄνθρωπε· ἴσως γάρ ποτε νόσῳ περιπεσὼν, ἀπώλεσάς σου τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ εἶδος, ἐλέους δὲ τυχὼν παρὰ Θεοῦ καὶ ἰάσεως, πάλιν ἀπέλαβές σου τὸ σῶμα καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ ὥσπερ οὐκ ἔγνως ποῦ ἐπορεύθησάν σου αἱ σάρκες ἀφανεῖς γενόμεναι· οὕτως οὐκ ἐπίστασαι οὐδὲ πόθεν ἐγένοντο, ἢ πόθεν ἦλθον; ἀλλὰ ἐρεῖς· ἐκ τροφῶν καὶ χυμῶν ἐξαιματουμένων· καλῶς· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔργον Θεοῦ τοῦ οὕτω δημιουργήσαντος, καὶ οὐκ ἄλλου τινός· *Accipe præterea resurrectionem in teipso ad effectum, etiamsi ignores, perductam, forte enim aliquando in morbum incidisti; sed misericordiam et medelam a Deo consecutus recuperasti corpus tuum, et speciem, et vires: et quemadmodum ignoras, quonam abierint carnes tuæ cum evanuerunt; ita nec perspectum habes, undenam exstiterint, et unde venerint. Dices ex cibis et succis in sanguinem conversis. Præclare: sed hoc opus Dei est ita rem conficientis, non cujusquam alterius.*

1357. Resurrectionem φωταγωγόν, *affundentem lucem* dicit, vel quod clarissime confirmata sit, vel quod sit Christianæ veritatis quædam illuminatio, ac prima institutio. Vid. de hac voce Sviceri, *Thes. eccles.*

1362. Cod. 1126 habet νομῆς πυστρόχου melius. Quid sit ἰχὼρ, σύριγξ, νομή, et alia, quæ ulceris affectiones designant, confer cum libris *de ulceribus et fistulis* Hippocratis tom. XII, cujus doctrinam hic exponit Pisida.

1365. Hippocrates. *De ulcerib.*, II: Ἥτις ὑπὸ τοῦ βέλεος ἐφλάσθη, καὶ ἐκόπη σάρξ· ταύτην δὲ ἰατρεύειν, ὅπως διάπυος γένηται· ἧσσον τε γὰρ φλεγμαίνει, καὶ ἀνάγκη τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας, καὶ κοπείσας, τὰς σαπείσας, καὶ πύον γενομένας, ἐκτακῆναι· ἔπειτα βλαστάνειν νέας σάρκας· *Quæ caro telo contusa, aut cæsa est, huic ita medendum, quo celerrime suppurata sit; nam et minus inflammationem subit, et carnes contusas, aut cæsas putrescere, et in pus versas tabescere, deinde novas carnes renasci necesse est.*

1366. Cod. 1126, σύμπηξιν· quam lectionem retinendam puto, Hippocratis et Pisidæ opinioni consentientem. Vide infra, v. 1433.

1369. Adisis Hippocratem, loc. cit., qui medicamenta ἐκκαθαίροντα, *purgantia*; ξηραντικά, *exsiccantia*; μαλθακώδεα, *emollientia*; στυπτικά, *astringentia*, etc., pro ulcerum indole, et gradu sapienter præscribit, et Galenum, *De simpl. medic. facult.*, pag. 115, μελικράτῳ, *mulso*, quod est vinum melle delinitum, quale veteres tuendæ valetudinis causa frequenter bibebant, et ad vulnera etiam detergenda adhibebant. Τινὶ ῥόσῳ, *aliquo rore*, scilicet liquore blando et dulci: rores enim dixere, suaves quosdibet, levesque humores, quibus cœli benignitate multæ abundant arbores, et plantæ, quique ex illis aut sponte defluunt, aut arte exprimuntur: puta mel, saccharum, manna, etc. Plinius, XVI, 11, *melleos rores insidere frondibus* dixit, ex aere enim venire mel purum et liquidum, atque ab apibus potius corrumpi putavit, XI, 12. Ac de melle quidem quod ad rem nostram spectat, sic Dioscorides, II, 102: Δύναμιν δὲ ἔχει σμηκτικὴν . . . ἐψηθὲν δὲ καὶ ἐπιτεθὲν παρακολλᾷ τὰ ἀφεστῶτα σώματα. *Abstergendi vim habet ... Decoctum vero, atque impositum disjuncta divulsasque partes agglutinat.*

Digitized by Google

Πρὸς τὴν ἰατρεύουσαν ἀῤῥήτως κρίσιν,
Στύφουσαν, ἢ ψύχουσαν, ἢ καθαρσίαν
Εὑρὼν ἐκείνου τοῦ μέλους ἀνάστασιν;
Πῶς οὖν μελίκρατόν τε καὶ πῦρ, καὶ ξίφος
Καὶ μὴν ὀπὸς, καὶ ῥίζα, καὶ χοῦς καὶ δρόσος,
Εἴργει τὸ ῥεῦμα, καὶ τὸ δέρμα συλλέγει,
Ἢ τὴν παλαιὰν σάρκα προσκαλούμενα,
Ἢ σῶμα προσπλάσαντα τῷ πάλαι νέον;
Ὁ δὲ πλάσας τὸ σῶμα μὴ συναρμόσει
Ῥυὲν τὸ σῶμα, κἂν σαπῇ κεχωσμένον,
Ἢ τὴν παλαιὰν δερματώσας οὐσίαν,
Ἢ τῷ φθαρέντι καὶ σαπέντι σαρκίῳ,
Χιτῶνα λεπτὸν ἐμβαλὼν ἀφθαρσίας;
Ποίας δὲ καὶ τύχωμεν εὐελπιστίας,

Εἰ τοὺς ἰατροὺς τοῦ γεώδους σαρκίου
Ἄγειν ἐῶμεν καὶ φέρειν τὰ σώματα,
Ὡς ἂν δοκῶσι, κἂν δοκῶσι χειρόνως,
Μηδὲν δὲ δῶμεν τῷ Γαληνῷ τῶν ὅλων
Ψυχῶν ἰατρῷ, πρὸς φιλάνθρωπον τέλος
Τὸ σῶμα νεκρώσαντι τῆς ἁμαρτίας,
Ὑπνωτικὸν δὲ φάρμακον δεδωκότι,
Ὅπως τὸ ῥευστὸν τῆς φθορᾶς ἀποξέσας
Ἄῤῥευστον ἡμῶν ἐξεγείρῃ τὴν φύσιν;
Ἢ πῶς ὁ τοῦ Μάνεντος ἐμμανὴς λόγος
Λυττᾷ καθ' ἡμῶν, καὶ λαλεῖ πεφυρμένα;
Ὡς εἴγε ταυτὸν ἐξεγείρεται πάλιν.
« Τὸ σῶμα τοῦτο, καὶ φθαρήσεται πάλιν.
« Χολὴν ἔχον, καὶ φλέγμα, καὶ λύσιν μάχης. »

vel aliquo roscido humore adhibito, pro medicamentorum aut astringentium, aut refrigerantium, aut purgantium inexplicabili vi, et judicio sanus evadet, et illius membri resurrectionem consequetur. Quomodo igitur mulsum, ignis, et ferrum, itemque succus, radix, pulvis, et humor roscidus fluxum sistit, et cutim agglutinat, vel quia hæc veterem carnem evocent, vel novum corpus veteri affingant: ille vero, qui corpus plasmavit, corruptum corpus iterum componere non quiverit, quamvis putruerit humatum vel quia veterem substantiam pelle iterum vestire, vel quia corrupto et putri corpori subtile incorruptibilitatis indumentum superimponere ei placuerit? Quam vero bonam spem obtinebimus, si medicis, qui hujusce luteæ carnis curam habent, nostra corpora, ut ipsis placet, tractare, vel etiam in pejus, si velint, trahere permittimus: nihil autem ei, qui omnium est Galenus, nihil animarum medico concedamus, qui pro sua erga homines misericordia corpus peccati dat morti, et soporiferum pharmacum præbet, ut quidquid est fluxum, atque corruptibile inde abradat, et ad naturam non fluxam, incorruptibilemque nos excitet?

Quæ vero est Manetis insania, qui tanta sermonis rabie nos incessit, nec tamen sibi constat, illud dicens: « Si hoc corpus excitabitur iterum, idipsum etiam iterum corrumpetur; cum habeat bilem, et phlegma, et consequenter post pugnam dissolutionem. » Nimirum hæc ille: quamvis suorum vulnerum fistulam inspiciens, qua putrescente omnes

NOTÆ.

1374. Vide Hippocratem, *De hæmorr.*, ubi tradit, quomodo per ustionem, vel incisionem curentur; et *De ulcer.*, cap. 13 et seqq., ubi agit de herbis, et pulveribus, quibus cataplasmata, et pharmaca sanandis vulneribus conficiuntur.

1377. Cod. 1126, προσκαλουμένη, et deinde προσπλάσασα. Duplicem præstare posse effectum adhibita medicamenta, vel ut priorem carnem revocent, vel ut veteri novam affingant, ex antiquorum sententia dicit Pisida, ut inde concludat tanto facilius omnipotenti Deo cessurum, ut demortuorum corpora faciat assurgere, et immortalitatis veste, cum fuerint excitata, exornet: quæ est doctrina Apostoli, I Cor. xv, 53: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem.*

1384. Præclare sanctus Cyrillus Hierosol. suam Catechesim, *De resurr. carn.* ita exorditur: Ῥίζα πάσης τῆς ἀγαθοεργίας ἡ τῆς ἀναστάσεως ἐλπίς· ἡ γὰρ προσδοκία τῆς μισθαποδοσίας, νευροῖ τὴν ψυχὴν εἰς ἐργασίαν ἀγαθήν· *Radix totius bonæ operationis est spes resurrectionis; nam reddendæ mercedis expectatio animam roborat ad bona opera suscipienda.* Hanc sententiam, quæ omnium Patrum, et doctorum consensu firmata est, Pisida ab instituta medicinæ comparatione non discedens ita detorquet, ut Deo magis, quam medico fidendum esse tantum probet.

1390. Rom. vi, 6: *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati.*

1394. Manes, qui omnium hæreticorum deliramenta complexus, omnium hæreseon deterrimam conflavit, primum Cubricus, et deinde Manes, quod nomen Persarum lingua *Dialecticum* sonat, dictus est. Sed cum Græci Manetis nomen in infamiam vertissent, eo quod Græce furorem et insaniam significat, ejus discipuli suum magistrum Manichæum, vel Mannichæum vocaverunt. Vide sanctum Cyrillum Hieros., *Catech.* vi, 24, et sanctum Augustinum, xix, 22, *contra Faustum*, et Beausobrium, *Hist. de Manichée*, i, 1. Vim nominis igitur exprimens Pisida Manetis ἐμμανήν, *insanum* esse sermonem dixit.

1396. Manes metempsychosim, sive translationem animarum e corporibus humanis in plantarum et belluarum corpora admittebat; sed cum in Scripturis luculenter testatam animadverteret a mortuis resurrectionem, ipsam omnino negare ausus non est; sed abutens testimonio Apostoli, loc. cit., xv, 50: *Quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt*, resurrectionem tantummodo animæ ad gloriam asseruit, quam etiam ad solos suos discipulos restrinxit. Vide sanctum Epiphanium, *De hæres.* lvi, 87. At vero solus Pisida, quod sciam, ejusdem impii hæretici argumentum contra resurrectionem adducit et refellit. Beausobrius quidem, in texenda Manichæismi historia nimium fortasse diligens, locum hunc videtur ignorasse. Cæterum Manetis argumentum facile solutum est neganti cum Pisida antecedens. Manes enim supponit mortis causam esse humorum dissensionem. Verum quis nescit mortem, citra humorum dissidium, ejus in potestate esse, cujus est in manu etiam vita? Post resurrectionem vero neque dissolutioni, neque corruptioni erit locus, quia, ut ait *ibid.* sanctus Paulus, corpus resurget spirituale.

1398. Quid velit Pisida Galeni librum Περὶ χυμῶν legenti patebit: Χυμοὶ δὲ χολὴ, καὶ αἷμα, φλέγμα τε, καὶ ἡ μέλαινα, ἐξ ὧν τὰ ζῶα συνέστηκε, καὶ ὁ ἄνθρωπος. *Humores vero sunt bilis, sanguis, pituita, et humor melancholicus, ex quibus animantia componuntur, et homo.*

Digitized by Google

Καίπερ θεωρῶν τῶν ἑαυτοῦ τραυμάτων
Τὴν σηπτικὴν σύριγγα, τοὺς χυμοὺς ὅλους,
Ὡς πρὸς μάχην θήγουσαν ἀνθωπλισμένην,
Χολῆς μελαίνης, καὶ χολῆς ξανθοπλόκου,
Καὶ φλέγματος πρὸς αἷμα συμπεπλεγμένου,
Καὶ συῤῥυέντων, καὶ πεφυρμένων ὅλων,
Μάχην θεωρῶν, μὴ θεωρῶν τὴν λύσιν.
Καὶ μηδὲ τοῖς μώλωψι πεισθῆναι θέλων,
Ὡς καὶ σαπέντων ἐκ φθορᾶς τῶν ὀργάνων,
Ἄσηπτον αὐτοῖς ἀντεγείρεται δέρας,
Καὶ συμβιβασμὸς γίνεται τῶν σχισμάτων
Ἐκ τῆς παρ' αὐτοῖς ὡς νομίζεται μάχης ;
Ἢ πῶς φυλαχθῇ τὸ λογικῶς εἰρημένον,
« Σύμπνοια καὶ σύῤῥοια τῶν ὅλων μία, »
Εἴπερ τὸ σύμπνουν σχίσμα γίνεται μάχης ;
Ἢ πῶς τὸ ῥευστὸν εὑρεθῇ πεπηγμένον,
Εἰ μὴ παρούσης τῆς ἀναγκαίας μάχης
Θάλψει τὸ φλέγμα τῆς χολῆς ἡ θερμότης,
Ἢ συγκεκρασθῇ θερμότητι ψυχρότης,

A Ἢ ξηρότης εὔικμον ἁρπάσει μάχην ;
Οὐ κυρίως οὖν ἐστιν ἡ μάχη μάχη,
Συνεκτικὴ δὲ μᾶλλον. ἢ τοὐναντίον
Χωριστικὴ πέφυκε τῶν ἡρμοσμένων·
Σφίγγουσα τὴν σύμπηξιν ἄχρι τὴν δέσιν
Λύσει τὸ τοῦ σφίξαντος ἄῤῥητον κράτος.
Ὡς γάρ τις οἶκον δημιουργῆσαι θέλων
Καὶ σφῆνα πήξας σφαιροσυνθέτου στέγης,
Οἶδεν μόνος τὸ σφίγμα, καὶ λύει μόνος·
Οὕτως ὁ τὴν ἔνσαρκον οὐσίαν κτίσας,
Ὅταν δέοι τὸν οἶκον ἐλθεῖν εἰς λύσιν,
Οὐ φλέγμα κινεῖ, καὶ χολὴν πρὸς τὴν λύσιν,
Ὡς ἐνδεῆς ὢν ὑλικοῦ παρεργάτου·
Ἀλλ' ἐκβαλὼν τὸν σφῆνα τὸν ψυχοκράτην,
Ὡς οἶδεν, ὡς ἔσφιγξε, καὶ λύει μόνος.
B Ὅταν δὲ τὴν σύμπηξιν ἁρμόσαι θέλῃ·
Κτίσαι γὰρ αὖθις βούλεται τὴν οἰκίαν,
Πτῶσιν παθοῦσαν ἐξ ἀδήλων πνευμάτων·
Εἰ καὶ χολὴν καὶ φλέγμα, καὶ πνεῦμα λάβοι,

humores corporis hinc inde ad pugnam cieri, atram bilem cum flava committi, phlegma cum sanguine commisceri, et hæc omnia in unum confluere atque confundi, veramque pugnam se vidisse plane possit, dissolutionem autem, quam dicit, se vidisse nequeat affirmare. Sed ne vibices quidem tanti sunt, ut ipse persuaderi velit : in quibus illud manifestum, quod ubi pars aliqua corruptis organis putruit, nova desuper pellis educta illis obtenditur, atque ex ea, quæ dicitur et putatur esse pugna, sit inter ipsos pax et conciliatio. Quinam autem logicum illud effatum staret : « Omnia in unum confluunt atque conspirant, » si ex ipsa rerum conspiratione oriretur pugnæ dissidium ? aut quomodo id, quod est fluidum, coagmentatum iri videremus, si necessaria hac intercedente pugna pituitosam bilem calor non deliniret, aut frigidum calido non temperaretur, et siccum cum humido pugnam amice non iniret ? Non vere igitur, et proprie pugna est pugna : sed est quid ea, quæ sunt inter se congruentia, potius conjungens, quam dividens e contrario : est quid, inquam, rerum compaginem arctius constringens, usquedum ineffabilis potentia illius, qui opus colligavit, operi vincula dissolvat. Sicuti enim si quis domum exstruxerit, et arcuatum fornicem infixo cuneo copulaverit, ipse solus novit, ubi sit cunei nexus, et ipse solus potest solvere : ita qui carneam condidit substantiam, cum C contexta domus debet dissolvi, non phlegma neque bilem ad dissolvendum immittit, quasi aliquo materiali adjutore ipse indigeat ; sed cuneum, animæ retinaculum, extrahit, atque prout solus novit, prout solus conjunxit, solus etiam dissolvit. Cum autem molem ipsam coagmentare atque connectere decernit (vult enim iterum hanc domum ædificare, quæ ex occulta spirituum vi acta est in ruinam), bilem, phlegma, et spiritum, si velit, assumet, atque ea una simul, velut calcem cum testis (nam etiam

NOTÆ.

1402. De quatuor humorum varietate, colore et effectibus Galenus, ibid., pag. 151 : Πικρὰ ἡ ξανθὴ, καὶ ὀξεῖα ἡ μελαίνη, *bilis flava, amara, et nigra, acida.*

1411. Cod. 1126, τῶν λογικῶν ῥημάτων. Galenus sæpe usurpat hanc aphoristicam sententiam Σύῤῥοια μία, ξύμπνοια μία, ξυμπαθέα πάντα, *confluxus unus, conspiratio una, consentientia omnia.* Sic lib. II *De caus. puls.*, πάντα πᾶσι συμπαθέα, φύσις κοινή, *omnia omnibus consentiunt, natura communis est.* Egregie autem, *De humor.*, pag. 152 : Χρὴ δὲ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, ἵν' ὑγιειά τε διαμένῃ, καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσεται. *Oportet enim humores exquisite esse qualitate temperatas et quantitate æquales, ut et sanitas præsens permaneat, et absens redeat.*

1416. Vide Galenum, *De nat. faculi.* I, 2, tom. V, pag. 9, qui de facultate generatrice, de auctrice ac de nutritione acturus, Hippocratem dicit omnium medicorum ac philosophorum fuisse primum, qui ἀποδεικνύειν ἐπεχείρησε, τέτταρας εἶναι τὰς πάσας δραστικὰς εἰς ἀλλήλους ποιότητας, ὑφ' ὧν γίνεταί τε καὶ φθείρεται πάνθ' ὅσα γένεσίν τε καὶ φθορὰν ἐπιδέχεται, *demonstrare tentavit quatuor esse omnes, quæ mutuo inter se agerent, qualitates, a quibus, quæ ortum et interitum admittunt, omnia gignantur, ac corrumpantur.* Quòd quam verisimili ratione dictum sit, nobis plane non constat : cum multo ante Hippocratem similia luculenter docuerit Socrates, ut D videre est in *Timæo*, pag. 83 et seqq.

1418. Cod. 1126, καὶ ξηρότης ἔνυγρον ἁρπάσοι.

1424. Consule Athenagoram, *De resurr.* IX et XII, ubi nonnulla, quæ hanc comparationem Dei cum architecto illustrant. Perspicuum est autem Pisidam omnem vitæ rationem in anima ponere, unde ipsam ψυχοκράτην, *vitæ retinaculum* vocat, infra vers. 1431.

1425. Cod. 1126, καὶ σφῆνα πῆξαι. Pisida per *cuneum* ferramentum aliquod in fornice domus apte collocatum intelligit, ut curvaturæ circinationem astrictam colligatamque sustineat : hinc postea etiam animam corporis cuneum appellat.

1435. Ἀδήλων πνευμάτων, *flaminum latentium* vertit Morellius. Occulti spiritus ex mente Pisidæ, ni fallimur, sunt diabolus, peccatum et animi perturbationes.

1436. Cod. 1126 : Εἰ καὶ χολὴν, καὶ πνεῦμα καὶ

Digitized by Google

Ἄσβεστον ὥσπερ συμβιβάζων ὀστράκῳ·
Χυλοὶ γὰρ εἰσι καὶ μέρη τοῦ κτίσματος·
Τὸν σφῆνα πήξας, ὥστε λύσαι μηκέτι,
Ἄφθαρτον ἡμῶν ἐξεγείρει τὴν φύσιν.
Πλὴν ταῦτα πρὸς Μάνεντα τὸν μεμηνόσα·
Ἡμεῖς γὰρ ἴσμεν, ὡς ἐναλλαγὴν δέον
Τὸ θνητὸν ἡμῶν τοῦτο προσλαβεῖν δέρας,
Ὃ σπείρεται μὲν ἐν φθορᾷ τεθαμμένον,
Ἀνίσταται δὲ τῆς φθορᾶς ἀντιστρόφως,
Ἄφθαρτον, ὡς ἔδοξε τῷ παντεργάτῃ.
Οὕτως ὁ πλάστης κἂν τε χυλῶσαι θέλῃ
Τὸ σῶμα τοῦτο, κἂν τε λεπτῦναι πλέον,

Ὅμως ἄσηπτον τῶν σαπέντων τὴν φύσιν,
Ὡς τραῦμα νεκρὸν, δερματοῖ καὶ συλλέγει.
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ πρὸς τὸ σαρκῶσαι λόγος,
Τὴν γῆν ἐρευνῶν, καὶ τὰ κύματα βλέπων,
Καὶ συλλέγων τὰ κῶλα τῶν κοιμωμένων.
Καὶ κἂν τις ὠμόσαρκον ἀνθρώπου κρέας
Ἰχθὺς σπαράξει, καὶ τὸν ἰχθὺν ἀγρότης,
Καὶ τοῦτον ἄρκτος, καὶ τὸ θηρίον κύνες,
Γῦπες δὲ τούτους, τοὺς δὲ γῦπας οἱ τάφοι,
Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἀνθυποδράμοι φύσιν,
Εἰς ἀλλοφύλους ἀντικλώμενος ῥύσεις·
Ὅμως ἔσω πέφυκε τῶν ὁρισμάτων

humores fabricæ condendæ sunt partes necessariæ) conjunget, atque ita cuneo intexto, ut nullo jam tempore possit exsolvi, incorruptibilem excitabit nostram naturam.

Atque hæc in mente captum Manetem dixisse sufficiat. Nos enim ipsi scimus oportere, ut hæc nostra mortalis caro immutetur, quæ cum fuerit terræ tradita, seminatur in corruptione, et ex corruptione iterum resurgit incorruptibilis, ut ei placet, qui omnia fecit. Itaque sive hoc nostrum corpus velit protoplasta succis abundare, sive gracile ipsum reddere, putrefactorum artuum incorruptam naturam una simul colligit, ac velut emortuum vulnus obtegit pelle, et sic agglutinat, ut non jam amplius putrescat. Sufficit enim ei verbum, ut abducatur caro: quippe uno temporis momento terram pervadit, lustrat undas maris, et statim huc illuc sparsa dormientium membra congregat. Quamvis autem crudas hominis carnes discerpserit piscis, et piscator piscem, hunc ursus, et belluam canes, atque canes vultures exederint, et sepulcra vultures: adeo ut unus homo omnem prorsus naturam subierit, in quaslibet fluxarum rerum mutabiles formas dis-

NOTÆ.

πάλιν βάλοι. Πνεῦμα hic est spiritus vitalis, de quo Plato, Hippocrates et Galenus loc. cit. Pisida conditionate loquitur, si Deus velit, hæc accipiet, quia, ut ait Athenagoras, *De resurr.* VII: Οὐδὲν συντελοῦντος ἔτι πρὸς τὸ ζῆν, οὐχ αἵματος, οὐ φλέγματος, οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος· οὐδὲ γὰρ ὧν ἐνδεήθη ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα, δεηθήσεται καὶ τότε· *Nihil tum ad vitam conferente vel sanguine, vel pituita, vel bile, vel spiritu: neque enim quibus rebus aliquando egebant corpora, iisdem tunc etiam temporis egebunt.*

1438. *Χυλοί*, typographi, ut puto, incuria, legimus in versione Morelliana *sapores*; neque enim hic saporibus est locus. Patet autem χυλούς eodem sensu accipi a Pisida ac χυμούς; nisi forte velis χυλούς esse humores, vel succos jam commistos ac temperatos, ut aqua postquam est injecta calci. Morellius quidem recte, infra, vers. 1447, verbi χυλῶσαι significationem expressit, quod est *succosum esse.*

1441. Ludit iterum in nomine Manetis. Vide supra, v. 1395.

1442. I Corinth. XV, 51: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur . . . . . canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur.* Vide SS. Patres et interpretes, a quorum sententiis referendis consulto abstinemus.

1444. Cod. 1126, μὲν τῇ φθορᾷ. I Cor. XV, 42: *Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria.*

1447. Sadducæi et Samaritani inter Hebræos, ac post ipsos Nicolaitæ, Gnostici, atque ex Cerintho et Manete profecti hæretici philosophicis rationibus resurrectionis dogma impugnantes, illud tanquam absurdum objiciebant; quod si eadem caro revocanda esset in integrum, infantes, pumiliones, cæci, claudi, etc., cum suis defectibus essent suscitandi: quod cum ridiculum viderent, corporis inorganici, vel spiritualis, quam veræ carnis resurrectionem admittere malebant. Difficultatem luculenter diluerunt Tertullianus, *De resurr.* 57, et sanctus Augustinus, *De civ. Dei*, XXII, 13, quos vide. Pisida eidem objectioni videtur occurrere dicens, eo corporis habitu homines resurrecturos, ad quem Deus voluerit eos evocare: κἂν χυλῶσαι, κἂν λεπτῦναι θέλῃ, quasi diceret, utcunque ei placuerit, vel ut corpora *pinguescant*, vel ut *gracilescant*. Præclare Tertullianus, loc. cit. *Si demutamur in gloriam, quanto magis in incolumitatem . . . . . Quomodo vita confertur, ita et refertur . . . . . Naturæ, non injuriæ reddimur.* Ac sanctus Augustinus quidem etiam staturæ, et ætatis modum, in quo corpora restituentur, designavit.

1453. Vide interpretes ad loc. cit. I Corinth. XV, 51, ex cujus varia lectione ortæ sunt sententiæ a textu Vulgatæ dissentientes. Alii enim ex cod. Alex. legunt πάντες μὲν οὖν κοιμηθησόμεθα, ἀλλ' οὐ πάντες ἀλλαγησόμεθα, *omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur:* alii vero ex Græcis Codd. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, *non omnes quidem dormiemus, omnes autem immutabimur.* Pisida hanc textuum varietatem, ut puto, non ignorans, τὰ κῶλα τῶν κοιμωμένων, *dormientium membra* appellat. Sed id allegorice intelligendum esse aperte demonstrat: nimius enim fortasse est in corporum corruptione probanda, ex qua omnia sua argumenta desumit ad resurrectionem carnis evincendam: et supra v. 1390, suam sententiam dilucide expressit, ita loquens de Deo, quem medico comparat:

Τὸ σῶμα νεκρώσαντι τῆς ἁμαρτίας
Ὑπνωτικὸν δὲ φάρμακον δεδωκότι.

1454. *Ὠμόσαρκον κρέας crudicarneum corpus.* Simili modo Athenagoras, *De resurr.* V et VIII, corpora separata Dei sapientia et potestate esse inter se coitura dicit, κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταδαπανηθῇ, κἂν τοῦ παντὸς σώματος ἐκκοπὴν προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν, *sive igne succensa, sive aquis putrefacta, sive a feris, aut quibuslibet animalibus consumpta fuerint, sive pars aliqua a toto corpore avulsa jam antea fuerit dissoluta.* Consule etiam sanctum Cyrillum Hieros. XVIII, 2, et sanctum Augustinum, *De civit. Dei*, XXII, 20.

1455. Ἀγρότης. Morellius vertit *rusticus.* Cur piscem edat rusticus? ἀγρότης est ab ἄγρα, quæ est *venatio, piscatio*

Digitized by Google

Τῇ χειρὶ τοῦ Κτίσαντος ἐσφραγισμένος.
Οὐκοῦν ἐάν τις χειρὸς εὐτελεστάτης
Τοὺς πενταχόρδους ἐξαπλώσας δακτύλους
Κριθὰς, ὀλύρας, κέγχρον, ἢ σῖτον λάβοι,
'Η πλῆθος ἁπλῶς ὀσπρίων πεφυρμένων,
Οἶδεν διαιρεῖν καὶ μερίζειν εὐθέτως
Ἐκεῖνο, τοῦτο, καὶ συνάπτει τὰς φύσεις,
Καὶ ῥᾷστα συντίθησι πρὸς γένος γένος.
Πῶς καὶ λιθώδης οὐ συνήσει καρδία
Ἐν χειρὶ τοῦ Κτίσαντος οὖσαν τὴν κτίσιν,
Ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς συνδραμεῖν ἀναστάσει,

A

Καὶ συγκομίζειν, ὥσπερ ἄλλος τοὺς φόρους,
Ἐκεῖθεν ἔνθεν τὰς φορὰς τῶν λειψάνων
Ἀρτηρίας, καὶ νεῦρα, σάρκας, καὶ φλέβας,
Καὶ παντὸς ἄρθρου συλλογὴν κεκρυμμένου,
Συνεισάγειν δὲ τὰς ἑκάστου λοιπάδας·
Εἰσὶ γὰρ ἄχρι καὶ τριχὸς γεγραμμέναι·
Φέρειν τε πᾶσαν τὴν ἐναπόγραφον φύσιν
Τῇ πρὸς τὸν αὐτῆς δεσπότην περιστάσει·
'Οπως ὑφέξει τοῖς ἐπείκταις ἀγγέλοις
Τοὺς συλλογισμοὺς τῶν χρεῶν καὶ τῶν τόκων,
Καὶ τὰς ἀπαρχὰς τῆς γεώδους καρδίας,

tractus, attamen ipse intra suos terminos consistit, a signo quod ei manus Conditoris impressit semper dignoscendus. Porro, si quis vilissima sua manu protenta, et quinque digitorum explicatis juncturis hordeum, olyram, milium et triticum, et aliud quodcunque leguminum genus simul commistum sumpserit, optime alterum ab altero, si velit, distinguet, ac dividet, et diversas rerum species conjungere, et suum genus suo generi referre facillime noscet: *quod nemo negabit.* Quodnam igitur adeo lapideum cor erit, ut non intelligat, quomodo in manu Creatoris posita creatura ad nostram resurrectionem concurrat? et quemadmodum alter vectigalia undique collecta in unum comportat, ita ipsa hinc inde cadaverum spolia, nervos, et arterias; B carnes, et venas, omnesque articulorum juncturas in qualibet parte latentes colligat, et cujusvis hominis proprias reliquias contrahat (sunt enim omnia usque ad capillum numerata), atque adeo omnem adnotatam naturam ad eum, qui ipsius naturæ est Dominus, afferat opportune: ut angelis urgentibus judicium subeat, et reddat rationem de debitis, et fenore? ita ut quæ fuerint primitiæ terreni cordis appareat, et quæ fuerit seminis largitas,

NOTÆ.

1461. Psal. IV, 7: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, . . .* Est II Corinth. I, 22: *Qui et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.*

1462. Eodem exemplo usus sanctus Cyrillus Hier. Catech. XVIII, sic concludit: Τὰ ἐν τῇ σεαυτοῦ χειρὶ διακρῖναι δύνασαι· Θεὸς δὲ ἄρα τὰ ἐν τῇ ἑαυτοῦ δρακὶ περιεχόμενα διακρῖναι, καὶ ἀποκαταστατῆσαι οὐ δύναται; νόησον τὸ λεγόμενον, εἰ μή ἐστιν ἀσεβὴς ἡ ἄρνησις· *Tu res in manu tua contentas discernere valeas; Deus vero res in sua ipsius manu comprehensas discernere et restituere non queat? Id quod dico considera, numne id negare impium sit?*

1464. Ὄλυρα est semen medium inter frumentum, et hordeum: Ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ τῆς ζείας, ἀτροφωτέρα δὲ κατὰ ποσὸν ἐκείνης· ἀρτοποιεῖται δὲ καὶ αὐτή. *Ejusdem generis cum zea est, sed minus aliquanto nutrit: attamen in panes etiam ipsa cogitur:* sic Dioscorides, II, 163. Matthiolus auctoritate Plinii et Galeni recte contendit non esse olyram cum secala confundendam.

1469. Ezech. II, 19: *Et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum.* Vide interpretes. D

1475. Cod. 1126, κεκρυμμένην.

1477. Luc. XII, 7: *Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Vide sanctum Augustinum, *De civit. Dei*, XXII, 20.

1480. Matth. XIII, 49: *Sic erit in consummatione sæculi: exibunt angeli, et separabunt malos de medio justorum.*

1481. Quid sit τόκος fuse explicat sanctus Basilius, *Hom. in psal.* XIV. Aperte autem hic alluditur ad parabolam de talentis distributis in servos, quorum ille, qui unum tantummodo acceperat, ipsumque absconderat in terram, in tenebras exteriores ejectus est. *Oportuit enim*, dixit ei Dominus, in Matth. XXV, 26, *pecuniam committere nummulariis, et veniens ego recepissem utique, quod meum est cum usura.* Similia in Luc. XIX, 23, quæ ad extremum judicium significandum dicta sunt. Atque hactenus pro resurrectione pugnavit Pisida pluribus argumentis, quæ, si vacat, fusius pertractata invenies in supra laudatis Patribus Justino, Tatiano, Athenagora, Theophilo, Irenæo, Cyrillo Hierosolymitano, Tertulliano, Augustino, et Ambrosio, necnon in C Nat. Alexandri *Hist. eccl.* sæc. I, dissert. XXVI, et in *Deliciis eruditorum* clarissimi, ac mihi conjunctissimi viri Joannis Lamii, qui Commentarii loco ad epistolam 7 Michaelis Glycæ elucubratissimam dissertationem opportune, atque e re nata attexuit, in qua non modo veterum hæreticorum errores refellit, sed et Burnetii famigeratissimi inter Anglos hominis argutias, vel potius deliramenta contra resurrectionem corporum e mortuis funditus evertit. Unum restat, quod moneam: si quis velit ea omnia, quæ Pisida contra Manetem dixisse apparet, contra Severum, et contra Philoponum, tanquam Manichæismo faventes, esse dicta, non me sane habebit repugnantem. Patet enim Manichaici argumenti, quod impugnat Pisida, totam vim in eo esse positam, ut in eadem forma esse corpora resurrectura, quam antea obtinuerant, pertinaciter negaretur. Quid simile blateravit Philoponus. Photius certe cod. XXI, XXII et XXIII, Philoponi librum contra resurrectionem, ejusdemque confutationem se legisse testatus est; sed qui fuerint Philoponi errores ex Photio non liquet. At Timotheus presbyter CP. *De recept. hæret.* apud Cotelerium, *Mon. vet.* tom. III, rem explanat; nam pag. 398 dicit nonnullos fuisse Tritheitas Philoponi asseclas, qui dicerent, ὅτι τὸ σῶμα, ὃ νῦν ἔχομεν, οὐκ ἐγείρεται ἄφθαρτον, ἀλλ' ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ λαμβάνομεν, corpus quod nunc habemus, non resurrecturum incorruptibile, verum nos loco ipsius aliud recepturos: allos autem fuisse Tritheitas, qui librum a Joanne Philopono adversus resurrectionem editum, δι' οὗ ἐκεῖνος ἀναιρεῖ τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, in quo ille resurrectionem tollit, aversati sunt. Verum id etiam clarius idem Timotheus postea declarat, pag. 414, ubi Philoponi errores exponit: Ὁ εἰρημένος γραμματικὸς Ἰωάννης ἐν τοῖς πρὸς Ἕλληνας βιβλίοις, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ συγγράμμασιν ἐπήγαγε λέγων, τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα πάν-

Digitized by Google

Σπόρου τε καρπὸν, καὶ σπορᾶς ἀκαρπίαν,
Ζυγοῦ τε λεῖμμα, καὶ ῥοπῆς εὐσταθμίαν,
Καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ψυχικὴν λειτουργείαν.
Οὕτως ἑαυτὸν ταῖς ἐνεργείαις ἔθου
Γνωστὸν παρ' ἡμῖν, καίπερ ὢν κεκρυμμένος·
Ὅσον γὰρ ἡμᾶς τῶν ὑπερτέρων νόων
Ὑπερβέβηκεν ἡ θεόπνους ἀκρότης,
Τοσοῦτον αὐτὰς αἱ μέσαι, καὶ τὰς μέσας
Τρίτη τις ἄλλη τάξις ἀρχικωτέρα,
Ἢ μᾶλλον ἐμπέφυκε τῇ πανομμάτῳ,
Καὶ τῇ πτερωτῇ τοῦ τάχους ἐπεκτάσει,
Ἡ πρὸς τὸ Θεῖον ἀγχιγείτων ἀκρότης·
Ὅσον γὰρ ἐγγίζουσι, τὰς ἀποστάσεις
Ποιοῦσι μείζους, καὶ ξενοτρόπῳ λόγῳ
Τὰς προσθέσεις ἔχουσιν, ὡς ἀφαιρέσεις.
Εἰ γὰρ τὸ τῆς γῆς τοῦτο πῦρ ὁ προσβλέπων

et fructus sterilitas, necnon quæ in dando fuerit æquitas lancis, et in reddendo ponderis defectus innotescat, adeoque omne prorsus animæ expendatur ministerium.

Ita sane teipsum, Deus, quamvis sis absconditus, tuis operationibus cognoscendum dedisti. Quantum enim sublimiorum, atque divinitus inspiratarum mentium altitudo nobis præstat, tantum ipsæ mediis superantur, et mediis alter quidam tertius ordo principalior exsistit, qui magis ad illum ordinem accedit, cui vis inest oculorum tam maxima, et alarum pernicitas tam admirabilis, ut quam proxime ad divina appropinquet. Sed quo tamen propius accedunt, majores faciunt a scopo distantias: adeo ut ex admirabili quadam ratione idem sit ipsis addere, ac de summa deducere. Si enim cum quis

NOTÆ.

τα καὶ ὁρώμενα, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττονα τούτων τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια ὑπὸ Θεοῦ δημιουργεῖσθαι· συντέλειαν λέγων τοῦ ὁρωμένου κόσμου ἥγουν παρέλευσιν, ἢ καινοῦ κόσμου γένεσιν· ἀνάστασίν τε νεκρῶν ὁρίζεται εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς σῶμα ἄφθαρτον ἕνωσιν ἀδιάλυτον· Κόνων δὲ, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ · · · τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεβάλοντο· λόγους ἐγγράφως ἐκδεδωκότες, ἐν οἷς λέγουσιν, ὅτι τὰ σώματα τὰ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ ὁρώμενα, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρεται, ἀλλὰ μένουσι τὰ αὐτὰ καὶ ὁρώμενα εἰς ἀεὶ μὴ φθειρόμενα· κατὰ δὲ τὸ εἶδος μόνον φθείρονται· καὶ πάλιν ἀναμορφοῦσθαι τὴν αὐτὴν ὕλην λέγουσι, κρεῖττον εἶδος δεχομένην ἄφθαρτον καὶ αἰώνιον · · · · ἀνάστασιν δὲ νεκρῶν ὁρίζονται εἶναι, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν δευτέραν ἕνωσιν ἀδιάλυτον. *Joannes Grammaticus in libris adversus gentes, ac in aliis suis voluminibus ista induxit: omnia corpora hæc sensibus et aspectui exposita, secundum materiam, et formam ex non exstante ad exsistentiam adducta esse per Deum: corruptibilia autem facta fuisse, et corrumpi juxta materiam et formam, atque in locum eorum alia corpora his, quæ cernuntur, præstantiora, incorruptibilia, æternaque creari a Deo: consummationem intelligens, seu transitum conspicui mundi, novique ortum. Ad hanc resurrectionem mortuorum definit esse animalium rationalium cum corpore incorruptibili unionem indissolubilem. Conon vero, quique cum ipso sunt, . . . ipsius scripta repudiarunt, libris editis, in quibus contendunt, corpora hæc aspectabilia, et sensibilia, juxta materiam quidem non corrumpi, sed manere eadem semper aspectabilia, et nunquam corruptione evanescere. Rursusque reformari eamdem materiam putant recipiendo præstantiorem formam incorruptibilem, ac sempiternam . . . . Ac resurrectionem mortuorum definiunt, corporis hujusce cum anima rationali secundam indissolubilemque unionem.* Hæc circa Philoponum, quæ cum iis etiam, quæ idem Timotheus habet, pag. 416, perfecte concordant, ob oculos lectorum ponere non piguit, quia quidquid ad ipsum spectat nostris circa ejusdem et Pisidæ ætatem conjecturis, quas in Prolegomenis congessimus, novam lucem, probabilitatemque afferre possunt. Ea vero ex Timotheo potius, quam ex Nicephoro, *Hist.*, XVIII, 47, protulimus, quia hic illum nec satis clare, nec satis fideliter, quod a nemine est observatum, transcripsit. Porro Nicephorus, omnesque qui Nicephori auctoritatem sunt secuti, Philoponi placitum circa resurrectionem contrario plane sensu exposuerunt: aiunt enim sic definisse, resurrectionem εἶναι τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἕνωσιν ἀδιάλυτον, *esse animarum rationalium cum corpore corruptibili unionem indissolubilem.* Verum cum Timotheo potius πρὸς σῶμα ἄφθαρτον ἕνωσιν *cum corpore incorruptibili unionem*, legendum esse non dubito. Etenim vera, ut puto, Philoponi sententia ab eo, quod statuit, universali principio deducta, hæc est. Omnia corpora, sive materiam sive corpus spectes, ex eo quod non est, in id quod est, producta sunt a Deo, itemque secundum materiam et formam corrumpentur: cum ergo resurgendi tempus adveniet, non idem corpus, quod periit, excitabitur, et fiet incorruptibile; sed aliud corpus effingetur incorruptibile, quod erit indissolubili vinculo animabus rationalibus unitum. Atque hæc sane fuit etiam sententia Manetis: quod erat probandum.

1486. Arbitror legendum οὕτω σεαυτόν. Morellius mentem Pisidæ non satis feliciter est assecutus in sequentibus versibus. Conferenda hæc sunt cum scriptis Areopagiticis *De cœlesti hierarchia*, cap. 3 et 4, ubi traditur quomodo creaturis se communicet Deus, qui sicuti est, nemini apparuit. Ἐνέργειαι hic sunt tres hierarchici gradus; eorum scilicet, qui expiantur, qui illuminantur, qui perfecti evadunt. Hi omnes, quamvis cæteris hominibus sint perspicaciores in rebus divinis contemplandis, longe tamen absunt a Deo videndo, ut eum videt et contemplatur triplex angelorum ordo, qui tribus mystarum gradibus respondet. Tota igitur Pisidæ sententia hæc est: ita de Deo noverunt loqui, qui in sacris Scripturis, et in divinis oraculis versati sunt.

1489. Eos, opinor, indicat, qui, ut sanctus Maximus ait in Scholiis ad cap. 3 *De cæl. hier.*, φωτίζονται τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα. *Scripturarum divinitus inspiratarum scientia ad divinæ notitiæ doctrinam assequendam illustrantur.*

1492. *Παρόμματος oculis planus*, et deinde ὁμματόπλουτος *oculis dives*. Angelorum varios ordines, ac præsertim Cherubinos designat Pisida. Vide supra, v. 172.

1494. Cod. 1126. μακρότης, quæ lectio non displicet, ut sit antithesis.

1498. Vide supra, v. 876, ubi eadem est comparatio.

Digitized by Google

Πόῤῥω μὲν ἐστὼς θέλγεται πρὸς τὴν θέαν,
Ἀφίσταται δὲ τῇ φλογὶ προσεγγίσας·
Πῶς πρὸς τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῆς ἀφλεξίας;,
Ὁ μᾶλλον ἐγγὺς, κἂν πέφυκεν ἄγγελος,
Μὴ μᾶλλον ἐκστῇ καὶ διαστῇ τῷ φόβῳ,
Ἐν πυρσοφεγγεῖ καὶ θεοκρυφεῖ γνόφῳ,
Ἀφεγγὲς εὑρὼν καὶ τὸ πῦρ καὶ τὴν φλόγα,
Ἐντεῦθεν, ὡς ἔοικεν, ἐγγίζει πλέον
Ἡ τῶν Χερουβὶμ ὁμματόπλουτος φύσις,
Βλέπουσα, καὶ μύουσα τὸ βλέπειν πλέον.
Φρικτὸν γὰρ ἐντέθεικε τῇ κτίσει φόβον
Ὁ πρῶτος εἰς γῆν ἐκπεσὼν ἑωσφόρος,
Βλέπων ἀμέτρως, καὶ παθὼν τὸ μὴ βλέπειν.
Ὡς μηδὲν εἶναι παντελῶς ἀνειμένον,
Ἢ τῆς παναρκοῦς καὶ σοφῆς ἐποψίας
Τοῦ δημιουργήσαντος ἐξηρημένον·
Εἶναι δὲ πάντα πρός τι χρήσιμον τέλος,
Καὶ μέχρι χόρτου, καὶ φυτῶν, καὶ θηρίων,
Καὶ τῶν ἀφώνων τῆς θαλάσσης ἰχθύων,
Καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς ἐκφυέντων ὀρνέων·
Φθάσαι δὲ μέχρι τῶν ἀποκρότων λίθων,
Τὴν συντομουργὸν τοῦ Θεοῦ λεπτουργίαν.
Εἴπερ νόσος μὲν ἐξελαύνεται λίθῳ,
Ἄλλος δὲ τὸν σίδηρον ἀνθέλκει λίθος,

terrestrem hunc ignem intuetur, aspectu procul positus plane recreatur; si autem flammæ propius accesserit, statim recedit: quomodo qui ad illum incombustibilem ignem, sit angelus licet, cum magis accesserit, non eo magis resiliet, ac præ metu procul discedet; cum inter rutilantem, et Deum tamen abscondentem caliginem nihil aliud quam luce carentem, et nullo modo conspiciendum ignem, et flammam offenderit. Proinde, ut videtur, Cherubinorum tot oculis ditata natura magis appropinquat, quia videns connivet, ut plus videat. Horrendam enim formidinem incussit creaturæ, qui primus in terram excidit Lucifer, ob immodicum videndi desiderium id passus, ut nihil prorsus videret.

At quis non videt, ut nihil usquam adeo sit vile et abjectum, quod non ex aliqua ratione factum esse constet, quodque a Conditoris sapientissimi inspectione, et vigilantia, quæ ad omnia late se extendit, non dependeat? itemque ut omnia sint ad utilem quemdam finem destinata, herbisque, et plantis, belluis, et mutis marinis piscibus, atque e mari enatis avibus una simul collectis, et comprehensis? quinetiam ut ad duros usque lapides Dei opificium, quo res minutas tam polite tamque subtiliter effecit, devenerit? Est enim quidam lapis, quo morbus depellitur, et alter, qui ferrum attrahit: et alii sunt silices, qui nescio quomodo intus excussi ignem extra positum accendunt. Est item alius

NOTÆ.

1499. Cod. 1126, legit πόῤῥωθεν.

1501. Alludit ad rubum incombustum, de quo supra v. 864.

1504. Cod. 1126, θεοκρύβει.

1508. Id. cod. μύουσα τοῦ βλέπειν, melius.

1512. Desiderantur fortasse hic aliqui versus: non enim satis belle videntur ea quæ præcedunt, cum iis quæ sequuntur, cohærere. Interea Pisida, ut divinam providentiam circa mundi gubernationem melius propugnet, Epicureis, aliisque, qui illud objiciebant, *Si Deus est, unde mala, et cur humano generi tot noxia creata?* respondet, *omnia esse ad bonum finem destinata*. Atque ut id faciat apertius, earum rerum, quæ magis vulgares et contemnendæ videntur, utilitatem ex medicorum placitis, et scientia demonstrat. Lucullum apud Ciceronem *Quæst acad.* IV, ex mente Epicuri loquentem audiamus: *Cur Deus, omnia nostra causa cum faceret; sic enim vultis, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit? Negatis hæc tam polite, tamque subtiliter effici potuisse sine divina aliqua solertia: cujus quidem majestatem deducitis usque ad apum, formicarumque perfectionem; ut etiam inter deos myrmecides aliquis, minutorum opusculorum fabricator fuisse videatur*, etc. Hujusmodi difficultatibus Cicero plurimis in locis fecit satis, qui passim illud statuit, atque confirmat, mundum divina providentia esse constitutum, eaque ipsa sapienter administrari. Vide Platonem *in Timæo*, Maximum Tyrium dissert. 25, ne Patrum agmen producam, qui in hac arena strenuissime decertarunt.

1513. Cod. 1126, ἢ τῆς παναλκοῦς.

1517. Aristoteles, *Hist. anim.* IV, 9: Οἱ δὲ ἰχθύες, ἄφωνοι μέν εἰσι· οὔτε γὰρ πνεύμονα, οὔτε ἀρτηρίαν, καὶ φάρυγγα ἔχουσι. *Pisces quidem vocis expertes sunt, quippe qui neque pulmonem, neque arteriam, aut guttur obtineant*. Eadem sunt in Plinio, XI, 112. Hinc bene Horatius ad Melpomenen IV, 3, 19, cecinit:

O mutis quoque piscibus
Donatura cycni si libeat sonum.

1518. Gen. I, 21: *Creavitque Deus cete grandia, et omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum*, etc. Avesne igitur ex aquis enatas dixeris? Fatear sane id quondam fuisse quibusdam persuasum, ut videre est in doctissimis Commentariis Calmetii ad eum locum Geneseos, atque in ea sententia fuisse Pisidam non videtur negandum, cum aperte dicat pisces ἐκφυέντας ἐκ θαλάσσης. Atqui fuere tempore ejusdem Basilii, qui ipsos quoque homines ex aquis esse genitos ex laudato Geneseos loco deducerent. Quam sane ridiculam sententiam nuper, ut rem peregrinam, in vulgus edere, ac divendere aggressus est De-Maillet in libro cui tituli loco nomen suum anagrammate circumscriptum apposuit, *Teillamed* ipsum inscribens. Quidni contra tales nugatores ipsius Basilii utar verbis dicentis: Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐγένοντό ποτε ἰχθῦς οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι δὲ ἐν ᾧ ταῦτα ἔγραφον τῶν ἰχθύων ἦσαν ἀλογώτεροι, καὶ πάνυ εὐτόνως διατεινάμην. *Equidem an unquam fuerint pisces, sane non dixerim: sed eos, dum hæc scriberent, rationis magis fuisse expertes, quam pisces, vel constantissime affirmaverim.*

1521. De lapidum natura, et proprietatibus innumeri sunt scriptores: ut missos faciam profanos, Salomonem nominabo, quem scripsisse librum, *De gemmarum natura et virtutibus*, refert Glycas *Annal.* part. II, pag. 183, eumdemque sapientissimum regem librum confecisse περὶ λιθάτων, *De remediis*, testatur Suidas in Ἐζεκίας. Vide *Cod. pseudepigr. V. T.* a Joan. Alberto Fabricio confectum. Celebris est tractatus Isidori Hisp. *De lapidibus et metallis*, qui est liber XVI *Etymologici*: nec minus laudatur venustum carmen Marbodæi Galli *De gemmis*. Debemus autem viri integerri-

Digitized by Google

Ἄλλοι δὲ πυρσοὺς ἀντανάπτουσι λίθοι,
Οὐκ οἶδα πῶς ἔσωθεν ἐξωθουμένους,
Καὶ τοὺς κεραυνοὺς ἄλλος ἀμβλύνει λίθος,
Καὶ πῦρ νόθον σβέννυσιν ἐξηρτημένος
Οὐχ ὡς λίθος δρῶν, ἀλλ' ὅπως μάθῃς, ὅτι
Θεοῦ θέλοντος ὠφελοῦσι καὶ λίθοι.
Καὶ τὴν δι' αὐτοὺς ἐντροπὴν δεδοικότες,
Πειισθῶμεν ἡμεῖς ὠφελεῖν, κἂν ὡς λίθοι.
Εἴργει δὲ βῶλος αἱματόπτυστον χύσιν,
Πηλὸς δὲ σωτὴρ γίνεται δυσεντέροις·

A

Ἄνθος δὲ χόρτου πάσμα γίνεται πάθους·
Ὀπὸς δὲ ῥίζης φάρμακον καθαρσίου·
Σταγὼν δὲ κέδρου κνησμονὴν ἀποξέει·
Ἐπωφελὴς δὲ πικρότης ἀψινθίας,
Ὑπὲρ γλυκάζον εἰς περίστασιν μέλι.
Καὶ τῶν βάτων δὲ τῶν ἀκάρπων οἱ κλάδοι,
Ἀποικίλους φύουσι τοὺς Ἱπποκράτους·
Καὶ τοὺς ἀκάρπους μὴ φοβουμένη νόμους
Ἐκ τῶν ἀκανθῶν γίνεται σωτηρία.
Καὶ τέφρα, καὶ χοῦς ὠφελοῦσι, καὶ τρίχες·

lapis, qui fulmen retundit, et appensus spurium ignem restinguit : quæ quidem non per se præstat lapis, sed ut inde discas, lapides etiam Deo volente aliquam utilitatem afferre, atque ideo nos rubore suffusi juvandis aliis, etiamsi lapides simus, libenter incumbamus. Est etiam bolus, qui sanguinis sputa cohibet : et quoddam est lutum quo dyssenterici sanantur. Quid quod feni flos violentos dolorum cruciatus sedat, et succus radicis purgandi vim habet, et cedri gutta pruriginem tollit? Absinthii similiter amaror, cum opus fuerit, dulci melle est utilior. Quinetiam ex iis, quos rubi infructiferi emittunt surculos, simplicia Hippocratis remedia B enascuntur, et ubi nullas sterilitatis leges quis extimuerit, vel ex spinis ipsis salutem prodire sentiet. Cinis etiam, et pulvis, et pili juvant : ii enim qui ob frigus adeo oculis laborant, ut cæcitatem patiantur, fumum sibi præter spem Galenum esse

NOTÆ.

mi et doctissimi Petri Francisci Fogginii, bibliothecæ Vaticanæ custodis], studio et diligentiæ, quod lucem tandem aspexerit liber sancti Epiphanii *De gemmis rationalis* egregie illustratus, in quo sanctus ille Salaminus episcopus singularum gemmarum proprietates enarrat. Verum Pisida constat esse secutum Theophrastum περὶ λίθων, et maxime Galenum, qui libro IX, 2 *De simpl. medic. facult.*, lapidum vires ad medicam trutinam revocat, atque expendit. Consulendus tamen C Plinius, qui plantarum et lapidum virtutes passim explicat.

1522. De magnete, quem etiam *sideritin*, quod ferrum trahat, et *Heraclium lapidem* dixere veteres, vide Plinium XXXVI, 25. Cod. 1126, Ἄλλη δὲ τὸν σίδηρον ἑξάγει.

1523. *Πυρίτης*, *pyrites* vulgaris designatur, ita a Græcis dictus, quod percussus scintillas edat. Plinius, ibid. 30; Aldovrandus. *Mus. metall.* pag. 570. Naturam lapidis, ut Pisida, expressit Virgilius *Æn.* VI, 6 :

. . . . *Quærit pars semina flammæ*
Abstrusa in venis silicis.

1525. Lapis ceraunius, qui *brontia*, et *ombria* etiam dictus est. Vide Plinium XXXVII, 55, et Aldovrandum, *Mus. metall.* pag. 607, Marbodæus Gallus sic de hoc lapide cecinit, sect. 30 :

Illis quippe locis, quos constat fulmine tactos,
Iste lapis tantum reperiri posse putatur :
Unde κεραύνιος *est Græco sermone vocatus.*
Nam quod nos fulmen, Græci dixere κεραυνόν.
Quid caste gerit hunc a fulmine non ferietur,
Nec domus, aut villæ, quibus affuerit lapis ille.

Omnes quippe veteres tradiderunt ceraunian valere contra fulmen.

1526. Non satis video quid sit, πῦρ νόθον, *ignis spurius*. Dicesne Pisidam illum ignem designare, qui, quod more hominum fatuorum per aerem huc illuc nulla lege discurrat, *fatuus* appellatur, vel potius incendia denotare, quasi non alius sit ignis ingenuus, quam quem natura, non ars excitaverit? Lucem affert Solini locus, c. 30, Æthiopiæ montem describens : *A meridiana parte mons editus mari imminet ingenuo igne per æternum fervidus, et inquiete jugis flagrantibus.*

1531. Bolorum varia sunt genera. Pisida terram Armeniam intelligit, quam multum commendat Galenus, *De simpl. faculi.* IX, 1, pag. 252 : Ἔστε δυσεντερίων, καὶ τῶν κατὰ γαστέρα ῥευμάτων, αἵματός τε πτύσεως καὶ κατάῤῥου... ἁρμόττει μάλιστα. *Siquidem ad dissenterias, et ventris profluvia, tum sanguinis expuitiones, et catarrhos.... in primis competit.*

1532. *Πηλός*, *lutum* est ex definitione Galeni ibid. pag. 251, terra medicamentosa, quæ aqua irrigata facile in lutum solvitur. Pisida terram Samiam et Lemnium sigillum intelligit, de quibus idem Galenus, ibid. pag. 249, ait : Ὠφελοῦσι τὰ; δυσεντερικὰς ἑλκώσεις, *prosunt dissentericis exulcerationibus*. De luto videndus Isidorus *Etymol.* XVI, 4.

1533. Forsan pro πάσμα legendum est παῦμα a παύω, *cesso*, vel *cessare facio*. Χόρτος autem, ni fallimur, est *fenum Græcum*, quod, ut ait Plinius, XXIV, 120, *Telin vocant, alii carphos, alii buceras, alii ægoceras*. Dioscorides, II, 124, et Plinius conveniunt in hujus herbæ virtute commendanda ad uteri cruciatus sedandos. Galenus περὶ τήλεως agit loc. cit. pag. 235.

1534. Agarici radicem laudari puto, de qua Galenus ibid. pag. 150, διακαθαίρει τὰς ἐν τοῖς στλάγχνοις ἐμφράξεις, *viscerum obstructiones expurgat*. Succum tamen καθ' ὑπεροχὴν Cyrenaicum, Medium, et Syriacum vocari dicit, ibid. pag. 215.

D 1535. De cedro, et cedria, quæ est cedri oleum, Galenus, ibid. pag. 187 plura, ac Plinius, XXIX, 3 : *Scabiem corporum, et pruritum oleo et cedria mistis tollunt.*

1537. Morellius præpositionem ὑπὲρ verbo γλυκάζον conjungens deceptus est. Ἀψινθίαν pro ἀψίνθιον, ut puto, dicit Pisida, ut absinthii denotet succum ; sic cedriam cedri humorem esse nuper vidimus.

1538. Galenus, ibid. pag. 163 : Βάτου καὶ τὰ φύλλα μὲν, καὶ οἱ βλαστοὶ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ἡ ῥίζα στυπτικῆς μετέχουσι ποιότητος. *Rubi folia, germina, flos, fructus, et radix qualitatis astringentis participes sunt.*

1539. Ἀποικίλους supple ἀκεσμούς, non composita medicamenta Hippocratis sunt ἁπλᾶ φάρμακα simplicia remedia Galeni.

1541. Spinæ vulgaris, albæ et Ægyptiæ vires, quæ sint, tradit Galenus ibid. pag. 152.

Digitized by Google

Τοῖς γὰρ παθοῦσιν ἐκ κρύους ἀβλεψίαν,
Καπνὸς Γαληνὸς γίνεται παρ' ἐλπίδα.
Νάρκη δὲ ναρκοῖ τὰς ἀφὰς τῶν ὀργάνων·
Ἔστι γὰρ ἐν δέοντι καὶ νάρκης χάρις.
Στέαρ δὲ φώκης φλεγμονὰς οἰδημάτων
Σβέννυσιν, ὥσπερ τὰς καμίνους ἡ δρόσος.
Καὶ συμφλεγέντων ἱπποκάμπων αἰθάλη,
Σφίγγει τρεμούσας ἐκρυῆναι τὰς τρίχας.
Τρυγὼν δὲ παύει τῶν ὀδόντων τοὺς κλόνους,
Ὡς ἐν ταλάντῳ τεχνικὸς ζυγοστάτης,
Τὸ κέντρον αὐτῆς ἐντεθεῖσα τοῖς πόνοις,
Καὶ βρῶσις ἁπλῆ τοῦ σκάρου τῶν ἐντέρων
Εἴργει τὸ ῥεῦμα τῶν παρ' ἡμῖν ἐντέρων.
Ποθεῖς δὲ χυλὸς τῶν κωβιῶν πετροστέγων
Ὄγκημα γαστρὸς γίνεται πεφραγμένης.
Φθίσιν δὲ καὶ χίμετλα, καὶ τῶν σκορπίων
Φθάνει τὰ κέντρα, καὶ καταψύχει πόνους
Τοὺς λυσσοδήκτους, τοὺς δὲ καρκίνους ξέει
Καρκῖνος ἐλθὼν ἐκ βυθοῦ θαλαττίου·
Σοφίζεται δὲ καὶ πρὸς ἄγραν ὀστρέων·

experiuntur. Ac torpedo tactus organa facit torpescere, sua enim inest, ubi est opus, etiam torpedini vis et gratia : et adeps Phocæ tumorum inflammationes, ut ros caminos, exstinguit ; et ustorum hippocamporum fuligo male hærentes pilos, ne defluant, astringit. Quid quod turtur dentium dolores sedat, si quod peritus ponderator facit in statera, ipsa illuc, ubi doloris est sedes, suum conjiciat aculeum? Quid quod simplex viscerum scari co- A mestio nostrorum viscerum fluxum coercet, et ex gobiorum inter saxa latitantium succo confecta potio ventrem obseratum aperit? Nec diversa ratione phthisim, perniones, et scorpionum ictus prævertit, B itemque a cane rabioso demorsos a dolore liberat, cancrosque e profundo maris prodiens exedit, atque abradit? Hujus autem mira est etiam in prædandis ostreis solertia ; in ipsas enim, cum hiantes geminas valvas diducunt, arena injecta prohibet,

NOTÆ.

1542. Galenus ibid. pag. 235 et 264 : Τέφρα, τῶν κεκαυμένων ξύλων τὸ λεῖψανον οὕτω προσαγορεύεται. *Cinis, combustorum lignorum reliquiæ sic nuncupantur.* Χοῦν de omnibus pulvisculis, quibus pharmacopolæ suos trochiseos, vel pastillos conficiunt, dixit Pisida. Τρίχες, de pilis ustis videndus Galenus, ibid. pag. 308.

1544. Dioscorides, IV, 110 : Καπνὸς βοτάνιόν ἐστι θαμνοειδὲς .... τούτου ὁ χυλὸς δριμὺς, ὀξυδερκὴς, δακρύων ἀγωγός· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληχεν. *Fumaria, fructicosa est herbula. . . . hujus succus acris est, claritàtemque facit oculis, lacrymationemque, ceu fumus.* Sic Dioscoridis verba vertit Plinius, XXV, 7 et 8. Hanc herbam vocari κάπνιον, et καπνὸν dicit Galenus *loc. cit.* pag. 184, qui alioquin a Dioscoride minime dissidet. Cæterum lege ejusdem Galeni librum IV *De compos. medic. sec. locos*, in quo præscribuntur remedia ad medendos oculos, ut plurimum ex rebus combustis et fumidis comparata. Pisida fumum et fumariam indicat.

1545. Torpedinem vivam primus applicasse, cui caput doleret, atque id sibi bene cessisse gloriatur Galenus, ibid. pag. 344. De hujus pisciculi vi ad torporem membris inferendum mira narrant Aristoteles, *Hist. anim.* IX, 37, Plinius, IX, 67, et alibi, necnon Ælianus IX, 14, qui etiam I, 36, idem, quod Pisida, sed minus certe eleganter dixerat.

1547. De diversorum animalium adipe et sevo Galenus, loc. cit., pag. 299; sed nihil ibi est de Phoca, cujus tantum coagulum laudat, pag. 285, ex Dioscoridis libro I, 18, *Parab.* Pisidam pinguelinem Phocæ, quæ est ex cetario piscium genere, pro quocunque adipe posuisse censeo.

1549. Galenus, ibid. pag. 312 : Τὸν Ἱππόκαμπον, τὸ θαλάττιον ζῶον ὅλον καυθὲν ἔγραψάν τινες ἀλωπεκίας ὠφελεῖν. *Hippocampum, animal illud marinum, i totum usseris, alopeciis prodesse proditum a quibusdam est :* quæ ex Dioscoride, II, 3, exscripsit Galenus, itemque Plinius, XXXII, 13. De hippocampo vide Ælianum XIV, 20.

1551. De turture marina, quæ Latinis *Pastinaca*, adem narrat Dioscorides, II, 22 : Τρυγόνος θαλασσίας τὸ κέντρον . . . . ὀδόντα πονοῦντα πραῦνει. *Turturis marinæ radius dentis dolorem mitigat.* Vide Aldovrandum pag. 424.

1553. Cod. 1126, ἐντιθεῖσα· κέντρον est quidam culeus, osseus, acutus, utrinque serratus, quem in superna, ac media suæ caudæ parte gerit pastinaca. Vocatur a variis auctoribus *spina*, *spiculum*, *telum*, *acus ossea*, *radius*. Plinius, XXXII, 26, sic adhiberi tradit : *Pastinacæ ratio scarificare gingivas, et in dolore utilissimum. Conteritur is, et cum helleboro albo illitus dentes sine vexatione extrahit.*

1554. Scari, qui tanto fuit in pretio apud Romanos, habes descriptionem in Aldovrando, *De pisc.* pag. 3. Galenus, et Ælianus fel scari laudat. Pisida viscera καθ' ὅλου commendat, cum Martiale fere consentiens, C qui ait :

Hic scarus, æquoreis qui venit obesus ab undis,
Visceribus bonus est, cætera vile sapit.

1556. Cod. 1126 : Πόσις δὲ χυλοῦ κωβιῶν, et deinde ὄθημα. Utramque lectionem recipere nemo dubitabit. Gobiorum differentias videsis in Aldovrando, pag. 95. Pisida de saxatili agere aperte demonstrat, πετροστέγους eos appellans. Dioscorides, II, 32, gobium in ventre suillo decoquendum esse dicit, ut κοιλίαν ἀταράχως κάτω ὑπάξει, *alvum citra perturbationem subducat.*

1558. Cancros tum marinos, cum fluviatiles ad plurimos morbos esse utiles tradiderunt veteres, et nos quotidie experimur. Dioscorides II, 12, majorem vim fluviatilibus, quam marinis tribuit : at contra Pisida, qui cæteroquin secutus est auctoritatem Dioscoridis. Quod enim ad phthisim spectat, sic ille : ἐφθοὶ δὲ αὖν ζωμῷ ἐσθιόμενοι φθισικοὺς ὠφελοῦσι, *decocti* cancri, *et ex jure suo sumpti phthisicis prosunt*, ut vertit Plinius, XXXII, 39. D Quoad perniones autem, et cancros, ita : Σὺν δὲ μέλιτι ἐφθῷ ῥαγάδας τὰς ἐν ποσὶ, καὶ τὰς ἐν δακτυλίῳ, καὶ τὰς χιμάθλας, καὶ καρκινώματα παρηγορεῖ· *Cum melle vero cocto rimas pedum, sedisque, perniones et cancros lenit.* Eodem modo Plinius, ibid. 36. De morsu scorpionum ita : τριφθέντες δὲ μετ' ὠχίμου, καὶ προστεθέντες σκορπίους κτείνουσι, *triticum ocimo, et admoti scorpiones necant ;* quod est etiam in Plinio, ibid. 19. Observandum tamen cod. 1126 habere pro φθάνει, θραύει τὰ κέντρα. Quod tandem ad correptos rabie ex canum morsu attinet, ita : καρκίνων ἡ τέφρα . . . . σὺν οἴνῳ παθεῖσα βοηθεῖ λυσσοδήκτους ἐναργῶς, *cancrorum cinis. . . . cum vino potus a cane rabioso demorsis evidenter opitulatur :* eadem pene verba in Plinio ibid.

1562. Cancrorum in venandis ostreis astutiam scite describit Oppianus, *Halieut.* II, 174.

Λάθρη δ' ἐμπελάει, μέσσῳ δ' ἐνύήκατο λάαν

Digitized by Google

Ψάμμον γὰρ αὐτοῖς ἐμβαλὼν χασμωμένοις,
Εἴργει συνελθεῖν τὰς λαβὰς τῶν διπτύχων·
Ἀνειμένων δὲ τῶν θυρῶν, ὁ τοῦ σάλου
Κλέπτης ἀνασπᾷ τὴν τροφὴν κεκρυμμένην.
Ἰχθὺς δὲ πνεύμων τοῖς σάλοις ἐπιπνέων,
Ὃ μηδέν ἐστιν ἐμφερὲς πρὸς ἰχθύας,
Ἄμορφος εἰκὼν δυσδιάγνωστος θέα,
Ἄψυχος οὐκ ἔμψυχος, ἀλλ' εἰκῇ μόνον
Δοκῶν ἑαυτὸν ἐξαπλοῦν, καὶ συλλέγειν,
Τὰς δυσκαθέκτους τῶν ποδῶν ὑπερζέσεις,
Ὡς οὐδὲν ἄλλο, συντριβεὶς ἀποτρέπει.

Καὶ νεῦρα μὲν σπασθέντα συστολῆς βίᾳ
Λέοντος, ὡς λέγουσιν εὑρύνει στέαρ.
Πάθους δὲ λύτρον αἷμα γίνεται τράγου,
Καὶ τοὺς κεράστας εὐλαβεῖται κανθάρους
Τὸ φλεκτικὸν πῦρ τοῦ τεταρταίου τρόμου.
Καὶ τῇ χνοώδει τῶν μυώπων αἰθάλῃ,
Τὸ τῶν μυώπων ἐξορίζεται πάθος.
Οὐ φείδεται γὰρ συλλαβῆς ὁμωνύμου,
Εἰς ζῆλον ἔργου συγκρατουμένη φύσις.
Εἰσὶ δὲ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης κοχλίαι
Μικροὶ, μεγίστων συμφορῶν εὐεργέται·

ne plicas amplius conjungant : ubi vero reseratæ sunt portæ, callidus iste marinus latro intus absconditum cibum diripit.

Quid piscis pulmo, qui salsos inter fluctus spirat, nec ullam tamen habet cum piscibus similitudinem ; cujus forma est informis, et species nullo modo dignoscenda, quique cum animatus necnon inanimatus esse, et temere tantum distendi et contrahi videatur, impatibiles pedum ustiones comminutus tam belle sedat ac depellit, ut nihil supra?

Quid quod nervos violenter convulsos leonis adeps, ut ferunt, distendit, et sanguis hircinus a mala affectione liberat, et frigidæ quartanæ adurens ignis scarabæorum cornua quodammodo extimescens fugit, et myopum, hoc est *tabanorum* in pulverem redacta fuligo, myopum, id est *lusciosorum* morbos exterminat? Neque enim vocis communionem refugit natura ad operis æmulationem concurrens.

Sunt autem duo genera cochlearum : aliæ enim sunt terrestres, aliæ mariuæ ; parvæ quidem

NOTÆ.

Ὄστρέῳ· ἔνθεν ἔπειτα παρήμενος εἰλαπινάζει
Δαῖτα φίλην· τὸ δ' ἄρ' οὔτι, καὶ ἱέμενόν περ, ἐρεῖσαι
Ἀμφιδύμους πλάστιγγας ἔχει σθένος, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Οἴχεται· ἤφρα θάνῃ τε, καὶ ἀγρευτῆρα κορέσσῃ.
Clam autem appropinquat, medioque imponit lapillum Ostreo : tum deinde assiaens epulatur [quam claudere Dapem amicam : illud autem, quamvis cupiat, neutiGeminas lances valet : sed necessario Illat, donec moriatur, et prædonem satiet.

Oppianum imitati sunt sanctus Basilius, hom. 7, 3 in Hexaem. ; sanctus Ambrosius, v. 8, in Hex. ; Eustathius, in Hex. pag. 20; Isidorus, *Etym.* XII, 6, et noster Pisida.

1567. Cod. 1126 habet ἐπιπλέων, quod magis placet. Πνεύμων, et πλεύμων Æolice. Pulmonem marinum nemo tam diligenter descripsit. Vide Gesnerum, *De aquat.* pag. 760, et Aldovrandum, *De Evang.* pag. 577, aliosque, qui de piscibus scribentes, inter zoophyta ne, an inter testacea pulmonem recenserent, merito hæsitarunt ; quid enim sit colligi non posse, Noster affirmat, ἄμορφον εἰκόνα *informem effigiem*, et δυσδιάγνωστον θέαν *non dignoscendum aspectu* ipsum appellans.

1570. Pulmonem sensu carere tradiderunt veteres. Hesychius, λέγονται πνεύμονες καὶ θαλάττια εἴδη ζῶντα ἀναίσθητα, *dicuntur pulmones etiam quædam in mari viventia sine sensu* : unde proverbia de homine stupido, *vitam pulmonis marini vivere*, et *morbo pulmonis laborare*. Vide Suidam, v. βλάκα. At vero cod. 1126 habet ἔμψυχος οὐκ ἔμψυχος, *animatus, et non animatus*, quam lectionem in versione nostra amplexi sumus. Frigidum enim esset ἄψυχον οὐκ ἔμψυχον *inanimatum, et non animatum* dicere, quod idem omnino est.

1572. Dioscorides, *Parab.* I, 171 : Πρὸς τὰ ἑλκούμενα τῶν χιμέθλων ποιεῖ ...πνεύμων θαλάσσιος λεῖος καταπλασσάμενος, *exulceratis pernionibus prodest... pulmo marinus tritus, et pro cataplasmate impositus.* Plinius, XXXII, 36 : *Perniones emendat pulmo marinus.*

1574. Fel leoninum melli commistum epilepticis mederi ait Dioscorides, *Parab.* I, 18, adipem vero laudat, II, 90 *De med. mat.* At Plinius, XXVIII, 25, ita : *Leonis adipes sanant adusta nivibus, articulorumque tumores.*

1576. Millia remediorum ex hirci sanguine demonstrantur, quæ ex omnibus auctoribus collegit Aldovrandus, *De Quadr. bis.* pag. 699. *Dysentericis et hydropicis auxiliari sanguinem hircinum*, refert Plinius XXVIII, 58 et 68. Ad hasce, opinor, affectiones respexit Pisida, cum mystica quadam significatione dixit, sanguinem fieri morbi pretium.

1577. Plinius, XXX, 30 : *In quartanis... alium scarabæum adalligant Magi, cui sunt cornicula reflexa.* Hi sunt scarabæi, quos idem Plinius, ibid. 12, *taurus* appellat : *Tauri vocantur scarabæi terrestres ricino similes, nomen cornicula dedere.* Hinc patet, cur κέρασται a Pisida denominentur.

1579. Innumera sunt remedia quæ ad affectos oculos ex combustis parari tradunt Dioscorides, *De parab.* I, et Galenus, *De composit. medic. sec. locos*, IV. Quid mirum si etiam scarabæos cæteris annumeret Pisida ?

1581. Morellii versionem Œdipus intelliget. Pisida ludens in voce μύωπες, qua *tabani* et *lusciosi* denominantur, dicit, naturam, quæ Dei præcepta, et leges exsequitur, ab hac nominis ὁμωνυμίᾳ non abhorrere. Aldovrandus, *De insectis*, pag. 375, recte οἶστρον asilum, et μύωπα *tabanum* esse dicit : sed perperam μυίωπα, non μύωπα scribendum esse decernit ; eo quod ἀπὸ μυίας a *musca*, et ὤπὸς dicit putet. Quamvis enim tabanum muscæ caninæ similem dicat Ælianus, *Hist. anim.* VI, 37, corrigendi tamen non sunt libri, ut Aldovrandus autumat, contra omnium codicum fidem : præsertim cum a μύω, *conniveo*, et ὤψ hoc nominis verisimilius derivetur. In versu sequ. cod. 1126, legit συγκροτουμένη, quod placet.

1583. Cochlearum varius est usus in medicina. Vide Dioscoridem, II, 11 ; Galenum, *De simpl.* pag. 310, et Aldovrandum, *De exang.* pag. 382. Nos Plinium sequamur. Ἀλφοὺς ἀναιρεῖ, *tollit ex facie vitia cochlearum cum melle cinis*, XXX, 9. Οἰδήματα γαστρός, *inguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle illitæ leniunt*, XXX, 22. Ποδῶν ἐπιῤῥύσεις, *cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum, et articulorum dolores, ibid.* 23. Πληγὰς νευρῶν, *cochleæ tus cum myrrha, et thure præcisos nervos sanare dicuntur*, XXX, 39. Ζοφώσεις ὀμμάτων, *cochlearum*

Digitized by Google

Ὧν εἰ τεφρώσεις τὴν δορὰν τῶν ὀστράκων,
Ἀλφοὺς ἀναιρεῖς· εἰ δὲ συμπλέξας μέλι,
Τὴν ξηρὰν ὑγρῷ στοιχειώσεις αἰθάλην·
Οἴδημα γαστρὸς, καὶ ποδῶν ἐπιῤῥύσεις,
Νεύρων δὲ πληγὰς, καὶ ζοφώσεις ὀμμάτων.
Καὶ τὴν πρὸ ῥινῶν αἱματόῤῥοιαν σβέσεις·
Καὶ θαυμάσας τὸ θεῖον ὑμνήσεις κράτος,
Βαλὼν ἓν ἀντίφραγμα μυρίαις νόσοις.
Πόθεν δὲ, καὶ πῶς ταῦτα γίνεται θέλων
Εἰπεῖν, ἀτερμάτιστον ἀντλήσεις βάθος.
Καὶ τῶν ἀναγκαίων γὰρ, ὥς φασι, πόρων
Ὁ βλέννος εἴργει τὰς ἀκουσίας ῥύσεις
Λύκου δὲ γλῶσσα προστεθεῖσα νηπίοις
Λύει τὰ κλεῖθρα τῆς ἀφώνου γλωσσίδος.
Λίθους δὲ τέττιξ τῶν ποδῶν περιγλύφει,
Ὀπτὸς λιθουργὸς εἰς περίστασιν πόνου.
Καὶ ψυχρὸς ἰὸς θερμὸν ἔσβεσεν πάθος·
Ὀπῷ δὲ θερμῷ ψυχρὸς ὤκλασεν πόνος.
Καὶ σὰρξ ἐχιδνῶν ἀντιφάρμακος δόσις,
Καὶ σφίγμα σαρκὸς γίνεται λωβουμένης·
Τὸν ῥοῦν γὰρ ἱστᾷ, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέει,
Καὶ σωματουργεῖ τὰς ῥεούσας εἰκόνας,
Μορφοῦσα τὰ πρόσωπα τῆς ἀμορφίας.
Καί πού τινες λέγουσιν, ὡς φρικτοῦ πάθους
Εἰς λοιμὸν εἰσφρήσαντος ἐντρόμῳ ζέσει,
Πνέοντος αὖραν τοῦ νοσοῦντος ἐσχάτην

omnes, sed quæ in gravissimis malis maxima conferunt beneficia. Si enim detractas testas in cinerem redegeris, vitiligines tolles : et si cum melle miscueris; ita ut, quasi duobus contrariis elementis inter se commissis, siccam fuliginem humido conspergas, tumores ventris, fluxiones pedum, vulnera nervorum, caligines oculorum, et sanguinis fluxum e naribus sistes. Tum vero cum unum sexcentis morbis obicem Deum posuisse cognoveris, admiratione captus ipsius potentiam deprædicabis : si autem unde, aut quomodo hæc fiant, velis explicare, vel tu profundi interminatam vastitatem haurire contenderes. Sic etiam ex meatibus, quos vocant necessarios, fluxus non sponte venientes blennus coercet : lupi lingua infantibus apposita lingulæ impedimenta ad loquendum solvit : cicada tosta pedum clavos lapidesque, mira in excidendis lapidibus artifex, circumscalpit, et a morbi cruciatibus liberat : frigidum venenum calidas affectiones restinguit, et a calidis succis frigidæ domantur : caro viperina contra venena paratum est remedium, quæ præterea carnem ulceribus male affectam astringit; nam saniem sistit, et ichorem abradit, et effluentes imagines ad formæ speciem informibus partibus revocatis, instaurat, solidatque. Quid quod, ut aiunt nonnulli, horrida grassante lue, et in pestilentiam cum fervidis tremoribus erumpente, si cum maxime laborat æger, ut jam ultimum vitæ spiritum, et ipsa sepul-

NOTÆ.

saliva illita infantium oculis, palpebras corrigit, gignitque, XXX, 47. Αἱματορροίαν, *e naribus fluentem sanguinem sistunt cochleæ contritæ fronti illitæ, ibid.* 38. Cod. 1126 habet πρόρινον, et cod. Vat. 166, πύρινον.

1587. Idem cod. στοιχειώσας, forsan melius στοιχειόω.

1589. Βλέννος in Oppiano, βέλεννος in Athenæo, βλένος in Suida, *blendius* in Plinio, idem pisciculus est, cujus proprietatem, ut sistat alvum, nemo ex antiquis auctoribus prodidit : nec ex recentioribus quisquam ex Pisida id retulit. Videsis Aldovrandum, *De pisc.* pag. 203; Salvianum *Aquat. anim.* pag. 218; Gesnerum, *De pisc.* pag. 125; Ionstonum, *De pisc.* pag. 49; Willugbeium, *Hist. pisc.* pag. 131 et 138, qui omnes illud tantummodo Plinii, XXXII, 32, laudant : *Vesicæ vitia, et calculos sanat blendiorum cinis cum ruta.* Atque hic mirari subit neminem ex hisce scriptoribus ne semel quidem Pisidæ mentionem fecisse; qua nota immunem nec ipsum Petrum Artedium abire sinam, qui libellum *De ichthiologia* tanta diligentia conscripsit, ut quoscunque auctores, qui ea de re quidquam attigerunt, se vidisse, atque emendasse testetur.

1597. Quid simile de lupi lingua narratum a naturalis historiæ scriptoribus non contigit invenire. Cod. 1126 habet, Γύγου δὲ γλῶττα προσδεθεῖσα, *Gygis lingua alligata.* Sed tu dic sodes, quid sit lingua Gygis et, eris mihi magnus Apollo. At alter cod. Vat. CXXI, legit Γύρων.

1599. Hoc etiam, quod de cicada ait Pisida, a nemine quod sciam proditum est. Id autem de cicada marina, quam describit Ælianus, XIII, 26, intelligendum esse non dubito. Agit enim hic poeta de remediis quæ ex animalibus marinis comparari possunt. Sed quæ est ipsa verborum significatio? Obscurus sane Pisida, sed ejus interpres, ni fallor, obscurior. Pisida metaphorice, opinor, locutus cicadam vocat λιθουργὸν *lapidariam*, vel *lapicidam*, eo quod ipsam tostam, et pedibus admotam ad callos extrahendos aptam esse didicisset. Igitur τῶν ποδῶν λίθους idem esse putaverim, ac clavos pedum, quos non semel memorat Plinius, quamvis eos a callis discriminet. *Farina in pollinem subacta... imponitur pedum callo, clavisque*, XXII, 60. Græcis tamen τύλος, pro quo Pisida λίθον posuit, *callum*, et *clavum* significat.

1602. Antidota vel alexipharmaca designat, de quibus plura in Dioscoride, *De parab.* II, 135; et in Galeno, tom. XIII, pag. 865, et pag. 943, ubi de theriacæ conficiendæ ratione disserens illud expendit, πῶς τὰ βλαβερὰ ἐνίοτε ἔχουσιν ὠφελεῖν, *quomodo noxia interdum prodesse possint*; quod paucis verbis expressit Plinius dicens, XXI : *Venenis inter se contraria natura.* Vide ejusdem Galeni *De simpl. facult.* lib. III, cap. 18, pag. 77, in quo illud investigat, quomodo frigida venena, quæ deleteria nuncupantur, agant in corpus humanum.

1603. De carnis viperinæ utilitate plura apud Galenum, *De simpl.* pag. 296; Plinius XXX, 39, de Antonio Musa Augusti medico hæc refert : *Antonius quidem medicus, cum incidisset insanabilia ulcera, viperas edendas dabat, miraque celeritate persanabat.*

1608. Olei, quod vocant *De scorpionibus*, vires admirandas enumerat ex variis auctoribus Aldovrandus *De insectis*, pag. 698, idem valere affirmans contra pestilentiam. Quod Pisida de aculeo scorpionis refert, ex populari aliqua, ut videtur, opinione desumptum est. Φρύκτου legerem φρίκτου.

1609. Ἐντρόμῳ ζέσει. Pestis præcipuum σύμπτωμα designatur. Vide celeberrimam pestis Atheniensis descriptionem in Thucydidis *Hist.* II, 49, quam elegantissime, et fere ad verbum expressit Lucretius, VI, 1136, hæc inter multa mortis signa referens :

Digitized by Google

Ἤδη παρ' αὐτὰς τῆς ταφῆς τὰς εἰσόδους·
Τὸ κέντρον ἐνθεὶς ἐξ ἀδήλου σκορπίου,
Ἰῷ τὸν ἰὸν ἀντιτάξας πρὸς μάχην,
Ἠμβλυνεν, ἡμαύρωσε συγχράσει ξένῃ,
Ψύξιν βαλὼν ἄπληστον ἀκράτῳ ζέσει.
Οὕτως ἕκαστα συμφερόντως ἡ χάρις,
Καὶ πρός τι ῥυθμίσασα τῶν ἀγωγίμων,
Οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲ λεῖπον εἰσάγει,
Καὶ μέχρι φλοιῶν, καὶ τριχῶν, καὶ δακρύων,
Καὶ μέχρι πηλοῦ, καὶ καπνοῦ, καὶ κοπρίας·
Εἰ καὶ τὰ μὲν λέληθεν ἠγνοημένα,
Τὰ δὲ πρόδηλον εὗρε τὴν εὐχρηστίαν·

A

Ὡς πρός τι φαῦλα μηδαμῶς λοιπὸν λέγειν·
Ἀστεῖα πάντα, καὶ καλῶς εἰργασμένα.
Τίς γὰρ θεωρῶν βότρυν, οὐ κατεπλάγη
Τὸν δόντα θερμὴν ὑγρότητα τῷ ξύλῳ;
Καὶ πῶς τὰ φύλλα τὰς ἑτοίμους εἰς ῥύσιν·
Ῥάγας περιπτύσσουσι, μὴ βροχῆς βέλος
Πλήξῃ τὸ χαῦνον, ἢ φλογώδης ἡλίου
Φρύξασα θέρμη τοὺς ὁποὺς ἐξικμάσῃ.
Τίς δέρμα ῥοιᾶς εὐδιαιρέτως σχίσας,
Καὶ τὴν θέσιν γνοὺς τῶν ἐνύγρων ἀνθράκων,
Καὶ πῶς ἑκάστῳ συντεθέντι χωρίῳ
Φραγμὸς μεσάζει, καὶ μερίζει τοὺς ὅρους

cri limina subire videatur, tum scorpio suum aculeum in ejus corpus clanculum infixerit, quasi ad pugnam veneno contra venenum commisso, morbi vim ex hac stupenda commistione, qua summa frigiditas summæ caliditati opponitur, hebetat, atque obtundit?

Ita sane omnia ad quamdam utilitatem divina gratia comparavit, et secundum quid servata ratione tam apte conducibiliterque concinnavit, ut nihil quod sit mancum, nihil quod redundet, invexerit, ne foliis quidem, capillis, et lacrymis, necnon luto, fumo, et ipso stercore exceptis: quamvis alia sunt, quæ ignorata delitescunt, alia vero, quorum usus, et commoditas est inventa atque detecta: unde esse quædam, quæ *secundum quid*

B

considerata nullius sint pretii, dicere jam amplius non liceat; cum omnia reapse sint venusta, et pulcherrime confecta. Quis enim racemum videns, eum qui ligno calidum quemdam humorem indidit, stupens non admirabitur? et quomodo acinos ad inclusi liquoris effusionem paratos folia circumplicent, ne vel pluviæ telum id, quod in ipsis est tenerum, feriat, vel igneus solis æstus succos extorreat, atque exsiccet? Quis ubi mali punici coriaceum corticem bene in suas partes sciderit, et uvidos intus carbunculos inspexerit, quos singulos apte suis locis dispositos intercedens vallum dirimit, et intra propriosterminos coercet, tenues tendente funiculos flammea membrana, ne molles succi graventur, aut ex vi compressionis adeo con-

NOTÆ.

Intima pars hominis vero flagrabat adesa,
Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus intus ...
In manibus vero trahier nervi, et tremere artus,
A pedibusque minutatim succedere frigus
Non dubitabat.

1611. Cod. 1126 παρ' αὐτῆς.

1612. Lucretius, ibid. 1154:

Atque animi prorsum vires totius, et omne
Languebat corpus, leti jam limine in ipso.

Cod. sæpe cit. pro σκορπίου habet σκόρπιος, quam lectionem recepimus. De aculeo scorpionis vide Aldovrandum, pag. 578.

1616. Quod supra, v. 1512, contra Epicureos et Manichæos proposuerat, hic aptius et firmius concludit.

1617. Ἀγώγιμον hic est, *quod confert, quod conducit sanitati.* Sed Galenus, IX, 1 *De simpl. faculi.* pag. 273, *agogima* inter superstitiosa remedia, puta *philtra, somnia immittentia*, etc. recenset, de quibus ipse periculum facere noluit.

1618. Eodem plane modo sanctus Basilius, IX, 5, cum animalium diversas proprietates considerasset, concludit: Οὕτως ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲ ἐλλεῖπον ἐν τοῖς κτισθεῖσι δυνατὸν εὑρηθῆναι, *Adeo vera illa sententia est, nihil quod aut redundet, aut deficiat in rebus creatis inveniri posse.*

D

1619. Φλοιῶν. Dioscorides et Galenus passim arborum et plantarum folia in medicamentorum compositione commendant. Τριχῶν, vide supr. v. 1542, Δακρύων, lacrymæ sunt gummæ: sic Plinius balsami arborem laudans, XII, 54, dicit: *Præcipua gratia lacrymæ, secunda semini, tertia cortici, minima ligno.* Πηλοῦ, vide supr. v. 1532. Καπνοῦ, supr. v. 1544, Κοπρίας, de animalium stercore plura Galenus, *De simpl.* pag. 288 et seqq., ubi etiam de stercore humano quiddam curiosum refert, quamvis ipse, pag. 274, Xenocratem insectatus esset, quod de hujusmodi rebus abominandis multa tradidisset.

1621. Stoicorum hæc erat opinio, teste Lactantio, qui hoc ipsum argumentum disertissime tractans in libro *De ira Dei*, cap. 13, Academicos contra Stoicos ita quærentes inducit: *Cur si Deus omnia hominum causa fecerit, etiam multa contraria et inimica, et pestifera nobis reperiantur? Quod Stoici veritatem non respicientes ineptissime repulerunt. Aiunt enim multa esse in gignentibus, et in numero animalium, quorum lateat utilitas, sed eam processu temporum inveniri: sicuti jam plura prioribus sæculis incognita necessitas, et usus invenerit.* Lactantius Stoicos refellens difficultatem sibi melius videtur expedire, si dicat, *Deum homini bona et mala proposuisse, quia sapientiam ei dedit, cujus omnis ratio in discernendis malis ac bonis posita est.* Pisida e contrario, Stoicis una simul favet; et Galenum religiose sequitur, qui in procœmio ad libros *De simpl. medic. faculi.* statuit omnia esse consideranda ἐν τῷ πρός τι. Atque hæc est etiam Basilii sententia, qui homil. 5. n. 4 in Hex., Ἕκαστον, ait, τῶν γεγενημένων ἴδιόν τινα λόγον ἐν τῇ κτίσει πληροῖ, *Singula, quæ condita sunt, propriam quamdam rationem in creatione explent.* Unde ibidem concludit, ἔστι δὲ τούτων οὐδὲν ἀργῶς, οὐδὲν ἀχρήστως γεγενημένον, *nihil autem horum frustra, nihil est inutiliter in luce editum;* et paulo post, οὐδὲν ἀναίτιον· οὐδὲν ἀπὸ ταυτομάτου· πάντα ἔχει τινὰ σοφίαν ἀπόῤῥητον, *nihil sine causa, nihil temere factum est; omnia ab ineffabili quadam sapientia proficiscuntur.*

1625. Vide similem vitis descriptionem in laudato Basilio, homil. 5, n. 8. Totus liber XIV Plinii est de vitibus et vinis.

1631. De malo punica, vel granato, idem Plinius, XIII, 34, sed maxime consulendus Joannes Bodæus a Stapel, Comment. in lib. VI Theophrasti, pag. 390 et seqq.

1632. Scite grana vel acinos maligranati ἀνθρακας vocat, quod tot carbunculos referant.

1634. Cod. 1126 μετάξει φραγμὸς est interior membrana subrufa, qua acini ipsi miro artificio conteguntur, ac distinguuntur; φλογώδη appellat, quia granorum colore participat.

Digitized by Google

Ὑμὴν φλογώδης λεπτὰ τείνων σπαρτία·
Μήπως βαρυνθῇ τῶν ὀπῶν ἡ χαυνότης,
Καὶ θλῖψιν ἕξει τῇ δέσει τοῦ σφίγματος,
Κάντεῦθεν ἰκμὰς τῆς ὀπώρας ἐκπέσῃ,
Σήψῃ τε κόκκος ἄλλος ἄλλον ἐκρέων·
Οὐ τὴν ὑπὲρ νοῦν ἐννοήσας αἰτίαν
Πρὸ τοῦ φαγεῖν ὕμνησε τὸν παντεργάτην;
Ὁ νοῦς γὰρ εὐθὺς, ὡς ταχυδρόμος φύσει,
Ἀφεὶς τὸ θαῦμα πρὸς τὸν αἴτιον τρέχει.
Τίς ἐμφυτεύσας τῷ βυθῷ πηκτὸν γάλα,
Τοὺς μαργαρίτας λευκοδέσμους ἐκτρέφει;

stringantur, ut inde humor exeat pomi, et diffluens acinus acinum corrumpat: quis, inquam, esse causam humana mente longe sublimiorem non sentiet, et, antequam comedat fructum, rerum omnium opificem non laudabit, quandoquidem mens, quæ sua natura est velocissima, admiratione missa, statim ad causæ cognitionem festinat?

Quis concreti lactis copiam in profundum maris inspersit, quo candida pelle amictæ aluntur

A Πόθεν χλιάζει τῶν σμαράγδων ἡ φύσις
Εἰς πάντα καιρὸν, οὐ γὰρ εἰς ἔαρ μόνον;
Τίς ἄνθος ἐντέθεικε σαπφείρῳ λίθῳ;
Εἰ μηδὲν ἄνθος ἐν λίθῳ φυτεύεται;
Πόθεν πυραυγὴς ἡ βαφὴ τῶν ἀνθράκων
Εἰ ψυχρότητι πᾶσα πήγνυται λίθος;
Τίς ταῦτα ποιεῖ, καὶ συνιστᾷ, καὶ τρέπει,
Εἰ μὴ τὸ σὸν βούλημα, καὶ τὸ σὸν κράτος,
Τοῦ πάντα δρῶντος, ὡς δοκεῖ σοι, καὶ θέλεις;
Τὸ σὸν γὰρ εἰς ἄπειρον ἐκτείνας κράτος,
Φαίνῃ, καλύπτῃ, καὶ προέρχῃ, καὶ μένεις,

margaritæ? Unde virescens smaragdorum natura? non enim solo veris tempore, sed semper virent. B Quis in sapphiro, nitido lapillo, florem inclusit? Anne flores in lapide plantantur? Unde carbunculorum igneus color? Nonne quilibet lapis coalescit ex frigore? Quis hæc omnia facit, continet et movet, nisi tua, Deus, voluntas et tua potentia, qui omnia, ut tibi videtur et placet, exsequeris? Tu enim in infinitum tuam potentiam extendens, teipsum pro-

NOTÆ.

1636. Tres sequentes versiculos, quos hic Pisida opportune repetit, habes supra vers. 325, ὀπώρα significat *autumnum et fructum autumnalem*. In hoc duplici sensu usurpavit Pisida, loc. cit. vers. 325.

1644. De margaritarum, vel unionum generatione et pretio infinita sunt, quæ a pluribus scriptoribus traduntur. Videsis Salmasium, *in Solinum*, pag. 790, quo uno contentus esse poteris. Atque ille quidem recte statuit τοὺς μαργαρίτας in masculino genere dixisse Græcos, quod λίθους subintelligerent: lapides enim margaritas vocabant. Pisida primum eis locum inter gemmas videtur donare: agit enim hic de gemmis, ut superius de lapidibus. Summo sane in pretio apud veteres erant: unde Plinius, IX, 14, dixit: *Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent*. Legimus nuper editum Italicum poemation, cui titulus *Le Perle*, satis quidem elegans, et doctis adnotatiunculis illustratum, in quibus auctor P. Roberti olim Jesuita animadvertit Pisidam, cum margaritas vocet πηκτὸν γάλα, secutum videri veterum sententiam, qui rore matutino et vespertino conchas hiantes oscitantesque fecundari, et pro concepti roris qualitate partus edere dixerunt. Verum, ni fallimur, poeta e contrario tam hic, quam sup. v. 479, conchas inter scopulos, et in profundo maris degentes ex propria substantia margaritas generare declarat: neque enim πηκτὸν γάλα margaritas vocavit, ut roris fabulosi effusionem, quo alerentur, designaret, sed ut ipsarum candorem, quo aliæ aliis præstant, commendaret, quasi *lacteas* eas appellasset.

1645. Cod. 1126 legit λευκοδέρμους.

1646. Smaragdi laudes vide in Plinio, XXXVII, 16; sancto Epiphanio. *De* XII *gemm.* pag. 9, edit. Foggin.; Marbodæo Gallo 8; et Salmasio, *in Solinum*, p. 138.

1648. De sapphiro Plinius, ibid. 39; sanctus Epiphanius, pag. 21; Marbodæus, 6, et Salmasius, p. 93.

1650. Carbunculorum genera et qualitates describunt iidem auctores. Plinius ibid. pag. 779; sanctus Epiphanius, pag. 19, etc. Ad rem Marbodæus, 25, cecinit:

Ardentes gemmas superat carbunculus omnes;
Nam velut ignitus radios jacit undique carbo.
Nominis unde sui causam traxisse videtur:
Sed Græca lingua lapis idem dicitur ἄνθραξ.

Verumenimvero quis credat tam leviter Pisidam tractasse uberrimum de gemmis argumentum? Fortasse non pauca hic desunt.

1652. Conclusio Hexaemeri et Poematis, qua Pisida sermonem ad Deum convertens de ejus proprietatibus, vel attributis plura breviter perstringit. Porro hic erat totius operis scopus. Hoc unum διόλου probare conatus est, quomodo ex operibus creatis notitia Dei haberi possit. Hinc de Deo loqui aggreditur, sed quam hoc sit arduum sentit, et fatetur, aliosque monet, ne tam vasti maris immensitati tentandæ temere se committant. Quæ theologico C more hic tradit Pisida, facile erit volenti cum tot virorum doctissimis tractatibus *De Deo* conferre et explicare. Atque, ne Dionysium nominem, e cujus libris *De mystica theolog.* suam certe hausit doctrinam Pisida, unum Petavium tibi sufficiat consulere lib. I, cap. 5, *De Deo, Deique propr.*, qui cum ea omnia quæ ad Dei cognitionem spectant, ex eodem Dionysio, aliisque Patribus, itemque ex Platonicis scriptoribus, disertissime exponat, commentatoris partes hic agere facile possit.

1654. Idem versus supr. v. 121 et 239, sed ibi ad cœlestium orbium revolutiones explicandas, hic vero ad Dei immensitatem, immutabilitatemque declarandam refertur. Pisidæ vero mentem ut explicem, Hippolyti Portuensis in libro de theologia, et incarnatione contra Beronem et Helicem hæreticos in edit. Joann. Alb. Fabricii, pag. 225, verba libenter subjiciam, quia rem totam mirifice illustrant: Ἀπειροδυνάμῳ καὶ θελήσει τοῦ Θεοῦ καὶ γέγονε D πάντα, καὶ σώζεται τὰ γενόμενα κατὰ τοὺς ἑαυτῶν εὐκρινῶς ἕκαστα συντηρούμενα λόγους, αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτοῦ θελήσεως, ᾗ τὰ πάντα πεποίηκέ τε, καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαστα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης· τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται· τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖσθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις· *Immensæ quippe virtutis voluntate Dei, et facta sunt omnia, et salvantur, quæ facta sunt, secundum suas opportune singula conservata rationes, ei qui est secundum naturam immensæ virtutis Deus, et factor universorum, divina voluntate, quæ omnia fecit, et movet, suis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immensum est, nulla ratione, vel modo recipit motum, non habens quo, et circa quod moveatur. Vertibilitas enim ejus, qui est inexpers motionis, motus est.*

Digitized by Google

Στάσει τρεχούσῃ, καὶ φορᾷ πεπηγμένῃ,
Καὶ τὰς ἀμόρφους εἰδοποιῶν οὐσίας·
Ὕλην ἄϋλον μυστικῶς ἀπειργάσω.
Αὐτὸς δὲ τοῦ σύμπαντος ἐξῃρημένος
Ὑπερτελὴς εἶ· καὶ γὰρ ἀρχὴν οὐκ ἔχεις·
Τέλους ἀπέστης, καὶ διέστης τοῦ μέσου,
Ἐκτὸς βεβηκὼς τῶν τριῶν· καὶ τῶν ὅλων
Ἐντὸς πεφυκὼς, τῶν ὅλων ἐκτὸς μένεις·
Πρόδηλος ὢν, ἄδηλος· οὐκ ἔχων ὅρους·
Ἀλλ' ὢν ὁρισμὸς τῶν ὁριζόντων ὅρων.
Ἄρχων ἀνάρχως, οὐ μετρούμενος χρόνῳ,
Ῥοπῇ δὲ ποιῶν ἀχρόνῳ τὰ τοῦ χρόνου.
Ὡς ἔντεχνος δὲ τῶν φρενῶν ἐπιστάτης,
Πᾶσάν τε πρᾶξιν τεχνολογεῖν ἠσκημένος,

A

Καὶ πᾶν ἰδὼν ὀνομά τε καὶ ῥῆμα ξένον,
Καὶ λεπτὸν ἄρθρον, καὶ μετοχὴν κεκρυμμένην
Ἀντωνυμίαν δὲ πᾶσαν ἠκριβωμένος,
Προθέσει δὲ πάσῃ μέτρα δοὺς ἡρμοσμένα,
Τὸν πάντα κόσμον εἰς ἐπίῤῥημα τρέπεις·
Εἰ μὴ τὸ σὸν συνεῖδεν ἀῤῥήτως κράτος,
Συζευτικὸν σύνδεσμον ἐμβαλεῖς ὅλοις·
Ἀεὶ δὲ δεικνὺς τεχνικὰς ἐπεκτάσεις,
Ἅπαντα γείνῃ πρὸς τὸ σοὶ δεδογμένον·
Μέλλων, ἐνεστὼς, παρατατικὸς, παρακείμενος,
Σὺν τοῖς δὲ. . . . . ἅμα
Ἀόριστος, ὑπερσυντελικὸς· ἐγκλίσεις νέμων,
Ὁριστικὴν, ἀπαρέμφατον, εὐκτικὴν κλέος·
Ἐνθεὶς δὲ ταῦτα τῇ τέχνῃ τῇ ἀῤῥήτῳ

dis, et abscondis; progrederis et manes : dicerem stare quod currit, et quod fertur quiescere. Tu forma carentibus substantiis dans formam, materiam materia expertem fecisti : tu ab hac rerum universitate procul semotus omnem excedis finem: tibi enim non est principium, et tam longe abes a fine, quam longe distas a medio, extra hæc tria æqualiter constitutus : intra omnia quidem exsistis, et tamen extra omnia manes : manifestus idem, et occultus terminos non habes, sed es terminus terminantium terminos; principium sine principio; non dimensus tempore, momento sine tempore, quæ sunt temporis, faciens.

Tu veluti peritus mentium institutor, qui rebus omnibus rite explicandis, et arte tractandis sit exercitatus, et quodcunque peregrinum nomen,

B

quodcunque verbum, minutum quemvis articulum, latensque participium noscat perfectissime, itemque cujuslibet prænominis vim, et usum percalleat, et omni præpositioni, quæ conveniant, sciat recte accommodare, mundum universum in adverbium convertis : et ne tuam ignoret ineffabilem potentiam, quæcunque in ipso continentur, copulativa conjunctione revincis, cumque eadem mirabili artificio produci et extendi facias, omnia tamen fiunt, prout placitum est tibi. Futurum, præsens, imperfectum, præteritum, unaque simul indefinitum, et plusquam perfectum, omne tibi subest tempus. Tu modos, indicativum, infinitivum, optativum, ut vis, dividis, et omnia hæc simul arte ineffabili conjungis : imperativum adhibes verbum, statimque rebus indita forma subjectam tibi creaturam condis. Tu omnem habes formam, et cares

C

NOTÆ.

Ex cod. 1126 suppletus, quem tamen superius legere est v. 893. Angelos certe hic denotat, de quibus vide supr. v. 167.

1661. Non male Morellius ὑπερτελὴς *fine superior* vertit. Sed nos maluimus ὑπερτελὴ *perfectum* reddere, quæ est communis hujus verbi interpretatio, quia perfectio in eo consistit, ut omnem finem excedat. Sic Platonici cum Deum perfectum dicere vellent, αὐτοτελῆ *per se absolutum*, hoc est nullius indigentem nominabant, ut interpretatur Alcinous, c. 10, αὐτοτελῆ, τουτέστιν ἀπροσδεῆ, quia immutabilis est divina substantia; οὐδὲν γὰρ, ait Plotinus, *Ennead.* v. 8, 2, ἔπεισιν, οὐδὲ πρόσεισιν, *nihil enim supervenit, vel advenit.*

1664. Quomodo Deus sit una simul intra, et extra omnia, adeo est difficile explicatu, ut objectum sit Patribus, quod emanationem Stoicam, et animum mundi cum Platone admitterent, cum dicerent Deum omnia pervadere, atque implere, quamvis a Virgilio minimum abhorrerent, dicente *Georg.* IV, v. 221 :

Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum.

Vide supr. v. 895 et seqq. Verum sancti Patres non circumscripte, vel definite Deum esse in loco, ut sunt corpora sed substantialiter, et potentialiter per divinitatis præsentiam ubique esse dixerunt. Sanctus Joannes Chrysostomus, in Epist. ad Coloss. hom. 5, pag 361, edit. Montf. Οὐκ ἔστιν οὐδαμοῦ ὁ Θεὸς καὶ πανταχοῦ ἐστι· τί τούτου ἀλογώτερον; ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ ἀπορίας γέμει· οὐ γὰρ δὴ ἐν τόπῳ ἐστίν· οὐδὲ τόπος ἐστί τις, ἐν ᾧ ἐστιν. *Nusquam est Deus, et tamen ubique est. Quid hoc a ratione alienius? nam horum singula per se dubitatione plena sunt. Quippe non est in loco, neque locus aliquis est, in quo sit.* Vide sancti Augustini epist. 75, quæ est de immensitate Dei.

1666. Cod. 1136, ὅλων.

1669. Inter sequentes versus, quibus Pisida, si minus digne, satis tamen venuste Deum perito grammatices magistro comparat, nullius codicis ope sanare potuimus versiculos 1681 et 1684. In omnibus enim codicibus interpolati, et corrupti inveniuntur. Cæterum aperte poeta Dei omnipotentiam, providentiam, immutabilemque æternitatem in mundi creatione, et gubernatione manifestat; eaque omnia, quæ dicit, ad prima capita Geneseos et Apocalypseos videtur referre.

1671. Cod. 1126 : Καὶ πᾶν μὲν εἶδος, ὄνομα καὶ ῥῆμα ξένον.

1675. Ex nihilo mundum creasti, *et* quod ante non erat, ut esset in tempore effecisti. Allusio est, opinor, ad initium Geneseos, quæ per adverbium *in principio* exorditur.

1677. Σύνδεσμος est particula *et*, qua in Genesi creatio cœli et terræ conjungitur : quasi Pisida diceret, ne quis stultus crederet cœlum a te non esse factum, et idolis inserviret, sapienter Moses una simul conjunxit cœli et terræ creationem, quibus verbis omnia creata simul complexus est, et a Dei potentia, voluntate, et providentia pendere demonstravit.

1680. Non absimilia passim apud sanctos Patres de Dei æternitate loquentes inveniuntur. At Pisida certe ad verba Apocalypseos respicit I, 8 : *Ego sum* α *et* ω, *principium et finis, dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est, omnipotens.* Et XXII, 13 : *Ego sum* α *et* ω, *primus et novissimus, principium et finis.*

Digitized by Google

Προστακτικῷ δὲ πάντα μορφώσας λόγῳ,
Ὑποτακτικήν σοι δημιουργεῖς τὴν κτίσιν.
Πάμμορφος ὤν, ἄμορφος· οὐκ ἔχων στάσιν,
Οὐκ ἴχνος, οὐ κίνησιν, οὐ γνωστὴν βάσιν·
Πάντων γὰρ εἶ κίνησις, ἡ πάντων βάσις.
Ἁπλοῦς, μεθεκτὸς, πρῶτος, ἔσχατος, μέσος,
Ὑψηλὸς, εὐρὺς, ἁπλατὴς, βαθὺς, μέγας·
Οὐδὲν δὲ τούτων, ἀλλ' ἐν ἀδάτοις ὅροις
Τῆς σῆς ἐπήξω μυστικῆς ἐξουσίας.
Ὁ πανταχοῦ μὲν, οὐδαμοῦ δὲ, καὶ πάλιν·
Καὶ πάντα καὶ ἕν· ταῦτα γὰρ συναπτέον·
Μήπως ὑπαχθῇ τοῖς κατ' αἴσθησιν τύποις,
Τὸ ἓν μονωθέν· τῇ δὲ (πάντα) συνθέσει
Δηλοῦντες αὐτοῦ τὴν ἀπερίληπτον φύσιν·
Αὔθις τόγ' ἐγκρίνωμεν ἠκριβωμένως·
Μήπως τὰ πάντα σχῇ κακὴν ὑποψίαν,
Καὶ δῶμεν εἱρμὸν τῇ ῥεούσῃ συνθέσει.

A Τῷ πανταχοῦ δὲ τὸν Θεὸν πεφυκέναι,
Τὸ μηδαμοῦ πρόσεστιν ἀντισυνθέσει,
Μήπως μεριστὸν τῇ διχῇ διαστάσει,
Τὸ μηδαμοῦ μὲν εἰς ἀνούσιον ῥέποι,
Τὸ πανταχοῦ δὲ τοῖς μεριστοῖς ἁρμόσοι·
Ἀλλ' ἀντιγόμφοις, ὡς ἂν εἴποι τις, λόγοις,
Τὸ πάντα καὶ ἕν, καὶ τὸ μηδαμοῦ πάλιν,
Τῇ πανταχοῦ σφίγγοντες ἀντιφθεγγίᾳ·
Στερρὸν τὸ βάθρον πήξομεν τῶν δογμάτων.
Εἰ καὶ βάθος γὰρ ἐκβαθύνει σοι λόγου,
Πρὸς ὕψος ἀρθεὶς ἐμφανίζειν οὐ θέλεις·
Εἰ καὶ πρὸς ἄκρον ὕψος ἀρθῶσι φρένες,
Πρὸς ἄκρον αὐτὰς ἀνθυποστρέφεις βάθος,
Ὡς μήτε μῆκος σῷ παρίπτασθαι βάθει,
Μήτε πλάτος σὸν ὕψος εἰς πέρας τρέχειν,
B Ἀλλ' εἰς ἄπειρα τῶν ἀπείρων ἡ χύσις
Χυθεῖσα, τῇ σῇ τέμνεται παρεκτάσει·

forma : tu neque stas, neque incedis : tibi neque est motus, neque quam nos novimus, quies; nam omnium es motus, et omnium quies : tu simplex et omnium particeps; tu primus et ultimus; tu medius et summus, latus et inextensus; imus et maximus; et nihil horum tamen : sed vere intra inaccessos arcanæ tuæ potentiæ terminos es conclusus. Tu ubique es, et nullibi, et contra : tu unum et omnia. Hæc enim una simul conjungenda sunt; ne si *unum* esset omni prorsus adjuncto destitutum nostrorum sensuum perceptiones effugeret; cum contra simul addentes *omnia* Dei naturam, quam assequi nullo modo possumus, evidenter declaramus : vel, ut hoc ipsum adhuc enucleatius distinguamus, ne si *omnia* tantum dicamus, in malam suspicionem quis veniat, quasi res, quæ sane in fluxu perpetuo sunt positæ, per seipsas stare conjunctas, atque unitas velimus. Optime vero cum Deum *ubique* esse dicimus, *nullibi* etiam esse statim e contrario adjicimus : ne si alterum ab altero seorsim ponatur, τὸ *nullibi* ad inexsistentiam arguendam detorqueatur, τὸ *ubique* vero ad exsistentiam singulis loci partibus respondentem accommodetur : adeo ut contrariis inter se vocibus, et pugnantibus ex adverso vocibus, quod clavum clavo trudere quis diceret, *unum* et *omnia*, *ubique* et *nullibi* contraria locutione conserentes firmissimum struamus nostris dogmatibus fundamentum.

Quamvis enim omnis orationis vis in te uno, Deus, investigando versetur, tu in altum elatus non vis detegi; et quamvis ad summam cœli C altitudinem se extollant mentes, ipsas in imum profundi subvertis : ut ne ulla quidem longitudo tanta sit, ut tuam profunditatem metiri, neque ulla latitudo, quæ tuæ altitudinis terminos valeat attingere; cum ea, quæ in infinitum porriguntur, immense diffusa spatia, tua quaquaversus se extendens præsentia impleat, ac dividat : adeo ut, si fas est dicere,

NOTÆ.

1687. Contra Anthropomorphitas, qui ex eo quod homo *ad imaginem et similitudinem Dei* factus esset, Deum ipsum humani corporis, ac membrorum speciem habere ineptissime affirmabant.

1690. Deum esse ἁπλοῦν, et ἀσύνθετον, *simplicem, et incompositum* sequitur ex eo, quod sit ἀσώματος *incorporeus*. Vide Cyrillum Alexand. lib. v *in Joan.* pag. 549.

1692. Cod. 1126 ὅρους, melius.

1694. Per antitheses, et attributa, ut aiunt, negativa melius nobis divinam naturam innotescere, quam per affirmantium proprietatum definitiones communis est omnium theologorum sententia. Facilius enim certe est, quid non sit, quam quid sit Deus, dicere. Proinde adeo familiaris est antitheseon usus Pisidæ, qui *ubique* et *nullibi*, *unum et omnia* in Deo conjungenda esse recte statuit. Cum enim per divinam essentiam sit unus, virtute tamen, et efficientia sua adeo est multiplex, ut nullius loci angustiis definitus, vel circumscriptus omnia permeet, atque pervadat. Deum per antitheses ad Pisidæ modulum descriptum invenies in carmine Iambico Georgii Acyndini contra Gregorium Palamam, tom. I *Græciæ orthod.* pag. 756.

1696. Non dicimus tantum *unum*, ne subducatur sensibus Dei notio, ac proinde ad idola sibi fingenda quis se convertat. Dicimus autem *omnia*, ut divina natura quaquaversus se effundens intelligatur.

1699. Dicimus *unum et omnia* simul, ne si *omnia* tantum dicamus, videamur concedere, mundum per se constare : simili ratione *ubique et nullibi* conjungimus, ne si *nullibi* tantum dicamus Deum non esse, quis putet nos asserere; D ac si contra *ubique* tantum efferatur, Deum in partes divisum, et loco circumscriptum, quasi corporeum nos astruere quis arguat. Vide sanctum Athanasium *Contra gentes*.

1702. Cod. 1126, melius τὸ πανταχοῦ, et in versu sequenti τῇ μηδαμοῦ, et in 1704 διακρίσει, et in 1706 μερισμοῖς.

1707. Vide Erasmum, *Adag.* pag. 70, ἦλῳ τὸν ἦλον· ἐκκρούειν, *clavum clavo pellere.*

1709. Cod. 1126 ἀντιφθογγία.

1711. Idem cod. melius ἐμβαθύνει, et in versu 1713, εἰ δέ, et in 1714, πρὸς ἄκρον αὐτός.

1716. Idem cod. εἰς πέρας ἔχει. Non dubito Pisidam intelligere, mundum, quem ut latum et longum tantummodo considerat, non esse mensuram Dei. Confer superiores versus 92, et sequentes.

1717. Ἄπειρα. Spatia illa intelligit, quæ extra mundum tanquam exsistentia mente comprehen-

Digitized by Google

Ὡς, εἰ λέγειν χρή, καὶ τὰ μήπω πρὸς κτίσιν A
Ἐλθόντα τῇ σῇ ζωπυροῦσθαι προσθέσει.
Ἐφίστασαι γὰρ, καὶ παρὼν ἀφίστασαι,
Μένων δὲ φεύγεις, καὶ σκιᾶς λεπτῆς δίκην,
Ἐν τῷ κρατεῖσθαι πρὸς λαβὰς ὑπεκτρέχεις.
Οὕτω σε καὶ νῦν ἐξ ἀπληστίας πόθου
Μαθεῖν θελήσας καὶ τρυγῆσαι τῷ λόγῳ
Τὸν ἀμπελῶνα τῶν σοφῶν σου κτισμάτων,
Οὐκ οἶδα ποῖον βότρυν ἁρπάσας λάβω.
Τῇ ποικίλῃ γὰρ, καὶ σοφῇ θεωρίᾳ
Τὸν νοῦν μερίζω, καὶ στενοῦμαι, καὶ θέλων
Ἐλεῖν τὰ πρῶτα, κλέπτομαι τοῖς ἐσχάτοις,
Καὶ δυσκαθέκτοις ἀντινήχομαι σάλοις
Ὡς οἱ πλέοντες ἐν βυθῷ θαλαττίῳ,
Ὅσον προκύπτει τῆς ἀδύσσου τὸ πλάτος,
Πάσχουσι μᾶλλον συστολὴν ἐν καρδίᾳ. B
Εἰ καὶ κράτος γὰρ ἀστραπῆς διαδράμω,
Καὶ πτηνὸς ἀρθῶ, καὶ περάσω τὰς φύσεις
Καὶ μᾶλλον ἀρθῶ, καὶ τὸν αἰθέρα σχίσας,
Τὰς κλεῖς ἀνοίξω, Πέτρος ὢν πεπλασμένος
Καὶ τῇ τοσαύτῃ μὴ στενωθεὶς ἐκτάσει,
Ὑπερβεβηκὼς οὐρανοὺς, ὕδωρ φθάσω,
Ἴσως ἄβυσσον ἐξ ἀβύσσου, καὶ πέρας
Ἀρχῇ συνάπτων, καὶ πέρας μηδὲν βλέπων·
Τότε προκύψας εἰς τὸν ἄκρον πυθμένα,
Καὶ συνθολωθεὶς πρὸς τὸ χάσμα τοῦ βάθους,
Ἴλιγγα πάσχω, καὶ κλονοῦμαι, καὶ πάλιν
Εἰς γῆν ὁ πηλὸς συστραφεὶς ὑποτρέχω·
Οὐδὲν γάρ εἰμι πλὴν γεώδης αἰθάλη,
Καὶ πηλὸς ἀργὸς, καὶ κατάῤῥοπος κόνις.
Πλὴν ποῖ πτεροῦμαι; ποῖον αἰθέρα σχίσω;
Ἢ ποῖ πορευθεὶς, καὶ τὸν οὐρανὸν τρέχων
Εἰς πέμπτον ἀρθῶ τοῦ Σταγειρίτου πόλον;
Ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποίαν πύλην

ea etiam quæ nondum creata sunt, tui vicinitatem sentiant, et ex accessione tuæ divinitatis recreentur. Ades enim, et quo magis astas, distas longissime, manensque fugis, et instar levis umbræ, cum quis in eo est, ut te capiat, e manu dilaberis. Ita sane dum teipsum noscere vehementissime cupio, et ope sermonis rerum a te sapienter creatarum vineam vindemiare contendo, quem primum ante alios racemum carpam, nescio. Tanta est enim varietas, et sapientia rerum, quæ spectandæ exhibentur, ut mihi spiritus in plurimas partes distractus plane deficiat: cum enim prima C assequi aggredior, retrahor ab ultimis, atque inter indomitos fluctus hinc inde agitatus feror, atque illud mihi evenire sentio, quod navigantibus per altum solet, quibus quo magis ante oculos exporrecta vastitas maris apparet, eo magis intus ipsis præcordia præ metu contrahuntur. Quamvis enim, ut rapidum fulgur excurram, et velut avis attollar, et ultra terram altius adhuc elatus æthera scindam, et alter Petrus factus, quæ sunt obserata, clavibus recludam, et tanta cursus extensione nihil defatigatus cœlos ipsos inscendam, ultra aquas evadam; illud mihi fortasse continget, ut abyssum abysso, et initio finem, nullum omnino videns finem, conjungam: tum vero in profundum gurgitem cernuus incumbens, et tantæ voraginis hiatu exterritus, et vertigine circumactus a spe decidam, animo misere totus perturber, et, ut par est, cum sim limus, in terram præceps iterum devolvar. Vere enim nihil aliud sum ipse, quam terrestris massæ quædam fuligo, et molle lutum, et cinis tendens deorsum. Verum quonam volabo? quem æthera conabor scindere? aut quomodo per cœlum excurrens usque ad quintam Stagiritæ sphæram sublimis attollar? ac tum ex hac in aliam, itemque in aliam

NOTÆ.

duntur, atque idcirco *imaginaria* vulgo appellantur. De iis multum disputatum est ab antiquis, nec minori contentione disputatur etiam nunc a nostris philosophis. Pisida ea repleri a Deo, qui intra mundi ambitum certe non continetur, decernit; sanctus Augustinus, II, 5, *De civit. Dei*, cum difficultates, quæ ex assertis spatiis oriebantur, sentiret, videtur ea negasse, mun- D dumque non in loco, non in tempore, sed cum loco, et cum tempore conditum affirmasse. Dionysius, *De div. nomin.* cap. 1, ut Deum intra et extra mundum exsistere ostenderet, ipsum ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, *immundanum*, *circummundanum*, *supermundanum*, *supercœlestem* vocavit. Vide, v. 156.

1726. Cod. 1126 κριμάτων. Angelum Apocalypseos, XIV, 19, indicat, qui jussus vindemiare botros vineæ terræ, ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, *vindemiavit vineam terræ*.

1735. *Apoc.* IV, 5: *Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua.*

1736. Videtur respicere ad raptum Pauli, et ad visionem Joannis. Τὰς φύσεις, opinor, hic pro terra accipit, in qua omnia φύεται *gignuntur*. Simile est illud Horatii, III, od. 2, 22:

. . . . . *negata tentat iter via,*
Cœtusque vulgares, et udam
Spernit humum fugiente penna.

Recte Cicero *Acad. quæst.* IV: *Erigimur, elatiores fieri videmur, humana despicimus, cogitantesque supera, atque cœlestia, hæc nostra, ut exigua, et minima contemnimus.*

1738. Matth. XVI, 19: *Et tibi dabo claves regni cœlorum.*

1740. Gen. I. 6: *Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum.* Quid sint aquæ superiores, et inferiores, et quid abyssus desuper, et abyssus deorsum, videsis apud Patres et interpretes.

1746. Gen. III, 19: *Donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem reverteris.*

1746. Cod. 1126.

Ἢ ποῖον αὖθις ἄλλον, ἢ ποῖον πάλιν
Ἐκεῖνον ἐγκλείοντα, καὶ ποῖον πάλιν.

Quam lectionem retinendam putamus: septem enim sphæras, a quibus septem planetas circumferri, et octavam, in qua firmamentum esse collocatum veteres tradiderunt, videtur enumerare. Nec dubitaverim Pisidam hæc leviter, et

Digitized by Google

Ἐκεῖνον ἐκκλείοντα, καὶ ποίαν πάλιν;
Ζητῶν προκόψω, ψηλαφῶν ὑποστρέφω,
Τὰ τῆς κάτω γῆς εἴπερ ἀθρήσω βάθος,
Καὶ μύριον πλέξαιμι τῷ βάθει βάθος,
Καὶ γνῶ τὸ συμπέρασμα τῆς ἀπειρίας,
Καὶ τῆς ἐμῆς γῆς τῆς ἐμῆς μητρὸς μάθω,
Τὸν μακρὸν αὐτῆς ποῦ συνέστειλεν πόδα·
Τότε προσελθὼν ταῖς ὑπερτέραις πύλαις,
Καὶ τὴν ἀνοικτόκλειστον ἐγκλείσω θύραν·
Ἀνοίγεται γὰρ, καὶ πλέον συστέλλεται·
Ἁπλουμένη δὲ, καὶ στενουμένη πλέον,
Χαλᾷ τὰ κλεῖθρα, καὶ φοβεῖ τὰς εἰσόδους,
Τοῖς εἰσβαλεῖν τολμῶσιν ἀντικειμένη·
Ἀλλ' ὦ τοσούτων ἀρχιτέκτων θαυμάτων!
Ὁ τὸν σὸν Υἱὸν τὸν συνάφραστον Λόγον,
Ἐκδοὺς δι' ἡμᾶς τοὺς ἀτάκτους οἰκέτας,
Εἰς λύτρον ἐχθροῖς υἱὸν ἠγαπημένον·
Ὅπως ἔχοντες, ὥσπερ οἱ κεχωσμένοι
Σκώληκες εἰς γῆν, ἐν τάφῳ τὰς οἰκίας·
Ἡ γῆ γὰρ ἡμῖν, ὡς ἐκείνοις, ἦν ὅλα,
Βία, τροφὴ, δίαιτα, καὶ ζωῆς τάφος·
Μὴ συγκατασπασθῶμεν ἐν ζόφῳ πάλιν,
Ἀλλ' εἰς ἀνάστασίν τε, καὶ νέαν πλάσιν,
Ἐλθὼν, ἐγείρῃ τὴν πεσοῦσαν εἰκόνα,
Καὶ τὰς ἀράχνας τῶν παθῶν ἀποξέσῃ,
Καὶ πάντα τὸν χοῦν ἐκτινάξῃ λεντίῳ·
Σπόγγῳ δὲ τὴν ῥύπωσιν ἐκμάξας ὅλην,
Βρίθουσαν εἰς γῆν πνευματώσει τὴν κόνιν.
Παρ' οὗ τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὅλης,
Ἐκφανθὲν οἷδεν ἡ κτίσις σεβάσμιον·
Τὸν ἀῤῥαβῶνα τῆς ἄνω κληρουχίας,
Τὸν ἄσχετον ῥοῦν τῶν καλῶν χαρισμάτων,

includentem illam, rursusque in aliam ascendam? Nonne quo magis quærendo progrediar, in modum cæci palpans retrocesserim? Porro si terræ hujus infernæ profunditatem perspectam mihi habere contigerit, si centies et millies hac ipsa profunditate duplicata immensitatis terminos cognovero, et ubi terra, mea, inquam, mater, suos longe porrectos pedes contrahat, didicero: tum mihi ad supernas cœli portas accedenti continget, ut aperto-clausam januam pulsando impellam. Aperitur enim, et magis occluditur: patet, et fit angustior: claustra relaxat, et adeuntes exterret in limine, temerario ausu ingredi conantibus semper opposita.

Ast o quæ tua est potentia, et bonitas, Deus, qui hæc tam admiranda condidisti! Tu Filium tuum ineffabile tecum Verbum, pro nobis iniquis tuis famulis in redemptionis pretium hostibus tradidisti, Filium tuum, inquam, dilectissimum; ne nos habentes, tanquam vermes obruti terra, mansiones nostras in sepulcro (terra enim nobis erat, ut illis, omnia, et vita, et cibus, domusque, et post vitam tumulus): una simul cum aliis abduceremur tenebris erroris; sed ipse adveniens ad resurrectionem, novamque creaturam collapsam imaginem revocaret, passionum araneas inde abraderet, linteo omnem pulverem excuteret, spongia sordes omnes abstergeret, et deorsum prægravantem cinerem suo spiritu allevaret. Tuum dico Filium, per quem creatura totius veritatis Spiritum sanctum vidit manifestum: vidit cœlestis hæreditatis pignus; bo-

NOTÆ.

quasi deridicula attigisse, ut priscos illos magni nominis philosophos, quibus tam facile erat cœlos cœlis addere, ignorantiæ tacitus argueret.

1757. Ἀπειρίαν *imperitiam* vulgo reddunt; idem sonat hic ac ἄπειρον, *infinitum*; sic ipsum vocabat Democritus, teste Cicerone, *De finib. bon. et mal.* lib. I: *Infinitio ipsa, quam* ἀπειρίαν *vocant tota ab illo est* (Democrito.)

1758. Cod. 1126 melius, Καὶ τῆς χθονὸς δὲ τῆς ἐμῆς μητρὸς μάθω.

1761. Idem cod., εἰς τὴν ἀνοικτόκλειστον ἐγκρούσω θύραν, et germanum exhibet sensum. Matth. VII, 7: Κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν, *pulsate, et aperietur vobis.* Et Apoc. III, 20: Ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω, *Ecce sto ad ostium, et pulso.* Ἐγκρούειν est pulsando introrsum adigere. Aristophanes *in Holcadibus* dixit παττάλους ἐκκρούειν, *paxillos trudere*, teste Julio Polluce, X, 173.

1763. Matth. VII, 13: *Intrate per angustam portam: quia lata porta, et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam*, etc.

1766. Immensum esset opus, cui nec sua rependeretur laus, si singula, quæ circa divinitatem, incarnationem, miracula, et mortem Servatoris nostri Jesu Christi in unum congerit Pisida, explanare velimus. Scripturæ varios textus tantummodo indicabimus, quarum explicationem invenies apud theologos et interpretes.

1769. Cod. 1126 ἐχθρῶν. Coloss. I, 14: *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus.* Matth. III, 17: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.*

1773. Idem cod. melius βίος. Δίαιτα proprie est victus ratio, de qua Galenus: est etiam *habitatio, domicilium*, in quo sensu nos eam vocem accipiendam putavimus.

1774. Idem cod. ἐν ζόφῳ πλάνης. Coloss. I, 13: *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.*

1775. II Cor. V, 14: *Pro omnibus mortuus est Christus: ut et qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit*, etc.

1776. Coloss. III, 10: *Et induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum.*

1781. Joan. IV, 23: *Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, et veritate.*

1782. II Tim. I, 10: *Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi.*

1783. Ephes. I, 13: *Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.*

1784. Cod. 1126, habet ἀγαθῶν, I Cor. XII, 4: *Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus.*

1785. Rom. VIII, 9: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus .... Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.*

Digitized by Google

Τὸ ζωοποιὸν τῆς ἁγιστείας κράτος,
Τῆς υἱοθεσίας τὸ προάρχιον πέρας,
Τὸ καὶ μερίζον, καὶ διαιροῦν, ὡς θέλει,
Τὰς τῶν θεουργῶν δωρεῶν ἐπεκτάσεις·
Τὸ πᾶσι τοῖς ἄνω τε καὶ κάτω μύρον,
Τὸ χρίσμα, καὶ χάρισμα τῶν τελουμένων,
Τὸ φθαρτικὸν σύστημα τῆς ἁμαρτίας,
Τὸ ζωτικὸν σύνταγμα τῆς ἀφθαρσίας,
Τὸ φλεκτικὸν φῶς, τὴν δροσίζουσαν φλόγα,
Τὸ τῆς χορδῆς ὄχημα τῆς αἰωνίου,

A

Τὸ πυρσόγλωσσον τῶν ἀποστόλων στόμα,
Τὸ τῆς πάλης ἄλειμμα τῆς τῶν μαρτύρων,
Τὸ σύνδρομόν τε, καὶ συνέκδρομον σέλας
Τῆς Πατροφεγγοῦς τοῦ Λόγου θεαρχίας,
Τὸ νυμφικὸν σφράγισμα τοῦ ξένου τόκου.
Ἡ μυστικὴ κλεὶς τῆς θεοδόχου πύλης,
Δι' ἧς ἄσαρκος εἰσεληλυθὼς Λόγος
Ἐξῆλθεν ὢν ἔνσαρκος, ἐσφραγισμένην
Ἀφεὶς ἐκείνην, ὥσπερ εὗρε, τὴν θύραν.
Δι' οὗ φάλαγξ μὲν δαιμόνων ἐλαύνεται,
Πεζεύεται δὲ τῆς θαλάσσης ἡ χύσις.

norum charismatum flumen perenne; vivificum sanctificationis robur; adoptionis ante principium exsistentem finem; vidit eum, qui prout vult dividit, et impertit donorum ex Deo operantium elargitiones; omnium, quæ inferius sunt, unguentum; initiatorum chrisma, et charisma; letale pharmacum peccato, vitale immortalitatis remedium; vidit urentem lucem, et irrorantem flammam, æterni gaudii vehiculum; et lumen clarissimum, in quod

B

videbant prophetæ, et igneum os, quo locuti sunt apostoli; et oleum palæstræ, quo uncti sunt martyres; vidit una simul currens, et excurrens jubar summæ divinitatis Patris et Verbi; vidit stupendi partus nuptiale sigillum, vel potius mysticam clavim portæ, quæ Deum excepit, quam Verbum subiit sine carne, et ex qua exiens cum carne, ipsam januam, uti invenerat, bene obsignatam reliquit. Tuum dico Filium, per quem dæmonum phalanges

NOTÆ.

1786. ibid 15 : *Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus : Abba, Pater.*

1787. I Cor. XII, 11 : *Hæc autem omnia operatur unus, atque idem Spiritus, dividens singulis, prout vult.*

1789. II Cor. I, 21 : *Qui autem confirmat nos vobiscum, in Christo, et qui unxit vos Deus.*

1790. Matth. XXVIII. 19.: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Τελούμενοι enim sunt, qui baptizantur : ac in baptismo Spiritus sanctus inungitur, vel affunditur, et imago Filii Dei in nobis imprimitur.

1791. Cod. 1126, habet σύσταλμα. Joan. XX, 22 : *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Ad hunc enim, opinor, locum respexit Pisida. Vertimus autem σύστημα *pharmacum*, et σύνταγμα *remedium*, quia rati sumus poetam metaphorice locutum ex Galeno, apud quem, lib. II *De præsot. ex pulsibus*, ἀνωμαλία συστηματικὴ σφυγμῶν *inæqualitas pulsus* idem videtur esse ac in Pisida τὸ φθαρτικὸν σύστημα τῆς ἁμαρτίας, *interitus peccati* : σύνταγμα vero est optima cujusque rei constitutio; sic ossium symmetria ab eodem Galeno *De ossibus*, σύνταξις dicitur. Uno igitur verbo σύστημα, et σύνταγμα hoc in loco idem est ac συστολὴ et σύνταξις

1794. I Thess. I, 6 : *Excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus sancti.*

1795. Joan. VIII, 56 : *Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum; vidit, et gavisus est.*

1796. Act. II, 3 : *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis.*

1797. Ἄλειμμα, *oleum*, quo ungebantur athletæ : unde recte Spiritus sanctus apud Patres passim audit, martyrum, qui Christi sunt athletæ, oleum, et unctio. Eumdem sanctum Spiritum nuper vocaverat Pisida μύρον, *rerum omnium unguentum*, et χρίσμα τῶν τελουμένων, *initiatorum chrisma*, ut vocum varietate ejusdem effectus multiplicem vim denotaret : Spiritus enim est qui sua virtute nos vivificat, sanctificat, et confirmat.

1798. Cod. 1126, σύνθρονον. Pisidæ mentem Morellius minus feliciter interpretatus est, nec

C

id nos melius præstitisse gloriabimur. Verum, ni fallimur, satis aperte, quamvis tortuoso quodam dicendi genere, poeta processionem Spiritus sancti ex Patre, Filioque hic expressit : unde mirari subit, nec cardinalem Bessarionem, nec Arcudium, et quod magis est, nec ipsum Leonem Allatium, qui tanto studio Græcorum testimonia circa processionem Spiritus sancti collegit in laudatissimo opere, cui titulus est *Græcia orthodoxa*, hunc locum Pisidæ non animadvertisse. Fatear sane ad rem tantam significandam verbum ab aliis Græcis non usitatum adhiberi; sed id ex ratione, vel necessitate metri servandi factum fuisse nemo non videt; cum tamen rem ipsam exprimi facile quisque intelligat. Συντρέχειν enim dixit poeta, ut æqualem Patri Spiritum sanctum demonstraret, συνεκτρέχειν vero subjunxit, ut a Patre processionem, coexsistentiamque una simul declaret. Quare non dubitamus affirmare, συνεκτρέχειν *una simul excurrere*, eamdem vim habere in Pisida, ac in aliis scriptoribus Græcis de Spiritu sancto loquentibus habent verba ἐκπορεύεσθαι *procedere*, προΐεσθαι *progredi*, προχεῖσθαι *profundi*, ἐκλάμπειν *elucere*, πηγάζειν *exsilire*, et alia hisce similia. Cum autem Pisida subjungat Spiritum sanctum esse jubar divinitatis Patris, et Patris divinitati divinitatem Verbi conjungat, implexe quidem,

D

sed tamen evidenter processionem ejusdem sancti Spiritus ex Filio, ut nobis quidem videtur, designat, Θεαρχία, et θεαρχικός, sunt voces, quibus usus est Dionysius, *De cæl. hier.*, cap. 1 et 2, ad supremam divinitatem significandam.

1800. Matth. I, 18 : *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Sanctus Joannes Damascenus in hymno *in Theogoniam* edit. Mich. Le-Quien tom. I, pag. 674, sic cecinit :

Ῥίζης φεῖσα τοῦ Ἰεσσαὶ, Παρθένε,
Ὅρους παρῆλθες τῶν βροτῶν τῆς οὐσίας,
Πατρὸς τεκοῦσα τὸν πρὸ αἰώνων Λόγον,
Ὃς εὐδόκησεν αὐτὸς ἐσφραγισμένην
Νηδὺν ἐλθεῖν τῇ κενώσει τῇ ξένῃ.

Ex radice nata Jessæ virga,
Terminos præteriisti mortalium substantiæ,
Patris enixa ante sæcula Verbum.
Quemadmodum complacuit ipsi, sigillatum
Ventrem percurrere vacuitate mirabili.

Digitized by Google

Ἀνειμένη δὲ τῆς ῥοῆς ἡ χαυνότης,
Ἐκ τοῦ γεώδους οὐ βαρεῖται φορτίου·
Ἄρτοι δὲ πηγάζουσι μυριστρόφοι
Ἐκ πενταρίθμων ἐκρυέντες κλασμάτων.
Ὕδωρ δὲ νέκταρ θαυματουργεῖται γάμῳ,
Ἕτοιμος οἶνος ἐξ ἀδήλων βοτρύων·
Καινίζεται δὲ γεῦσιν, ὄσφρησιν, φύσιν,
Καὶ τρεῖς ὅρους ἤμειψεν ἐξ ἑνὸς λόγου,
Παρ' ᾧ τελεσθεὶς καὶ τελώνης, εἰ θέλει,
Εὐαγγελιστὴς γίνεται θεογράφος.
Πόρνη δὲ ῥείθροις δακρύων βαπτίζεται,
Δεικνῦσα πῶς ἔνεστι κινδύνου δίχα
Λούτρου μετασχεῖν ἐξ ἀνάγκης δευτέρου.
Δι' οὗ τὰ δεινὰ δουλαγωγεῖται πάθη,
Λώβης δὲ πικρὸς ἐξορίζεται βρόμος·
Σφίγγει δὲ χωλὸς τὰς ἀνάρθρους συνθέσεις·
Ἐκτείνεται δὲ συστολὴ παρειμένη·
Συστέλλεται δὲ δυσπαθοῦσα μακρότης·
Ξηραίνεται δὲ κρουνὸς ἡματωμένος,
Σφαγεὺς ἀγωγὸς, ἐμφραγεὶς τῷ κρασπέδῳ·
Κόνις δὲ τυφλῶν ὀμματοῖ θεωρίαν,
Τὸ πτύσμα τοῦ Πλάσαντος εὐλαβουμένη·
Καὶ νεκρὸς ᾄδης γίνεται παρ' ἐλπίδα,
Πλούτων πενιχρὸς, καὶ σφαγεὺς ἐσφαγμένος·
Μαραίνεται γὰρ τοὺς νεκροὺς ἀναπτύων,
Οὓς εἶχεν, οὓς ἔσφιξε κολπώσας κάτω
Ἐν ταῖς ἑαυτοῦ ψυχολέθροις ἀγκάλαις·
Ἕως τὸ σὸν γέννημα, τὸ ζωηφόρον,
Τὸ Πατρικὸν φῶς, τὸ πρὸ ἡλίου σέλας,
Τὸ τῶν παλαιῶν ἡμερῶν νέον βρέφος,
Ἀνεῖλεν αὐτὸν, ἀντὶ λόγχης τῷ ξύλῳ.
Ἀλλ' ὦ τοσούτων ἀρχιτέκτων θαυμάτων!

A

B

lagantur; tumidi fluctus maris pedibus calcantur; nec terrestri pondere pressæ undæ fluentes subsidunt; panes multis alendis hominum millibus, veluti e fonte, e quinque solum fragmentis scatent abunde; aqua ex miraculo fit nectar in nuptiis, ex incognitis racemis paratum vinum, novum exhibens gustum odoratum, et substantiam; uno enim verbo trium qualitatum termini sunt immutati. Tuum dico Filium, quo volente publicanus initiatus fit evangelista, et scriptor divinus; meretrix vero lacrymarum fontibus baptizatur, suo exemplo testata qua ratione quis possit in necessitatibus uti altero lavacro sine periculo. Tuum dico Filium, per quem feræ passiones adducuntur in servitutem, et amara conviciorum sibila eliminantur: per quem, inquam, articulorum junctura dissolutæ astringuntur in debili; attracta membra extenduntur in claudo: cutis ex morbo distenta contrahitur; sanguinis rivus, mortis adductor, fimbria impeditus exsiccatur: pulvis, reverita sputum Creatoris, cæcos illuminat, et orcus præter spem moritur, dis fit pauper, et carnifex occiditur; tabescit enim ille coactus mortuos evomere, quos jamdiu retinebat, quosque mortiferis ulnis amplexatus ad sinum constrinxerat: donec qui ex te genitus est, ille dator vitæ, splendor Patris, ante solem nitens jubar, puer vetusti temporis recens natus, ipsum non hasta, sed ligno interfecit.

C O rerum adeo admirandarum artifex omnipotens, qui tuæ voluntatis arbitrio, quando opus est, januas

NOTÆ.

1805. Confer iambos Pisidæ cum carminibus elegiacis sancti Gregorii Nazianzeni *De miraculis Christi*, secundum quatuor evangelistas. Pisida ut plurimum sequitur Matthæum, ex quod illud VIII, 16: *Obtulerunt ei multos dæmonia habentes: et ejiciebat spiritus verbo: et omnes male habentes curavit.*

1806. Ibid. XIV, 23: *Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare.*

1808. Ibid. 29: *Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum.*

1809. Ibid. 17: *Non habemus hic nisi quinque panes, et duos pisces... Et manducaverunt omnes, et saturati sunt... Manducantium autem numerus fuit quinque millia virorum, exceptis mulieribus.*

1811. Joan. II, 9: *Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam*, etc.

1815. Matth. IX, 5: *Cum transiret Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi, sequere me.*

1817. Luc. VII, 37: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix..... et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur.*

1819. Ibid. 48: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* Pœnitentia est alter baptismus. Vide Calmetium in illud Marci I, 4: *Fuit Joannes prædicans baptismum pœnitentiæ.* Cod. 1126 habet εἰς ἀνάγκης.

1820. Alludit ad caput V Matthæi, in quo Christianorum beatitudines exponuntur: *Beati pauperes spiritu*, etc. *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

1821. Ibid. 21: *Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides..... Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio: qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio*, etc. Cod. 1126 habet λώβης δὲ πικράς.

1822. Ibid. XV, 30: *Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, et alios mutos*, etc. Cod. 1126, συνδέσεις.

D 1824. Luc. XIV, 2: *Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.*

1826. Matth. IX, 20: *Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus... Et salva facta est mulier ex illa hora.* Cod. 1126 legit σφαγῆς ἀγωγός.

1827. Joan. IX, 6: *Exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos ejus.* Cod. 1126, Κόνις δὲ τυφλήν.

1829. I Corinth. XV, 22: *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Nemo enim ad vitam immortalem resurrexit nisi per Christum, qui resurrexit a mortuis primitiæ dormientium.* Cod. 1126, παρ' ἐλπίδας.

1830. Idem cod. φονεύς, et in versu sequenti ἀποπτύων, et deinde κολπώσας ἔσω.

1838. Multum hoc habet poeticæ venustatis et dignitatis, ut, cum vellet Pisida laudes Heraclii im-

Digitized by Google

Ὁ πρὸς τὸ σὸν βούλημα τὰς ἄνω πύλας
Σφίγγων, ὅτε χρὴ, καὶ διευρύνων πάλιν,
Ὅταν παραστῇ καὶ δοκεῖ σοι συμφέρειν,
Καὶ νῦν παρὼν ἄνοιγε τὰς κάτω πύλας.
Πύλας γὰρ ἡμεῖς κοσμικῶν οἰκητόρων
Ταύτην καλοῦμεν, ἣν ἐπύργωσας πόλιν·
Καὶ ὃς τὸν ἐκ σοῦ προσλαβόντα τὸ κράτος,
Τὸν κοσμορύστην, τὸν διώκτην Περσίδος,
Μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλον κρατῆσαι τὸν ὑφ' ἥλιον τόπον.
Δεῖξον δὲ τὴν γῆν οὐρανὸν μιμουμένην,
Ἑνὸς κρατοῦντος ἡλίου καὶ τῶν κάτω·
Τὸν γὰρ φανέντα Περσικὸν κοσμοκτόνον,
Πρέπει γενέσθαι κοσμικὸν καὶ δεσπότην.
Ποίησον αὐτοῦ τοὺς ἱδρῶτας τῶν πόνων
Λουτρὸν καθαρμοῦ, καὶ στολὴν ἀφθαρσίας·
Αὔξησον αὐτῷ τοῦ φόβου σου τὸ κράτος·
Οὕτω γὰρ ἕξει πιστὰ νικητήρια
A Νίκης κατ' ἐχθρῶν ἀξιωθεὶς δευτέρας.
Ὡς τοὺς ἀδούλους πυρπολήσας βαρβάρους.
Ῥίζωσον αὐτῷ τοὺς ἐπανθοῦντας κλάδους,
Εἰς ζῶντα καρπὸν κοσμικῆς εὐκαρπίας.
Ποίησον αὐτοὺς πατρὸς εἰκονίσματα·
Οὕτω γὰρ αὐτοῖς διττὸν ἔσται τὸ κράτος,
Ὄξυνον αὐτοῖς τὰ ξίφη πρὸς Βαρβάρους,
Ὅτε πρὸς ἡμᾶς βαρβαροῦνται τὰ ξίφη.
Ἔκτεινον αὐτοῖς εἰς τὸ σῶσαι τὰς φρένας·
Σύστειλον αὐτοῖς πᾶν ἐναντίον θράσος·
Πλάτυνον αὐτοῖς τὰς πρὸς εἰρήνην πύλας,
Στένωσον αὐτοῖς τὰς ἐπαχθεῖς φροντίδας.
Ὁ πατριάρχης ταῦτα κράζει καὶ λέγει,
Κἂν ἐστιν ἰσχνόφωνος ἐξ ἀσιτίας,
Καὶ μὴ λαλῶν ἤχησεν ἔνδοθεν μέγα.
B Τὴν γλῶτταν ἐνθεὶς εἰς τὸ πῦρ τῆς καρδίας,
Ἔκρυψεν αὐτὴν, καὶ στομοῦται μειζόνως·
Βοᾷ δὲ σιγῶν, ὡς ὁ Μωσέως φάρυγξ·

supernas claudis, itemque, ubi aliud præstare, atque conducere tibi videtur, ipsas recludis, adsis o nunc benignus, et hasce infernas portas adaperi: omnium enim, quotquot terram incolunt, portas vocamus hanc urbem, tuis præsidiis munitam. Tu des, ut ille, qui a te obtinuit imperium, qui mundum liberavit, debellavit Persidem, vel potius ipsam Persidem servavit, omnem late subjectam soli regionem regat, et gubernet. Ostende terram jam esse factam exemplar cœli: unus ut illic sol, unus hic etiam omnia dominetur: convenit enim, ut qui Persici mundi domitor apparuit, totius etiam mundi dominus evadat. Fac, ut laborum sudoribus expiationis lavacrum, et stolam immortalitatis sibi comparaverit. Tu vim in ipso tui timoris adauge: sic enim vere suæ fidei palmas obtinebit, qui habitus est dignus alteram referre ex hostibus victoriam, igne devastatis Barbaris tibi servire detrectantibus. Tu super efflorescentes ejus surculos tam altis radicibus confirma, ut ad mundi felicitatem vivos fructus producant. Fac, ut sint patris imagines; sic enim illis inerit duplex potentia. Enses eorum in Barbaros exacue, cum contra nos Barbaricis ensibus grassantur. Mentes ipsorum dilata, ut rerum saluti consulant, et omnem hostium audaciam comprime. Pacis ante ipsos portas expande, gravesque curas eis imminue. Hæc sunt, quæ patriarcha inclamans C ait: quamvis enim vox illi ob abstinentiam faucibus adhæserit, magnum tamen ipse, vel nihil loquendo, edidit intus sonum. Quippe quo magis suam linguam in igne cordis immergit et abscondit, ipse redditur vocalior. Clamat enim, vel silens, ut Mosis

NOTÆ.

peratoris adjungere, patriarcham Sergium pro eo orantem hic induceret.

1843. Quam effuse Græci scriptores Constantinopolim urbem laudaverint, patet ex multis testimoniis adductis a doctissimo Carolo Dufresne, in *Constantinop. Christiana*, pag. 33; sanctus Gregorius Nazianzenus, in carm. XII, *Ad Constantinopolitanos episcopos*, sic ipsam urbem alloquitur:

Ὦ Κωνσταντίνου κλεινὸν ἔδος μεγάλου,
Ὁπλοτέρη Ῥώμη, τόσσον προφέρουσα πολήων,
Ὁσσάτιον γαίης οὐρανὸς ὑστερόεις.

Urbs, Constantino quæ patre clara viges,
Roma nova, et tanto reliquas quæ præteris urbes,
Quam cœlum terram vincit et exsuperat.

1844. Constantinopolim divino impulsu fuisse ædificatam, ipse Constantinus de se testatum reliquit in lib. VII Cod. Theod. *De naviculat.: Pro commoditate urbis, quam æterno nomine, Deo jubente, donavimus.* Vide Dufresne loc. cit.

1848. Cod. 1126 melius, Ὅλων κρατῆσαι τῶν ὑφ' ἡλίῳ τόπων.

1853. Idem cod. Ποίησον αὐτῷ, et in versu sequenti Δεῖξαι.

1857. Morellius vertens ἀξιωθεὶς *referens*, et πυρπολήσας *vastans*, videtur credidisse, hoc poema fuisse confectum, priusquam Heraclius de Persis iterum triumphasset. Deceptum nemo dubitavit, qui vim verborum perpenderit. Cur enim Heraclium appellaret κοσμορύστην, *mundi liberatorem*, τὸν σώσαντα τὴν Περσίδα, *eum, qui servavit Persidem*, τὸν φανέντα Περσικὸν κοσμοκτόνον, *eum, qui Persici mundi domitor apparuit;* si secundam ille victoriam nondum retulisset, in qua Persas profligavit, ut constat ex historicis, atque ex ipso Pisida.

1858. Cod. 1126, Καὶ τοὺς ἀδήλους, quæ lectio non placet; ἀδούλους cur Morellius vertat *ignobiles*, non intelligo. Puto Pisidam ἀδουλεύοντας τῷ Θεῷ vocasse, ne Heraclius ferus et D immanis haberetur, qui Persarum urbes incenderit.

1859. De filiis Heraclii vide *Familias Byzant.* Caroli Dufresne, pag. 118. Nos alibi opportunius aliquid addemus.

1864. Cod. 1126 ὅτε καθ' ἡμῶν· et in versu sequenti Ἔκτεινον αὐτῶν εἰς τὸ σώζειν.

1869. Idem cod. κράζει συντόμως. Recte Pisida Sergium Constantinopolitanum patriarcham, quem ἐργοδιώκτην se habuisse in principio poematis declaravit, compellat in fide. Vide, quæ ad vers. 2 adnotavimus circa laudes, quibus Sergii pietatem commendat.

1871. Cod. idem, Καὶ μὴ λαλῶν ἔσωθεν ἤχησε μέγα. Et in versu 1873, Ἔκρυψεν αὐτό.

1874. Sæpe in sancta Scriptura legimus Mosem clamasse ad Dominum non voce, sed mente, non lingua, sed desiderio: unde ipse Dominus ad Mosem tacentem ait Exod. XIV, 15: *Quid clamas ad me?*

Digitized by Google

1875 Ἀκούεται δὲ μὴ σαλεύων τὸ στόμα·
Τέγγει δὲ τὴν γῆν, καὶ δι' ὀμμάτων βρέχει,
Καὶ πυκνὰ νείφει τῇ φορᾷ τῶν δακρύων.
Ἔγνομεν αὐτὸν, κἂν δοκεῖ λεληθέναι·
Δῆλος γὰρ ἦν, τὸ βλέμμα χαυνώσας κάτω,
1880 Καὶ τοὺς λογισμοὺς πάντας ἐκτείνας ἄνω.
Ἀλλ' ὦ φονευτὰ τῶν παθῶν τῶν βαρβάρων·
Σφάττεις γὰρ αὐτὰ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ λόγου·
Τὸ τεῖχος ἡμῶν δεῖξον ὠχυρωμένον·
Τὰ γὰρ σὰ τέκνα τεῖχος εὗρον αἱ πόλεις·
1885 Πύργωσον αὐτοῖς τὰς ἐπάλξεις ἐκ λίθων,
Τὸν Χριστὸν ἀκρόγωνον ἐκβαλὼν λίθον.
Σύμπλεξον αὐτοῖς μαργαρίτας ἀφθόρους
Ἐκ δακρύων παγέντας, οὐκ ἐξ ὀστράκων.
Λάλει δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ καθ' ἡμέραν·
1890 Νυκτὸς γὰρ ἡμῖν οὐκ ἐγείρεται ζόφος.
Στόμωσον αὐτοὺς μυστικοῖς ἀκοντίοις·
Σύμπηξον αὐτοῖς σταυρομόρφους εἰκόνας·

A Τεῖνον τὰ τόξα τῇ τάσει τῶν δακτύλων·
Πτέρωσον αὐτοῖς ψαλμοκίνητον βέλος·
1895 Ποίησον αὐτοῖς ἐκ στεναγμοῦ σφενδόνην·
Χάλκευσον αὐτοῖς ἠκονισμένα ξίφη.
Τὸ πῦρ νοητῆς ἐκ πυράγρας ἁρπάσας,
Τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα πρὸς φυσῶν ἔχων.
Κάμψον δι' αὐτοὺς τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα,
1900 Καὶ πᾶσα Περσὶς ἀντικάμπτει τοὺς πόδας,
Κλῖνον δι' αὐτοὺς εἰς τὸ βῆμα τὰ σκέλη,
Καὶ πάντας ἄρδην συμπατοῦσι βαρβάρους.
Τὰ νῶτά σου σύννευσον εἰς τὴν γῆν κάτω,
Καὶ πᾶς ὁ κόσμος εὐθέως ἐγείρεται.
1905 Οὕτω γὰρ οἱ χυθέντες ἐξ ἁμαρτίας
Ὅλκοι φραγῶσι, καὶ μετ' εἰρήνης ὅλοι
Τὰ στυγνὰ τῆς γῆς ἐκπεράσωμεν νέφη·
B Μιᾷ δὲ φωνῇ πᾶν κεκράξεται στόμα·
Ὡς ἐμεγαλύνθη τοῦ Θεοῦ τῶν κτισμάτων
1910 Ἡ δημιουργὸς καὶ σοφὴ παντουργία!

guttur solebat, et longe auditur, quamvis ora ad loquendum non solvat. Terram autem larga oculorum pluvia, et crebra lacrymarum nive irrigat, atque humectat. Nos ipsum vidimus, quamvis in occulto latere putaret : vidimus manifeste, cum deorsum oculos demitteret, et sursum omnes cogitationes suas extolleret.

At, o passionum barbararum interfector, quas tui sermonis gladio macias, ostende quam valida et bene munita sint nostræ urbis mœnia ; cum nulla alia mœnia cæteræ urbes habuerint præter tuos filios. C Tu ipsis alta exstrue ex lapidibus progugnacula, jacto primum angulari lapide Christo. Necte ipsis coronas incorruptibiles ex margaritis, quæ lacrymis, non conchis generatæ concrescunt. Loquere pro ipsis Deo, loquere quotidie, nobisque non excitabuntur noctis caligines. Instrue eos mysticis spiculis, et cruciformes imagines in illis imprime ; arcus eorum intende, protendens digitos : fac ipsorum tela evolare, psalmos concinens : pro fundis exhibe suspiria. Cude ipsis gladios acutos, quibus forcipe mentis admoveas ignem, et pro follibus utaris Spiritu divino. Flecte pro ipsis ante Deum cervicem, et tota contra Persis inflectet pedes. Inclina pro ipsis genua ante suggestum tuum, statimque omnes conterentur Barbari. In imam terram dorsum tuum incurva, et mundus universus confestim erigetur. Sic enim ex peccato in nos derivati malorum torrentes occludentur : nos autem omnes parta pace ultra terræ densissimas tenebras evolabimus, et uno omnium ore undique conclamabitur. O quam rerum Deus a te sapienter creatarum, mundique totius admirandum opus magnificatum est!

NOTÆ.

1877. Cod. 1126 νίφει, et in versu sequenti κἂν δοκῇ.

1886. Idem cod. ἐμβαλών. Ephes. II, 20 : *Superædificati super fundamentum apostolorum, et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu.*

1890. Idem cod. Νυκτὸς γὰρ ὑμῖν οὐ μελαίνεται ζόφος, ita ut referatur ad Sergium. Sæpe enim ὑμῖν D in Pisida pro σοί.

1892. Idem cod. melius ἀσπίδας.

1896. Idem cod. melius ἠκονημένα.

Nostras in Hexaemeron adnotationes claudet opportune sancti Prosperi epigramma XCI in quo tota de opificio mundi doctrina, prout eam Pisida exposuit, συνοπτικῶς continetur :

Divinorum operum secretas noscere causas
Humanis non est possibile ingeniis.
Nec ullo tamen intuitu speculatur operta,
Qui multa ut lateant, scit placuisse Deo :
In quo mens imbuta fide simul omnia discit,
Perque operum speciem suspicit artificem.
Fingentem rebus forma, loca, tempora, motus,
Mensuris, numeris ponderibusque suis.
Scrutari ne cura procax obstrusa laboret,
Cui cuncta in Christo nosse et habere datur.

FR. MORELLI SCHOLIA
AD HEXAEMERON.

Vers. 52. Legi potest : *At plurimæ venæ abditorum fluminum*, ex felici conjectura Joannis Passeratii, viri eruditissimi, facta permutatione prioris syllabæ ὁμμάτων in κυμάτων, vel ναμάτων.

55. Versus intercalaris epiphonematicus e psalmo CIII, cujus totum istud poema paraphrasis est amplissima.

95. *Acuta.* Turbatur scilicet visus ob rei aspectabilis distantiam.

182. Vide an legendum : *Sanctumque Numinis melos ter concinunt.*

224. *Scintilla visus.* Oculi qua ratione illustrentur, vid. Aristot. *De sens.* c. 2, et *De anim.* c. 7.

264. *Quatuor.* Malim, *Quatuor columnarum instar fractus foret.*

281. De quatuor anni temperatum vicissitudine

Digitized by Google

Xenoph. lib. VI *Cyri instit.*, et Horat. lib. IV, od. 7.

290. Comparatio temporum vicissitudinis cum chorea. Theod. Cyrus *in amicit. exsul.*

317. Hic locus est suspectus.

342. Γρ. Ῥύμως. Hanc lectionem, si germana est, sequar interpretando : *Temone consueto, et rota firmissima.*

346. Philo Jud. lib. X *De præceptis Dei.*

354. *Opifices max.* Manus Dei opifices maximas appellat, ut Propheta Regius psal. VIII, *opera digitorum Dei* vocat cœlos.

365. De Veneris stella, Lucifero et Vespero, cui Aristot. *Ethic.* 5 justitiam comparat.

370. De cœli conversione psal. XVIII, LXXXVIII et CXXXV.

378. Quidquid movetur magis pendet a vi movente, quam contra.

424. Hic est suspicio mendi in Græco codice.

447. Χειρογράφων. Sanct. August. I *Confess.* I, 3 : *Donas debita, nihil perdens.*

448. In Græco forte legendum Καὶ τὰς ἁλ. Hæc ita quoque converteram : *Ingentium solutiones criminum, ut sint iniquæ, sicut æquas approbat.*

479. Καὶ μαργαρίτας. In margine ascriptum περὶ ἱερᾶς νόσου. Græcam hanc inscriptionem *De morbo sacro* non capio : malim *De certaminibus et præmiis martyrum.*

484. Basil. orat. 7 in Hex. sanct. Ambros. lib. V, c. 11 : *Ostreis pretiosissimam margaritam natura infixit.*

500. Basil. *De martyr. Barl.*; sanct. Hier. in *Ep. Paulæ ad Eustoch.* Afflictio in sæculo, materia præmiorum est.

503. *Mercedem*, vel sic, *stipendium et morbi tribuit angoribus.*

531. De grandine igni permista. Exod. IV et XV, psal. CIV, Moses in Cant. Deut. XXXII, Isaias IV.

556. Hæc grandinis definitio, quam exagitat, traditur lib. I *Meteor.*, c. 12; Ovid. *Metam.* IX; Pontan. lib. I *Meteor.*, c. 10.

567. *O syllogismorum, o lubricos discursuum fluctus nimis!* Hor. II *Serm.*; Tibull. lib. II, eleg. 1.

672. *Et gramine*, vel *lanugine, et vultum facit amœnissimum.*

682. *Et carminum.* Verti potest et *artuum.*

692. *Matrona.* De hac alendi vi, et reliquis. Arist. lib. II *De anim.*, c. 4.

775. *Affectionum.* Sanct. Basil. orat. 10 *in Hex.*; sanct. Joan. Chrysost. *in psal.* XLVIII, et Boeth. lib. IV *De philosoph. consol.*

784. Nisi arridet conjectura nostra, legendum : *Nam lædit animum inflante mentes pharmaco.*

806. Plin. lib. VIII, c. 22.

915. De nardi spica, aliisque seqq. consule Plinium.

936. De camelo Aristot. *De mirab. aud.*

959. Catoblepas. De hac fera Ælian. *Var. Hist.* lib. VII, c. 5; Plin. lib. VIII, c. 21; Athen. lib. V; Pompon. Mela, lib. III, c. 10.

983. De trochilo seu regulo Plutarch. *De solert. anim.*

1009. De remora Aristoteles, Plinius, Plutarchus, Oppianus.

1048. Vel, *ostendit latere propriam*, etc.

1103. *Concharum venatus.* Aristot. lib. IX, cap. 10 *Hist. anim.*; Cicer. *De nat. deor.* II.

1128. De ibi Herodot. lib. II.

1154. De mure nitela, vel potius erinacio ex Aristot. lib. IX *Hist. anim.* c. 6; Plutarch. *De solert. anim.*; sanct. Basil. hom. 9 *in Hexaem.*

1161. De echinis Plin. lib. XI, c. 5; Basil. orat. 8 *in Hexaem.*; Ambros. lib. VI, c. 4 *in Hexaem.*

1198. Cycnus. Philostrat. *in Phaeth.*

1214. De formica Plin. lib. XI, c. 3; Basil. hom. 9 *in Hexaem.*, et in *epist. ad Eunom.*

1233. De ovis Plin. lib. X, c. 59.

1245. De pavone Plin. lib. X, c. 20; Cicer. III *De finib.*; Agell. lib. VII, c. 17; Columella, lib. VIII, c. 11; Ælian. lib. IX.

1250. De locustis, Exod. X; Basil. hom. 8 *in Hexaem.*; Plin. lib. XI, c. 28.

1293. De bombyce Aristot. *Hist. anim.* V; Plin. lib. XI, c. 24; Basil. hom. 8; Ambros. lib. V, c. 23 *in Hexaem.*

1318. De chelidonia Plin. lib. VIII, c. 17 et 28, & Basil. hom. 8 *in Hexaem.*

1322. *Dogmatum*, vel nominum.

1394. Alludit ad Manetis nomen, ut Nicephor. lib. VI, c. 31.

1531. Ambros. lib. III, c. 8; Isaias IV, 1.

1549. Plin. lib. XXXII, c. 9 et 10; Cicer. II *De nat. deor.*

1567. De pulmone pisce Plin. lib. XXXII, c. 9 et 10; et de cantharis, lib. XXX, c. 11.

1597. *Linguam.* In his quatuor versibus Joann. Aurati poetæ Regii conjecturam, et judicium secutus est interpres.

1644. De lapillis et gemmis Plin. lib. XXXVII. De margaritis idem lib. IX, c. 35.

MONITUM.

De vanitate vitæ argumentum, quod tractandum sumpsit Pisida, quam vulgare esset ac tritum, ipse plane sensit, ac fassus est in principio dicens :

Εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπταις Πατράσι
Τὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς εὐδιαγνώστου βίου.
Quamvis dicta sint ab iis, qui Deum viderunt, Patribus,
Quæ ad hanc nostram facile dignoscendam vitam pertinent.

Eccuinam enim illud persuasum non fuit, vel erit, omnia vana esse et fluxa, quæ terrenam hominum conditionem respiciunt? Omnes porro veteres philosophi, ne Christianos nominem, cum ætate omnia senescere, novari omnia, et siderum motu, ac vi magnas fieri rerum mutationes viderunt, nihil hic deorsum æternum, nihil diuturum esse posse cognoverunt. Itaque in re tam pervulgata, et omnium consensu confirmata testes adhibere supervacaneum est. Paucis igitur ut te expediam, Lector, scias Pisidam, ut mihi quidem videtur, hæc scripsisse, ut Ecclesiastæ librum imitaretur, vel inde saltem sumpsisse occasionem hujusce pertractandi argumenti. Sicut enim in prolegomenis ad Hexaemeron conjecimus librum *Sapientiæ* fuisse normam, ad quam suam Cosmopœiam exegit Pisida; ita hic de vanitate vitæ acturus, ni fallimur, Ecclesiasten secutus est, cujus sanctissima præcepta in hoc uno eodemque de rerum mundanarum instabilitate et inconstantia principio stabilienda tota versantur. Quibus enim ille verbis opus exorditur, iisdem pene absolvit : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas. . . . Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, et ecce universa vanitas, et afflictio spiritus.* Hæc ipsa autem Pisidam Platonico more interdum exponere non dubitasse constat ex variis locis, ac præsertim ex iis versiculis quibus hoc poemation concluditur, ut in adnotationibus observabimus. Proinde ea, quæ de Platonismo Pisidæ alibi dicta sunt, confirmantur. Cum autem nulla appareat nota temporis, ex qua divinare liceat,

Digitized by Google

quando noster Georgius hæc scripserit, argumenti affinitas fecit, ut hoc opusculum Hexaemero statim subjiceremus : nam si mentem animumque auctoris consideres, diversi operis idem est finis et scopus. Ex utroque enim aperte deducitur Pisidam hoc unum voluisse suis iambis astruere, quod nulla sit inter mortales sapientia, nullum bonum, nulla felicitas, nisi quæ veræ pietatis sanctæque religionis studio comparetur. Quod argumentum late quidem prosequitur sanctus Gregorius Nazianzenus *in princ. orat.* 15, ubi σοφίαν πρώτην, βίον ἐπαινετόν, *primam sapientiam esse vitam probam et honestam* asseverat ; sed longe uberius idem confirmat *in carm. iamb.* XVIII, quod hisce Pisidæ senariis quam simillimum est. Eadem enim sententiarum ac metri ratione sanctus Theologus demonstrare contendit, non aliam esse hominis doctrinam, nisi ut, rebus caducis contemptis, et solo suæ salutis studio inflammatus in cœlum jugiter spectet. Animi quippe hominum cum in rebus hisce terrenis conquiescere nequeant, ut ad divinas et æternas se conferant necesse est, atque ad ea loca spretis corporibus evolent et excurrant, ubi denique invenire requiem poterunt. Cum Hexaemero pariter convenit hoc poemation in eo, quod Sergio patriarchæ est similiter inscriptum : neque enim alius quam Sergius potest esse ille, quem poeta *ut calidum ver passionum fluctibus oppositum* invocat in principio v. 34, et velut τὸ διαυγὲς δμμα τῆς Ἐκκλησίας, *lucidum oculum Ecclesiæ* salutat in fine v. 231, ipsum tanquam Christianæ humilitatis clarum sidus commonstrans atque commendans.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΜΑΤΑΙΟΝ ΒΙΟΝ.

—

EJUSDEM

DE VANITATE VITÆ.

—

Ἄνοιξον ἡμῖν τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας,
Ὁ τῆς ὄνου πρὶν διανοίξας τὸ στόμα.
Εἰ καὶ λελέχθαι τοῖς θεόπταις Πατράσι
Τὰ τοῦ καθ' ἡμᾶς εὐδιαγνώστου βίου.
Ὅμως ἐκείνοις χρώμενος διδασκάλοις,
Ἐμαυτὸν, ὡς ἔνεστιν, ἐμμέτρως γράφω,
Δι' ἧς πέπονθα τῶν παθῶν ἀμετρίας,
Γραφεὺς ἐμαυτοῦ, καὶ κατήγορος μένων·

A Τὴν τοῦ βίου ῥέουσαν εἰκόνα γράφων,
Καὶ τῶν παθῶν τὰ κέντρα μορφῶσαι θέλων,
Καὶ τῷ λόγῳ τὰ νεῦρα τοῦ τύφου ξέων,
Δείξω τὸν ὄγκον μηδαμοῦ βεβηκότα.
Ἀλλ' ὥσπερ οἷς ἔδοξε τὴν Τύχην γράφειν,
Σφαίρας ἐχούσης εὐμετάπτωτον βάσιν·
Οὕτω τὰ δυσκάθεκτα τοῦ τύφου σκέλη,
Καὶ κοῦφα δείξω, καὶ πλέον παρειμένα.

Mentis nostræ portas reseres, Deus, qui os asinæ quondam aperuisti. Equidem fatear ea omnia, quæ ad hanc nostram vitam facile dignoscendam pertinent, satis esse perspecta, et a Patribus, qui Deum viderunt, fuisse explanata : nihilo tamen secius ego ipsos adhibens magistros, meipsum, quantum licet, versibus describam ; unde malorum affectuum, quibus premor, immensitatem enarrans, de meipso fiam scriptor et accusator. Cum igitur vitæ fluentem imaginem describere, et passionum stimulos repræsentare, nervosque vanitatis quodammodo edolare sermonibus mihi proponam, illud sane evincam, ut nullam inesse humano fastui firmitatem quivis intelligat. At vero sicuti nonnullis placuit Fortunam eo statu pingere, ut pro basi insistat globo ad labendum prono ; ita Fastus

B

NOTÆ.

Vers. 1. Codex Vatican. 1126. Ἄνοιξον ἡμῶν.

2. In cod. Paris. 1630 melius, ἐξανοίξας. Num. XXII, 28 : *Aperuitque Dominus os asinæ, et locuta est.*

3. Plenæ sunt Scripturæ, pleni SS. Patrum libri luculentissimis de vanitate vitæ testimoniis. Legesis sancti Basilii *Serm. de humil. et inani gloria*, t. III, pag. 575 ; sancti Joannis Chrysost. *De superbia et inani gloria*, hom. 16, tom. XII, pag. 558, et sancti Gregorii Nazianz. orat. 10, *in laudem Cæsarii fratris*, tom. I, pag. 169, et *Carm. iamb.* XVIII, XIX, XXII, etc.

5. Recte SS. Patres magistros suos appellat, quos aperte imitatus est, ac præsertim sanctum Gregorium Nazianzenum, cujus etiam versiculos exscripsisse quibusdam visum est.

14. Laudatus cod. σφαῖραν ἔχουσαν. Allusio est ad schema, quo Fortuna ex mythologorum placitis repræsentari solebat apud veteres. Horatius lib. I, od. 34 :

Hinc apicem rapax
Fortuna cum stridore acuto
Sustulit, hic posuisse gaudet.

15. Id. cod. τοῦ βίου σκέλη.

Digitized by Google

Οὐχ ἵσταται γὰρ, ὡς ἐπὶ σφαίρας τρέχων,
Ἄνω δὲ πηδᾷ, καὶ κατασπᾶται κάτω·
Ὑψούμενος δὲ δυστυχεῖ, μετάρσιος
Θᾶττον δὲ πίπτει, καὶ πεσὼν ἀνατρέπει
Τὸν ἐκ Τύχης πρὶν κουφοσύνθετον θρόνον.
Τῆς γὰρ Τύχης κύημα τὸν τύφον γράψων
Τὸ συμβεβηκὸς ἐξελέγξω τῶν δύο·
Ὃ πρὶν κυηθῇ, τῇ φθορᾷ συνεφθάρη,
Ὠδῖνος ἐξάμβλωσις ἠθλιωμένη.
Κολάζεται γὰρ τύφος ὠφρυωμένος,
Ἀντοφρυωθεὶς τῇ θέᾳ τοῦ μείζονος·
Ἐκκρούεται δὲ, καὶ παρωθεῖται βίᾳ,
Ὡς εἴ τις ὠθεῖ πάτταλον τῷ παττάλῳ.

A Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἀσθενὴς θηροκτόνος,
Θέλων βαλεῖν λέοντα πευκίνῳ ξίφει,
Ἐκ τῶν ἑαυτοῦ φθείρεται τοξευμάτων·
Οὕτω ταπεινὸς τύφος, εἰ βάλοι μέγα.
Ἀλλ' ὦ τὸ θερμὸν τῶν ἐμῶν λόγων ἔαρ,
Ὁ τῷ καθ' ἡμᾶς ἀντικείμενος σάλῳ,
Καὶ τῷ κλύδωνι τῶν παθῶν ἀντιπνέων,
Ἴθυνον ἡμῶν τὴν λαλοῦσαν ὁλκάδα,
Τῇ σῇ προσευχῇ πνευματώσας τὸ σκάφος·
Τῇ τοῦ βίου γὰρ κυματούμενος ζάλῃ,
Ὁμοῦ κατ' αὐτὸ καὶ κινοῦμαι, καὶ γράφω.
Ὁ χοῦς, ὁ πηλὸς, ὁ παλίνστροφος κόνις·
Τῇ γῇ γὰρ ἡ γῆ συμβιβάζεται πάλιν,

ostendam pedes adeo esse leves, incitatos, et, quod pluris est, adeo claudicantes, ut sustineri nullo modo possint. Fastus enim, veluti qui super globum incedat, nunquam consistit: sed sursum insilit, et deorsum trahitur; in altum ascendit, et fit miser; in aerem se attollit, et statim cadit, casuque ipso a Fortuna paratum levissimum thronum subvertit. Porro cum Fastum, Fortunæ fetum, describo, quæ utrique contingunt, reprehendo: nam ille antequam concipiatur, multo cum dolore: et nisu infelix abortus tabe corrumpitur; suo enim supercilio tumens elatioris contra supercilii aspectum non sustinens misere intus torquetur: vi tamen adactus, æque ac si quis clavum clavo trudat, propellitur, ac foras ejicitur; quem- B admodum enim si quis imbellis venator picea contendat ense ferire leonem, ipse suis ictibus perimitur; ita miser Fastus, quo magis se jactat, magis deprimitur.

Ast, o meorum sermonum tepidum ver, eos quibus obruimur fluctus retundens, et contra passionum procellas leniter spirans, tu nostri eloquii navigium dirige, tuarumque precum aura nostram ratem impelle: ipse enim vitæ hujusce tempestatibus jactatus una simul ab ipsis rapior, et contra scribo.

Ecquid ego sum nisi humus, lutum, et in pulverem rediturus pulvis? Terra enim terræ rursus

NOTÆ.

17. Versus ἰσοψήφους habes in sancto Gregorio Nazianz., tom. II, pag. 155, quos tibi subjicio: C

Τροχὸς τίς ἐστιν ἀστάτως πεπηγμένος
Ὁ μικρὸς οὗτος καὶ πολύτροπος βίος,
Ἄνω κινεῖται, καὶ περισπᾶται κάτω·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, κἂν δοκῇ πεπηγέναι·
Φεύγων κρατεῖται, καὶ μένων ἀποτρέχει·
Σκιρτᾷ δὲ πολλὰ, καὶ τὸ φεύγειν οὐκ ἔχει·
Ἔλκει, καθέλκει τῇ κινήσει τὴν στάσιν·
Ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφων,
Ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος χλόης.
Similis manenti sed volubili rotæ
Versatilis mortalium est vita et varia.
Sursum movetur, ac deorsum volvitur.
Fixam esse quamvis nam putes, non stat tamen.
Fugiens tenetur, et manens rursus fugit:
Multumque saltat, sed fugere nequit tamen:
Trahitque motu, retrahit et statum suum.
Nil ergo vita est, si velis describere,
Quam fumus, aut herbæ flos, vel insomnium.

In omnibus editionibus sancti Gregorii hisce versiculis apposita est isthæc adnotatio: *Leguntur apud Georgium Pisidam de vanitate vitæ.* Verum collatis inter se Pisidæ, et sancti Gregorii versibus non aliud video inde posse inferri, nisi Pisidam fuisse laudati Patris imitatorem, cum alioquin iambi a iambis plurimum differant. Ac sanctus Gregorius quidem humanam vitam rotæ assimilat, imitatus, ut videtur Anacreontem, qui od. 4, ait:

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς.

Pisida vero aperte, ut mihi quidem videtur, alludit ad illud saltatorum, et cernuatorum genus, qui ascoliastæ dicti sunt, eo quod uno tantum pede in utrem inflatum, et bene inunctum, ut lubricus esset, niterentur insilire: verum his sæpe accidebat, ut non sine multo spectatorum risu laberentur, caderentque, ac in caput revoluti, assurgentesque, iterum iterumque in utrem inscendere conarentur.

19. Cod. Vat. μεταρσίως.

22. Id. cod. τύχης φύσημα.

23. Fortunam, fastum, ambitionem, superbiam uno veluti nomine comprehendit, quod ex uno eodemque fonte humanæ levitatis esse derivata consideret.

26. Ex superbia enim invidia seipsam exedens atque corrodens. Pisidæ sensum aperit Statius *Silv.* v, 132:

Quisnam impacata consanguinitate ligavit
Fortunam, invidiamque Deus? quis jussit iniquas
Æternum bellare deas?

29. Vid. *Hexaem.*, v. 1707.

30. Piceum ensem opinor dixit, ut arboris piceæ fragilitatem ostenderet, quæ cum facile findatur, minus est apta ad feriendum.

33. Id. cod. εἰ βάλλει μέγα, et deinde sequitur D versus ἐκ τῶν ἑαυτοῦ, etc., quod sane melius.

34. Sergii pietatem de more laudat, de quo plura in principio et fine Hexaemeri.

41. Sexdecim sequentes versus habentur etiam inter Carmina iambica sancti Gregorii Nazianzeni, tom. II, pag. 179. Verum falso eos esse tributos Gregorio nihil ambigo dicere; quamvis ex monito, quod ibid. legitur, pag. 174, colligatur fuisse excerptos ex quodam Græco codice Reginæ matris, qui Gregorii nomen præferebat. Patet enim hosce versiculos hic esse omnino necessarios, ac veluti quoddam membrum suo hærere corpori; magisque ad Pisidæ, quam ad Gregorii stylum accedere quivis facile confitebitur. Quis autem credat Pisidam sexdecim integros versus ex Gregorio corrasisse? Equidem, si conjecturæ datur locus, non memoratos tantum versiculos Pisidæ vindicandos censeo, sed alios etiam ex iis qui inter Carmina iambica

Digitized by Google

Καὶ σπαργανοῦται τῷ γεώδει σπαργάνῳ,
Καὶ χοῦς πάλιν πρόεισιν, ὥσπερ ἡ κόνις,
Ἦν ἡ βιαία συστροφὴ τῶν πνευμάτων
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσα συστέλλει κάτω.
Οὕτω γὰρ ἡμῶν τὸν πολύστροφον βίον,
Αἱ τῶν πονηρῶν πνευμάτων καταιγίδες
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσι, καὶ δόξαν νόθην.
Αὖθις δὲ χοῦς κάτεισι, καὶ νεύει κάτω,
Ἕως ὁ τοῦ Κτίσαντος ἁρμόσῃ λόγος
Τῶν συνδεθέντων τὴν ἀναγκαίαν λύσιν·
Νῦν δὲ πρυκύλας, ὥσπερ ἔκ τινος βάθους
Ὁ χοῦς, ὁ θεῖα πνευματωθεὶς εἰκόνι
Καὶ τὰς γεώδεις ἐκβοᾷ τραγῳδίας,
Καὶ τὸν γελᾷν δοκοῦντα δακρύει βίον.

A

Ἤδη μὲν οὖν ἔπλαττον οἱ μυθογράφοι
Ἀνθρωπόμορφον ἵππον, ἢ τοὐναντίον
Ταυροπρόσωπον ἄνδρα συμπεφυρμένον·
Δεικνύντες, οἶμαι, τὸν πεφυρμένον βίον.
Πολὺς γὰρ ἡμῖν ἐντεθήσεται γέλως,
Εἰ μή τις αὐτῶν τοὺς ἀποκρύφους λόγους
Ἔμφρων λογισμὸς εὐσεβῶς μεθαρμόσῃ.
Κάτω μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν πεπλασμένος,
Ἄνω δὲ μορφὴν δεικνύων κερασφόρον,
Αἰνιγματώδεις λοιπὸν εἶχεν ἐμφάσεις.
Ὡς πᾶς ὁ μιγνὺς τῇ λογιστικῇ φύσει
Τὰς κτηνομόρφους τῶν παθῶν παρεμφάσεις,
Ἀνατρέπει τὸ πλάσμα, καὶ πεφυρμένος
Ἐκ τοῦ λόγου μέτεισιν εἰς κτηνωδίαν·

conjungitur, et bene terrestribus fascis circum illigatur, ac tum rursus humus progreditur : ut pulvis, quem una eademque vis furentis turbinis sursum extollit, et deprimit deorsum. Ita sane versatilem nostram vitam malæ ventorum procellæ in altum ferunt, et ad quamdam falsæ gloriæ speciem evehunt : tum vero humus humum iterum petit, et vergit deorsum ; atque hæc ita semper eodem modo iterantur, ac fiunt : donec summi Creatoris Verbum eorum omnium, quæ colligata inter se conspiciuntur, necessariam solutionem fieri disponat. At nunc quidem tanquam ex ima quadam profunditate emergens humus, ad Dei similitudinem plane efformata, nihil aliud præterquam terrestres agit inani clamore tragœdias, et vitam, B quam ridendo simulat transigere, flendo consumit.

Jamdiu veteres mythologi humana forma equum, aut contra taurina specie hominem, duobus commistis generibus, finxerunt : ea sane, ut puto, ratione, quia vitæ nostræ commistam naturam volebant ostendere : multa enim nobis daretur ridendi materies, si quis eorum reconditos sermones sapienti ratione ad pium quemdam sensum non converteret. Ea igitur erat hujus confictæ imaginis constitutio, ut in infima parte hominem, superne vero cornutam speciem exhiberet : sed hæc ad symbolicam quamdam significationem erant transferenda. Atque ita sane est : quisquis rationali naturæ belluinas passionum species inducit atque

NOTÆ.

Gregorii leguntur, eidem Pisidæ ascribi posse suspicor. Si quid enim digito callemus et aure, et ex styli metrique differentia licet judicare, quæ Carmina iambica Gregorii dicuntur, diversorum poetarum sunt disjecta membra, monachi forsan alicujus studio in unum corpus colligata, et in superius laudatum codicem ἀτεχνῶς relata. Ac si quis petat, qui sint iambi ex Gregorianis, quos Pisidæ adjudicandos rear, dicam sane non impudenter, nec ita tamen ut rem definiam, eos esse, qui inscribuntur, περὶ πόθου, περὶ θανάτου φιλουμένων, et περὶ φίλων τῶν εἰς καλόν. Conjecturam proponimus, aliorum esto judicium.

49. Cod. Vat. δόξαν νόθον.

50. Id. cod. καὶ μένει κάτω.

51. Id. cod. ἁρμόσει. Vid. *Hexaem.*, v. 1428 et seqq., et sanctum Athanasium, orat. *contra Gentes*, pag. 39 et seqq., qui de Verbo res omnes nutu suo vertente ac movente disertissime agit.

55. Tragœdias agere in nugis idem ac insanire. Vide Erasmum, *Adag.*, p. 660 et 759.

58. *Ἵππους ἀνθρωπομόρφους*, *equos viriformes*, Centauros vocat, et ἄνδρα ταυροπρόσωπον, *virum tauriformem*, Minotaurum intelligit. De hisce fabulis vide Palephatum et Heraclidem, *De incredib.* inter *opusc. myth. Græca*.

62. Recte Pisida ἀποκρύφους λόγους, *sermones reconditos* vocat fabulas, quæ, nisi explicentur, risum sane movebunt : sed sensu allegorico acceptas non esse contemnendas videtur asserere. Ita plane fabulis quibusdam pueros erudiendos esse monuit Plato, atque idipsum in more fuisse apud Hebræos ante Platonem testatus est Eusebius, *Præp. ev.* XII, 5, 6. Quæ autem fabularum secundum Platonem esset utilitas, breviter docuit Maximus Tyrius, dis- C sert. 29 : Πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐ καθορωμένων σαφῶς, εὐσχημονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος· « Eorum enim, quæ ob imbecillitatem suam humana intueri perspicue nequit natura, speciosior interpres est fabula. »

63. Id. cod. μεθαρμόσει.

66. Id. cod. εἶχε λοιπόν.

67. Quam belle hæc fabula conveniat cum doctrina Platonica circa unionem animæ et corporis, in qua perficienda multum sollicitos facit suos deos minores Plato, constat ex *Timæo*, p. 69 et 70. Sed Maximus Tyrius, in fin. dissert. 34, apertius rem ipsam tradidit : cum enim de Thessalis Centauris loeutus esset, Εὖγε, exclamat, ὦ ποιηταὶ, καὶ ποιητῶν παῖδες, πατέρες παλαιᾶς καὶ γενναίας μούσης, ὡς ἐναργῶς ἅρα ἡμῖν τὸν πρὸς ἡδονὰς δεσμὸν ἠνοίξασθε..... Τοῦτο οἱ Κένταυροι, τοῦτο αἱ Γοργόνες, τοῦτο αἱ Χίμαιραι, ὁ Γηρυόνης, ὁ Κέρκωψ· « Euge, poetæ, poetarumque filii, antiquæ generosæque Musæ primi parentes, quam manifeste nobis illud, quod D nos voluptatibus conjungit, ostenditis vinculum. . . Hoc sibi Centauri volunt, hoc Gorgones, hoc Chimæræ, hoc Geriones, hoc Cercops. »

72. Ventrem cupiditatum sedem Plato, ibid. præsepi comparat : Τὸ δὲ δὴ σίτων τε καὶ ποτῶν ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς . . . τοῦτο εἰς τὰ μεταξὺ τῶν τε φρενῶν, καὶ τοῦ πρὸς τὸν ὀμφαλὸν ὅρου κατῴκισαν, οἷον φάτνην ἐν ἅπαντι τούτῳ τῷ τόπῳ . . . καὶ κατέδησαν δὴ τὸ τοιοῦτον ἐνταῦθα ὡς θρέμμα ἄγριον. « Eam vero animæ partem, quæ esculenta et poculenta cupit . . . eam inter præcordia, et eum terminum, qui ad umbilicum est, collocarunt, veluti præsepe in omni loco . . . ipsamque ibidem, veluti ferum animal, illigarunt. »

Digitized by Google

Οὕτως ἀμειφθεὶς τῇ κακῇ παραπλάσει
Ἄνθρωπος εἰς βοῦν φατνιῶν παρετράπη·
Καὶ τῶν παθῶν τὸν χόρτον ἐσθίων μάτην
Τὸ κάλλος ἀντέτρεψεν εἰς ἀμορφίαν.
Καὶ δεσμὸν, οἶμαι, προσφόρως ἐδέξατο,
Ὡς λαβυρίνθῳ τῷ πολυσχιδεῖ βίῳ
Λοξὴν ἔχοντι τὴν δυσέκβατον θύραν.
Ὅσον γὰρ αὐτὴν ἐκτρέχειν ἐπείγεται,
Τοσοῦτον ἐντὸς γίνεται τῆς ἐξόδου.
Ἐντεῦθεν, οἶμαι, καὶ νόσοις, καὶ φροντίσιν,
Ὡς κτῆνος ἀργὸν εἰκότως μαστίζομαι,
Ὅπως βαρυνθεὶς τῇ κακῇ μετουσίᾳ
Ἐν τῷ περισπᾶσθαί τε καὶ βρίθειν κάτω,
Ὡς οἱ νοσοῦντες εἰς ἀνάκτησιν τρέχων,
Τὸ πρῶτον εἶδος ἀντιμορφώσω πάλιν.

Ὦ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀδιαστρόφου χλόης·
Ὦ βλαστὸς ἔμπνους, οὗ τὸ κάλλος ὀξέως
Σὺν τῷ θερισμῷ τοῦ χρόνου μαραίνεται.
Τίς οὖν σκοπήσας ἐξ ἀπόπτου καρδίας
Τὸ τοῦ βίου θέατρον αἰσχύνης γέμον,
Θρήνῳ γελῶντι μὴ σβέσοι τὸ παίγνιον;
Ἤδη γὰρ ἡμᾶς καὶ γελῶσι πολλάκις
Οἱ τοῦ νόθου γέλωτος ἐργάται νόθοι·
Θρόνους προθέντες, ζωγραφοῦντες ἀξίας,
Ἀρχὰς ἀναπλάττοντες· ὡς ἂν ἡ μέθη
Τὴν τοῦ γέλωτος συμφορὰν ἀναπλάσῃ·
Καί τις παρ' αὐτοῖς ἀρχικὴν ἐνειμένος
Στολὴν ἐπῆρται, καὶ σχεδιάζει τύχην,
Καὶ σχηματίζει μὴ λαλῶν τὴν ἀξίαν,
Φαντάζεται δὲ μηδὲν ὤν, ὡς ὢν ὅλα.

immiscet, suam primam formam destruit, et turpi mistione admissa a rationali statu in brutorum transit naturam; atque ita homo errore turpiter seductus in bovem stabulantem convertitur, et passionum fenum temere depastus suæ formæ decus in deformitatem immutat. Ac bene quidem convenienterque homo, qui duplici constaret natura, vinculum suscepit; utpote qui veluti in labyrintho, in hac varietate vitæ, cujus janua est obliqua et impervia, versetur: quo quis enim magis extra ipsam egredi festinat, eo magis se ab exitu distare cognoscit. Atque hinc plane fit, quod ego ipse tot morbis et curis, tanquam pigra bestia, jure meritoque vexor et excrucior, ut fastidito ferarum passionum consortio, cujus pondere gravatus distrahor, et premor deorsum, quemadmodum infirmi ad bonam valetudinem, ita ego ad pristinæ formæ speciem redire contendam.

O quam vitæ nostræ gramen leve est et caducum! O vere animatum germen, cujus statim ac messis tempus appetit, perit venustas!

Ecquis igitur, cum ex intimo cordis recessu plenum infamiæ hoc vitæ theatrum viderit, risum fletu non temperabit, et ludicrum lacrymis non exstinguet? Quandoquidem nos etiam sæpe irrident illi adulterini risus, adulterini artifices, qui thronos proponunt, dignitates pingunt, principatus simulant, ut ex insana mentis temulentia ridiculæ calamitatis oriatur occasio. Sæpe enim quidam ex ipsis regia stola indutus altus incedit, et e vestigio fortunatus appareret, et dignitatem tacitus repræsentat; cumque nihil reapse sit ille, omnia tamen se esse simu-

NOTÆ.

73. Confer Danielis prophetiam de Nabuchodonosore in bovem converso, c. IV, vers. 22: *Cum bestiis, ferisque erit habitatio tua, et fenum, ut bos, comedes.* Et psal. XLVIII, 12: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.*

74. Cod. Vat. melius ἀντέστρεψεν.

75. Δεσμός est unio corporis et animæ, vel potius partis animalis cum rationali. Pisida, *Hexaem.*, v. 1431 et 1439, animam vocat σφῆνα, *cuneum*, qua vita humana retinetur.

76. Pisida aperte alludit ad fabulam Minotauri, quem labyrintho fuisse inclusum veteres tradiderunt. Virgilius, *Æn.* VI, 27:

Hic labor ille domus, et inextricabilis error.

Vide etiam Ovid., *Metam.* VIII, 161. Post unionem animæ cum corpore duplicem ait Plato, *Tim.*, p. 42 et 86, exstitisse vivendi modum; qui enim rationem sequantur ducem, bonam, qui vero cupiditatum impetum, malam vitam vivere affirmabat: et eam fuisse humanarum cupiditatum perturbationem et intemperiem, ut orta inde sit ἀταξία, quæ vitam, ut ait Pisida, labyrintho similem faciat. Vide *Hexaem.*, v. 757 et 796.

78. Animæ et corporis dissidium indicat: *Caro enim*, ut Apostolus ait, Gal. V, 17, *concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur.* Similia in *Hexaem.*, v. 825.

80. Poeta videtur voluisse conferre fabellam Minotauri cum transmutatione Nabuchodonosoris, qui post sibi inflictam pœnam resipuit. Daniel IV, 31: *Et sensus meus redditus est mihi, et Altissimo benedixi: quia potestas ejus potestas sempiterna.*

86. Lege cum cod. Vat., εὐδιαφθόρου. Psal. CII, 15: *Homo sicut fenum dies ejus, tanquam flos agri sic efflorebit.* Sanctus Joan. Chrysost., *De superbia et inani gloria*, t. XII, p. 539: Τίνος ἕνεκα μέγα φρονεῖς, ἄνθρωπε, καὶ διὰ τί; ... γῆ καὶ σποδὸς εἶ, τέφρα καὶ κόνις, καπνὸς καὶ σκιὰ, χόρτος καὶ ἄνθος χόρτου. « Cujus causa altum sapis, o homo, propter quid? ... terra et cinis es, cinis et pulvis, fumus et umbra, et flos herbæ. »

90. Hæc, et quæ sequuntur circa humanam vitam scenæ comparatam, confer cum supra laudatis Patribus. Confer Maximum Tyrium in fine dissert. 17.

91. Vid. *Hexaem.*, v. 787.

92. Pantomimos, moriones, sanniones intelligit, qui gesticulantes in theatris quascunque personas repræsentabant. Cicero, *De orat.* II: *Quid potest esse tam ridiculum, quam sannio est? sed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipso.*

93. Scurræ, mimi, et cætera hujusmodi propudia γελοιασταί, et γελωτοποιοί olim dicti, quod omnia dicere et fingere sibi licere putarent, dummodo risum spectatoribus cierent.

99. Id. cod. μὴ λαθών, quod non placet. De pantomimis enim agitur, qui manuum, oris et pedum motione omnia taciti exprimebant. Hujusmodi gestus scite descripsit vetus poeta:

Tot linguæ quot membra viro: mirabilis est ars,
Quæ facit articulos, ore silente, loqui.

Digitized by Google

Καὶ μηδὲν εἰδὼς εἰδέναι δοκεῖν θέλει,
Διπλῆν ἔχων ἄνοιαν εἰς ψυχὴν μίαν,
Πλαστὸς σοφιστής, μωρὸς ἠττικισμένος·
Καὶ παίζεται μέν· πλὴν τέως φρονεῖ μέγα,
Ἕως παρέλθοι τοῦ βίου τὸ παίγνιον.
Οὕτω πέφυκε τῶν ῥεόντων ἡ φύσις,
Σκηνῆς ἀδελφή, συγγενὴς ἐνυπνίων·
Παρέρχεται γὰρ πᾶς ὁ τοῦ τύφου σάλος,
Ὡς ὕπνος, ὡς ὄνειρος οὐκ ἔχων στάσιν·
Καὶ πολλάκις χυθέντα, καὶ τεθρυμμένον
Ἐν τῇ καθ' ὕπνον τῶν λογισμῶν ἐνστάσει
Ἀναπτεροῖ τὸν ἄνδρα τῇ κούφῃ θέᾳ.
Κλέπτει δὲ τὸν νοῦν, καὶ μεταίρει τὴν φύσιν,
Ὥσπερ πονηρὸς τῶν φρενῶν ὀδοστάτης.
Καὶ πλοῦτον αὐτῷ μὴ παρόντα συλλέγει,
Καὶ σχηματουργεῖ τὰς ἐνύπνους ἀξίας,
Χαρᾶς ἀπράκτου δεικνύων ἐνδάλματα.
Καὶ μαργαρίτας λευκοδέρμους προσφέρει,
Καὶ τοὺς ἀδήλους τῶν πυραυγῶν ἀνθράκων
Λίθους ὑφάπτει, καὶ πυροῖ τὴν καρδίαν
Τοῦ μὴ λαβόντος, ὡς λαβόντος τὴν χάριν·
Οὐκ οἶδα πῶς τὸ πλάσμα τῶν ἐνυπνίων
Ὡς πρᾶγμα δεικνὺς, καὶ φρενοφθόρῳ βίῳ
Αἰσθητικὴν δρῶν τὴν ἀναίσθητον πλάνην.
Πλὴν μικρὸν οὔπω καὶ παρῆλθεν ἡ χάρις·
Εὐθὺς γὰρ αὐτὸν ζημιοῖ τῆς οὐσίας,
Ἄφωνος ὄρνις, ἄγγελος τῆς ἡμέρας.
Κλέπτουσι γάρ που καὶ τοὺς φίλους αἱ τύχαι,
Δι' ὧν ἔχουσι σαρκικῶν ψυχαρπάγων·
Εἰ μήτις αὐτοῖς σωφρονῶν ἀντεμβάλοι

lat: nihil scit, et tamen omnia se scire vult videri. Mens quidem illi una est, sed duplex stultitia: vere fictus sophista, et fatuus atticissans. Interea ille quidem ridetur: verum eo usque se jactat, ac sibi sapere videtur, donec hujusce vitæ acta fuerit fabula.

Atque hæc est fluxarum rerum natura, quas scenæ sorores, et insomniorum consanguineas vocare possis. Omnis enim Fastus tumor, velut somnus, aut insomnium, cui nulla inest firmitas, præterit atque evanescit. Ac profecto non semel fit, ut ille virum toto cubantem lecto, vinoque, et deliciis fractum, cum inter dormiendum fit varia cogitationum concursatio, ad inane spectaculum erigat atque adducat: æque enim ac ille pessimus humanarum mentium grassator et latro, clam Fastus suffundatur mentem, et immutat naturam; et nunc divitiarum acervos nullibi exsistentes congregat, et dignitates somnio conflatas repræsentat, imaginarii gaudii species inducens: nunc vero candida pelle obductas margaritas exhibet, et rutilantium carbunculorum latentes lapillos statim profert accensos, quibus nihil accipientis, æque ac si donum acceperit, pectus inflammat. Mirum sane quinam somniorum figmenta, veluti quid vere exsistens ostendat, et letali animarum pernicie ex insensibilibus principiis ad sensilem errorem humanam mentem traducat! Verum non multo post omnis perit gratia: avis enim garrire nescia, et diei nuntia ipsum repente mutat omnibus bonis. Non semel enim fit, ut per carnis illecebras, quæ animam alliciunt et perdunt, suos ipsos amicos fallat Fortuna: nisi quis sibi catus consulens Fortunam ipsam, moderationis remedio prudenter adhibito,

NOTÆ.

102. Dupliciter stultos vocat scenaticos homines; vel quia, ut mox dicit, sint ficti sophistæ, et fatui quidam oratores, utpote qui signis et gestis tantummodo res exprimere conentur, vel quia nihil sciunt, et tamen omnia se scire fingunt: quod ex Platonis sententia est maximum peccatum, aut maxima est ignorantia, ex qua omnia peccata fluunt. *Alcib.* I, pag. 117: Τίνες οὖν οἱ ἁμαρτάνοντες; . . . ἢ ἄλλοι λείπονται, ἢ οἱ μὴ εἰδότες, οἰόμενοι δ' εἰδέναι; « Quinam sunt igitur illi, qui peccant? . . . an alii quam ii qui, cum ignorent, se tamen scire opinantur? »

103. Confer sanctum Basilium, *Serm. de virt. et vit.*, pag. 475, auctoribus scenicis falsos philosophos comparantem.

106. Vide Iambos superius relatos ex sancto Gregorio Nazianzeno ad versum 17.

111. Cod. Vat. ἐκστάσει.

113. Eumdem præstat effectum superbia, et diabolus, id est peccatum, et pareus peccati: nempe ut homines fallat, et per inanes rerum species ludificet. Confer hos iambos cum iambis *Hexaem.* a vers. 769 ad vers. 822, sibi enim invicem ferunt lucem.

115. In *Hexaem.*, v. 816, dixerat de diabolo:

Θέλγει γὰρ ἡμᾶς, μηδενὸς προκειμένου,
Κάλλος παριστᾷ, μηδενὸς κινουμένου.

Idem paucis expressit sanctus Joan. Chrysost. *De divit. et paupert.*, tom. XII, pag. 506: Οὐκ ἐννοοῦμεν τοῦ διαβόλου τὴν κακουργίαν, ὃς διὰ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα ἡμᾶς ἀφαιρεῖται· καὶ δίδωσι πηλὸν, ἵνα ἁρπάσῃ οὐρανόν· καὶ δείκνυσι σκιὰν, ἵνα ἐκβάλῃ τῆς ἀληθείας· καὶ ἐν ὀνείροις φαντάζει· τοῦτο γὰρ ὁ παρὼν πλοῦτος, ἵνα ἡμέρας γενομένης δείξῃ πάντων πενεστέρους· « Non advertimus dolum malum diaboli, qui parvorum objectu magna nobis adimit: lutum dat, ut cœlum rapiat; umbram ostendit, ut veritate excludat: in somniis imagines objicit: hoc enim sunt præsentes divitiæ, ut adveniente die, pauperrimos omnium ostendat. »

118. Vide *Hexaem.*, v. 1644.

119. Id. cod., Καὶ τὰς ἀδήλους. Vide *Hexaem.*, v. 1650.

124. De somniis vide Lucretium, qui lib. IV, 815, docet:

Ut nos in fraudem induimus, frustremur et ipsi.

Quid Pisida velit dicens ex insensili in sensilem errorem nos deceptos adduci, constat ex *Hexaem.*, v. 771 et 820. Nisi malis cum cod. Vat. legere pro πλάνην, χάριν, tunc enim idem hic est sensus, ac supra in vers. 115.

127. Versus plane necessarius, quem ex eodem cod. supplevimus. Ἄφωνον, *mutum alitem* hic gallum nuncupat, quem in *Hexaem.*, vers. 1113, μεγιστόφωνον, *magnæ vocis alitem*, dixerat. Scite utrumque; gallus enim cum interdiu sileat, mane tantum videtur cantare, ut nos stertentes, et somno sepultos excitet, et ab insomniis revocet.

128. Id. cod., Κλέπτουσι γάρ πως τοὺς φιλόγκους αἱ τύχαι.

Digitized by Google

Τὸ γνωστικὸν φρόνημα τῆς συμμετρίας·
Ὡς μήτε χαύνως, μήτε μὴν ὑφειμένως
Κινῶν τὰ νεῦρα τῶν ἐν ἡμῖν ὀργάνων,
Λύσει τὸν ἁρμόζοντα τῇ ψυχῇ τόνον,
Μηδ' αὖ βιαίᾳ, καὶ βαρείᾳ συντάσει
Φύρει τὰ κοινὰ ταῦτα τοῦ βίου βέλη·
Ἴσῳ δὲ ῥυθμῷ συμβάζει τὴν λύραν·
Ὡς ἂν δι' αὐτῆς ἀσφαλῶς ἡρμοσμένης,
Καὶ τῶν λογισμῶν ἡρεμῶσι θηρία·
Ὅτε σφαλεῖσα τοῦ πρέποντος ἡ φύσις
Πρὸς θηριώδεις ἐκτραπῇ μετουσίας·
Ἀνὴρ γὰρ οὗτος δείκνυται πεπηγμένος,
Ὑπερβεβηκὼς τῆς πλάνης τὰ δίκτυα,
Καὶ τοὺς ἁλίσθους τῆς ἀειστρόφου Τύχης.
Ἡ γὰρ παρ' ἄλλοις ὠνομασμένη Τύχη,
Ὅσον ἂν ἀρθῇ πᾶς ὁ τοῦ τύφου σάλος,
Βράζει δοκήσει, καὶ διαῤῥεῖ τῇ φύσει,
Καὶ πρὸς μέγαν κίνδυνον ἦρται καὶ φόβον·
Ὡς οἱ διατρέχοντες ἐκτενεῖ σκέλει·
Ὡς οἱ πρὸς ὕψος ἐν μεταρσίῳ τάσει
Σχοίνους διατρέχουσιν ἰσχνοσυνθέτους·
Εἴ που παρασφαλῶσι τῶν ὑψωμάτων,
Ἐν τῷ βάθει πίπτουσι τῶν συντριμμάτων.
Εἰ δ' αὖ ταπεινός ἐστι, καὶ βλέπει κάτω,
Πρὸς ὕψος ἦρται, καὶ πλέον τοῦ Περσέως,
Κἂν μὴ πτεροῦται, καὶ φονεύει Γοργόνας,

corrigat, atque emendet : adeo ut nec laxius, nec remissius, quam par est, organorum nervis agitatis, ea, qua constat anima, dissolvatur intensio, neu contra tam valida, et gravi tensione ipsi nervi impellantur, ut hæ cordæ, quibus hominum vita sustentatur, effringantur : sed æquali quadam ratione, et modulo ita quisque lyram temperet, ut cum ea fuerit recte, firmiterque accommodata, cogitationum etiam monstra conquiescant : quandoquidem a decoro discessit decepta natura, et in belluinæ sortis participationen concessit.

Fortem sane virum, ac dimoveri nesciam se præstat, quisquis erroris retia, et semper variabilis Fortunæ lubricas semitas evadit atque contemnit. Quæ vulgo enim vocatur Fortuna, nihil est: quippe quantumvis in altum fastuosi fluctus attollantur, specie quidem æstuare ac fervere videntur, sed sua natura diffluunt ac labuntur, nec nisi ad magnum metum et periculum attolluntur; velut ii, qui in altum elati per aeris tractum extenso crure, et tenui gressu per funem inambulant : si forte enim vel tantillum in unam, aut in alteram partem propendeant, repente a summo fastigio in imam terram cadunt fracti, atque concisi. Contra vero si quis humili gradu incedat, et deorsum spectet, in altu evehitur, et, ipso Perseo, quamvis

NOTÆ.

131. Animi et corporis morbi secundum Platonem inde enascuntur, quod inter utrumque ξυμμετρία non conservetur. Hæc autem symmetria est quædam moderatio, et partium concinna mensura, qua fit, ut *singula quæque locum teneant sortita decenter*, et suum officium expleant. Melius Plato, *Tim.*, pag. 87, qui Pisidam opportune illustrat : Πᾶν δὴ τὸ ἀγαθὸν, καλόν· τὸ δὲ καλὸν, οὐκ ἄμετρον· καὶ ζῷον οὖν τὸ τοιοῦτον ἐσόμενον, ξύμμετρον θετέον ... πρὸς γὰρ ὑγείας τε καὶ νόσους οὐδεμία ξυμμετρία, καὶ ἀμετρία μείζων ἢ ψυχῆς αὐτῆς πρὸς σῶμα αὐτό. « Omne bonum, pulchrum : pulchrum vero mensura et modo carere non potest. Ideoque animal, quod hujusmodi futurum est, convenienti mensura moderatum esse oportet ... Porro ad bonam et malam valetudinem, ad virtutes et vitia, nulla moderatio, vel immoderatio majoris momenti, quam animæ ad ipsum corpus esse videtur. » Proinde idem philosophus temperantiam, quæ est ipsa moderatio, sæpe commendat, ac præsertim in *Gorgia*, et in libris *De legibus*; quod ea sit virtutum omnium origo, ipsamque virtutem εὐρυθμίαν, εὐαρμοστίαν, ἁρμονίαν, συμφωνίαν, et μουσικὴν ψυχὴν passim appellat.

134. Cod. Vat. λύσῃ.

136. Confer hæc omnia cum Platone *ibid.*, p. 88, ubi tradit, quæ sit ratio regendi corporis. Vide etiam lib. II *De leg.*, p. 675. Cod. Vat. legit φύρῃ, et τὰ μέλη, quod non placet : perit enim allegoria, qua spiritum et corpus una simul colligatum lyræ convenienter temperatæ poeta assimilat. Nos ea de causa βέλη, *chordas*, vertimus.

137. Quid sit lyra, de qua Pisida, patet ex adducto ad vers. 131, Platonis testimonio. Vide *Hexaem.*, v. 681, ubi corpus σαρκικὴ λύρα vocatur.

139. Id. cod., τὰ τῶν.

140. Supra v. 76 annotavimus Platonem putasse, ex sola animi cum corpore conjunctione nativam, et hæreditariam in nobis exstitisse pravæ cupiditatis labem. Pisida recte, ut Christianum decet, ad originale peccatum naturæ humanæ corruptionem refert.

142. Ἀνὴρ πεπηγμένος est vir sapiens, in suo instituto firmiter persistens. Hunc Horatius, III, od. 3, vocavit

Justum et tenacem propositi virum,

quem res nulla mente quatit solida : nam virtus huc illuc agi *arbitrio popularis auræ* non patitur, sed ut Claudianus Carm. XVII, 4, cecinit :

Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis, immotaque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

146. Deest hic versus in eodem cod., quem plane supervacaneum judicamus.

149. Etiam hic versus est περισσός, nec in eodem cod. reperitur.

151. Schœnobatas, vel funambulos, quales nostris etiam temporibus lucri gratia per orbem vagantur, ex sculptis veterum gemmis expressit Mercurialis. *De art. Gymnast.* III. 5. Manilius autem cum Pisida conveniens ita descripsit, v. 652 :

. . . . . *aut tenues ausus sine limite gressus*
Certa per extentos ponit vestigia funes,
Et cœli meditatus iter fastigia perdit
Per vacuum, et pendens populum suspendit ab ipso.

153. Credibile est iis, qui schœnobaticam exercebant, sæpius accidisse, ut caderent, collumque frangerent. Proinde in Julio Capitolino *Vit. M. Antonini*, pag. 339, legimus : « Funambulis post puerum lapsum culcitras subjici jussit, unde hodieque rete prætenditur. »

154. Humilitatem tacitus commendat, de qua plura infra.

156. Id. cod. melius ἀνωπτεροῦται. De Perseo, qui Gorgonas occidit, Medusæ caput amputavit, Andromedam virginem scopulo illigatam, cete interfecto, liberavit, vide Ovidium *Metam.* IV, et Mythologos, qui hujus fabulæ sensum ad mores accommodant. Natalis Comes mire cum Pisida consentit.

Digitized by Google

Τὰς δυσπροσώπους τῆς πλάνης ἁμαρτίας,
Αἳ τοὺς πρὸς αὐτὰς ἐκτενῶς θεωμένους
Λίθους μεταλλάττουσιν ἐμψυχωμένους,
Καὶ πρὸς τὸ κῆτος τῶν παθῶν τετραμμένους,
Τὸ μὲν φονεύει τῷ μεταρσίῳ δρόμῳ,
Σώζει δὲ σεμνὴν παρθένον τὴν καρδίαν.
Εἰ γὰρ μαθητιῶν τις ἐμφρόνως θέλοι
Μαθεῖν ἑαυτὸν, πᾶσαν ἔγνω τὴν φύσιν·
Καὶ κοσμικὴν φρόνησιν εἰκότως ἔχει
(Σμικρὸς γάρ ἐστι κόσμος ἀνθρώπου φύσις)·
Καὶ μηδὲν εἶναι σωφρόνως πεπεισμένος
Ἄνω βαδίζει τῷ βεβηκέναι κάτω·
Φεύγει δὲ τιμὴν τὴν καλὴν ἀτιμίαν,
Πολλήν τε δόξαν τὴν ἀδοξίαν ἔχει·
Ἅπερ γὰρ ὕβρεις εἰσὶ τοῖς τιμωμένοις,
Ἐπαινός ἐστι ταῦτα τοῖς ὑβρισμένοις.
Ἡ γὰρ παρ' ἄλλοις ὠνομασμένη Τύχη,
Εἰκών τίς ἐστιν ἀπρεποῦς ὀρχηστρίδος
Ἐν τοῖς ἑαυτῆς ἀντικλωμένης στρόφοις,
Καὶ χειροτονούσης τοῦ βίου τὰ πλάσματα

non volet, expeditior, Gorgonas, id est horrenda visu peccata, quæ homines intenta oculorum acie in se spectantes in saxa animata convertunt, mactat: tum contra cete libidinum conversus, hoc ipsum plane monstrum celerrimo cursu, vel potius volatu trucidat, et cordis venerandam virginem conservat. Quippe si quis sciendi cupidus, qua decet prudentia, seipsum velit addiscere, rerum ille omnium naturam plane noverit, ac vere mundi prudentiam se esse assecutum dixerit; parvus enim mundus est humana natura: ac tum quidem nihil esse sex doctus, atque persuasus, sursum ascendet gradiens deorsum; famam fugiet velut certam infamiam; magnumque dedecus putabit gloriam; quæ enim viris in honore positis sunt convicia, injuria lacessitis sunt præconia.

Ac revera quæ vulgo Fortuna appellatur, indecentis saltatriculæ est imago, quæ seipsam variis pedum flexibus, ac gyris versat, et manuum motione, et gestibus, veluti quibusdam rerum non

NOTÆ.

157. Cod. Vat. τὰς διπροσώπους, quod non placet: nemo enim tradit bifrontes fuisse Gorgonas.

158. Ovidius *Met.* IV, 778, Gorgonum domus describens:

. . . . . *passimque per agros*
Perque vias vidisse hominum simulacra, ferarumque,
In silicem ex ipsis visa conversa Medusa

160. Lege cum eod. cod. τετραμμένος.

163. Vid. *Hexaem.* v. 633.

165. Plato in *Tim.* pag. 72, prudentiæ vim describens ait: Ἀλλ' εὖ καὶ πάλαι λέγεται· τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὑτοῦ, καὶ ἑαυτοῦ, σώφρονι μόνῳ προσήκειν· « Sed recte antiquo proverbio pronuntiatum est, seipsum et quæ sibi conveniunt noscere et facere, ad sobrium et prudentem hominem pertinere. » Sanctus Joan. Chrysost. *Hom. de humil. animi*, tom. XII, pag. 490: Ἀναλόγισαι τὴν φύσιν σου, καὶ τὴν κατασκευὴν, καὶ ἀρκεῖ σοι τοῦτο πρὸς τὸ κατεστάλθαι διηνεκῶς. « Reputa tecum naturam tuam, et fabricam, et sufficit tibi istud, ut perpetuo te in officio contineas. »

166. Morellio hic versus lacunæ suspicionem movit. Ego nihil deesse puto. Hoc ipsum enim, quod homo sit parvus mundus ex sententia Platonis dictum est, qui humanam prudentiam in sui cognitione sitam esse censet, ut passim in libris *De legibus*. De homine vero μικροκόσμῳ, *Tim.* pag. 69, sic locutus est: Ἀλλὰ πάντα ταῦτα πρῶτον διεκόσμησεν, ἔπειτα ἐκ τούτων πᾶν τόδε ξυνεστήσατο, ζῷον ἕν, ζῶα ἔχον ἄπαντα ἐν αὑτῷ θνητά τε ἀθάνατά τε. « Sed hæc omnia primum in ordinem composuit opifex Deus, deinde ex his hoc universum constituit, animal videlicet unum, quod omnia in se animantia complecteretur, et mortalia, et immortalia. » Ac sanctus Gregorius Nazianzenus *Carm. iamb.* XVIII, 116, magnum etiam mundum hominem appellavit, eo quod præter ea quæ in sensibili mundo conspiciuntur, etiam rationalem animam in se contineat, qua angelis quam proxime accedit:

Ὃν κόσμον ἄλλον, οἷον ἐν μικρῷ μέγαν.
Quem mundum alterum dixero, *quasi in parvo* [*magnum.*

Quam suam opinionem sanctus Theologus confirmat atque explanat in orat. 42, pag. 680.

167. Sanctus Joan. Chrysost. loc. cit. Οὗτος γὰρ μάλιστά ἐστιν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων· « Hic enim maxime se novit, qui nihil se esse putat. »

169. Id. cod. Φέρει δέ. Confer hos iambos cum iambis *Hexaem.* 786 et seqq.

171. Pulcherrima sententia, quam omnes Patres illustrant, ac præsertim sanctus Joannes Chrysost. *De mansuet.* tom. XII, pag. 425, necnon sanctus Basilius *De patientia et longanim.* tom. III, p. 549, qui ex veterum philosophorum exemplis convicia fortiter esse ferenda demonstrat. Beati enim sunt ii qui digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

175. Elegans saltatricis descriptio, quam Panaretam pantomimam esse dixeris ab Aristæneto in epist. 26 ita laudatam: Ὀνομάσω ῥήτορα; προσείπω ζωγράφον; καὶ πράγματα γράφεις, καὶ λόγους παντοδαποὺς ὑποκρίνεις· καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχεις εἰκών· ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης, χειρὶ πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη· καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς ἄλλοτε πρὸς ἄλλο μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς πρὸς τὴν εὔμουσον τῶν ὑποχρημάτων ᾠδήν· ὁ δὲ δῆμος ἀνέστηκέ τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος, καὶ φωνὰς ἀμοιβαίας ἀφίησιν ἐμμελῶς, καὶ τῷ χεῖρε κινεῖ, καὶ τὴν ἐσθῆτα σοβεῖ· ἔπειτα συγκαθήμενοι διηγεῖται καθ' ἕκαστον ἄλλος ἄλλῳ κινήματα πολυτρόπου σιγῆς· καὶ πᾶς θεατὴς ὑφ' ἡδονῆς χειρονόμος εἶναι πειρᾶται. « Oratorem te dicam, an pictorem? et res pingis, et sermones omnimodos repræsentas, et naturæ totius refers imaginem: pro coloribus siquidem et lingua, manu multiformi, variisque motibus uteris; ac veluti Proteus e Pharo varias te in species vertis juxta sonorum canticorum melos. Populus interea rectus ac mirabundus astat, et voces alternas melodice respondet, manusque movet, et vestem quatit: dein sedentes singuli singulis varios artis silentiariæ motus explicant. Ita quivis e spectatoribus præ voluptate pantomimus fieri enititur, etc. » Varia saltationum genera Bulengerus, *De theatro*, I, 52, et Mercurialis, *De art. gymnast.* II, 6. Turpem saltationem hic indicat Pisida, qualis erat Ionica, de qua Horatius, III, od. 6:

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, etc.

176. Pro χειροτονούσης forsan legendum χειρονομούσης, nam χειρονομία vocabatur ars illa, juxta quam certis legibus manus et pedes inter saltandum movebantur: unde Eustathius dixit ὀρχεῖσθαι χερσὶ, χειρονομεῖν σκέλεσι, « Saltare manibus, gestum agere cruribus. »

Digitized by Google

Σκιαῖς ἀμυδραῖς οὐχ ὑπόντων πραγμάτων·
Ἡ θρύπτεται μὲν ἀπρεπῶς ὀρχουμένη,
Στρέφει δὲ πυκνὰ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων
Πρὸς οὓς τὸ χαῦνον ὄμμα λοξῶσαι θέλει.
Εὐθὺς δὲ πέμπει πρὸς τὸν ἄλλον τὴν θέαν,
Συναστατεῖν θέλουσα τῇ θεωρίᾳ·
Μορφοῖ δὲ πολλὰ, πάντα μὲν μιμουμένη,
Μηδὲν δὲ δρῶσα τῶν ἀεὶ πεπηγμένων.
Ἡ μαχλὰς ὄντως, ἡ ποθεῖ μὲν οὐδένα,
Ἐρᾷν δὲ παντὸς σχηματίζεται πόθου.
Ἄλλοις μὲν ἀρχαὶ, καὶ θρόνοι, καὶ βήματα,
Οἷς εἰσιν ἔχθραι συμφυεῖς, καὶ φροντίδες·
Ὅσοις δὲ νοῦς πέφυκεν ἐστηριγμένος,
Θρόνοι προσευχαὶ, καὶ λόγοι τὰ βήματα.
Ἄλλοις προσηνὲς τὸ θρασύγλωσσον στόμα,
Σοφῷ δὲ σιγὴ, καὶ γαλήνη καρδίας.
Ἄλλοις ἐραστὸς ὁ φρενοβλαβὴς φθόνος,
Χρυσοῦν δὲ μῆλον ἡ φονοσταγὴς ἔρις·
Τοῖς δ' αὖγε σεμνοῖς ἡ κατὰ φθόνου μάχη.
Ἔρις δὲ μέχρι τοῦ πατάξαι τὴν ἔριν.
Καὶ τοῖς μὲν ἡδὺ τῆς τροφῆς τὸ φορτίον,
Τὸ πρὸς νόσους ὄγκημα τῆς ἀπλησίας·
Σοφοὺς δὲ λιμὸς καὶ ποτίζει, καὶ τρέφει,
Ὁ τοῖς ὀνείροις μὴ βαρύνων τὴν φύσιν.
Ἄλλους ὁ πλοῦτος ζημιοῖ τῇ προσθέσει·
Σεμνοῖς δὲ κέρδος εὐσεβοῦσα ζημία.
Ἄλλοις περισπούδαστος ἡ προεδρία,
Ὁ τερπνὸς οἶκος, ἡ πενιχρὰ τερπνότης,
Τὸ σαθρὸν εὐτύχημα τοῦ νόθου κλέους·
Τῷ δὲ φρονοῦντι πᾶσα γῆ προεδρία·
Κοινὴ γὰρ ἡ γῆ πρὸς θρόνους τε καὶ τάφους.
Εἰ μή τις ἡμᾶς ζῆλος ἐνσάρκου πάθους
Δάκνει βλέποντας ἀξίας ἀναξίους
Τοῦ Στέντορος γὰρ ἐκβοῆσαι μειζόνως,

exsistentium obscuris signis, vitæ figmenta adumbrat, ac dum obscene saltans diffluit luxuria, acies oculorum in eos torquet, in quos suos mavult putres oculos deflectere : sed statim in alios obtutum defigit, id unum agens, ut semper varium et instabile præbeat spectaculum. Ita se contorquens varias figuras effingit, imitatur omnia, sed nihil præstat, quod idem semper sit ac firmum : vere meretrix, quæ neminem prorsus amat, aut desiderat, et summo tamen affectu et desiderio deperire simulat.

Sunt qui nihil aliud præterquam imperia, thronos, et suggestus inhient; iis enim insitæ sunt inimicitiæ et curæ : at illis, qui mentem habent bene firmam et erectam, throni sunt preces, et suggestus sacri sermones. Sunt, quibus nil magis jucundum, quam os habere plenum audaciæ : at viro sapienti nihil magis cordi est, quam silentium et serenitas cordis. Sunt, qui livore invidiæ, quæ mentium est pestis teterrima, gaudent teneri, et aurea quidem, sed sanguinem stillantia litium poma amant decerpere : honesto autem viro una est contra invidiam dimicatio, et in dirimendis, exterminandisque contentionibus unica contentio. Sunt etiam, quibus nihil suavius, quam onerare ventrem cibo, qui morborum ex ingluvie nascentium est vehiculum : sapientibus vero pro potu, et cibo est ipsa fames, quæ mentem somniis non onerat. Ac multi quidem augendarum divitiarum cura torquentur : probis e contrario viris jactura pietati consentiens lucrum est. Quidquod aliis nulla major cura, quam in urbe principe primas tenere, et renidenti domo gaudere, quæ tamen misera est delectatio, et falsæ gloriæ futilis felicitas? Viro autem sapienti quælibet terra est prima sedes; terra enim tam ad thronos, quam ad sepulcra æqualiter patet : nisi forte ex quodam pravo nostræ carnis affectu urimur invidia, quod

NOTÆ.

182. Cod. Vat pro θέλουσα legit σπεύδουσα. Similia habet Nonnus, lib. II *Dionysiac.*:

. . . . . ἀγρομένῳ δὲ
Ὄμματα μοῦνον ἔθελγεν, ὅτε στροφάδεσσιν [ἑρωαῖς
Ὀρχηστὴρ πολύκυκλος ἐλίσσετο λαίλαπι [ταρσῶν
Νεύματα μῦθον ἔχων παλάμην στόμα δά- [κτυλα φωνήν.

« Populo congregato solos oculos demulcebat, quando volubili impetu saltator multos orbes conficiens agitabatur celeri planta, habens nutum pro sermone, manum pro ore, digitos pro voce. »

185. Quæ de variis hominum studiis tradit Pisida, secundum evangelicam doctrinam dicta sunt : ea tamen a placitis veterum philosophorum parum-sane discrepant : ut ex solo Enchiridio Epicteti intelligere est. Proinde Pisidæ sententias aliorum sententiis confirmare supervacaneum ducimus.

191. Leguleios ac blaterones, opinor, carpit.

192. Id. cod. καρδία.

193. Id. cod. melius : Ἄλλοις ἐραστὴς ὁ φρενοβλαβὴς ἔρως.

197. Id. cod. τῆς τρυφῆς τὸ χωρίον.

198. Plato, *Tim.* pag. 82 : Τούτων παρὰ τὴν φύσιν πλεονεξία. . . στάσεις καὶ νόσους παρέχει. « Horum præter naturam excessus . . . intestinam quamdam seditionem, et morbos importat : » unde decantatum illud Hippocratis πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, « omne nimium naturæ inimicum. »

200. Id. cod. οὐ βαρ. Eccle. v, 11 : « Dulcis est somnus operanti, sive parum, sive multum comedat : saturitas autem divitis non sinit eum dormire. »

202. Id. cod. εὐσεβοῦσα καρδία.

204. Id. cod. melius ὁ πτωχὸς ὄγκος, ἤ.

206. Simile est illud πᾶσα γῆ πατρίς, « quævis terra patria : » unde Socrates cujas esset interrogatus, κοσμικὸν, mundi civem, se esse respondit. Vide Erasmum *Aday.* pag. 481.

207. Id. cod. melius πρὸς θρόνους, καὶ τοὺς τάφους.

209. Id. cod. ἀναξίους, et ἀναξίων. Eccle. x, 5 : « Est malum, quod vidi sub sole . . . positum stultum in dignitate sublimi, et divites sedere deorsum. Vidi servos in equis, et principes ambulantes super terram quasi servos. »

210. Id. cod. melius, ἐκβοήσω. Homerus *Il.* τ. 785:

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ
Ὅς τόσον αὐδήσας χ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.
Stentori similis magnanimo, æream vocem habenti.
Qui tantum vociferabatur, quantum alii quinquaginta.

Digitized by Google

Ὡς τῶν καλῶν μὲν οὐ καθαρτέον ψόγος,
Εἰ καί τις αὐτοὺς λοιδορῶν ἐπικλύσει·
Τὸν δ' αὖ πονηρὸν οὐδὲ μορφῶσαι θέλων.
Ὥσπερ κολοιὸν ἐκ πτερῶν ἀλλοτρίων,
Ἔπαινον οἵδε τὴν ἀμορφίαν τρόπων.
Παρέρχεται γὰρ ἡ παροῦσα λαμπρότης,
Καὶ πᾶσα δόξης ἀστατοῦσα κουφότης,
Ἐκτείνεται δὲ, καὶ πάλιν συστέλλεται·
Ὥσπερ πονηρὸς ταῖς ἑλίξεσι δράκων
Δοκεῖ τετᾶσθαι, καὶ πλέον συστέλλεται.
Ὡς ἂν μάθοιμεν τοὺς ὑπέρφρονας τρόπους,
Ὄφεις νομίζειν, καὶ δρακόντων ἐκγόνους.
Οὕτω παρέρπει πᾶς ὁ τοῦ βίου δρόμος,
Καὶ παντὸς ὄγκου συστολὴ τεθρυμμένη,
Ὡς πομφόλυξ σφύζουσα καὶ φυσωμένη·

A Καὶ πρὸς μὲν ὕψος τῷ δοκεῖν ἐπηρμένη,
Εἰ δ' αὖ τι μικρὸν ἐν μέσῳ λελῃθότως,
Ἢ κάρφος, ἢ ψιξ, ἢ σταγὼν παρεμπέσοι,
Ἀνετράπη τὸ κοῦφον εἰς τοὐναντίον,
Καὶ τῇ βιαίᾳ προσβολῇ συνεστάλη.
Ἀλλ' ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς Ἐκκλησίας,
Ὁ πατρικὸς νοῦς, ἡ ταπεινὴ καρδία·
Εἰ καὶ πέτῃ γὰρ, καὶ τὸν αἰθέρα τρέχεις,
Ταπεινὸς ἦσθα, καὶ συνέρχῃ τοῖς κάτω·
Σὺ δεῖξον ἡμῖν γνωστικωτέρῳ τρόπῳ,
Πῶς ἔστιν εὑρεῖν ἐκδρομαῖς ἀντιστρόφοις
Τὸ πτωχὸν ἦθος, οὐρανοδρόμον φύσει·
Ἐναντίαις δὲ πῶς χαμαίζηλος μένει
Ὁ πτωχὸς ὄγκος, καὶ προσήλωται κάτω.
Ὡς οὐκ ἀκόμψως, ὡς δοκεῖ μοι, καὶ Πλάτων

indignis collatos honores videamus. Stentore enim ipso fortius illud inclamabo, non opus esse probis viris ut se purgent contumeliis, quamvis undique obruantur conviciis : improbum autem ne graculo quidem alienis amicto pennis velim assimilare, qui morum deformitatem laudi sibi esse ducat.

Præterit enim quam citissime hujusce præsentis vitæ splendor, et mirum quanta sit humanæ gloriæ levitas et inconstantia, quæ si vel paululum extenditur, confestim contrahitur : quemadmodum malignus ille draco suis se intorquens spiris solet, cujus ea est versutia, ut distendi videatur, ac statim se colligat : unde facile superborum quæ sit natura discitur, eosque pro serpentibus, et draconum natis habendos esse dignoscitur.

Atque ita quidem labitur omnis vitæ cursus, omnisque terrenarum voluptatum tumor fractus disjicitur, ut bulla saliens, et inflata vento, quæ specie quidem videtur in sublime ferri : verum si vel mi-

B nimum quid in ipsam clanculum irrepserit, et festuca, mica, vel gutta inciderit, statim contrarius oritur effectus; tumor enim, et levitas evanescunt, et supervenientis corporis vi et impetu comprimuntur.

Ast, o refulgens ocelle Ecclesiæ, o mens paterna, et cor demissum et humile (quamvis enim evoles in altum, et æthera transcurras, vere humilis es, et terrenis immorari non dedignaris) : tu pro tuæ rationalis, perfectiorisque scientiæ modulo nobis ostende, quanam ratione pauperem quidem illum, et tamen sua natura pervadentem cœlos animi affectum consequi quis possit, quo retro quis se referens, et presso pede retrocedens semper proficit; et quomodo e contrario miser Fastus in altum

C semper assurgere contendens deorsum truditur, et hæret humi : adeo ut non inepte, ut mea est sententia, etiam Plato scripserit, superbiam esse penitus infixam humano cordi, eique inhærere tanquam

NOTÆ.

211. Cod. Vat. οὐ καθεύπτεται. Forsan legendum καθάπτεται, « honestos viros non tangunt convicia. » Vide supr. v. 172.

215. Morellius lacunam hic exsistere suspicatur : sed non video ullum esse locum suspicioni. Scite enim graculo poeta comparat impios, qui opes, honores et quæ aliena sunt, sibi vindicant, mores autem, qui cujusque sunt proprii, non curant. Vid. Erasmum Αἰσώπιος κολοιός, ibi enim Pindari citatur locus, ad quem rexpexisse videtur Pisida.

215. Id. cod. τρέπειν, quod non placet.

219. Vid. similia in *Hexaem.* v. 711.

221. Sap. II, 24 : « Imitantur autem illum, diabolum, qui sunt ex parte illius. »

225. Id. cod. φυσῶσα καὶ σφύζουσα. Similia in *Hexaem.* v. 570, et in sancto Joanne Chrysost. *De prosp. et adversa fort.* tom. XII, pag. 465.

231. Sergium multis pollentem virtutibus, et tamen de se humiliter sentientem commendat. Exinde in humilitatis laudem, et superbiæ vituperationem se effundit.

233. Id. cod. Εἰ καὶ φέρῃ.

236. Jacob IV, 6 : « Superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam. » Omnis enim, ut est in Luc. XIV, 11, « qui se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. »

237. Sergii sermones οὐρανοδρόμους, « cœlum pervadentes » vocavit in *Hexaem.* v. 5.

238. Id. cod. Ἐναντίος δὲ πᾶς χαμ.

240. Insperanti mihi contigit ut in Athenæo deprehenderem, quod frustra in Platone conquisiveram. Cum enim ibi lib. XI, pag. 507, de vitiis Platonis sit sermo, hoc etiam de eo notatur : Ἦν δὲ ὁ Πλάτων πρὸς τῇ κακοηθείᾳ καὶ φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν, ἔσχατον τῶν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ἀποδύσεσθαι, ἐν διαθήκαις, ἐν ἐκκομιδαῖς, ἐν τάφοις, ὥς φησι Διοσκουρίδης ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι. « Præter morum et ingenii pravitatem, cupidior etiam gloriæ Plato fuit, qui dixerit, *postremam exuturum se gloriæ tunicam sub exitum vitæ* in testamento conficiundo, mandandis, quæ fieri vellet, dum cadaver efferretur, ac exstruendo sepulcro, ut testatur Dioscorides in suis Commentariis. » Hanc igitur Platonis sententiam nobis servavit primum Dioscorides, deinde Athenæus, ac demum Pisida, ad quam illustrandam Isaacus Casaubonus multis aliorum auctorum testimoniis utitur, et hunc ipsum locum Pisidæ citat opportune, sed et, quod minime erat necessarium, emendat : nam pro ὡς οὐκ ἀκόμψως . . . quod est in textu, vult omnino scribi ὃν οὐκ ἀκόμψως . . . sed nulla ratio legenti suadebit, ut Casauboni emendationem recipiat. Platonis sententiam explanat Simplicius, *in Epict.* cap. 48 : Ἔσχατος λέγεται τῶν παθῶν χιτὼν ἡ φιλοδοξία, διότι τῶν ἄλλων πολλάκις δι' αὐτὴν ἀποδυομένων, αὐτὴ προστέχεται μᾶλλον τῇ ψυχῇ. « Extrema

Digitized by Google

Προσεμπεπάρθαι συγγράφῃ τῇ καρδίᾳ,
Ὡς ἔσχατον χιτῶνα τῆς ἁμαρτίας.
Εἰ καὶ κατισχύσει γὰρ ἀνθρώπου φύσις
Ῥίψαι τὰ πολλὰ τῶν παθῶν καλύμματα,
Τὸν φορτικὸν χιτῶνα τοῦ τύφου φέρει.
Βρίθει δὲ τοῦτο μέχρι τῆς ᾅδου πύλης.
Μᾶλλον δὲ πάντων τῶν παθῶν νεκρουμένων
Τύφος τελευτᾷ, οὐδὲ γηράσαι θέλει.
Ψυχῆς γάρ ἐστιν ὡς τὸ πλεῖστον ἡ νόσος,
Καὶ νοῦς ὁ πάσχων, ἡ νομὴ δὲ τοῦ πάθους
Ἰὸς δράκοντος· ᾧ γὰρ ἐβλήθη βέλει,
Τούτῳ τιτρώσκειν καὶ τὸν ἄνθρωπον θέλει.

A

Ὁ νοῦς γὰρ ὥσπερ ἀσφαλὴς ἐπιστάτης
Πώλους ἐλαύνειν συμφυεῖς εἰθισμένος,
Τὰ δυσκράτητα τῶν παθῶν κινήματα,
Τὸν θυμὸν ἄγχει, τὸν δὲ τύφον δυσκόλως·
Ἐπιθυμίαν δὲ προσδραμεῖν ἠπειγμένην
Τῇ τοῦ λόγου μάστιγι συλλέγει, φόβῳ·
Μήπως ὁμοφρονοῦσα τῷ συνεργάτῃ
Θυμῷ, ταράξῃ τὸν διφροστάτην λόγον·
Μέσον δὲ τούτων εὑρεθῇ πεφυρμένον
Ὄχημα λαμπρὸν ἐκ Θεοῦ πεπηγμένον.

Λείπει τἆλλα.

ultimum indumentum peccati. Quantumvis enim in projiciendis plurimis, quibus otegimur, pravorum affectuum operimentis, connitatur humana natura, superbiæ onerosam vestem semper gestat secum, eoque pondere pressa usque ad Erebi portas protruditur. Ea namque est Fastus indoles, ut cum omnia cætera vitia sensim domari atque exstingui videantur, hoc unum ne ipso quidem senio confici aut mori velit. Vere enim est animi morbus mens est quæ patitur, et morbi pabulum est impii draconis venenum : qua enim ille perculsus est sagitta, hac ipsa hominem ferire tentat. Ac mens quidem, ut qui longo usu jugales pullos agere citra periculum scienter novit, violentos animi motus, quos ira ciet, facile coercet; superbiam vero frenare nescit : itemque cupiditatum appetitum contento cursu proruentem flagello rationis exterret; ne forte una cum administra, et comite ira consentiens aurigam, et ducem, quæ est ratio, de loco deturbet, ac proinde splendidus ille currus, qui tam bene firmiterque a Deo est constitutus, in contraria divulsus dilaceretur.

Desunt reliqua.

NOTÆ.

tunica reliquorum affectuum dicitur gloriæ cupiditas, propterea quod alios sæpe exuens, ipsa magis animo adhærescat. » Huc etiam Tacitus respexit, cum *Hist.* IV, 6, dixit, « Sapientibus cupido gloriæ extrema exuitur. »

241. Cod. Vat. συγγράφει.

249. Id. cod. melius, οὐδὲ γηράσας.

253. Omnia hæc, quæ de mente aurigæ comparata, currumque, id est spiritum, et corpus, una simul conjunctum regente, ait Pisida, ex *Phædro*, pag. 246 et 247, desumpta sunt. Conferat qui velit : præstat enim hic adhibere testem Maximum Tyrium, qui cum Pisida mirifice consentit, dissert. 25 *in fine* : Ἐπιθεὶς τὴν ψυχὴν, γηΐνῳ σώματι, ὡς ἡνίοχον ἅρματι, παραδοὺς τὰς ἡνίας τῷ ἡνιόχῳ ἀφῆκε θεῖν· ἡ δὲ . . . καὶ ἄρχει τοῦ ἅρματος, καὶ κολάζει τὰς τῶν ἵππων ὁρμάς· οἱ δέ εἰσιν ἀτεχνῶς παντοδαποὶ, ἄλλος ἀλλαχοῦ θεῖν διωρμημένοι . . . οὕτως ἅρμα ἐστασιασμένον παράττει τὸν ἡνίοχον· κἂν μὲν κρατήσῃ αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ δυναστεύοντος ἵππου ῥύμην ἄξων φέρεται, κ. τ. λ. « Animam mortali corpori Deus imposuit, tanquam aurigam plaustro, traditisque aurigæ in manum habenis, cursu suo ferri permisit. . . illa vero currum regit, et impetum castigat equorum. Illi contra in diversa ruunt, aliusque alio contendit . . . Ita currus in diversa distractus aurigam turbat. Quod si equis auriga feratur, nec currus habenas audiat, ibi potentioris equi impetum axis sequitur. » etc Porro hanc a Pisida doctrinam ex Platone haustam ita Cicero paucis explanat in princ. *Tusc. quæst.* I. « Plato triplicem fluxit animam, cujus principatum, id est rationem, in capite, sicut in arce posuit, et duas partes separare voluit, iram, et cupiditatem, quas locis disclusit; iram in pectore; cupiditatem subter præcordia locavit. »

260. Rationem διφροστάτην « aurigam » recte appellat : δίφρος enim est sella, a qua bigas moderatur auriga; bini autem equi, a quibus trahitur currus, sunt ira et concupiscentia. Utramque regit, et flagello exterret ratio, sed superbiam, vel φιλαυτίαν, quæ omnium animi perturbationum mater est, ipsa ratio nequit coercere.

261. Id. cod. μέσον δὲ τούτων.

Morellium secuti poematio adjunximus verba λείπει τἆλλα, quasi aliquid in fine desideraretur; verum nec in codice Vat., neque in Parisiensi ea verba leguntur, ac nihil hic deesse nostra plane est sententia.

FR. MORELLI SCHOLIA.

Vers. 13. Galenus in *Exhort. ad artes.*

59. *Tauri.* Ovidius *Metam.* VIII, 12.

70 *Rationis usu.* In eos, qui Dei imaginem, et rationis dignitatem, quam in se gerunt, oblitterant. Vid. Opificium mundi.

110. Basilius, *De humil.*; ut Gregorius Naz. *Tetr.* 53; Plato, *Politic.* IX, Cicero, I *De divinat.*

166. Versus inclusus lacunæ suspicionem affert.

193. *Cruentum jurgium.* Eadem figura *sanguineas rixas* dixit Horat. lib. I, od. 27.

201. *Jactura.* Simile est illud comici : *Pecuniam negligere in loco, lucrum est.*

208. *Videmus*, vel *videmus*, *dum gradu indigno suo.*

209. De Stentore Homerus, *Iliad.*, a quo proverbium *Stentorea vox.*

213. In Græcis est lacunæ, aut mendi suspicio.

250. D. Hieronymus in epist. Fabiolæ, *Difficilis*, ait, *arrogantia, quam auro caremus, et gemmis.*

Digitized by Google

MONITUM.

Severus, quem hic aperte suis iambis lacessit Pisida, et merito impium statim appellat, Sozapoli, una ex urbibus provinciæ Pisidiæ, natus est. Ejus vita scripta circumferebatur tempore Evagrii, qui ex ea videtur desumpsisse, quæ de Severo narrat : ait enim, *Hist eccl.* lib. III, cap. 33 : Ὡς τὰ περὶ τούτων τῷ συγγράψαντι τὸν Σεβήρου βίον ἀνείληπται, « ut pluribus refert, qui Severi vitam conscripsit. » Nunc autem ex eodem Evagrio, ex Liberati diacono Breviario cap. 19, ex Nicephori Historia, lib. XVI, cap. 19, et ex Actis concilii CP. sub Menna, ne recentiores scriptores memorem, quod ad Severum spectat petendum est. Vir fuit animo ferox, vafer ingenio, perditis moribus præditus, et ad omne scelus patrandum natura et arte instructus. In Ethnicorum ritibus, ut videtur, altus atque educatus, veneficiis, præstigiis, et magicis artibus operam primum dedit, tum Beryti causis dicendis vacavit, ac post in Phœniciam delatus sacrum baptisma in Ecclesia Tripolitana martyri Leontio dicata suscepit, et monachus factus est in monasterio, quod inter civitatem Gazam et oppidum Majumam in medio itineris positum erat. Ibi cum Petro Ibero, et Timotheo Æluro inita amicitia, unam in Christo naturam aperte, et palam professus est, contra abbatem monasterii Nephalium, a quo una cum iis, qui ejus opinioni adhærebant, ejectus est. At Severus ad Anastasium imperatorem Eutychianorum patronum cum monachis a Nephalio expulsis confugit, cujus favore et voluntate sedem Theopolitanam, vel Antiochenam, a qua Flavianus per scelus exturbatus fuerat, ex monacho episcopus factus anno 513 occupavit. Tum vero turbæ exortæ maximæ, eo quia episcopi orthodoxi ejus synodicas litteras, in quibus expressis verbis, ac multum impudenter concilium Chalcedonense damnaverat, recipere noluerunt, ipsumque tanquam indignum, qui tantam sedem impleret, anathemate confixerunt, et libello abdicationis per Aurelianum Epiphaniæ diaconum misso, ab Antiocheno throno excidisse nuntiarunt. Severus autem, criminum socio assumpto Petro Ibero, ab Ecclesia Apameæ, quam occupaverat, Apamensi dicto, per vim dignitatem suam studens retinere, vinculis, carceribus et morti tradidit quotquot sibi non faventes agnovit. Præstat ex libellis monachorum et episcoporum secundæ Syriæ, inter acta concilii CP. sub Menna relatis, repetere impia Severi facta, facinora horrenda, et immensa mala in ecclesiis, et monasteriis patrata; non enim omnia nos recensere angustiæ loci patiuntur. Interea mortuo Anastasio Justinus imperator Severo linguam, qua sæpe Deum blasphemaverat, præcidi jussit, sed meritam ille pœnam fuga vitavit. Clam enim noctu evadens Seleuciam venit, et nave conscensa Alexandriam se contulit, ad quam civitatem etiam Julianus Halicarnasseus, eadem de causa ab episcopali sede, Justino jubente, pulsus, confugerat. His autem Alexandriæ degentibus orta est disputatio, *Corpusne Christi corruptibile, an incorruptibile* dici oporteret. Cum autem Severus *corruptibile*, Julianus *incorruptibile* affirmaret, dissidia inter eos primum facta sunt, ac deinde novæ hæreses in Ægypto natæ; nam Alexandrinis inter se divisis, et aliis aliam sententiam tuentibus, tum demum *Corrupticolæ*, qui cum Severo, qui autem cum Juliano sentiebant, *Phantasiastæ* sunt appellati. At Severus, cum e vivis decessisset Justinus, et Justinianus imp. esset factus, spem animo statim concepit fore ut auctoritate et potentia Theodoræ Augustæ, sedi Antiochenæ restitueretur. Ac tum primum ad Theodoram ipsam, et Justinianum epistolas scripsit, postea vero CPolim se contulit, ubi Anthimo patriarchæ, qui ejusdem erat sententiæ, se adjunxit, eumque hortatus est ut sede carere mallet, quam Chalcedonensi synodo subscribere. Verum malæ artes, quibus Severus, ejusque fautores nitebantur, Deo volente penitus conciderunt, nam Anthimus quidem ab Agapeto pontifice sanctissimo depositus est, ejusque successor Mennas indicto in urbe regia concilio Anthimum ipsum cum Severo, Petro Ibero, vel Apamensi, et Zoara monacho Syro anno 536 damnavit, quam sententiam imp. Justinianus constitutione confirmavit. Tum vero ubique locorum contra Severum conclamatum est : is autem rursus in Ægyptum fugere coactus est; ubi delitescens paucis post annis profugus, et obscurus tandem occubuit. Jusserat enim imperator, ut a regia urbe, aliisque insignioribus civitatibus discederet, ἀλλ' ἐν-ἐρημίᾳ τινὶ καὶ ἡσυχίᾳ καθῆσθαι, καὶ μὴ διαφθείρειν ἑτέρους, μηδὲ εἰς βλασφημίαν αὐτοὺς προάγειν, « sed in aliqua solitudine, et in silentio sederet, ne corrumperet cæteros, neque eos in blasphemiam adduceret. »

Hæc circa Severi vitam strictim attingere oportebat, ne plura, quæ in hoc Poematio occurrunt, sua luce carere quis jure conqueratur. Verum nonnulla alia sunt eadem de causa diligentius a nobis expendenda. Ac primo quidem qui fuerint errores Severi, et quam ille sectam constituerit, videndum est. Duplici ille vitio laborabat apud orthodoxos : I.) Quod patriarcha Antiochenus factus unam in Christo naturam contra concilii Chalcedonensis definitionem assereret; nam, ut ait Evagrius, συνοδικὰς ἐπιστολὰς γράφων ῥητῶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀνατεθεμάτικε, « in epistolis suis synodicis Chalcedonensem synodum diserte anathematizavit : » II.) Quod Antiochia pulsus, et Alexandriam delatus, docuerit corpus Christi ante resurrectionem fuisse φθαρτὸν, *corruptibile;* quod quidem recte videtur affirmare, sed cum idem unam in Christo naturam profiteretur, divinitatem corruptioni quodammodo obnoxiam faciebat. Vide infra adnotationes ad Poemat. in Severum vers. 190, 465 et 467. Verum in sententia a Menna in eum lata multorum criminum reus agitur, et in Constitutione Justiniani, eum Nestorii et Eutychis una simul dogmata recepisse declaratur, δυεῖν γὰρ ὄντων ἐναντίον ἀλλήλοις δογμάτων... αὐτός τι παράδοξον παθὼν, ὁμοίως εἰς ἑκάτερον ἐμπέπτωκε, « duobus enim existentibus dogmatibus ad invicem repugnantibus... ipse paradoxum quid perpessus, in utrumque similiter incidit. » Ac Pisida certe, qui Severum, ut Monophysitam exagitat, sæpe etiam tanquam Nestorianum sugillat, ut videre est a vers. 102 ad vers. 129, et apertius in v. 210.

Ἐγὼ δὲ τούτου τῶν βεβήλων δογμάτων
Μύστην ὁρῶ σε, κἂν δοκεῖς λελῆσθαι.
Ego vero hujus (Nestorii) *scelestorum dogmatum Mystem te* esse *video, quamvis videaris delitescere.*

Itaque quod certum est, Monophysita Severus fuit; cum autem nec sibi constare, neque suis discipulis certa dogmata tradere valeret, inde factum est ut novas semper turbas in Ecclesia moveret, errori errorem adderet, et pro ratione temporis fidem mutaret. Cujus rei testimonium affert Liberatus, cap. 9, dicens eum primum nec Zenonis edictum,

Digitized by Google

nec Petrum Moggum suscepisse, et paulo post Moggo adhæsisse, ejusque apocrisiarium CPoli esse factum. Hinc Pisida pluribus in locis eum ob suam inconstantiam et levitatem vexat, et v. 556, exclamat :

Ὦ συγχύσεις δρῶν, καὶ διαιρέσεις πλέκων
Οὐ δογμάτων τοσοῦτον, ὡς τῶν σχισμάτων,
Σκόπος γὰρ ἦν σοι μὴ τοσοῦτον συλλέγειν,
Ὅσον τὰ τέκνα συμβαλεῖν, καὶ σκορπῆσαι.
O confusiones ciens, et divisiones serens
Nec tantum dogmatum, quantum schismatum!
Tuum enim fuit consilium, non tantum colligere,
Quantum filios inter se committere, et dispergere.

Siquidem ex Severi schola, et tumultuaria disciplina tot illæ Monophysitarum sectæ ortæ sunt, de quibus præter Leontium, *De sectis* agit Timotheus presbyter CPolitanus in libro *De receptione hæret.* pag. 400, qui tantam ex uno capite sententiarum dissensionem admiratus merito concludit : Τίς οὖν οὐκ ἀπογνώσεται τῶν εἰς τοσαῦτα τμήματα διῃρημένων, καὶ ἀλλήλους ἀναθεματιζόντων, εἰ μὴ παντελῶς ἐστι φρενῶν ἔρημος; « Quis ergo inter tot sectas divisos, ac mutuo se anathematizantes non condemnaverit, nisi penitus sit mente vacuus? » Itaque non satis recte fecisse quidam scriptores videri possint, qui Severum Acephalorum parentem generatim dixerunt; cum Acephali vere fuerint, ut est in Timotheo, pag. 409 : Οἱ μὴ δεξάμενοι τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος, διὰ τὸ μὴ ἀναθεματισθῆναι ἐν αὐτῷ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον. Ἀκέφαλοι δὲ ἐκλήθησαν διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς ἐπισκόπους, « Qui Zenonis enoticum, sive unitivum, non receperunt, propterea quod in eo non anathematizaretur sancta Chalcedonensis synodus. Dicti sunt autem Acephali, quia, cum a Petro Moggo discessissent, qui tunc temporis sedem Alexandrinam tenebat, *non habebant episcopos* » Ἀκέφαλοι enim, ut videtur, nominari non verebantur, ut se nullis patriarchis, et metropolitanis, qui αὐτοκέφαλοι, ut fuse demonstrat Binghamus lib. II, cap. 18, vocabantur, vel addictos, vel subjectos esse ostenderent. Atque hæc quidem conveniunt cum iis, quæ narrat Liberatus, cap. 18. At Severus aut simulate Acephalis adhæsit, aut ita adhæsit, ut illis pejora doceret; nam ut idem Liberatus ait, cap. 19 : « Et unitivum Zenonis, quod Acephali rejiciebant, suscepit, et anathematizavit Chalcedonense concilium, et communicare se conflictabatur Alexandrino, et Constantinopolitano » patriarchis. Igitur non Acephalorum, sed Severianorum, vel Severitarum ille parens vere dicendus fuit, quo nomine plurium hæreticorum sectæ comprehenduntur, quas Anastasius in *Hodego* decem fuisse declarat, idcirco Severianorum hæresim δεκακέρατον, *decem cornibus instructam*, semper appellans, cui consentit Timotheus, pag. 405, qui et singulas sectas enumerat, earumque errores describit. Quippe ex turbido fonte plures deducti sunt cœnosi rivi quaquaversus effluentes, et Monophysismi virus nulla certa lege effundentes : unde Pisida Severum arguit opportune, v. 95 :

Τέως μὲν οὖν, Σεῦῆρε συμπεφυρμένε·
Πρώτῳ γὰρ οἶμαι τῷ διδασκάλῳ πρέπει
Τὴν τῶν μαθητῶν ἐγκαλεῖν ἀταξίαν.
Quæ hæc est igitur, Severe, tanta confusio?
Illud enim in primis puto convenire magistro,
Ut discipulorum coerceat dissensionem.

Verum cum Acephali, qui Eutychiani quidem erant, parabatismata, et conventicula per domos passim facientes, in eadem abominationis et iniquitatis scelera statim conciderint, quæ in Severo damnabantur, ut ea, quæ Timotheus narrat de Acephalis, cum iis, quæ in sententiis ab Epiphanio, et Menna contra Severum latis scripta leguntur, conferenti patebit; inde, opinor, factum est ut nomine tantum Acephali a Severianis distinguerentur, vere autem Severo, qui Henoticum Zenonis et respuere, et approbare, prout occasio ferebat, parabatis erat, se addixerint, et in ejus castra libenter transierint; unde Acephalorum parens, et princeps Severus a plerisque scriptoribus non immerito est appellatus, Acephalorumque nomen Monophysitis omnibus factum est commune. Ac Severus quidem, tanquam Acephalorum præses in libello monachorum ad Mennam porrecto accusatus est, προστατῶν τῶν κατ' αὐτὸν Ἀκεφάλων τμήματος, καὶ τὸ λεγόμενον ἑνωτικὸν οὐ προστέμενος, « præsidens suæ Acephalorum sectæ, et quod unitivum dicitur non admittens. » Nec Pisida ab hoc videtur dissentire, cum enim contra Severum, ejusque asseclas scribat, Severianos ab Acephalis minime distinguit, ait enim vers. 65 :

Πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν Ἀκεφάλων αὐχένες
Πολλὰς ἔχοντες πανταχοῦ διαιρέσεις.
Multæ enim sunt Acephalorum cervices,
Multas habentes ubique divisiones.

Quod etiam disertius expressit in v. 545 sui temporis Acephalos Severi filios appellans :

Ὦ τέκνα πατρὸς, καὶ τὸ λοιπὸν οὐ λέγω.
O filii patris, neque dico cætera.

Atque ita sane totum poemation instruit, ut modo ad Severum parentem, modo ad filios sermonem convertat. Hoc autem ex Severi et Acephalorum in iisdem placitis statuendis consensione fit manifestius. Quamvis enim plura Severi scripta interciderint, et ea, quæ adhuc exstant, in Bibliotheca Coisliniana delitescant, ut ex ejusdem Bibliothecæ Catalogo, pag. 55, colligitur, attamen ex scriptoribus, qui Severianorum et Acephalorum dogmata refutarunt, satis evincitur, eadem omnium fuisse deliramenta, easdemque sententias. Legat qui velit, præter nostri Georgii iambos, libros contra Hæreticos ab Anastasio Sinaita, a sancto Maximo, a Leontio Pyzantino, ab Joanne Damasceno, a Gelasio, a Theodoro Abucara, a Rustico diacono, aliisque conscriptos; ac nihil omnino inveniet, in quo videantur Severiani ab Acephalis, vel Acephali a Severianis dissentire. Omnis enim Monophysitarum familia, ne Jacobitis quidem exceptis, quorum omnium post Eutychem et Dioscorum Severus maximus patronus fuit, in id unum suas vires contulerunt, ut quibus possent technis et fallaciis concilii Chalcedonensis auctoritatem labefactarent. Cum autem, ut fit, error errorem pariat, ipsi sese mutuis pugnis et vulneribus conciderunt, et in varias sectas, et in varia schismata dissecti, nomen quidem sæpe immutarunt, animum autem contra orthodoxos semper infensum servaverunt, a Severo magistro nunquam discedentes, qui recte idcirco ab Anastasio in *Hodego* apud Greuserum Ἔξαρχος τῆς δεκακεράτου ταύτης ὀρχήστρης, « orchestræ istius decem cornibus instructæ princeps, vel exarchus; » et pag. 52, Δέκαρχος « Decurio; » et pag. 55, Νομοθέτης « legislator, » appellatur. Quin, ut Sophronio patriarchæ Hierosolymitano visum est, non modo Monophysitarum, sed hæreticorum omnium errores complexus est Severus : quippe damnatis, quotquot ab Ecclesiæ incunabulis exstiterant, hæreticis in sua Synodica, quæ in synodo VI lecta fuit, ita sanctus vir concludit : Μεθ' ὧν ἀπάντων, καὶ πρὸ πάντων, καὶ μετὰ πάντας, καὶ κατὰ πάντας, καὶ ὑπὲρ πάντας ἔστω καὶ Σεῦῆρος ἀνάθεμα, ὁ τούτων μαθητὴς ἐκμανέστατος, καὶ πάντων τῶν Ἀκεφάλων τῶν νέων καὶ παλαιῶν ὠμότατος τύραννος. « Cum quibus omnibus, et præ omnibus, et post omnes, et secundum omnes, et super omnes sit et Severus anathema, horum sævissimus discipulus, qui præ omnibus Acephalis, tam novis quam veteribus, demonstratus est crudelissimus tyrannus. »

Sed ad Pisidam veniamus, et qua ratione hoc Poemation in Severum scripserit videamus. Illud in primis patet sub Severi nomine sui tempora

Digitized by Google

Acephalos perstringere, eodem fere modo quo *Hexaemeron* contra Proclum, ut videtur, confecit; vere autem sibi coævos, et adhuc superstites hæreticos suis iambis confixit, ut in Monito ad Hexaemeron fusius est declaratum. Quantum enim Pisidæ temporibus Severi secta adhuc vigeret, docet S. Maximus ei suppar et coævus, dicens in epist. 39, tom. II, pag. 259 : Σευήρου, τοῦ τοσαύτη χρησαμένου κατὰ τῆς ἀληθείας μανίᾳ τε ψεύδους καὶ περιουσίᾳ, ὡς καὶ μέχρι τῆς σήμερον τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ διοχλῆσαι ἀρκεῖν. « De Severo loquor, qui tanta adversus veritatem usus est mendacii insania, et abundantia, ut et hactenus negotium facessere sanctæ Dei Ecclesiæ, illique incommodare sufficiat. » Sed in quem Pisida calamum hic stringat, facilius detegi posse existimo; quandoquidem plura occurrunt, quæ vel Paulum Monoculum, vel Athanasium Syrum, ni fallor, designant, quibuscum Heraclius imperator disputavit. Quæ quidem ut qua ratione facta sint constet, nonnulla circa Monothelismi originem juvabit attingere; in ea enim incidimus tempora, quibus Monophysismus clam, et pedetentim in Monothelismum deflexit.

Jam qualis, et quanta fuit Heraclii de rebus ecclesiasticis sollicitudo et cura, ut sæpe etiam fidei dogmata pertractare inconsultus voluerit, nemo prorsus ignorat. Testis est Pisida, v. 74, eum post pacem cum Persis compositam ad religionis negotia, et ad sedandas Ecclesiæ turbas mentem animumque omnino convertisse :

> Πρὸς τὰς Γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων,
> Ὅπως ὁ πείσας ἡρεμεῖν τοὺς Βαρβάρους
> Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἡρεμεῖν τὰς αἱρέσεις.
>
> *Ad Scripturas conversus est a Barbaris,*
> *Ut qui suasisset quiescere Barbaros,*
> *Quiescere cum ipsis suaderet hæreses.*

Sed jam autem, vel cum contra Chosroam dimicaret, quoties ei occasio data est, de rebus fidei disserere, et cum hæreticis in arenam descendere non dubitavit; unde Noster ita v. 700, ad eum loquitur:

> Καὶ γὰρ στρατηγῶν οὐ μεθῆκας τοὺς λόγους,
> Καὶ ῥητορεύων οὐκ ἀπώσω τὸ ξίφος.
>
> *Non enim inter bella valedixisti sermonibus,*
> *Nec inter sermones abjecisti gladium.*

Verum nihil plane melius immodicum, quo Heraclius fervebat, pietatis zelum declarat, quam duplex ille congressus, quem de rebus ad fidem pertinentibus habuit, primum cum Paulo Monoculo, et deinde cum Athanasio Jacobita. Primi congressus fidem facit Sergius patriarcha in celebri epistola ad Honorium I pontificem, in qua hæc leguntur : Ἡνίκα τὴν κατὰ Περσῶν ἐκστρατείαν ἐποιεῖτο . . . καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρμενίας χώρας γέγονε μέρη· τῶν δὲ πρωτευόντων τις δυσσεβοὺς τῆς Σευήρου τοῦ καταράτου μερίδος Παῦλος τοὔνομα, ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ἀναφανεὶς προσέλευσιν τῇ αὐτοῦ ἐποιήσατο εὐσεβείᾳ, τὸν ὑπὲρ τῆς κατ' αὐτὸν πεπλανημένης αἱρέσεως προβαλλόμενος λόγον. « Cum adversus Persas promovisset exercitum, et ad partes Armeniae provinciæ pervenisset, unus ex principibus impiæ partis Severi exsecrabilis, nomine Paulus, in illis locis apparens, ad ejus pietatem accessit, sermonem pro sua errabunda hæresi proferens : » post quæ, subjungit Sergius, Pauli impietate refutata idem imperator ταῖς αὐτοῦ βεβήλοις κακοτεχνίαις τὰ τῆς ἁγιωτάτης ἡμῶν Ἐκκλησίας, ὡς ἀληθῆς ταύτης ὑπέρμαχος, ὀρθὰ καὶ ἀμώμητα ἀντεξήγαγε δόγματα· ἐν οἷς καὶ μιᾶς ἐνεργείας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐποιήσατο μνήμην, « profanis ejus astutiis sanctæ nostræ Ecclesiæ, ut verus ejus propugnator, recta atque immaculata e diverso protulit dogmata, inter quæ et unius operationis Christi veri Dei nostri mentionem fecit. » E quibus patet Heraclium, statim ac in Armeniam cum exercitu venit, habuisse colloquium. De altero congressu testis est Theophanes, pag. 271 : Τούτῳ τῷ ἔτει τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου ὄντος ἐν τῇ Ἱεραπόλει, ἦλθεν πρὸς αὐτὸν Ἀθανάσιος ὁ πατριάρχης τῶν Ἰακωβιτῶν, δεινὸς ἀνὴρ καὶ κακοῦργος τῇ τῶν Σύρων ἐμφύτῳ κακουργίᾳ, καὶ κινήσας πρὸς τὸν βασιλέα περὶ πίστεως λόγους, ὑπισχνεῖτο αὐτῷ Ἡράκλειος, εἰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ὑποδέξεται, πατριάρχην αὐτὸν ποιεῖν Ἀντιοχείας· ὁ δὲ ὑποκριθεὶς ὑπεδέξατο τὴν σύνοδον, ὁμολογήσας τὰς δύο ἐν Χριστῷ φύσεις. Ἐρώτησέν τε τὸν βασιλέα περὶ τῆς ἐνεργείας, καὶ τῶν θελημάτων, τὸ πῶς δεῖ ταῦτα λέγειν ἐν Χριστῷ διπλᾶ ἢ μοναδικά. Ὁ δὲ βασιλεὺς ξενοφωνηθεὶς γράφει πρὸς Σέργιον ΚΠ. προσκαλεῖται δὲ καὶ Κῦρον τὸν τοῦ Φάσιδος ἐπίσκοπον, καὶ τοῦτον ἐρωτήσας, εὗρεν αὐτὸν ὁμοφωνοῦντα εἰς ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν. « Hoc anno, cum imperator adhuc Hierapoli moraretur, Athanasius Jacobitarum patriarcha, vir vafer et perniciosus, ut ex innata sibi vafritie sunt Syri omnes, ad eum accessit; motisque cum imperatore de fide sermonibus, si modo synodum Chalcedonensem vellet admittere, patriarcham Antiochiæ se constituturum Heraclius promisit. Is enuntiatis in Christo naturis duabus, hæresim ad tempus simulans, propositam synodum probavit et recepit. Tum vero de operatione et voluntate imperatorem interrogavit: quales asserere deceat, geminas an unicam? Imperator inusitata sibi vocum novitate implicatus Sergio CP. episcopo scribit. Is Cyrum Phasidos episcopum ad se accersitum interrogat, et in unicam voluntatem et actionem pariter unicam consentire reperit, etc. » Idem plane referunt Cedrenus, et auctor Miscellæ ex Theophane; idem Zonaras, qui tamen Athanasii nomen reticet; idem tandem Acta sancti Maximi, quæ leguntur in principio Operum ejusdem sancti martyris.

At vero plures circa hosce geminos Heraclii congressus inter doctissimos viros ortæ sunt difficultates, aliis quidem, Sergii et Theophanis testimonia ut certa probantibus, aliis contra Theophanis narrationem ut interpolatam et mendosam rejicientibus. Franciscus Combefisius, in Hist. Monothelitarum, Pagius ad annum 629 in Baronium, Basnagius, *Histoire de l'Eglise*, pag. 542, vel unum tantum ex hisce colloquiis Heraclianis admittunt, vel utrumque cum Paulo Severiano esse habitum statuunt, Athanasium autem Jacobitarum patriarcham penitus excludunt. Sed pro Theophane invictissime pugnant, et colloquium cum Paulo a colloquio cum Athanasio distinguunt, Jacobus Goarus, in notis ad eumdem Theophanem, Joan. Bapt. Tamagninius in *Hist. Monothel.*, et Assemanius in *Dissert. de Monophysitis* tom. II *Bibl. Orient.*; et in *Bibl. Juris Orient.* lib. IV, pag. 9 præposita. Ac nos quidem horum judicio libenter subscribimus, et Pagium nimis confidenter Theophanem damnasse declaramus. Quæ Pagius aliique objiciunt, hæc sunt : 1). Quamvis congressionem cum Athanasio ab ea quam cum Paulo habuit Heraclius, locorum et temporum circumstantiæ diversam, pleraque tamen eamdem esse ostendunt. Verum si Heraclius anno 622 Theodosiopoli in Armenia cum Paulo, et anno 630, apud Hierapolim in Euphratesia cum Athanasio collocutus est : quonam jure ex eo quod forsan utrobique eadem de re actum est, affirmare quis velit, hæc in unum esse confundenda, cum tanta sit temporum, locorum et personarum differentia? II). De Athanasio mentionem non faciunt scriptores, qui tamen id silentio præterire minime debuissent. Esto Sergium in sua epistola ad Honorium non nominasse Athanasium; at nonne satis aperte eum inter cæteros hæreticos quos damnat, nominavit Sophronius in sua Synodica ab Agathone notario in concilio VI relecta, in qua hæc leguntur? ἀνάθεμα ἔστωσαν καὶ κατάθεμα Ἀθανάσιός τε ὁ Σύρος, καὶ ὁ Ἀποζυγάρος

Digitized by Google

Ἀναστάσιος, καὶ οἱ τὴν τούτων ἀσύμφατον σύμβασιν, ἀσυμβάτως τε καὶ ἀμαθῶς προσιέμενοι, « anathema et catathema sint Athanasius quoque Syrus, et Apozygarius Anastasius, et qui eorum inconvenientem inconvenientiam inconvenienter et indocte suscipiunt » lib). Male Theophanes ξενοφωνηθέντα *vocis novitate perculsum* dixit Heraclium, cui Pauli et Sergii mens de una in Christo voluntate et operatione asserenda jamdiu erat aperta. Verum hoc ipsum, ut inferius declarabimus, probandum fuit, videlicet Heraclium, tum cum ei obviam factus est Athanasius Syrus, penitus perspecta habuisse, quæ animo volvebat Sergius. IV.) Epistola quam Cyrus Phasidos episcopus Heraclio jubente ad Sergium de hac quæstione scripsit, anno 626 respondet; eo igitur anno, non autem 630, ut placet Theopham, contigit alterum colloquium Heraclii, qui quidem tunc in Lazica versabatur. At nos epistolam Cyri anno 626 fuisse scriptam, et Heraclium cum Cyro esse per hæc tempora collocutum in Lazica, non inviti concedimus: inde autem colloquium cum Athanasio excludi omnino negamus. V.) At perperam idem Theophanes narrat imperatorem Sergii et Cyri mentem Joanni papæ datis litteris aperuisse; nam ante annum 640 Romanæ Ecclesiæ Joannes IV non præfuit, et ut patet pro Honorio positus est: quare sicut Joannem IV pro Honorio I, ita etiam Athanasium Syrum pro Paulo Severiano sumpsit Theophanes. Fatemur hæc non satis distincte a Theophane narrari, sed præterquam quod nihil forsan sequeretur incommodi, si Heraclium, qui ad annum usque 641 vixit, de Sergio et Cyro ad Joannem scripsisse dicamus, certum omnino est Theophanem, qui a vitio, quo Græci scriptores laborant, plane non est immunis, ut uni tribuant, quæ pluribus conveniunt, ideo ad Joannem hæc omnia retulisse, quia noverat Heraclium vere Joanni, quod de Honorio non constat, epistolam scripsisse, in qua imperator testatus est non se, sed Sergium fuisse Ectheseos auctorem: quam epistolam vel jussionem Heraclii refert sanctus Maximus in *Collatione cum principibus in secretario*. VI.) Tandem falsum est, Athanasium fuisse Jacobitarum patriarcham, cujus non meminit auctor Chronici Orientalis, qui Jacobitarum patriarcharum Catalogum contexuit. Hanc Pagii difficultatem facile solvit Assemanus in *Dissert. de Monophysismo*, dicens in eo Chronico non Syrorum patriarcharum, sed Ægyptiorum, vel Alexandrinorum Cophtorum Catalogum texi, recte autem in Catalogo Barsatibæi et in Chronico Bar-Hebræi Athanasium Jacobitarum patriarcham, cognomento Camelarium, inveniri, Heraclii imperatoris æqualem.

Hæc in præsentia cursum et raptim animadvertisse sufficiat, ne gemini Heraclani cum Paulo et Athanasio congressus in unum confundantur: qui plane cum tot notis et indiciis inter se differant, miramur Cl. virum Joan. Baptistam Bartholum, in sua *Apologia pro Honorio I*, pag. 7, Libelli Synodici auctoritatem in medium proferre, ut contrariam sententiam, tueatur; nihil enim firmi et certi ex eo libello erui posse putamus, quod suo loco declarabimus. Nunc autem de secundo cum Athanasio colloquio minus solliciti, ita de primo agemus, ut nihil quod lucem aliquam historiæ afferre possit, omittamus. Igitur statuimus Heraclium contra Paulum Monoculum de Monophysismo tantum disputasse, ac prorsus nihil, quod Monothelismum saperet attigisse.

Pauca quidem sunt, quæ de Paulo Monoculo veteres scriptores tradiderunt. Nihilominus satis evidenter ex illis patet eum in tota Armenia celebrem Severianorum vel Acephalorum caput et principem exstitisse. In epistola Sergii ad Honorium, ut superius vidimus, τῶν πρωτευόντων τις τῆς δυσσεβοῦς Σευήρου τοῦ καταράτου μερίδος, *unus ex principibus impiæ partis Severi exsecrabilis* vocatur. In altera autem ejusdem Sergii ad Cyrum epistola κεφαλαιώτης τῶν Ἀκεφάλων πονηρᾶς συμπορίας, *maligni cœtus Acephalorum caput principale* nuncupatur. Quibus plane verbis etiam in epistola, qua Sergio Cyrus respondit, κεφαλαιώτης τῶν Ἀνεπισκόπων, *primas Anepiscoporum*, eorum scilicet, qui sine episcopis sunt, vel Acephalorum, designatur; et mox ibid. φαῦλος, *vilis* declaratur; quemadmodum jam ante alter Severi discipulus, Jacobus Syrus, a quo Jacobitarum nomen et familia, ζάνζαλος, id est *culex*, ab orthodoxis dictus fuit. Ex sancti Maximi autem disputatione cum Pyrrho, pag. 185, discimus hunc Paulum Theodosiopoli commorari solitum fuisse; ait enim Sergium ἐν Θεοδοσιουπόλει πρὸς Παῦλον τὸν Μονόφθαλμον καὶ ἀπὸ Σεβηριτῶν. *Theodosiopoli ad Paulum Monoculum, et Severi sectatorem* scripsisse. Itaque Severianorum vel Acephalorum princeps erat Paulus in Armenia, ac Monoculi quidem cognomine, nisi fallor, fuit insignitus, quod præter cæteros esset Chalcedonensis synodi hostis acerrimus, et nonnisi, quod ad Monophysismum faceret, ubique videret. Id autem conjicio ex Anastasio Sinaita, qui omnem Severi sectam *Monoculam* dixit; ita enim sui *Hodegi* caput 6 inscripsit: Πόθεν ἡ μονόφθαλμος Σεβήρου πίστις ἐβλάστησεν; *unde monocula Severi fides pullularit?* Quare autem hoc nomen Severitis impositum fuerit, idem videtur declarasse in capite 15, dicens, οἱ αἱρετικῶν παῖδες ἐοίκασιν μονοφθάλμοις τισὶν ἀνθρώποις, τὰ μὲν τῶν Πατέρων, τὰ δὲ παρορῶντες, « hæretici quidem similes sunt monoculis, alia Patrum pervidentes, alia vero prætereuntes. » Itaque cum hoc Paulo, tum cum primum in Armeniam contra Persas Heraclius irrupit, anno scilicet labente 622, initam esse disputationem testis est Sergius, cujus auctoritatem, ni fallor, confirmat Pisida, qui rebus enarratis ab Heraclio in prima expeditione gestis, poetico stylo dicit, iniquitatis mysteria, et erroris auctorem ibi detegisse imperatorem, a quo plane nescit quomodo impius ille vir potuerit salvus evadere. Ita enim legitur in *Acroasi* III *De exped.* v. 349:

Νῦν γὰρ τὰ Περσῶν τῆς πλάνης μυστήρια
Γυμνὰ πρόεισιν· ἄρτι τῆς κεκρυμμένης
Ὕδρα παρ' αὐτοῖς ἡ πολυκέφαλος πλανη
Ἕνα προτείνειν ἀξιοῖ τὸν αὐχένα,
Ὃν νῦν βλέποντες εἰσάγαν θαυμάζομεν
Ἡρακλέος τυχόντα καὶ σεσωσμένον.

Nunc enim Persici erroris mysteria
Nuda procedunt: nuper absconditæ
Hydræ apud ipsos multorum capitum error
Unam tantum audet protendere cervicem,
Quam modo intuentes valde mirati sumus
In Herculem incidisse, et abiisse salvam.

Illa cervix, illud caput, quod unum jam tandem protendebat hydra inter Persas abscondita, erat Paulus: nam Persæ quoscunque hæreticos, omnesque Acephalorum sectas fovebant, ut etiam hac arte mala Romanis rebus officerent. Nec sane Chosroes hujus nominis secundus, Abruzus nuncupatus, qui tunc regnabat in Persida, Nestorianis tantum favebat, ut quibusdam placuit affirmare, sed quotquot erant ab orthodoxis dissentientes suo favore promovebat; ut enim ait Pisida ad hujus poematis vers. 47:

Οὐκ ἦν γὰρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ
Κινεῖν καθ' ἡμῶν ὅπλα μέχρι σωμάτων·
Τρῶσαι δὲ μᾶλλον ἤθελε τὰς καρδίας
Τὴν πίστιν ἡμῶν πυρπολῶν, ὡς τὰς πόλεις.

Non ea mens fuit exsecrando Chosroæ,
Ut moveret arma tantum in nostra corpora.
Sed potius vulnerare volebat corda,
Fidem nostram devastans, ut urbes.

Quin etiam, ut videtur, nostro poetæ persasum fuit, ea de causa Chosroam nova disputatio-

Digitized by Google

num incendia inter Christianos excitasse, auctoremque fuisse turbarum quibus tunc vexabatur, Monophysitis vel Acephalis plaudentibus, Ecclesia; cum v 40 dicat :

Εἴπερ δι' ἡμᾶς τοῦ Λόγου σαρκουμένου
Σπινθῆρας ἡμῖν δυσσεβεῖς ὑποφλέγει·
Ὅπως ἐφεῖται τοῖς ὁδηγοῖς τῆς πλάνης
Κενταυρόμορφον δογματίζων εἰκόνα,

Siquidem de Verbo pro nobis incarnato
Scintillas nos inter impias subincendit :
Ut datum sit magistris erroris
Centauriformem edocere imaginem.

Quod facile quidem cedere potuit Chosroæ, qui jam totam Mesopotamiam, Syriam, et Ægyptum occupaverat, et quos viros novit in Monophysitarum hæresi magis confirmatos, tanquam erroris esset maximus pontifex, Ecclesiis præfecit episcopos, v. 57.

Πῇ δὲ προέδρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων
Ὡς μυσταγωγὸς χειροτονήσας πλάνης.

Qua Severi commentationum præsides
Tanquam mystagogus erroris ordinans.

Certe tunc temporis non deerant in toto Oriente Eutychis et Severi asseclæ, qui in Chosroæ patrocinium libenter se reciperent, ejusque auctoritate fulciri gauderent : nam late jam per totam Syriam, Armeniam, Ciliciam, et Mesopotamiam Monophysitica lues pervaserat, quibus in regionibus summo studio fuerat propagata a Barsuma archimandrita, ejusque discipulo Samuele, a Severo Antiochenæ, et Jacobo Zanzalo, vel Baradæo Edessenæ Ecclesiæ invasore, aliisque plurimis, quos Assemanius enumerat in cit. *Dissert. de Monophys.* Quæ cum ita se habere certum sit, ridiculum nobis videbatur, quod Tamagninus pag. 23, ait : « Heraclium ut grave quid inferret Chosroæ, plus æquo favisse Eutychianismo, utpote qui omnium maxime adversaretur Nestorianis, quibus Chosroes favebat : » quam conjecturam levissimam esse non sensit Petrus Baylius in *Diction. hist.* voce *Nestorius.* Falsum enim est primum, Chosroam præ cæteris hæreticis fovisse Nestorianos; nam omnes, qui aliquo nomine essent Romanis infensi, et graves, suo favore prosecutus est Chosroes, nec tantum, ut veri quidem simillimum est, de controversiis inter Christianos ortis, quæcunque tandem illæ fuissent, sollicitus erat, quantum ut ex controversiis discordiæ, et tumultus inter Romanos alerentur. Ita enim etiam Judæis favisse Chosroam dicere quis possit; quandoquidem eis permisit, teste Theophane, pag. 252, ut ad nonaginta Christianorum millia trucidarent: quod stultum omnino esset. Itaque cum Monophysitæ tunc maxime vigerent, nec jam de Nestorianis esset quæstio, illis potius, quam alteris favisse regem Persarum, recte fortasse cum Pisida affirmabimus. Deinde falsum est Monophysitas maxime adversari Nestorianis. Satagebant illi quidem a Nestorio prorsus alienos se ostendere, sed cum naturas hypostases dicerent, cum Nestorianis fere quodammodo sentire videbantur ; quod quidem non semel eis objectum fuit, ut superius adnotavimus, cum de Severi placitis ageremus. Falsum denique est, Heraclium Eutychianis favisse ; nam patet ex Pisida enm ob summam pietatem hæreticis omnibus, et præsertim Monophysitis fuisse infensum. Quanquam autem Theophanes, pag. 263, dicat, Chosroam anno 625, « ut rem molestam faceret Heraclio, Christianos omnes ad societatem Nestorianæ hæreseos adegisse, » Heraclium autem anno 629, « Edessenam Ecclesiam a Nestorianis occupatam orthodoxis restituisse, » æque turpiter erraret, qui vel illud a Chosroa factum esse autumaret, ut Nestorianos adjuvaret, vel alterum admisisse Heraclium, ut rem Monophysiticam promoveret. Nam præterquam quod Pisida contrarium omnino nobis suadet, lato quidem sensu accipienda sunt ea verba Theophanis qui ne nimium diligens videretur in recensendis diversi generis hæreticis a Chosroa in Heraclium concitatis, sub uno pervulgato Nestorianorum nomine omnes comprehendit. Certum enim est, Monophysismum tunc late esse pergavatum, ac Edessam quidem Jacobus Severi discipulus jam antea invaserat : ut jam suspicari liceat, credendumne potius sit Elmacino, qui in *Hist. Saracen.* pag. 14, refert non Nestorianos, sed Jacobitas ab Heraclio ad orthodoxam fidem fuisse revocatos : *deinde profectus est Heraclius Ruham ;* Ruha autem Arabice est Edessa, *jussitque Christianos reverti a secta Jacobitica ad orthodoxam; id quod fecerunt.*

Christianus Lupus in *Dissert. de* VI *synodo*, Oper. tom. III, pag. 7, ait disputationem Heraclii cum Paulo Monoculo fuisse omnino synodalem, ac factam præsente Cyro Phasidis episcopo Lazorum metropolita, atque in ea jussos esse Armenios, ut profanum Trisagii additamentum expungerent, synodum Chalcedonensem reciperent, ab Eutychete penitus recederent, et plena communione cum Græcis unirentur : quæ quidem ex Clementis Galani Historia Armena, cap. 13, petita sunt. Verum anonymus, quem Galanus illustrat, concilium quidem « in urbe Charno majoris Armeniæ celebratum fuisse dicit, jussu Heraclii imp., qui ad illud convocavit omnes episcopos, et principes Armeniæ una cum Jesere eorum patriarcha ; necnon etiam plures Græcorum sapientes, quibus post menstruam collationem, et diligentissimum examen omnes prædicti Armenii consensere : » Cyrum autem Phasidos huic concilio interfuisse, et contra Paulum Monoculum disputatum esse non dicit, quin alter potius insignis Acephalus a Paulo plane diversus eo in libello indicatur, scilicet Joannes Maracumensis, qui cum omnibus solus adversaretur, damnatus, pulsusque in exsilium, et in hæreticorum numerum ascriptus est. Hujus autem concilii in Armenia sub imp. Heraclio, et Jesere patriarcha coacti, in quo Ecclesia Armena cum Græca conciliata est, mentionem fieri in pluribus Armenorum libris testatur idem Galanus, sed quo anno id actum esset ignorans, tum cum iterum imperator in Armeniam profectus est, videlicet anno Christi 623 id contigisse putavit. Sed anonymo Armeno, quem edidit Galanus, opponitur anonymus Græcus, quem emisit in lucem Combefisius, *Hist Monoth.* pag. 271. In hoc enim ita legitur : Ἐν ᾧ καιρῷ ὁ Ἡρακλῆς τῷ κ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ἐν τετάρτῳ ἔτει τῆς τελευτῆς τοῦ Χοσρόου, ἐκέλευσεν σύνοδον γενέσθαι μεγάλην πάντων ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων τῆς μεγάλης Ἀρμενίας σὺν τῷ καθολικῷ Ἔσδρᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς Ἀζώτοις ἐν Θεοδοστουπόλει, ἐρευνᾶν ποιῆσαι, καὶ ἰδεῖν περὶ τῶν δύο φύσεων ἐν Χριστῷ. καὶ περὶ τῆς συνόδου τῆς Χαλκηδόνος. Ἡρώτησαν οὖν διὰ μηνὸς ἡμερῶν, καὶ ἐπείσθησαν Ἀρμένιοι ἀπὸ τῶν Γραφῶν. « Eo tempore Heraclius imp. ejus imperii anno 23, et quarto a morte Chosroæ magnam synodum episcoporum, ac doctorum majoris Armeniæ, accersitis catholico Esdra, et omnibus Azotis, Theodosiopoli fieri præcepit, ac perquiri et dispicere de duabus in Christo naturis, et de synodo Chalcedonensi. Requisiverunt ergo per mensem, atque ex Scripturis inducti sunt Armeni ad fidem. » Quod ad rei summam spectat, inter se conveniunt ambo anonymi : nam Jeseris in Esdræ nomen, ut videtur, commutatum fuit. Sed qua ratione hæc synodus cum disputatione Pauli confundi velit, plane non video ; nam disputationi quidem adfuit Heraclius, synodo autem non interfuit ; sed eam ab episcopis in urbe Charno, ut recte ait Armenus, non Theodosiopoli, ut celebritate nominis deceptus affirmat Græcus scriptor, haberi jussit. Et Charnense quidem concilium apud Armenos insigne est, Theodosiopolitanum autem omnino ignotum. Cum vero tempus aperte designet Græcus nihil contra reponente Armeno, fidem ei in hoc denegandam non esse existi-

Digitized by Google

mo. Quare si nec loci, nec temporis, nec personarum eadem ratio est, parum quidem probabilibus argumentis innixi Galanus, et Lupus disputationem Heraclii cum Paulo a synodo Armena non distinxisse videntur; præsertim cum decem annorum intersit differentia, nam annus vicesimus tertius imperii Heraclii ab anonymo Græco expressus in annum Christi sexcentesimum tricesimum tertium cadit; nec plane consentaneum sit imperatorem, qui antea maximis belli curis distentus erat, potuisse concilio tam solemni habendo vacare; quod tamen perfacile potuit post pacem cum Persis firmatam, videlicet anno a Græco anonymo notato 633. Probe autem Lupus illud asseruit, disputationi adfuisse Cyrum; cum enim Heraclius in Lazica, cujus tum Cyrus erat metropolita, versaretur, coram eo Paulum fuisse refutatum non est dubitandum; id enim Sergius suadet in epistola ad Honorium dicens: Βασιλεὺς . . . . τῆς γενομένης αὐτῷ πρὸς τὸν αἱρετικὸν Παῦλον διαλέξεως ἀνεμνήσθη, παρουσίᾳ Κύρου τοῦ ἁγιωτάτου· « Imperator . . . . recordatus est disputationis, quam fecerat ad Paulum illum hæreticum, in præsentia Cyri sanctissimi. » Quare eam quoque disputationem, cui Lazorum metropolita præfuit, ad synodi quamdam speciem fuisse factam non negabo, sed cum concilio Charnensi confundendam esse minime concedam. Ac quantum quidem ex Pisida assequi licet, hac in synodo Lazica Acephali una cum Paulo damnati sunt: id enim videntur significare illi vers. 60 et 61:

Τοῖς δὲ προπέμψας εὐσεβέστατον βέλος
Σὺν τῷ βαλεῖν ἔσφαξε τὴν ἀπιστίαν.

In eos autem immisso piissimo telo,
Ipso jactu mactavit infidelitatem.

Ecquod enim esse potuit pium telum, quo Heraclius Acephalos confodit, nisi contra eos lata, ipso annuente, sententia? Hoc autem evenit, si contigisse dicendum est, anno 622, quia Pisida de prima contra Persas expeditione illic agit, qua unius anni cursu peracta Heraclius Byzantium reversus est. Cum Pisida autem plane convenit Sergius in citata ad Honorium epistola, qui eo anno consignat disputationem cum Paulo habitam, cujus post aliquod tempus dicit imperatorem esse recordatum.

At qui colloquium cum Athanasio rejiciunt, ad id temporis, quo iterum in Armeniam profectus est Heraclius, referre solent ea quæ aliquot annis post facta esse tradit Theophanes, et quæ prius, quæque posterius transacta sunt, in unum omnia commiscent. Aiunt enim, tunc quæstionem de voluntatibus, et operationibus Christi fuisse propositam Cyro ab Heraclio, qui tamen jussionem, vel epistolam ad Arcadium Cypri archiepiscopum contra Paulum Monoculum scripserat, δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγεσθαι κωλύουσαν, « duas operationes in Domino nostro Jesu Christo, ut post unitionem dicatur, prohibentem, » ut legere est in epistola Cyri tunc Phasidos episcopi ad Sergium. Cum autem hæc epistola Cyri, quæ lecta fuit in VI synodo a Georgio diacono anno 681, dicatur scripta πρὸ πεντήκοντα ἐξ χρόνων « ante quinquaginta sex annos, » recte exinde inferunt, anno 626 ineunte fuisse datam. Quare hac habita supputandi ratione concludunt eodem anno fuisse Cyrum ab Heraclio interrogatum. Verum quinam fieri potuit, ut imperator, qui paulo ante dicitur jussisse Arcadio, ne duæ operationes dicerentur in Christo, tunc primum Cyrum interrogaverit, Cyrus autem, qui disputationi cum Paulo affuerat, dubius hæserit, et ad Sergium scribendum esse duxerit? Quomodo Heraclius, qui per ea tempora Chosroam jam propius stringebat armis, poterat apud Lazos in Armenia de controversiis ecclesiasticis agere συνοδικῶς cum Cyro? Ac si Sergius, ut sanctus Maximus testatur in *Disput. cum Phyrrho*, pag. 183, Paulo Monoculo scripsit, ut ei suam de una in Christo operatione doctrinam probatam faceret, quomodo eum impium appellat, et quem esse noverat Heraclio jubente damnatum, sibi studuit conciliare? Demum si Paulus Monoculus idem ipse est ac Athanasius Syrus, ut Pagius dubitavit, quomodo hoc factum est, ut unus idemque vir fuerit sub nomine Pauli damnatus, et sub nomine Athanasii Antiochiæ patriarcha constitutus? Hæc quidem valde obscura et multis difficultatibus obsita nobis videbantur, ut antea visa sunt etiam Combefisio, qui plane Theophanis narrationem quibusdam argumentis oppugnavit, sed tandem hærens *Hist. Monoth.* pag. 6, conclusit: « Plura hic devoranda, ac plane gratum faciet, si quis digestiora protulerit. » Quam curam a Combefisio penitus se exemisse putavit Pagius iis rationibus adductus, quas superius refutavimus. At vero, ut nostra est opinio, alia instituenda via est, ut tot difficultates dissolvantur. Omnis autem hujus rei elucidatio pendet ab una Sergii ad Honorium epistola, et qui sentiet, quam versute, et subtiliter scripta illa sit, omnia plana, et manifesta esse intelliget. Igitur Sergii malitia detegenda est, atque ex ejus fraudum tenebris, quantum fieri potest, lux historiæ afferenda.

Sergius, ἄτε, teste Theophane, pag. 274, Συρογενὴς, καὶ γονέων Ἰακωβιτῶν ὑπάρχων, « ceu patria Syrus, et Jacobitis parentibus ortus, » a Monophysitarum doctrina, quam a teneris unguiculis imbuerat animo, nunquam abhorruit, sed summæ pietatis, et doctrinæ simulatione summam malitiam tegens, patriarcha CP. post obitum Thomæ factus est anno 608. Is, cum duobus post annis Heraclius imperio potitus esset, omnem, ut videtur, curam adhibuit, ut occasione capta Monophysitas adjuvaret. Verum cum imperatorem Chalcedonensis synodi decretis firmiter hærentem videret, astu et dolo ejus voluntatem inclinandam esse, quo vellet, probe intellexit. Quare cum se ei quibuslibet virtutis officiis commendasset, omnemque suspicionem a se removisset, spe gloriæ animum ejus incendit, quam eum certe consecuturum esse pollicebatur, si tot inter se dissidentes hæreticos in unum conciliaret, et divisum corpus Ecclesiæ integritati suæ restitueret. Imperator, qui ob summum pietatis zelum nihil magis optasset, quam εἰρηνικοῦ *pacificatoris* titulo in iis, quæ ad religionem spectarent, insigniri, maximis quibus tunc versabatur curis respublica CPolitana distentus, Sergio, de cujus fide nullatenus dubitabat, eam spartam integram reliquit. Quam quidem ille libenter suscepit, at tum primum suam mentem amicis aperire, et Monothelismi virus clanculum instillare ausus est, qua litteris, qua fictis libellis testimonia Patrum a se collecta vel potius corrupta aliis commendans. Hinc ille Mennæ affictus liber, hinc illæ Heraclii nomine editæ jussiones, hinc illæ Patrum vel mutilatæ, vel detortæ sententiæ, hinc tandem variæ ad Sergium, et a Sergio scriptæ epistolæ. Nam, ut in *Disput.* S. Maximi, pag. 183, legimus, Sergius misso primum per Sergium Macaronem Arsinoes episcopum ad Theodorum Pharanitanum libello, quid ipse « de una operatione, et voluntate » sentiret, quæsivit, Theodorus autem, qui Monothelitarum primus parens fuisse dicitur, quæ in eo libello continebantur, approbavit; deinde vero idem Sergius ad Paulum Monoculum in Armenia, ad Arsam Paulianistam in Alexandria, ad Cyrum tandem in Lazica eadem de re scripsit, libellum Mennæ sua, et Theodori Pharanitani manu signatum omnibus mittens. Quibus conficitur, Sergium summo artificio esse usum, tum ut animum suum iis aperiret, quorum suffragio niti posset, cum ut Heraclium, quocumque se verteret, quando vel in Armeniam, vel in Persidem a bellis evocaretur, circumveniret. Itaque, ni fallor, hæc ita per Sergium disposita, et acta sunt. Cum Theodorum Pharanitem, et Arsam Paulianistam jam primum tentasset, statim ad

Digitized by Google

Paulum Monoculum, et Cyrum Phasidos episcopum animum convertit, coram quibus habita est disputatio Heraclii de rebus ad Monophysismum pertinentibus. Ea enim disputatio visa est Sergio optimam præbere sui consilii aperiendi opportunitatem. Itaque cum Heraclius Paulum præsente Cyro refutasset, atque damnasset, Byzantium reversus mandavit Sergio, ut contra Paulum omnesque Acephalos decretum, vel jussionem quamdam suo nomine edendam conscriberet. In ea autem Sergius, inscio Heraclio, sublesta fide prohibuit, ne duæ operationes post naturarum unionem dicerentur in Christo, ac ita confectum et imperatoris nomine munitum decretum vulgavit; ac præ cæteris studuit, ut in Cyri manus perveniret. Quippe hæc est jussio illa, quam idem Cyrus in epistola ad Sergium, dicit se relegisse, quæ quidem « ad Arcadium sanctissimum episcopum Cypri contra Paulum primatem archiepiscoporum constructa fuit, » ab ipso autem Arcadio, ejusque successore Sergio, ut legere est in *Conc. Lateran.* secret. II, rejecta fuit. Interea cum imperator, fervente contra Persas bello, in Lazicam anno 626 iterum secessisset, eo quia diviso in tres acies exercitu, eam regionem sibi occupandam esse duxerat, ut ex Theophane pag. 263, colligere est, ibique passim de jussione contra Paulum edita, et ab Arcadio Cypri rejecta mussitari intellexisset, Cyrum, quid de ea sentiret, interrogavit. Cyrus autem, qua decebat reverentia coram Heraclio, cujus nomine inscripta circumferebatur jussio, latam ibi contra eos, qui duas operationes in Christo dicerent sententiam, se minime probare respondit. Tum Heraclius, qui eo potissimum anno premebatur undique, nam Persæ cum Sclavis, et Abaribus contra Romanos conjuraverant, Turcas quidem ad societatem ineundam secum allexit, iisque in fidem receptis e Lazica in Persidem irrupit, ecclesiasticas vero quæstiones, quibus examinandis impar fuit, plane dimisit, et Cyrum ut ea de re ageret cum Sergio hortatus est, ad quem Cyrus sæpe laudatam epistolam statim scripsit. Sergius autem, cui nec doctrina, nec splendor decrat, et apud quem summa reipublicæ potestas tunc erat, misso ad Cyrum, et ad Paulum Monoculum ficto Mennæ ad Vigilium libello, additis etiam litteris, quibus se unionem in Ecclesia facturum esse pollicebatur, si quam proposuerat definitionem non inviti susciperent, facile utrosque in suam traxit opinionem. Igitur tunc primum videtur suboluisse Heraclio, quid Sergius tentaret; sed cum ille de hujus fide admodum nihil dubitaret, et id quod Sergius circa unam operationem jussioni addiderat de industria, non captiose, sed opportune ad conciliandas Acephalorum sectas additum fuisse duceret, Cyrum quidem ad Sergium, rem autem ipsam ad commodius tempus transtulit. Hæc autem ita evenisse ex epistolis Cyri ad Sergium, et Sergii ad Honorium perspici potest : nam quanquam Sergius dicat, in disputatione Pauli Heraclium « fecisse etiam mentionem unius operationis Christi : » plane assentior Baronio, qui ad annum 622, præclare intellexit, hæc suis scriptis indidisse Sergium, ut suam sententiam imperatoris nomine nobilitaret, et hæresim facilius propagaret. Equidem novi esse quosdam, qui nullam fidem huic epistolæ a Sergio ad Honorium scriptæ adhibendam esse arbitrentur, eo quia a Monothelitis, qui Sergium, secuti sunt, vitiatam, atque corruptam fuisse dicant : qua de re nuper luculenter disseruit præsul cl. Bartholus in sua *Apologia pro Honorio*, cap. 12. Sed omissis argumentis, quæ ad hanc sententiam confirmandam commode adduci solent, ex epistola Cyri ad Sergium mendacii et fraudis argui ipsum Sergium, satis opinor, intelligitur. Cyrus enim, qui disputationi cum Paulo interfuit, et orthodoxam sententiam contra Monophysitas propugnavit, in ea de una operatione in Christo actum esse non dicit; Heraclium εὐσεβῶς τὴν ἀμώμητον ὀρθοδοξίαν θρησκεύοντα « pie immaculatam nostræ fidei rectitudinem recolentem » laudat; jussionem autem δύο ἐνεργείας λέγεσθαι κωλύουσαν ἀνένευε « duas operationes dici prohibentem abnuit : » sed et jussionis auctorem fuisse Sergium videtur Cyrus suspicatus; ait enim Heraclio jubente se relegisse Sergii suggestionem, ἀντίγραφον εἶναι λεγομένην καὶ δοκοῦσαν τῆς βηθείσης εὐσεβοῦς κελεύσεως· μνήμην γὰρ ἐποιεῖτο Παύλου τοῦ φαύλου, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ τῆς κελεύσεως ἴσου, καὶ τὸν ἐγγεγραμμένον αὐτῷ νοῦν ἀπεδέχετο, « quæ dicebatur, et putabatur præfatæ piæ jussionis esse rescriptum; mentionem enim faciebat illius Pauli phauli, sed et jussionis exemplaris, et intentum eorum, quæ in eo scripta fuerant, admittebat. » Suggestio, ut videtur, fuit Encyclicæ quædam species, qua jussionem Heraclio suppositam Sergius Cyro, aliisque episcopis commendabat. Suggestionis et jussionis idem sensus, idem finis. Eadem, quæ jussio mandabat, suggestio confirmabat, ut ejus diceretur, et putaretur esse ἀντίγραφον. At quis jam dubitabit, utriusque scripti auctorem fuisse Sergium, qui Ecthesim quoque aliquot post annis Heraclio affingere non erubuit? Verum nec in jussione, nec in suggestione plane ausus est Sergius asserere Heraclium contra Paulum Monoculum de una operatione fuisse locutum; id enim ut falsum et Heraclius, et Cyrus, et Paulus, aliique statim reprobassent, sed mentio tantum Pauli, ut ait Cyrus, in illis scriptis facta est, quin ea disputatio jussionis scribendæ fuit occasio. Illud autem captiose addidit Sergius ad Honorium scribens, cum ut omnem a se removeret suspicionem, tum ut se tueretur nomine et patrocinio Heraclii, quem tanquam primum novæ hæreseos architectum pontifici obtrudere satagebat, ut causæ suæ fidem, et auctoritatem, et firmamentum adjungeret. Atque id eo plane consilio factum, comparatumque fuisse a Sergio, ex ipsa epistolæ lectione, ni fallor, evincitur : nam ea verba ἐν οἷς καὶ μιᾶς ἐνεργείας Χριστοῦ ἐποιήσατο μνήμην, « inter quæ et unius operationis Christi mentionem fecit, » cum narratione vix cohærent, et ea mente tantummodo apposita videntur, ut erroris invidiam in Heraclium transferret, qui tunc rem totam ignorabat. Nec vanam hanc esse suspicionem cæteri scriptores, qui hoc argumentum pertractarunt, aperte demonstrant : omnes enim Sergii verbis nullam fidem adhibentes, non Paulum ab Heraclio, sed Heraclium vel a Paulo, vel a Cyro, vel tandem ab Athanasio fuisse interrogatum tradiderunt. Duplex igitur malitia notanda venit in Sergio, primum quod in jussione contra Paulum ad Arcadium directa sententiam adversus eos, qui duas operationes in Christo profitebantur, arbitratu suo protulerit; deinde quod in epistola ad Honorium voluerit Monothelismi principem et inventorem Heraclium constituere. Quæ si satis probata esse dignoscantur, patebit, neque in disputatione contra Paulum, quæ anno 622, neque in colloquio cum Cyro, quod anno 626 habitum est, Heraclium de nova circa unam operationem controversia plane ignarum Monothelismo, quem Sergius clam, et ex insidiis propagare studebat, favisse. Vere enim in hoc uno culpandus Heraclius, quod nimiam fidem addiderit Sergio, quem ad veteres sedandas, non ad novas excitandas in Ecclesia Dei turbas jussionem struxisse existimabat. Atque hi quidem primi gradus, et quasi processus fuerunt, per quos Sergius imperatoris benevolentia, et hominum simplicitate abutebatur.

Interea, cum Heraclius de Chosroa tantum esset sollicitus, nihil per aliquot annos hac in re actum esse testatur Sergius ad Honorium dicens, καὶ σιγὴν μὲν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἔλαβε, « et silentium quidem ex illo tempore, » videlicet ab anno 626, « hujusmodi suscepit capitulum : » quod silentium perperam traducere conatus

Digitized by Google

est Pagius ad Heracliani congressus cum Athanasio falsitatem evincendam contra Theophanem, statuens hoc ipsum silentium ab anno 626 ad annum 633 perdurasse, quo Cyrus jam episcopus Alexandrinus et Monothelita factus, decreta aliqua in conciliabulo Alexandrino pro Monothelismo sancivit. Id autem omnino falsum est : nam quis credat novem integris annis siluisse Sergium, cui ea res tantum cordi esset, quique hoc ipso temporis spatio et Paulum, et Cyrum, et Athanasium, aliosque in suas partes studuit adducere? Sed Pagius ab epistola Sergii se decipi passus est, in qua vel de industria turbato ætatum ordine res enarrantur, vel non omnia, prout sunt, dilucide explicantur. Etenim iis expositis, quæ Cyrus Alexandriæ pro Monothelismo firmando decreverat, statim subdidit Sergius : Ἀρτίως ὁ Δεσπότης κατὰ τὴν Ἐδεσσῶν διατρίβων πόλιν, πανευσεβῆ κεραίαν ἐποιήσατο πρὸς ἡμᾶς παρακελευομένην, ἵνα τὰς πατρικὰς παρεκβάλωμεν χρήσεις, τὰς ἐμφερομένας τῷ γενομένῳ, ὡς εἴρηται παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Μηνᾶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον Βιγίλιον δογματικῷ περὶ μιᾶς ἐνεργείας καὶ ἑνὸς θελήματος λόγῳ, « Nuper Dominus noster apud Edessam demorans civitatem pios ad nos apices fecit, præcipientes, ut paterna illa testimonia defloremus, quæ continentur in libro dogmatico, sicut dictum est, facto a sanctæ memoriæ Menna ad sanctissimum Vigilium de una operatione et voluntate. » Sed nos non quid post, sed quid ante conciliabulum Alexandrinum actum sit, quærimus. Potuit enim Heraclius, etiam antequam Cyrus ad sedem Alexandrinam esset translatus, scribere ad Sergium, ac tum plane scripsit, cum ab Athanasio Syro est interrogatus. Certum est enim I.) Heraclium, post pacem cum Persis compositam, ad res ecclesiasticas serio tractandas animum transtulisse ; quod præter Theophanem affirmat Pisida v. 72 :

Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου
Ἡ πρακτική τε καὶ σοφὴ στρατηγία
Πρὸς τὰς Γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων.

Quoniam vero etiam hoc fausto pacis tempore
Illa operosa, sapiensque expeditio
Ad Scripturas conversa est a Barbaris, etc.

II.) Constat eumdem Heraclium anno 630, post Edessam catholicis restitutam, Hierapolim venisse, ubi secundum cum Athanasio congressum habitum esse ferunt omnes post Theophanem Græci scriptores. III.) Cyrum non ante annum 633 episcopum Alexandrinum fuisse factum : epistolam autem Sergii ad Honorium anno 634 ineunte scriptam fuisse compertum est. IV.) Nemo autem fidem Theophani in eo negavit, quod ait Heraclium rem cum Cyro Phasidos, et Sergio communicasse. Itaque recte hoc anno 630 consignari mihi videtur Athanasii congressus, de quo disputatur, quia loci, temporis, et personarum ratio probe convenit : nam tunc quidem Heraclium Ecclesiæ pacandæ penitus intentum, et cum Athanasio colloqui, et Cyrum ad se accersere, et ad Sergium scribere potuisse facile mihi suadeo ; ut ea de re quid actum esset, et quo statu res ipsa maneret intelligeret, quasi de integro tunc causa nasceretur, quam totam ad hunc usque annum in se susceperat Sergius ; ejus enim ad arbitrium, et nutum totum se antea finxerat, et accommodaverat imperator. Quod autem ad Cyrum spectat, tempora sunt distinguenda, ut omnis difficultas tollatur : nam ter Heraclius cum eo sermonem habuit de controversiis fidei ; primum Theodosiopoli anno 622, quando cum Paulo disputatum est ; secundum in Lazica anno 626, quando Heraclius ad Sergium de nova quæstione scribendum esse dixit ; tertium Hierapoli anno 630, cum imperator ab Athanasio interrogatus, et quid contra reponeret plane nescius, Cyrum ad se vocavit, ut quæ ejus esset sententia cognosceret. Tum vero factum est, ut mutuo trium virorum Athanasii, Cyri et Sergii in unum consensione deceptus in errorem pertraheretur Heraclius, qui tunc primum aliquid Monothelismo tribuisse videri possit : non ideo sane quia errori augendo, alendoque studeret, sed quia Sergio nimis fidens, ejusque stans judicio, propositam ab eo opinionem uniendæ potius, quam scindendæ Ecclesiæ opportunam esse arbitraretur. Nam si Monothelitas, eorumque placita ex animo unquam probasset, in locum Modesti episcopi Hierosolymitani anno 633 vita functi Sophronium, quo nemo acrius obsistit Cyro et Sergio, substitui nullatenus permisisset, neque Ecthesim, quam sub ejus nomine post edidit Sergius, suam non esse ad Joannem IV disertis verbis declarasset. Itaque ne tunc quidem, nec etiam postea satis cognitum, perspectumque fuit Heraclio, quo vigens controversia tenderet, et quantum incommodi esset allatura Ecclesiæ. Quare recte Theophanes aiebat, ξενοφωνηθέντα « vocis novitate perculsum » eum fuisse, quando ab Athanasio est interrogatus ; quia, ut dictum est, nihil plane antea de hac controversia cum Paulo Monoculo actum fuit, cum Cyro autem in Lazica disputare refugit bello impeditus imperator, et Sergium tantummodo consulendum in præsentia esse dixit : sed cum in congressu cum Athanasio rebus ecclesiasticis tractandis serio incumberet, et ex proposita quæstione se quasi ad definiendum urgeri sentiret (nam stricte, ut narrat Theophanes, ab eo quæsivit Athanasius τὸ πῶς δεῖ ταῦτα λέγειν ἐν Χριστῷ δίπλᾶ ἢ μοναδικά ; « quales asserere deceat in Christo gemminas, an unicam »), ξενοφωνηθείς, « novitate vocis implicatus, » hæsit, et ne quid arbitratu suo statueret cavendum esse sibi duxit. Igitur id quod Sergius ad Honorium scribens narrat, Heraclium Edessæ degentem postulasse ut ex affecto libello Mennæ decerpta testimonia ad se mitteret, vel falsum omnino est, vel saltem tribus post annis contigit, quam congressus cum Athanasio est habitus, quem proinde esse commentitium frustra nobis suadet Pagius, qui hoc ipsum colloquium ab eo plane diversum, quod Heraclius habuit cum Paulo, fatemur. Nec veteris libelli Synodici narrationem, cujus auctoritate nititur cl. Bartholus, tanti faciendam esse putamus, ut momenta a nobis allata respuantur. Patet enim, et in libello confuse, et permistim ea referri, quæ ad primam Monothelismi originem spectant, ejusque auctorem ab epistola Sergii vel corrupta, vel certe cum dolo malo contexta, hausisse, quæ minus accurate scripto consignavit : ita enim ait : Ἐξαίφνης Ἡράκλειος ἀναλαβὼν ἐκ τῆς δύσεως, Φωκᾶν ἀνελὼν τὴν βασιλείαν παρέλαβε, καὶ τὸν κατὰ Περσῶν θεόθεν ἁράμενος πόλεμον, ποταμὸν τὸν Φᾶσιν κατέλαβεν, ἐν ᾧ τῶν Ἀκεφάλων περὶ τῶν θελημάτων καὶ ἐνεργειῶν τις αὐτῷ πεῦσιν προσήγαγεν. Ἥντινα πεῦσιν Κύρῳ τῷ Φάσιδος ἐπισκόπῳ ἀνακοινωσάμενος, ἄμφω ἐξαπορήσαντες, τῷ Κωνσταντινουπόλεως Σεργίῳ τὰ περὶ τούτου ἐγνώρισαν. « Derepente Heraclius ab Occidente profectus, Phoca occiso, imperium arripuit, et bello contra Persas suscepto divinitus, Phasidem fluvium occupavit ; ubi quidam Acephalorum quæstionem de voluntatibus, et operationibus ei suggessit. Quam quidem quæstionem, cum is cum Cyro Phasidos episcopo communicasset, et uterque dubitaret, Sergio Constantinopolitano isthæc renuntiarunt. Quæ quidem ita ut uno spiritu effusa narrantur, inter se non convenire ex adductis argumentis perspicuum est. Nisi etiam illud hic animadvertere velimus, Sergium quidem affirmare ab Heraclio fuisse Paulum interrogatum, καὶ μιᾶς ἐνεργείας ἐποιήσατο μνήμην, libelli autem scriptorem contra dicere τῶν Ἀκεφάλων τις αὐτῷ τὴν πεῦσιν προσήγαγε, « Acephalorum quemdam imperatori movisse quæstionem; » quod veri esse similius jam superius ostendimus.

Atque hæc quidem, ut facultas tulit, declarata

Digitized by Google

sunt, nec minus dilucide, quam rei natura ferebat, demonstrata, ut jam concludi possit, geminos plane fuisse congressus, in quibus Heraclius de rebus ad Monophysismum pertinentibus, primum quidem cum Paulo Monoculo, et deinde cum Athanasio Syro, disputavit : nec ea, quæ inde subsecuta sunt, nostrum est investigare, non enim Monothelismi historiam persequi nobis propositum est. Igitur ut ad Pisidam, a quo isthæc tractatio sumpsit exordium, revertamur, dicimus hocce poemation, quod in Severum videtur factum, reapse contra Athanasium, vel alium quemvis ex Acephalorum, aut Jacobitarum familia insignem fuisse conscriptum. Quamvis autem Paulus Monoculus statim se offerat; ne eum tamen esse statuamus, quem petit Pisida, duo faciunt argumenta ex eodem Pisida petita, quæ tempus et locum plane diversum, quam Paulo convenire possit, videntur designare. Ac primum quidem quod ad tempus spectat, satis evidenter illud, opinor, distinguit poeta v. 56 et seqq., in quibus quid contra Chosroam, et Paulum Monoculum ab Heraclio actum sit leviter attingens concludit :

Ἀλλ' ἠφάνισται ταῦτα σὺν τῷ Χοσρόῃ
Πέρας λαβόντα συμφορᾶς γελωμένης.

Sed hæc evanuere una simul cum Chosroa,
Et finem habuerunt misere ridiculum.

Quæ quidem de sententia in Paulum inter Armenos Acephalorum principem lata intelligenda esse jam superius observatum est. Sed quod statim subjungit, alium plane respicit virum inter Acephalos clarum; ait enim vers. 62 :

Ἦρχει μὲν οὖν ἐκεῖνο τὸ πρῶτον βέλος
Τὰς τῶν ἀπίστων ἢ μαλάξαι καρδίας,
Ἢ τὴν πολυτράχηλον ἐκτεμεῖν πλάνην·
Πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν Ἀκεφάλων αὐχένες.

Suffecisset igitur primum illud jaculum,
Aut ad emollienda infidelium corda,
Aut ad multorum capitum exscindendum errorem.
Multæ enim sunt Acephalorum cervices.

Itaque aliud telum in aliud caput contorquendum demonstrat Pisida, quod expressius etiam postea, v. 72, declarat, ea, quæ post pacem inter Romanos, et Persas sancitam gesta sunt, jam tandem enarraturus. Ac pax quidem anno 628 firmata est; sed Pisida post annum 630 hæc scribebat, ut patet ex iis quæ leguntur in fine v. 706 et seqq. de Camboa, quæ, ut videtur, est Edessa. Verum Edessa ann. 629 exeunte orthodoxis restituta fuit; itaque de re post hunc annum transigenda, non de congressu Heraclii cum Paulo jam transacto loquitur Pisida. Sed et locum, in quo ille Acephalorum princeps degebat, quodammodo designat poeta; ita enim, v. 670, eumdem ipsum alloquitur :

Ὅμως δὲ καὶ νῦν εὔχομαί σε τοῦ γνόφου
Φυγόντα τὴν ζόφωσιν εἰς τὸ φῶς τρέχειν·
Τούτου δὲ μακρὰν οὐ κατοικεῖς, εἰ θέλεις.

Cæterum te nunc deprecor, ut caliginis
Effugiens tenebras, ad lucem accurras :
Nec longe ab ipsa diversaris, si velis.

At si non longe Acephalus ille ab Heraclio distabat, a quo lux petenda erat, Heraclius autem eo tempore, ut narrat Theophanes, Hierapoli in Euphratesia morabatur, quem alium eum fuisse dicendum sit, si Athanasius non fuit, plane non video; cum, ipso Theophane teste, Heraclium Hierapoli degentem Athanasius simulata fide deceperit, et de una operatione, et voluntate interrogaverit. Quoniam vero Theophanes ita videtur cum Pisida consentire, ut sæpe hujus auctoritate fulciatur, quod in notis *De expeditione* demonstravimus; Pisidæ autem testimonium, qui, Heraclio vivente, et ad Heraclium ipsum hæc scribebat, tale sit, ut rejici nullo modo possit, novum plane momentum A inde accedit ad congressum Heraclii cum Athanasio confirmandum.

Cæterum quamvis satis validæ hæ conjecturæ nobis videantur esse ad probandum hosce iambos contra Athanasium Jacobitarum patriarcham esse confectos, non ita tamen id nobis concedi volumus, quasi nulla oriri possit dubitatio, alium ab Athanasio fuisse eum, quem sub Severi nomine Pisida exagitat. Si quis enim volet non Athanasium, sed Joannem Maracumensem hic peti, quem Historia Armena, ut jam dictum est, in concilio Charnensi jussu Heraclii coacto damnatum, et in hæreticorum numerum ascriptum fuisse narrat, id per nos quidem licebit. Tempora propemodum conveniunt : nam concilium in Armenia, ut ex Anonymo Græco adversus Christianum Lupum superius adnotavimus, anno 633 celebratum fuit, quando Heraclius rebus ecclesiasticis componendis summa animi voluntate totus incumbebat : Pisida autem ad ea, quæ B vel ante, vel post hoc concilium agebantur, facile respicere potuit. Verum fateor argumentum a notatione loci repetitum facere, ut credam, Athanasium Syrum potius, quam Joannem Armenum hic indicari : nam Heraclius synodo Charnensi non adfuit, et Pisida imperatorem in Syria, nec procul ab eo, quocum res erat, morantem nobis repræsentat.

Sed vel Athanasius, vel Joannes, vel quivis tandem alius ex Acephalorum secta ille fuerit, quem Pisida acriter insectatur (divinare enim licet, definire non possumus), illud plane ex hujus poematii lectione satis evincitur nec Heraclium tunc temporis Monothelismo favisse, nec Monothelitas ipsos adhuc se, suaque dogmata in publicum prodidisse : nihil enim omnino occurrit, quod ad quæstionem de una operatione, et voluntate pertrahi possit. Unde clarius, et apertius elucet malitia Sergii, qui clementia, et bonitate principis abutens, sub ejus nomine suos errores incautis obtrudere, ipsumque C Heraclium in suam sententiam adducere perbelle, et callide satagebat. Nam quomodo Pisida, qui de controversiis per eam ætatem vigentibus, ac de Heraclii circa easdem sollicitudine, et cura consultus disserit, id ne attigisset quidem, quod jam vel pervulgatum esse nosset, vel gratum futurum speraret Heraclio, et Sergio, quibus non modo placere, sed etiam assentiri studebat? Sed totum licet perlegas, atque pervolvas poema, nihil plane offendes, quod Monothelismum vel sapiat, vel inculcet, sed omnia ad Monophysismum labefactandum senties esse conversa Pisidæ argumenta. Hoc autem probe concordat cum iis, quæ tradunt historici; nam neque in concilio Charnensi quidquam de Monothelismo actum est, neque in congressu cum Athanasio ea de re disputatum, sed ut Theophanes loco sæpe citato narrat, Heraclius Athanasium magnis promissis ad synodum Chalcedonensem amplectendam suasit, is autem ὑποκριθεὶς ὑπεδέξατο τὴν σύνοδον, D ὁμολογήσας τὰς δύο ἐν Χριστῷ φύσεις, « simulata fide synodum recepit, enuntiatis in Christo duabus naturis; » tum vero quæstionem de una operatione movit imperatori. Quare, ut videtur, si qua fuit inter Athanasium Heracliumque disputatio, ea non circa Monothelismum, sed circa Monophysismum versata est, ac obiter tantum in fine, quamvis de industria, de una operatione proposita est quæstio. Itaque etiam ex Pisidæ circa Monothelismum silentio fraus Sergii detegitur, qui clam, et occulte rem totam dirigebat, et ubi opus esset præsidium errori, ab Heraclio parabat, cujus nomine sua scripta impune venditabat, ut quo volebat, perveniret.

Quidni autem hoc affirmabimus, cum Pisida non modo de Monothelismo nihil omnino dicat, sed etiam plura ex iis, quæ contra Severum, vel Acephalos profert argumenta, ex Heraclii jussionibus, et decretis deprompta esse testetur, seque ab eo edoctum, et ad scribendum excitatum fuisse declara-

Digitized by Google

ret, ut non tantum Pisidam, sed Heraclium ipsum loquentem audiamus? Ille enim statim, ac primo quidem poematis exordio, v. 6, ait :

Ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τοῖς μεταρσίοις λόγοις
Πρὸς τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐν ὕψει δογμάτων.

Tollimur tuorum ope sermonum sublimium
Ad altitudines excelsorum dogmatum.

Sed clarius v. 80 et seqq., quo duce, et auctore scribat, ostendit dicens : Heraclius

Ἥπλωσεν ἡμῖν τὰς θεογράφους πλάκας,
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων
Ἐφῆκεν ἡμῖν, ὠκεανοῦ τινος δίκην,
Ἀπεικὸς οὐδὲν τὰς λαλούσας ὀλκάδας
Ἐκ τῶν ἐκείνου ῥημάτων πληρουμένας
Ταῖς ἀλλοδόξοις προσβαλεῖν τρικυμίαις.

Explanavit nobis a Deo scriptas tabulas,
Rivosque a Deo fluentium sermonum
In nos immisit, ut quidam Oceanus,
Abs re prorsus non est navim eloquentiæ
Ex illis affluentia repletam
Contra falsarum opinionum fluctus impellere.

Diserte autem, v. 310, ait se novum problema Acephalis solvendum proponere :

Ἐκ τῆς βασιλικῆς τοῦτο κλέψας οὐσίας,

Ex imperatoris desumptum penu,

eoque vix proposito subjungit, v. 344 et seq. :

Οὐκ ἔστι τοῦτο τῶν ἐμῶν προβλημάτων,
Ἀλλ' ἔστιν ὄντως τοῦ θεορρήτου λόγου.
Ἐν τῇ μεθέξει τοῦ λόγου παρεσχέθη
Τῷ σὺν Θεῷ κρατοῦντι τῆς οἰκουμένης.

Non hoc est meum quoddam problema,
Sed est revera a Deo prolatum verbum,
Quod in communione sermonis est ei oblatum,
Qui simul cum Deo imperat orbi terrarum.

Atque ex eodem, ut videtur, fonte derivata sunt quædam ex iis, quæ circa medium leguntur; ait enim vers. 445:

Ἀλλ' ἔστι μύστης τῶν ἐμῶν διδαγμάτων
Ὃ τὴν ἀλουργὸν πορφύραν ἐνειμένος.

Sed est meorum mysta præceptorum
Ille qui punicea est indutus purpura.

Ex quibus omnibus hoc mihi videor posse satis probabiliter affirmare, ita suum poema digessisse Pisidam, ut Ectheseos vel jussionis ab Heraclio contra Acephalos aut jam editæ, aut quamprimum edendæ, quædam esset veluti paraphrasis, in qua prout facultas tulit, et metri necessitas passa est, breviter inclusit, quæ fusius imperator pertractaverat. Atque hac quidem de causa ad Heraclium, ut opinor, se convertit, eumque exorat in fine vers. 693, ut quæ pro modulo ingenii sui versiculis constringere curavit, approbet, atque confirmet :

Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων
Τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις·
Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους.

Rerum a me dictarum complexionem
Tui sermonis confirma auctoritate;
Non enim habui familiares dogmaticos sermones.

Hæc autem dicere, vel ab Heraclio petere minime ausus fuisset, si eam esse mentem imperatoris intellexisset, ut Monophysismi damnatione error finitimus probaretur : sed nec de Monothelismo verba facere omisisset, si Heraclio id placere cognovisset.

Itaque in ea confirmor opinione, quam multis argumentis superius expressimus, omnia usque ad hoc tempus, videlicet annum 630, astu, et malitia Sergii clam, et occulte esse structa, et parata, ut Monothelismo sterneretur via : ita plane, ut ejus scriptis nulla fides hac in re adhiberi possit. Nam ut videtur jussiones, et decreta, suopte quidem ingenio confecta, Heraclii vero nomine insignita, non in vulgus edere, sed clandestinis artibus, et consiliis ad eos mittere curabat, quos noverat suam sententiam perfacile esse probaturos. Id autem Heraclio minime suspectum esse potuit, qui cum Sergii pietatem, et doctrinam suspiceret maxime, eumque conciliandis Acephalorum sectis omnino intentum esse crederet, veritus quidem non est, ne compositæ orationis insidiis sua fides attentaretur. At Sergius quidem aliud agebat, et aliud simulabat, qua fraude una simul cum Heraclio cæteros decepit. Hinc merito sanctus Maximus in Disput. cum Pyrrho, tom. II, pag. 182, subdolum ejus ingenium ex animo detestatus est dicens : Ἀληθείαν λέγω, οὐδὲν οὕτω ἀποδιέθηκέ με πρὸς τὸν πρὸ σοῦ, ὡς τὸ παλίμβολον αὐτοῦ, ἤγουν τὸ ἄλλοτε εἰς ἄλλας αὐτὸν μεταπίπτειν ἐννοίας, καὶ ἐν μηδενὶ βεβηκέναι φρονήματι· « Vere loquor; nihil me sic a tuo decessore Sergio alieno animo fecit, ac ejus versatile ingenium, mentisque levitas : quod nimirum in alias subinde animum transferret sententias, nec in vero firmiter sensu consisteret. » Nec tantum idem sanctus vir Sergii vafritiem incusat, sed ipsum etiam, ut scriptorum, quæ circumferebantur, auctorem aperte insimulat, et damnat; ait enim *ibid.* p. 185: Τίς δὲ ἀνάγκη χάρτας προθεῖναι, καὶ σχίσαι τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν; « Quid vero necesse erat chartas proponere, et sanctam Dei Ecclesiam scindere? Sed Pisida, quantum ex hoc poemate intelligere possumus, occulti consilii, et fraudum Sergii particeps non fuit; quamvis ejus gratiam inire multis in eum alibi congestis laudibus non prætermisisse constet. Quinam enim id tacuisset, si jussiones, et scripta, quæ sub Heraclii nomine Sergius inter suos amicos disseminabat, perlegisset? Illud igitur, ni fallor, patet, Pisidam, quæ moliretur Sergius, plane ignorasse, nec ejus rei, et fraudis conscium Heraclium existimasse, sed contra Monophysitas hoc poemation scripsisse, ut cum ea omnia, quæ imperator in bello gesserat, suis versiculis exornasset, ea etiam, quæ parta pace pro religione statuta fuisse noverat, complecteretur. Quod quidem in illis senariis satis expressit, quibus se purgat, quod nimis sicce, et jejune dogmaticas controversias pertractaverit, v. 695 :

Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους·
Ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις
Τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους.

Non enim habui familiares dogmaticos sermones,
Semper vero tuis delectatus expeditionibus
Tua studui certamina adumbrare sermonibus.

Verum quomodocunque hisce de rebus egerit Pisida (egit autem non ineleganter), dolendum est, ea quæ post Heraclius suis vel jussionibus, vel decretis contra Acephalos sancivit, non esse persecutum : inde enim, opinor, constaret aperte, Heraclium nunquam commisisse, ut sciens, volensque videretur Monothelismum approbare.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΚΑΤΑ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ ΣΕΥΗΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.

EJUSDEM

CONTRA IMPIUM SEVERUM ANTIOCHIÆ.

FR. MORELLIO INTERPRETE.

Χρυσῆν ἀληθῶς οὐρανοῦ σειρὰν βλέπω
Τὴν σὴν πρὸς ἡμᾶς φρονιμωτάτην φρένα·
Σὺ μὲν γὰρ ἀκρότητι τῶν ἄνω λόγων
Σεαυτὸν ἐστήριξας· ἐκ δὲ σοῦ πάλιν
Ἡμεῖς τὰ τέκνα πάντες ἐξηρτημένοι
Ἀρθῶμεν ἐν σοὶ τοῖς μεταρσίοις λόγοις
Πρὸς τὰς ἐπάρσεις τῶν ἐν ὕψει δογμάτων,
Εἰ καὶ γεώδες δυσφοροῦμεν φορτίον.
Οὐκ ἦν γὰρ εἰκὸς, οὐδὲ τῇ φύσει πρέπον
Ζυγοστατεῖσθαι τὴν ὑπεραίρουσαν φύσιν,
Ἀλλ' ἐμμένοντας τοῖς πεπηγμένοις ὅροις,
Σιγῇ τὰ πολλὰ μυστικῇ περισκέπειν·
Εἰ γὰρ θεοὺς σέβοντες Ἕλληνες νόθους,
Σιγῆς τὰ τούτων ἠξίωσαν ὄργια·
Πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὸν Θεὸν τῶν κτισμάτων

A Auream vere cœli catenam video
Tuam nobis esse sapientissimam mentem
Nam sublimitate cœlestium sermonum
Teipsum solidasti : ex te autem vicissim
Nos omnes tui filii suspensi
Tollimur tuorum ope sermonum sublimium
Ad altitudines excelsorum dogmatum ;
Quamvis terreno deprimamur pondere.
Æquum enim non erat, nec naturæ conveniens
Ad trutinam vocare supereminentem naturam,
Sed manentes inter constitutos terminos
Silentio valde mystico illam obtegere.
Si enim deos colentes Græci falsos
Silentio reveriti sunt eorum orgia :
Quomodo non est æquius Deum creaturarum

NOTÆ.

1. Celebris est aurea catena Homerica, quam præ oculis habuisse videtur Pisida. Jupiter volens *Iliad.* VIII, 19, ut ὅσον ἐστι θεῶν κάρτιστος ἀπάντων, dii ipsi intelligerent, sic eos alloquitur :

Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες,
Πάντες δ' ἐξάπτεσθε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι·
Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν' ὔπατον μήστωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.
Ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι,
Αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

Catenam auream de cœlo suspendentes
Omnes appendamini dii, deæque omnes :
Sed non traxeritis ex cœlo in terram
Jovem summum consiliarium, neque si multum labo-
[*raveritis.*
Sed quando jam et ego cupidus voluero trahere,
Cum ipsa terra traxero, ipsoque mari.

De hujus catenæ significatione aliter sensit Plato in *Theæteto*, pag. 752 ; aliter Macrobius, in *Somn. Scip.* I, 14 ; aliter tandem Lucianus, in *Dialogo Jupp. confut.* tom. II, pag. 628. Sed patet Pisidam in catena Homerica summam Jovis potestatem adumbrari intellexisse, quemadmodum in ea, ad quam nos revocat, eximiam Heraclii imp, in rebus sacris tractandis, explanandisque sapientiam indicat, cujus tantam fuisse vim testatur, ut omnes CPolitani, tanquam attoniti ex ejus ore penderent, et quo ipse vellet trahi paterentur ; quod quidem nostram fidem superat.

9. De Deo uno, et trino, et de Christi incarnatione disputationes caute, et sobrie suscipiendas, tractandasque monuerunt omnes SS. Patres, ne dum nimia earum rerum cognoscendarum curiositate rapimur, B quæ captum nostrum longissime superant, nobis ipsis ruinam paremus. Recte sanctus Cyrillus Alex. dialog. 5 *De Trinit.* ait : Ἡρεμείτω λοιπὸν τὸ περίεργον ἔτι· νοῦ δὲ ἐπέκεινα καὶ λόγου παντὸς τὸ Θεῖον· « Cesset jam tandem curiositas : quippe ultra intelligentiam, et sermonem Divinitas est. » Siquidem Gregorio M. teste, *Moral*, XIV, 12, « sancta Ecclesia utilius studet nescire, quæ perscrutari non valet, quam audacter definire, quæ nescit. »

11. Ὅροι πεπηγμένοι sunt Ecclesiæ, et conciliorum, præsertim synodi Chalcedonensis decreta, et constitutiones, a cujus definitionibus circa res divinas recedere fuit eritque semper nefas. Porro ex novis quæstionibus aut ex curiositate, aut ex malitia motis, novæ semper hæreses ortæ sunt.

13. Ea fuit ethnicorum religio, ut ne philosophica quidem dogmata vulgari fas esset. Testis sit Pythagoras, qui ut adyta ingredi, et Ægyptiorum mysticam philosophiam posset addiscere, circumcidi passus est, ut refert Clemens Alex. *Strom.* I, pag. 354. C Testis Socrates, quem nihil scripto mandasse constat ex Platone, ne quæ ipse sentiebat, in vulgus prodirent. Quid dicam autem de gentilium sacris, quæ noctu fieri solebant, et non nisi initiatis patebant ? Ne multus sim, prætereo ea de re testimonia, unius Horatii auctoritate contentus, qui ne mergeretur sibi metuebat, si comitem itineris adhibuisset sacrorum Cereris proditorem, *Od.* III, 2, 25 :

. . . . . *Vetabo, qui Cereris sacrum*
Vulgarit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum
Solvat phaselum.

Digitized by Google

Silentio vel magis mystico venerari?
Qui enim ponderat naturas sermone,
Quomodo non investiget in sermonibus,
Rimeturque qua ratione, qualesve, et quantæ;
Et quomodo coaluerint, et rursus coalitæ
Divisæ maneant, et simul conjunctæ?
Æquum sane non erat hos inire sermones,
Ac ne ipsum quidem sermonis genus hoc ferebat.
Satius autem fuerat a tempestate Barbarorum,
Et ab armata telis procella
Expeditos quiescere simul cum præliis,
Quæ fortissimus excidit Benefactor
Ope suæ spiritalis chirurgiæ
Morbo late per orbem serpente dispulso;
In quo tyrannorum feritas invaluit,
Et Barbarorum ignis impie accensus:
Donec ille compescuit ulcera vulnerum,
Occludens venas redundantes sanguine.
Cum vero vivens, et defunctus Chosroes
Belli tempestates nobis suscitasset,
Qua percitus furore in cædes ruens,
Qua Severi commentationum præsides,
Tanquam mystagogus erroris, ordinans:
Multa inter nos orta est tragœdia.

A Σιγῆ προσήκει μυστικωτέρᾳ σέβειν;
Τὸν γὰρ ταλαντεύοντα τὰς φύσεις λόγον
Πῶς οὐκ ἀπεικὸς ἐξιχνεύειν ἐν λόγοις,
Ζητεῖν τε πῶς, ποῖαί τε, καὶ πόσαι φύσεις,
Καὶ πῶς συνῆλθον, καὶ συνελθοῦσαι πάλιν
Διαιρεταὶ μένουσιν ἢ συνημμέναι;
Οὐκ ἦν μὲν εἰκὸς τούσδε μετὰ λόγους λέγειν,
Εἰ μηδ' ἂν αὐτὸς τῶν λόγων ἠνείχετο.
Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν Βαρβάρων,
Καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος
Ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις,
Ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν Εὐεργέτης
Ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς χειρουργίας,
Τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον,
Ἐν ᾗ τυράννων ὠμότης ἐπεκράτει,
B Καὶ Βαρβάρων πῦρ δυσσεβῶς ἀνημμένον·
Ἕως ἐπέσχε τὰς νομὰς τῶν τραυμάτων,
Ἀναστομώσας τὰς φλέβας τῶν αἱμάτων.
Ἐπεὶ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν ὁ Χοσρόης
Χειμῶνας ἡμῖν ἐξανέστησε μάχης·
Πῇ μὲν πρὸς ὁρμὰς ἠρεθισμένος φόνων,
Πῇ δὲ προέδρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,
Ὡς μυσταγωγὸς χειροτονήσας πλάνης
Πολλὴ καθ' ἡμῶν γίνεται τραγῳδία.

NOTÆ.

14. Ὄργια pro quibuscunque ethnicorum sacris posuit, ut omnia æque impia, stultaque fuisse demonstret. Vide *Heracliad.* I, 61.

16. Aperte, ut mihi videtur, ad disciplinam arcani alludit, qua a primis Ecclesiæ sæculis cautum fuit, ne de divinis mysteriis, ac præsertim de Trinitate, et incarnatione coram Judæis, infidelibus et catechumenis ageretur. Videsis, quæ disertissime opposuit Tentzelio Emmanuel a Schelstrate in libro *De discipl. arcani*, quæque nuper contra Binghamum uberius disseruit P. Hermannus Schollinerius, *Discipl. arcani suæ antiquit. restit.* Scio sane auctores convenire, non ultra VI sæculum hanc disciplinam arcani viguisse, sed præterquam quod temporum ratio non discrepat, animadvertendum plane est, Pisidam de Monophysitis loqui, qui inter Persas disseminati, de incarnatione novas semper ac futiles quæstiunculas movebant, non sine magno ethnicorum scandalo, et maximo Ecclesiæ detrimento. Quippe coram profanis de tantis mysteriis disputationes inire, vere erat mittere margaritas ante porcos. Οὐδὲ γὰρ, ut ait sanctus Basilius, *De Spir. sancto ad Amphiloch.*, cap. 27, ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἐκφερόμενον· « Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares, ac vulgares aures effertur. » Cui sane malo imp. Marcianus jam multis annis ante providerat, qui suo edicto vetuit Constantinopolitanis, ne de iis, quæ in concilio Chalcedonensi fuerant definita, auderent loqui, ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντίοι χωροῦσιν· ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσιν μυστήρια· « Quia non solum contra fidem bene compositam veniunt: sed etiam ab Judæis et paganis audita, ex hujuscemodi certamine, profanant veneranda mysteria. » *Collect. conc. Hard.* t. II, p. 660.

23. Vide infra, v. 500 et seqq.

24. Bellum Abaricum et Persicum intelligit, de quibus jam satis suo loco dictum est.

27. Confer *Heracliad.*, acroas. II, vers. 41 et seqq.

29. Ibid., v. 43.

30. Ibid., v. 70.

31. Ibid., acroas. I, 190, ita de Chosroa, qui cum esset ignis cultor, tamen τὸ πῦρ
Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

33. Ibid., acroas. II, 17.

C 34. Duo fuerunt Persarum reges, Chosroæ nomine clari, quorum primus Anuscervanus, alter Abruizus cognominatus est: uterque autem Romanis hostis infensissimus. Videsis Procopium, Agathiam et Theophanem. Verum hic de secundo tantum Chosroa Pisidam agere existimo, quem etiam mortuum Romanis esse nocumento tradit, quia, dum viveret, Monophysitis animum addiderat; unde factum est, ut eo etiam interfecto hæretici illi novas semper turbas contra orthodoxos cierent, quarum verus auctor erat Chosroes.

37. Nec Nestorianis, nec Eutychianis sincero animo favisse Chosroam observatum est in *Monito*, quamvis Pisida testis hic sit, Severianorum præsides, hoc est, episcopos Monophysitas auctoritate sua fovisse. At non eo plane consilio id fecisse putandum est, quod Eutychianam doctrinam magis probaret, quam Nestorianam, sed quod rem molestam Romanis se facturum putaret, si dolo malo D vigentes inter Christianos controversias aleret, et suo patrocinio sustentaret. Ac vere προέδρους *præsides*, Severi omnes veteres hæresiarchas fuisse recte dixeris; ille enim omnium errores in suam sententiam videtur transtulisse.

38. Chosroam catholicos episcopos ab Ecclesiis expulisse, et eorum loco alios Catholicis infensos, et Eutychiana labe infectos suffecisse testatur Pisida, qui ut tantum facinus elevet, ait ipsum Chosroam ordinasse episcopos Monophysitas, hoc est, auctoritate sua promovisse. Scite autem eum μυσταγωγὸν τῆς πλάνης, *erroris caput, ducem et magistrum* appellat, eo quia cujuscunque impietatis, tanquam idololatra esset architectus.

39. Tragœdia vere ex tot dissidiis orta est: undique enim cædes, et sanguinis effusio. Propterea recte sanctus Maximus contra hujus temporis hæreticos exclamabat, t. II, epist. 13, pag. 106: Παύσοιντο λοιπὸν οὐκ ἐν καιρῷ ταῦτα κινοῦντές τε καὶ

Digitized by Google

Εἴπερ δι' ἡμᾶς τοῦ Λόγου σαρκουμένου
Σπινθῆρας ἡμῖν δυσσεβεῖς ὑποφλέγει.
Ὅπως ἐφεῖται τοῖς ὁδηγοῖς τῆς πλάνης
Κενταυρόμορφον δογματίζειν εἰκόνα,
Ἣ μηδέν ἐστιν ἐντελὲς πρὸς τὰς φύσεις.
Ἐξ ὧν συνῆλθεν· ἐνδεεῖς γὰρ αἱ δύο.
Φύρσιν παθοῦσαι, καὶ τροπὴν τῇ συγχύσει.
Οὐκ ἦν γὰρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ
Κινεῖν καθ' ἡμῶν ὅπλα μέχρι σωμάτων·
Τρῶσαι δὲ μᾶλλον ἤθελε τὰς καρδίας.
Τὴν πίστιν ἡμῶν πυρπολῶν, ὡς τὰς πόλεις.
Ἐντεῦθεν οἶμαι τοῖς Σευήρου συμπόνοις
Ἐφῆκε φύρσιν δογματίζειν ὁ δράκων
Ὡς ἂν δι' αὐτοῦ, καὶ καθ' ἡμῶν ἡ πλάνη
Δόξῃ χορεύειν, καὶ παρέξῃ τοῖς μάγοις
Λαβὰς γελώτων, καὶ συνάξεις παιγνίων.
Ἀλλ' ἠφάνισται ταῦτα σὺν τῷ Χοσρόῃ,
Πέρας λαβόντα συμφορᾶς γελωμένης.
Ὁ δεσπότης γὰρ ἐξ ἑνὸς βέλους φθάσας
Τὸν μὲν φονεύει τῷ θεοκρίτῳ ξίφει,
Τοῖς δὲ προπέμψας εὐσεβέστατον βέλος
Σὺν τῷ βαλεῖν ἔσφαξε τὴν ἀπιστίαν.
Ἤρκει μὲν οὖν ἐκεῖνο τὸ πρῶτον βέλος
Τὰς τῶν ἀπίστων ἢ μαλάξαι καρδίας,
Ἢ τὴν πολυτράχηλον ἐκτεμεῖν πλάνην·

A Siquidem de Verbo pro nobis incarnato
Scintillas nos inter impias subaccendit.
Ut datum sit magistris erroris
Centauriformem edocere imaginem,
Quæ non est quidquam perfectum in naturis,
Ex quibus coaluit; utræque enim indigæ,
Turbationem, et conversionem passæ ex mistione.
Non enim ea mens fuit exsecrando Chosroæ,
Ut moveret arma in nostra tantum corpora:
Sed potius vulnerare volebat corda,
Fidem nostram vastans incendiis, ut urbes.
Hic puto Severi fautoribus
Permisit docere perturbationem draco:
Ut ejus opera etiam inter nos error
Videretur exsultare, et præberet magis
B Ansas ridendi, et ludicra conventicula.
Sed hæc evanuere una simul cum Chosroa,
Et finem habuere misere ridiculum
Despota enim uno ictu prævenions
Hunc quidem occidit gladio ex Dei judicio,
In illos autem immisso summæ pietatis telo,
Ipso jactu mactavit infidelitatem.
Suffecisset igitur primum illud jaculum,
Aut ad emollienda infidelium pectora,
Aut ad multorum capitum exscindendum errorem.

NOTÆ.

συνάγοντες· καιρὸς γὰρ ὁ παρὼν αἱμάτων διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλ' οὐ δογμάτων ἐστὶ, καὶ θρήνων ἰσχυρῶν εἰς Θεοῦ δυσώπησιν, ἀλλ' οὐ σοφιστικῶν ἀντιῤῥήσεων εἰς περισσοτέραν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. « Desinant jam, cum minime tempus sit opportunum, ista movere et colligere. Cruentarum enim tempus cædium, ob nostra scelera, non dogmatum tempus istud est, validorumque planctuum, quibus ad misericordiam Deum inflectamus, non sophisticorum opposite militantium rationum, quibus ejus adversus nos majorem iram accendamus. »

41. Apertius declarat, Chosroam Severianis favisse, quem supposito Eutychianæ hæreseos igne suscitasse tradit, ut novæ quæstiones circa incarnationem Verbi contra catholicam doctrinam moverentur.

42. *Ὁδηγοὺς τῆς πλάνης, ad iter erroris duces*, vocat Severianos, contra quos Anastasius Sinaita suum librum, Ὁδηγός, *Dux viæ*, inscriptum, jam a centum annis vulgaverat, ne in retia et laqueos τῶν ὁδηγῶν τῆς πλάνης orthodoxi inciderent.

43. Sequentes iambi maximum continent momentum, quo Eutychetis doctrina de una ex duabus in Christo natura labefactatur. Si enim humana et divina natura inconfusæ non servantur, una fiet ex humanitate et divinitate mista natura, quæ neque tota sit divinitas, neque tota humanitas: itaque erit quædam ex duobus composita natura, et quid tertium, monstri simile; ut centaurus, qui neque totus est homo, neque totus est equus, vel ut mulus, qui neque totus est equus, neque totus asinus. Præterea si naturarum in Christo fit confusio, ita omnia, quæ ad easdem naturas pertinent, inter se permisceri necesse est, ut quid alterutrius sit proprium non jam amplius dignosci possit; unde nec divina ab humanis, nec a divinis humana distinguentur. Si enim duæ naturæ ita confundantur, ut una ex duabus fiat, opus est, ut detur alterius in alteram conversio et perturbatio: quo sane concesso, Christus jam non erit amplius perfectus Deus, et perfectus homo, perfectus in deitate et perfectus in humanitate, sed quid ex deitate et humanitate C mistim conflatum et confusum, cujus etiam proprietates erunt commistæ et confusæ. « Adulterinam igitur, » ait Leontius, *Dubitat. hypot.*, apud Canisium, t. I, p. 627, « et confusam unam naturam ex duabus naturis confingunt, qualis natura mulorum et aliorum hujusmodi excogitata est; et quale apud gentiles multiformium, et contrariorum animantium monstrum. » Vide Anastasium in Ὁδηγῷ, Leontium, et sanctum Joannem Damascenum *contra Jacobitas*.

47. Ita etiam Procopius censuit de Chosroa seniore, qui in Mesopotamiam quartum cum suo exercitu irruperat: Αὐτὴ δὲ ἡ ἐσβολὴ τῷ Χοσρόῃ τούτῳ οὐ πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων πεποίηται· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα, ὅτι μὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅπερ Χριστιανοὶ σέβονται μόνον. « Qua quidem irruptione non Justinianum imp., nec mortalium quemquam, sed Deum, quem unum Christiani colunt, oppugnare voluit. »

50. Vid. *Heracliad.*, acroas. I, 130.

D 55. Confirmari possit, quod dicebamus, supra, vers. 14, de disciplina arcani.

59. Confer *Heracliad.* I, v. 33 et seqq.

60. *Τοῖς*, id est magis, quibus ridendi occasionem præripuerit, Severianorum commentis confutatis. Neque enim dubito, poetam alludere ad congressum, quem habuit Heraclius, cum in Armenia versaretur, cum Paulo Severiano.

61. Hoc est Magorum, qui ex quæstionibus, quæ inter Romanos circa incarnationem agitabantur, Christianæ religioni illudendi occasionem captabant. Verum, ut videtur, tum Severianos cum Magos orationis telo perstrinxit, atque jugulavit.

62. Jaculum, quod in Paulum Severianum contorsit imperator. Hoc autem jaculum aut quoddam scriptum Heraclii nomine editum fuit, aut Acephalorum damnatio.

63. *Τῶν ἀπίστων*, hoc est *Magorum*.

Digitized by Google

Multæ enim sunt Acephalorum cervices,
Multas habentes ubique divisiones,
Quæ multoties pullulant, et exsectæ
Rursus protrudunt colla, sicuti serpentes.
At nobis adest Hercules beneficus
Cautere calido ardentis fidei
Hydras suffocans, tortuose se moventes angues.
Quoniam vero etiam hoc fausto pacis tempore
Illa operosa, sapiensque expeditio
Ad scripturas conversa est a Barbaris;
Ut qui quiescere suasisset Barbaros,
Quiescere cum ipsis suaderet hæreses;
Et religionis spiritu afflatus
In sentes insurrexit erroris;
Et acie mentis edolatis scripturis
Explanavit nobis a Deo scriptas tabulas,
(Quas ille in medio habebat sui pectoris,
Non iis, quæ addiscuntur litteris, scriptas,
Sed potius divino digito impressas),
Rivosque a Deo fluentium sermonum
In nos immisit, ut quidam Oceanus,
Qui replet omnia, et finem non habet:
Abs re prorsus non est navim eloquentiæ
Ex illius affluentia repletam
Contra falsarum opinionum fluctus impellere.
Forte in se contortos accipiens vortices
Mistus refluxus commentationum Severi
Aut serenitati appropinquabit dogmatum,
Aut improba saltatione debacchatus
Ad primam suam revertetur sententiam.
Quæ hæc est igitur, Severe, tanta confusio?
Illud enim in primis puto convenire magistro,
Ut discipulorum coerceat dissensionem.
Quid tu confundens mundum divisionibus,
Nullibi habere stabilem basim volens,
Sed velut instabilis unda diffluens

A Πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν Ἀκεφάλων αὐχένες
Πολλὰς ἔχοντες πανταχοῦ διαιρέσεις·
Καὶ πολλάκις φύουσι, καὶ τετμημένοι
Τρέφουσιν αὖθις μετὰ τραχήλους ὡς ὄφεις·
Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν Ἡρακλῆς εὐεργέτης
Καυτῆρι θερμῷ πίστεως πυρουμένης,
Ὑδρας ἀναιρῶν, λοξοκινήτους ὄφεις.
Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου
Ἡ πρακτική τε καὶ σοφὴ στρατηγία
Πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων·
Ὅπως ὁ πείσας ἡρεμεῖν τοὺς Βαρβάρους,
Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἡρεμεῖν τὰς αἱρέσεις·
Καὶ πνεύματος εὐσεβῶς δεδεγμένος
Πρὸς τὰς ἀκάνθας ἐξανέστη τῆς πλάνης,
Καὶ τῇ νοητῇ τῶν γραφῶν ἀντιξέσει
B Ἥπλωσεν ἡμῖν τὰς θεογράφους πλάκας,
Ἃς εἶχεν ἔνδον τῆς ἑαυτοῦ καρδίας,
Οὐκ ἐκ διδακτῶν συλλαβῶν γεγραμμένας,
Θείῳ δὲ μᾶλλον δακτύλῳ τυπουμένας.
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων
Ἐφῆκεν ἡμῖν, ὠκεανοῦ τινος δίκην,
Ὃς πάντα πληροῖ, καὶ τὸ λῆγον οὐκ ἔχει.
Ἀπεικὸς οὐδὲν τὰς λαλούσας ὀλκάδας
Ἐκ τῶν ἐκείνου ῥημάτων πληρουμένας
Ταῖς ἀλλοδόξοις προσβαλεῖν τρικυμίαις·
Ἴσως λαβὼν ἕλιγγας ἀντισυστρόφους
Ὁ μιξανάρρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,
Ἢ τῇ γαλήνῃ προστεθῇ τῶν δογμάτων,
Ἢ τὴν κακὴν ὀρχησιν ἐξορχούμενος
Πρὸς τὰς ἀπαρχῆς ἀντανέλθοι φροντίδας.
C Τέως μὲν οὖν, Σευῆρε συμπεφυρμένε
(Πρώτῳ γὰρ, οἶμαι, τῷ διδασκάλῳ πρέπει
Τὴν τῶν μαθητῶν ἐγκαλεῖν ἀταξίαν),
Ὁ συγχέων τὸν κόσμον ἐν διαιρέσει,
Ὁ μηδαμοῦ σχεῖν εὐσταθῆ βάσιν θέλων,
Ἀλλ' ὡς ὅλισθος κυματώδης ἐκρέων,

NOTÆ.

65. De variis Acephalorum sectis in Monito dictum est.

69. Ut sæpius, Heraclium cum Hercule comparat. Hæc omnia conferre juvabit cum vers. 349 et seqq., acroas. III, *De exvedit*.

72. Manifestum est hic agi de rebus cum Persis post pacem compositam actis. Nec plane dubitandum Heraclium, qui Severianorum subdolum ingenium, et Magorum malignitatem nosset, pro eo quo ferebatur pietatis studio, scriptionis quoddam specimen finito tandem bello edidisse, ad orthodoxam fidem de Verbo in duabus naturis incarnato confirmandam.

81. II Cor. III, 3: « Manifestati, quod epistola estis Christi, ... scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. »

83. Deuteron. X, 1.

90. Argutas quæstiones, et sophismata Severianorum ἕλιγγας, *vortices*, recte vocat, quibus illi abrepti mergebantur: Ἀντισυστρόφους, *retortos*, ex ἀντί, et συστροφή, *contorsio*, *reversio*.

91. *Μιξανάρρους*, ex μίξις, *mistio*, ἀνά, et ῥοῦς, *fluxus*, hoc est *mistus refluxus*, vel semper fluitantium aquarum turbidus, et cœnosus vortex: qua voce exprimit Severianorum in novis tuendis opinionibus varietatem et inconstantiam. Ita plane Leontius in Prologo confutationis Nestorii, et Eutychis apud Canisium, t. I, p. 536: « Quorum versutiam cum impietate implicatam cum detegere et prodere vellemus, ad primos Patres ejus impietatis confutationem revocavimus, ... ut eorum fluxionem impiam interrumpere studeremus; hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur. »

D 93. Anastasius in Ὁδηγῷ apud Gretserum, t. XIV, pag. 50, Severianorum hæresim orchestræ assimilat, cui ait decem fuisse capita, vel cornua; Severum autem Ἔξαρχον τῆς δεκακεράτου ταύτης ὀρχήστρης. « Exarchum orchestræ istius decem cornibus instructæ » semper appellat, quo nomine ejus inconstantiam et impudentiam designat.

94. Severiani et Acephali, qui omnes ab Eutyche manarunt, cum in varias ablissent sententias, sibi cum Eutyche non convenire dictitabant: sed cum revera quocunque sese verterent, in eo tamen semper essent, ut vel perturbationem, vel conversionem, vel mistionem in Christo viderentur admittere, idcirco parum, aut nihil ab Eutyche discedebant, cujus e doctrina de una in Christo natura omnes hi errores fluebant. Atque hæc est illa ἐξ ἀρχῆς, *primordialis* sententia, ad quam Noster ait omnes Severianorum sectas esse reducendas: quod quidem sequentes versus declarant.

Digitized by Google

Ὁτε βρυώδεις συγγραφὰς ἀποπτύεις,
Τί μοι βεβήλους ἐγκαλεῖς διαιρέσεις
Τῶν Νεστορίου πανταχοῦ ληρημάτων
Προεγκαλούντων οὐ διαίρεσιν λέγειν,
Ἀλλ' ἐκ διαμέτρου δογματίζων συγχύσεις;
Ἢ πεῖσον αὐτὸν, ἢ σὲ πεισάτω πάλιν,
Ἢ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν ἐκτροπῆς δεδογμένης
Παλινδρομεῖτε πρὸς τὸν εὔθετον δρόμον·
Τεκμήριον γὰρ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθέτου
Τὸ τοὺς παρεκτρέχοντας ἐν παρεξόδοις
Ἕλκειν, μεθέλκειν ἀντιλήξους τοὺς μέσους.
Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων·
Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ σὲ συνταράξαι τὰς φύσεις
Κύριλλον οὐ παρόντα τῷ θείῳ τόμῳ·
Εἰ γὰρ παρῆν, ὕποπτον ἦν τὸ, πρὸς χάριν
Ὕμνοις ἀνευφήμησαν οἱ θεηγόροι,
Ἐν οἷς τὸ πνεῦμα προσλαλεῖν ἐμαρτύρει·

A Quoties ineptas syngraphas exspuis,
Quid, inquam, mihi profanas objicis divisiones
Semper delirantis Nestorii,
Et contendentis se divisionem non dicere:
Cum tu ex opposito statuas confusiones?
Aut suade ipsum, aut ille contra te suadeat:
Aut certo inter utrumque sancito divortio
In rectum iter revertimini.
Illud enim est signum recti itineris,
Cum quis aberrantes per diverticula
Trahit, retrahitque ex contradictione in medium.
O semper Cyrillum in medium proferens,
Et in nullum ex illius placitis consentiens,
(Si enim antequam tu misceres naturas:)
Cyrillum non astantem cum sancto tomo:
B Si enim adesset, suspicio esset ne ad gratiam
Laudibus ipsum extulissent deiloqui,
In quibus Spiritus sanctus loqui testatus est.

NOTÆ.

101. Syngraphæ βρυώδεις, *museosi*, id est futiles et inanes libelli, quibus suam sententiam tuebantur Severiani.

102. Cum Nestorius, ne duas videretur naturas confundere, duas in Christo hypostases admitteret, Christum ipsum in duos dividebat, κεχωρισμένως, *seorsim* enim aiebat exsistere in eo Verbum, et κεχωρισμένως hominem. cum autem Verbum, Dei Filium Deo Patri consubstantialem esse concederet, sed eum, qui ex Virgine natus esset, natura Dei Filium, et natura Deum esse negaret, aperte duos in Christo filios, unum natura, alterum grâtia confitebatur, quamvis multum ingeniose, et acute C vir eloquens et doctus a divisione, quam inducebat, alienum se ostendere conabatur. Contra Eutyches, ne duas in Christo personas cum Nestorio putaretur dividere, unam ex duabus naturam asserebat, unumque et idem naturam, et hypostasim esse dicebat. Illud enim firmum, ratumque habeb t, ὡς οὐκέτι φύσις ἀνυπόστατος, *nullam esse naturam sine hypostasi*. Igitur Eutyches Nestorianismi reos faciebat orthodoxos, quod duas naturas admittentes Christum cum Nestorianis dividerent. Quod plane verum fuisset, si orthodoxi cum Nestorianis pro naturis hypostases accepissent, vel cum Eutychianis hypostasim cum natura confudissent.

109. Recte Nestorium et Eutychem hortatur, ut in rectum iter, quod est in medio positum, revertantur. Medium enim inter Nestorianam et Eutychianam sententiam stat catholicum dogma, quo non duæ hypostases, nec una ex duabus natura, sed duæ naturæ ὑποστατικῶς in Christo citra con- D fusionem unitæ profitentur. Anastasius in Ὁδηγῷ, pag. 64, et sanctus Joan. Damascenus, *Contr. Jacob.*, p. 398, contra Sabellium in divinitate confusionem, et contra Arium in Trinitate divisionem immittentem, quæ sit regia via, per quam sancta Ecclesia ambulare nos edocuit, demonstrarunt. « Religionis orthodoxæ, ait sanctus Joan. Damascenus, et veritatis prænones, recte ambulaverunt per viam regiam, quæ media est . . . continentes se intra limites veritatis, ita ut ad neutram partem inclinando deflecterent. Itaque confessi sunt substantiam unam in Trinitate, et tres hypostases ... Rursum agnoverunt distinctionem illam in mysterio incarnationis, naturas duas et substantias duas, et hypostasim unam; naturamque, et substantiam eadem definitione complexi sunt, personam quoque, et hypostasim eodem modo definierunt, » etc.

111 Ἀντιλήξως. Ita in codice. Corrector malusset legi ἀντιλήξους, ac proinde ου super ω inscripsit; quod non placet. Ego autem η in ε converterem, et legerem ἀντιλέξως.

112. Cyrillum, aliosque Patres sibi patrocinari aiebat Eutyches in synodo Constantinopolitana, in qua a S. Flaviano damnatus est. Hoc idem postea semper repetitum a Severianis, ut patet ex Collatione Severianorum, qua de re in Monito dictum est. Recte autem Noster obiter refutat Severum dicens: « Si Cyrillus vivebat, antequam tu naturas miscere, et conturbare institueres, quomodo tecum ille, aut tu cum illo potes consentire? » Sic enim intelligo versum 114, supplendo ἐδίωσε, vel ἔγραψε, *vixit*, aut *scripsit*.

115. Quamvis plura sint Cyrilli scripta, quæ dogmatum veritatem, sanctitatemque circa incarnationem firmissime astruunt, cujusmodi sunt epistolæ ad Nestorium, ad Cœlestinum pontificem, et ad Theodosium, Pulcheriamque datæ, nullus tamen dubito, Pisidam per verba θείῳ τόμῳ, quo nomine libelli fidei professionem continentes vocabantur, celeberrimam Cyrilli ad Nestorium epistolam secundam præ cæteris ejusdem libris indicare: ea enim lecta fuit post Symbolum Nicænum in concilio Ephesino, et a Patribus multum laudata, iterumque postea in concilio Chalcedonensi approbata. Incipit Καταφλυαροῦσι.

116. Legendum opinor χάριν. Sensus autem, ni fallor, hic est: Cyrillum, eo quia adesse non potest, impudentissime tanquam patronum allegas: si autem adesset, tuque eumdem ipsum omnium orthodoxorum Patrum laudibus efferri, tanquam tibi contrarium, audires, tunc plane tibi ea oriretur suspicio, has laudes Cyrillo πρὸς χάριν, *ad gratiam*, et specie tantum, non autem sincero corde fuisse datas.

117. Cum hæc omnia ad concilium Ephesinum spectent, intelligenda plane sunt de acclamationibus quæ post Nestorii damnationem a Patribus Cyrillo sunt datæ: ut in actione secunda, cum Petrus presbyter Alexandrinus Cœlestini papæ litteras legisset, πάντες οἱ εὐσεβέστατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· Αὕτη δικαία κρίσις ... εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου, μία πίστις τῆς οἰκουμένης. *Collect. Conc. Hard.*, t. I, p. 1471.

118. Patres ad concilium in Ephesina Ecclesia Deiparæ Mariæ celebrandum congregati, ut ibi præsidere Christum significarent, in medio throno, et in sede conspicua sacrosanctum Dei Evangelium collocari voluerunt. Testes sunt orthodoxorum lit-

Digitized by Google

Unus erat numerus una simul septem complectens
Ultra decem in eum concurrentes nonadas ;
Acies ad arma fidei simul unita.
Omnes enim isti Cyrilli dogmatum
Fidem comprobarunt perfectissime.
At qui Cyrillo astipulantes lacessit
Aperte prodit se petere illum conviciis.
Verbis igitur virum simulas te colere,
Reapse fugis, quamvis videaris concurrere.
Accusans autem, cui assentiris,
Palam odisti, quem simulate diligis.
Sed jam tempus est orationis cymbam
Tuorum natorum fluctibus committere :
Ex tua enim salsugine æstuantes iterum
Petram furentes impetunt Ecclesiæ ;
Sed concidunt subversi salo,
Iis, quas cient, disjecti tempestatibus,
Atque inde, opinor, ex abysso commentationum
Metiri sibi videntur divinam naturam,
Infirmis rationibus super eminentem substantiam,
In copulando, et dividendo instabiles.
Nihil enim ipsis ratum, firmumque est :
Et nos quidem recte sentientes accusant,
Quod si velimus illud in duabus asserere
Filios induceremus, ut aiunt duos.
Naturas enim habent, tanquam hypostases.
Proinde ut aiunt, in illa in duabus
Voce delibant hypostases,
In Christo timentes dicere duos.

A Εἷς ἦν ἀριθμὸς ἑπτασυνθέτους ἔχων
Δεκαδρομούσας εἰς ἑαυτὸν ἐννάδας ·
Στρατὸς πρὸς ὅπλα πίστεως συνηγμένοι.
Πάντες γὰρ οὗτοι τῶν ἐκείνου δογμάτων
Τὴν πίστιν ἠκρίβωσαν ἠκριβωμένως.
Ὁ τοὺς ἐκείνῳ συμφρονοῦντας ὑβρίσας,
Εὔδηλον αὐτὸν φαίνεται καθυβρίσας.
Λόγῳ μὲν οὖν τὸν ἄνδρα τεχνάζῃ σέβειν,
Ἔργῳ δὲ φεύγεις, κἂν δοκήσει συντρέχῃς.
Κατηγορῶν δὲ τοῦ συνηγορουμένου
Μισεῖς προδήλως, ὃν φιλεῖς ὑποκρίσει.
Καιρὸς δὲ λοιπὸν τὰς λαλούσας ὀλκάδας
Τῇ τῶν τέκνων σου προσβαλεῖν τρικυμίᾳ.
Τῇ σῇ γὰρ ἅλμῃ κυματούμενοι πάλιν
Πρὸς τὴν πέτραν κρούουσι τὴν Ἐκκλησίαν ·
B Σάλῳ δὲ συμπίπτουσιν ἀντεστραμμένοι
Πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀντικλώμενοι ζάλην.
Ἐντεῦθεν, οἶμαι, τῷ βυθῷ τῶν σκεμμάτων
Γεωμετρεῖν δοκοῦσι τὴν θείαν φύσιν
Ἰσχνοῖς λογισμοῖς τὴν ὑπὲρ νοῦν οὐσίαν,
Ἐν τῷ συνάπτειν, καὶ διαιρεῖν ἀστάτως.
Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἵσταται πεπηγμένον.
Καὶ δὴ κατηγοροῦσι τῶν ὀρθοφρόνων,
Ὡς εἰ θέλοιμεν δογματίζειν ἐν δύω,
Υἱοὺς παρεισάξοιμεν, ὡς φασι, δύο.
Τὰς γὰρ φύσεις ἔχουσιν, ὡς ὑποστάσεις.
Κἀντεῦθεν, ὡς λέγουσι, πρὸς τὴν ἐν δύσι
Φωνὴν, ἀποσπένδουσι τὰς ὑποστάσεις,
Εἰς Χριστὸν εἰπεῖν εὐλαβούμενοι δύο.

NOTÆ

terræ imperatoribus scriptæ, in quibus omnia rite C acta esse in concilio profitentur, τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐν μέσῳ κειμένου, καὶ δεικνύοντος ἡμῖν παρόντα τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων Χριστόν· « Sancto Evangelio, quod Christum universorum Dominum nobis ostendebat, in medium proposito » Ibid., *Concil. Ephes.*, p. 1583. Sed, ut videtur, Pisida ad litteras Cœlestini papæ ad synodum scriptas hic intendit, quarum hoc est initium : « Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Verum est enim, quod legimus, quia nec potest Veritas mentiri, cujus in Evangelio ista sententia est : *Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et ego sum in medio eorum.* » Ibid., p. 1467.

119. Ænigmati quid simile nobis proponit Pisida, dum Patrum numerum, qui concilio Ephesino interfuerunt, metri difficultate non absterritus definire contendit. Sed, ut videtur, XVII nonadas, hoc est, CLIII numero fuisse Patres Cyrillo unitos declarat. Verum alii ferunt eos fuisse CXVIII, alii CXCVIII, D alii CC, alii tandem CCXX. Certe Cyrillus, qui eo in concilio Cœlestini nomine primas tenuit, in sua epistola ad clerum, populumque Alexandrinum, quos de Nestorii depositione certiores facit, sic ait : Ἡμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι, ὡσεὶ διακόσιοι, ἤτοι ὀλίγῳ ἢ πλείους· « Episcopi autem, qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus minus. » Oper. Cyrill., t. V, part. II, p. 79.

132. Novas turbas, tempore Pisidæ, in Ecclesia excitasse Monophysitas manifestum est. Eos autem ἅλμῃ, *salsugine*, hoc est amaris fluctibus Severi dicit esse agitatos ; eo quod omnes eorumdem errores ex uno impuro Eutychis et Severi fonte, videlicet ex naturis in Christo confusis, emanarint.

137. Codex habet κρούσι contra metri mensuram.

137. Ibidem legitur δοκούσει contra prosodiæ rationem. Γεωμετρεῖν Severianos dicit, ut eorum stultitiam demonstret, qui a Scripturæ, et Patrum doctrina aversi, et in sophismatum et futilium commentationum profunditate demersi, tantum sibi fiderent, auderentque, ut de divina natura justa philosophorum placita minutas rationes inire non dubitarent, perinde ac si de re sensibus, et humanæ contemplationi subjecta ageretur, de qua unicuique liceret pro libito suo disputare. Θεωρεῖν enim, ut est in Dialectica sancti Joan. Damasceni, cap. 65, λέγεται τὸ νοεῖν, τὸ ἀστρονομεῖν, τὸ γεωμετρεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα· « Contemplari dicitur, rem disquirere, astronomiæ, geometriæ, ac similibus operam dare. »

142. Eutyches et Severus *ex duabus* naturis ante unionem dicere Christum non recusabant, sed *in duabus* post unionem nolebant confiteri, quia cum naturas ab hypostasibus non distinguerent, jure timebant ne dicerentur duos Christos introducere : atque ut hanc a se justissimam accusationem amolirentur, id criminis in orthodoxos vertebant. Ceterum professionem fidei ab Eutyche editam habes in tom. II *Conc. Hard.*, pag. 166, paucis verbis expressam : Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ.

146. Cum Severianis idem esset natura, ac hypostasis, quoties ab orthodoxis usurpari formulam *in duabus* audiebant, malebant hypostases, quam naturas intelligere. Verum non hæc erat propria Severianorum doctrina, qui post unionem formulam *in duabus* omnino rejiciebant.

147. Εἰρωνικῶς hæc esse dicta intelligo. Vah! qui verentur, ne duo dicantur in Christo, iidem *duas* in Christo *hypostases* admittunt! Anastasius in Ὁδη-

Digitized by Google

Μὴ, φησὶν, ὀφθῇ τῇ μεθέξει τῶν δύο
Τετραπρόσωπος ἡ Τριὰς νοουμένη.
Οὐκοῦν ἐπειδὴ τῶν τριῶν φύσις μία,
Πατρός τέ φημι, καὶ Λόγου, καὶ Πνεύματος,
Ὑπόστασιν λέγουσι τῶν τριῶν μίαν.
Ὡς εὖγέ σοι, κράτιστε, τῶν νοημάτων,
Ἃ σοι τὸ Πνεῦμα προσλαλοῦν ἀναβρύει.
Καὶ τοῦ γὰρ σόν· ἀλλ' ὅμως τοῦ πνεύματος
Τοῦ συμμάχου σοι πανταχοῦ δεδειγμένου,
Πρὶν μὲν πρὸς ὅπλα, νῦν δὲ καὶ πρὸς αἱρέσεις.
Πάλιν δὲ πρὸς σὲ τὸν Σεῦῆρον οἱ λόγοι,
Τὸν τὰς ἀκάνθας ἐμβαλόντα τοῖς λόγοις.
Μίαν γὰρ εἴπερ τῶν τριῶν φύσιν λέγεις.
Καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ Τριὰς φύσις μία,
Πάντως ὑπαχθῇς, εἰ φύσεις τρεῖς εἰσάγεις·
Ὡς ἄν γε, καὶ τρεῖς τὰς ὑποστάσεις λέγῃς.
Ἢ συγκαταχθῇς, ὥστε καὶ μίαν λέγειν
Τὰς τῶν προσώπων τῶν τριῶν ὑποστάσεις·
Ἀλλ' οὐ δοκεῖ σοι τῷ βραβευτῇ τῆς μάχης,
Εἰπεῖν δὲ μᾶλλον τῷ φυτουργῷ τῆς μάχης,
Τὴν ταυτότητα συμφυλάξαι τῇ φύσει

A Ne videatur, inquit, ex communione duorum
Quatuor personis constare mente concepta Trias.
Igitur cum trium natura sit una
Patris, inquam, et Verbi, et Spiritus;
Hypostasim, dicunt, trium unam.
Quam rectæ, imperator, sunt cogitationes tuæ,
Quas tibi Spiritus alloquens suggerit!
Ex illo enim tuus: ex illo quidem spiritu,
Qui tecum visus est semper militare,
Prius contra hostes, et nunc contra hæreses.
Sed rursus ad te, Severe, sermonem converto,
Ad te spinas serentem sermonibus.
Quamvis enim unam trium naturam dicas,
(Siquidem Trias est una natura,)
Semper causa cadis, si naturas tres inducas,
B Vel etiam si tres hypostases asseras.
Necnon subjugaris, quamvis unam dixeris
Esse trium personarum hypostases,
At tibi non videtur, o arbiter pugnæ,
Quem melius dicerem satorem pugnæ,
Identitatem servari per vocem naturæ

NOTÆ.

γῷ, pag. 80, ita Severianos irridet: Τὰς ὑποστάσεις προφανῶς κηρύττετε, τὰς δὲ φύσεις δι' ἡμᾶς ἀποκρύπτετε· τὴν ἀδιάβλητον φωνὴν ἀπωθεῖσθε, καὶ τὴν εὐδιάβλητον οἰκειοῦσθε· « Hypostases palam prædicatis, naturas vero propter nos occulitis. Vocem, quæ omni reprehensione caret, abjicitis, et illam, quæ reprehensioni obnoxia est, acceptatis, » etc.

150. Recte concludebat Pisida: Si vobis naturæ perinde sunt, ac hypostases; trium una erit natura, itemque trium una hypostasis. Atque ita plane loquebantur Severiani, *unam esse trium hypostasim* affirmantes: quo quidem errore abducti in Sabellii impietatem ruebant, qui unam Patris, et Filii, et Spiritus sancti personam dicebat. Anastasius, loc. cit., pag. 67, Severianos multis opprimit argumentis, et ad absurda confitenda ita compellit: Εἰ εἰλικρινῶς καὶ ἀπροσπαθῶς ταυτὸν φάσκετε φύσιν, καὶ πρόσωπον, κατάθεσθε λέγειν ἓν πρόσωπον ἐπὶ μιᾶς οὐσίας τῆς θεότητος, καὶ τῆς μάχης παυσώμεθα· εἰ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεών εἰσι καὶ τὰ πρόσωπα, εἴπατε τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς Τριάδος προσώπων· καὶ οὐκ ἔτι ὑμῖν διοχλήσομεν. « Si candide, et absque sinistro affectu asseveratis naturas, et personas idem esse, agedum unam personam in una divina natura profiteamini, et a pugna desistemus. Si secundum naturarum numerum multiplicantur personæ, dicite tres esse naturas in tribus Trinitatis personis, nec amplius vobis molesti erimus. »

153. Plaudit Heraclio, quod hoc argumento, ut videtur, usus fuerit in aliqua ecthesi contra Severianos edita.

155. Σόν, supple πνεῦμα.

160. Trium unam esse naturam cum Severo dicere impium omnino esset: ille enim non trium hypostaseon unam naturam, sed trium naturarum unam esse naturam evincebatur asserere, eo quod naturam, et hypostasim idem esse affirmaret; unde videbatur deitatem in tres deos partiri, et unam tamen ex tribus facere: qui fuit error Tritheitarum.

162. Supple θέλῃς.

163. Neque tres hypostases in trina deitate admittens Severus recte sentiebat, quia trium hypostaseon unam dicebat non naturam, sed hypostasim, ut supr. vers. 152, ex quo sequebatur trium personarum confusio, et relationis, quam habent inter se, subversio.

164. *Trium personarum hypostases unam* dicere nefas: nam sequitur tres personas unam esse personam.

166. *Βραβευτὴν τῆς μάχης* vocat hic Severum, C et mox φυτουργὸν, ut supr. v. 159, ἐμβαλόντα τὰς ἀκάνθας τοῖς λόγοις, alludens ad plurimum studium, quod vir subdolus in id contulit, ut Patrum scripta adulteraret, et novas dictiones excogitaret, receptis ab Ecclesia formulis nolens uti. Certe Anastasius passim in Ὁδηγῷ ejus criminis reum facit, ac p. 45 in depravandis Scripturis Alexandriæ occupatum repræsentat, et paulo post, pag. 47, ait eum ipsum confecisse librum, cui Φιλαλήθης titulum fecit, ad cujus normam Monophysitæ Scripturas, et Patrum sententias exigebant.

167. Subaudi ἴδοι.

168. Vocem ταυτότητα alios Patrum a SS. Trinitatis mysterio exclusisse, alios autem adhibuisse observat doctissimus Petavius, *De Trinit.* IV, 6, 14. At certum est, ea voce recte *identitatem* substantiæ, et naturæ in tribus personis significari: sed quod ab hæreticis fuerit aliquando in malam partem detorta, suspicione non vacabat. Attamen non ea hic abuti Severum arbitror; cum non modo *identitatem* admittat, sed contra objiciat orthodoxis, quod D dicentes Christum esse *ex duabus*, et *in duabus* naturis, *identitatem, unitatem et singularitatem* naturæ, qua tres divinæ constant personæ, quodammodo infringant, aliam nempe naturam a divina diversam inducentes. Objectionem Severi, ni fallor, clarius exponit Anastasius, pag. 131: Ἐὰν εἴπωμεν δύο φύσεις ἐπ' αὐτοῦ, ἀνάγκη πᾶσα ἡμᾶς δύο λέγειν φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅσα γὰρ ἐὰν προστεθῇ τῷ ἑνὶ τῆς ἁγίας Τριάδος Χριστῷ, ταῦτα τῇ πάσῃ Τριάδι λογίζεται· « Si duas in Christo naturas confiteamur, necessarium omnino est, nos duas SS. Trinitatis naturas profiteri; nam quæ quis tribuit Christo, uni ex SS. Trinitate, hæc toti Trinitati ascribenda sunt. » Quam objectionem diluit idem Anastasius celebri axiomate sancti Gregorii Nazianzeni, epist. 1, *Ad Cledon.*: Ὅσα ἐπὶ τῆς Τριάδος ἐνικῶς λέγεται, ἐπὶ τῆς σαρκώσεως ἐναντίως ἔχει· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Τριάδος ἄλλος καὶ ἄλλος· ἐπὶ δὲ

Digitized by Google

In trina, ut dicis, monarchia.
Sed, age, dic mihi, consarcinator sophismatum,
Cum nobis communis sit proposita Scriptura,
Omnesque in unam conveniant sententiam:
Quomodo detorques, ut libet, verba,
Deque placitis, deque tibi non placitis
Statuis definitiones, decernens ut vis?
Homo, neque furtim Scripturam abradas,
Neque item ex tuo superaddas Scripturæ.
Apage cum hoc tuo dono ex litteris
Supervacaneis: damnum mihi comparat.
Apage cum inverecunde syllaba subducta,
Quæ divinæ detrahit essentiæ.
Nihil enim monstrabis in Scripturis approbatis
Ex iis, quæ eructas, nugacibus deliriis,
Sed temere tu leges imponis libris,
Abradens, subtrahens, adjiciens, consarciens:
Atque scelestæ, et subdolæ confusioni
Manum libenter commodas, et scriptura falsa
Lites dolose nectis, non reveritus leges.
Necesse erat ut ad contentiones veniret
Ille idem, qui fuerat erroris sophista.

A Εἰς τριαδικὴν, ὡς λέγεις, μοναρχίαν.
Ἀλλ' εἰπέ μοι σύνδεσμα τῶν σοφισμάτων,
Κοινῆς παρ' ἡμῖν τῆς Γραφῆς προκειμένης,
Ὄντων τε κοινῶν τῶν νοημάτων ὅλων,
Πῶς ἐξαμέλγεις, ὡς θέλεις, τὰ ῥήματα,
Τῶν σοὶ δοκούντων, τῶν δὲ μὴ δεδογμένων
Τάττεις ὁρισμοὺς, δογματίζων, ὡς θέλεις,
Ἄνθρωπε, μήτε κλέπτε τὴν Γραφὴν ξέων,
Μηδ' αὖ χαρίζου τῇ Γραφῇ παρεγγράφων.
Φεῦ τῆς κακῆς σου δωρεᾶς τῶν γραμμάτων
Ἐν τῷ περιττῷ, προξενεῖ μοι ζημίαν.
Φεῦ τῆς ἀναιδοῦς συλλαβῆς συλουμένης,
Καὶ ζημιούσης τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν.
Οὐ γάρ τι δείξεις ταῖς Γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις,
Ἐξ ὧν ἐρεύγῃ φληνάφων ληρημάτων·
B Ἀλλ' αὐτὸς εἰκῇ νομοθετεῖς τοῖς βιβλίοις
Ξέων, ὑφέλκων, ἀντιβάλλων, προστιθεὶς,
Καὶ τῇ πονηρᾷ, καὶ πανούργῳ συγχύσει
Τὴν χεῖρα κιχρᾷς, καὶ γραφῇ πλαστογράφῳ
Δίκας ὑφαίνεις, μὴ δεδοικὼς τοὺς νόμους.
Ἔδει παρεῖναι τὴν ἐριστικὴν φύσιν,
Ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης.

NOTÆ.

τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλὰ ἄλλο καὶ ἄλλο· ἐπὶ δὲ τῆς Τριάδος, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο· « Quæ in Trinitate dicuntur singulariter, in Christo contrario modo se habent. Nam in Trinitate est alius, et alius: in Christo vero non est alius, et alius, sed aliud, et aliud; in Trinitate autem non aliud, et aliud. » At Severus, qui cum Catholicis unam naturam, et tres hypostases in Trinitate, unamque hypostasim, et duas naturas in incarnatione dicere nolebat, sed cum profanis philosophis hypostasim, et naturam in unum confundebat, vocem *naturæ*, tanquam Trinitati injuriosam usurpare non religionis, sed malitiæ studio fugiebat.

169. *Τριαδικὴ μοναρχία, trina monarchia.* Novam hanc esse Severi locutionem non dubito, cujus apud Patres nullum, quod sciam, exstat argumentum; quamvis sæpe simplicem monarchiæ vocem illi usurpent, ut unum esse Deum contra ethnicos probent, quod præ cæteris ostendit sanctus Justinus martyr περὶ μοναρχίας. Verum trinam monarchiam æque ac *trinum Deum* dici posse puto. Ita sanctus Joan. Damascenus, *Contr. Jacob.*, pag. 587, μοναρχικὴν ὁμοούσιον, *unius imperii, et substantiæ* Trinitatem appellat.

171. *Κοινὴν Γραφὴν* intelligit non modo sacra Biblia, sed etiam conciliorum codices, in quibus formula fidei erat definita. Vide Anastasium pag. 43 et 55, qui Veteris Novique Testamenti auctoritate, et Patrum testimoniis probat naturam a persona distingui, et recte in Christo duas naturas affirmari. At Severus omnia sus deque vertebat, et pro libitu suo interpretabatur.

176 Quam fuerit Severus in depravandis Scripturis sollicitus ostendimus, supr. v. 166, ex Anastasio, qui sæpe illud exprobrat Severianis, quod ne a sacris quidem Bibliis manus abstinuissent. Πολλάκις (sacri scilicet Libri) ait cap. 12, pag. 96, ὑπὸ ἀνδρῶν κακοφρόνων προσθήκας καὶ ἀφαιρέσεις πάσχουσι, « sæpe ab improbis aut additione, aut subtractione corrumpuntur: » unde recte concludit: Εἰ οὖν αὐτῆς ἱερᾶς Γραφῆς οὐκ ἐφείσαντο οἱ κακόπιστοι, πόσῳ καὶ μᾶλλον τῶν διδασκαλικῶν λόγων; « Si igitur ne ipsis quidem sacris Litteris a fide orthodoxa alieni parcunt, quanto minus a doctorum scriptis manus abstinebunt? »

180. Fraudum Severianorum exempla in libris corrumpendis διὰ προσθήκης καὶ ἀφαιρέσεως exhibet idem Anastasius pag. 90. Celebris autem est impia additio facta Trisagio, dum CPoli Severus versaretur, a Petro Fullone, qui post verba « Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, » illud de suo addebat, ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, « qui pro nobis crucifixus, et passus est. » De qua Trisagii interpolatione videsis eumdem Anastasium, pag. 98; sanctum Joan. Damascenum lib. III *De orthod. fide*, cap. 10, pag. 218 et *Epist. de Trisag.* pag. 480; et Gretserum *Fullo redit.* Oper. tom. XIII, pag. 376.

184. *Νομοθέτας* a Patribus sæpe hæretici appellati, quia a recepta in Ecclesia doctrina recedentes novas in rebus fidei definitiones, interpretationesque statuebant: atque Anastasius quidem ea de causa Severum νομοθέτην non semel nominat.

188. Iis, qui tabulas falsas concinnarent, vel de relatis in tabulas publicas quidquam demerent, aut syngraphas ementitas obtruderent, lex manum, ac digitos præcidi jubebat. Contra Severum, et Severi discipulos celebris est Justiniani imp. sententia, qui in sua sacra Constitutione *Concil.* tom. II, pag. 1406, de malis ingentibus contra Ecclesiam a Severo commissis multum conquestus ait: Ὥστε καὶ ἀπαγορεύομεν τῶν αὐτοῦ τι κεκτῆσθαι βιβλίων . . . τὰ Σευήρου ῥηθέντα τε καὶ γραφέντα . . . πυρὶ φλεγέσθω παντὸς κεκτημένων . . . γραφέσθω παρὰ μηδενὸς . . . εἴ τινος, ὡς ἀποκοπὴ χειρὸς ἔσται τοῖς τὰ ἐκείνου γράφουσιν ἡ ποινή· « Quare universis interdicimus aliquid de libris ipsius possidere. . . . Severi dicta et scripta . . . . . igne comburantur a possessoribus . . . a nemine scribantur . . . sciendo, quod amputatio manus his, qui ea scripserint, poena erit. »

189. *Ἐριστικὴν φύσιν* pro τὰς ἔριδας contentiones, lites, sophisticas quæstiones, quas movebat Severus pernegans Patrum testimonia adversus se producta ab orthodoxis.

190. *Τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης*, Severum intellige, qui cum ab Orthodoxis ad incitas redactus suarum argumentationum, et sophismatum viribus minus fidendum esse sentiret, ὑπεστάλη jam videbatur victas dare manus; sed maluit fraudes machinari, et Patrum scripta adulterare, quam se

Digitized by Google

Ἴσως τὸ σαθρὸν, ὧν ἀπέπτυσε λόγων,
Αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἐννοῶν ὑπεστάλη,
Δι' ὧν κακῶς ἔγραψεν· οὐδὲ γὰρ λέγω
Δι' ὧν ἑαυτῷ συγχυθεὶς καθῃρέθη,
Δίκην ἐχίδνης, ἣ τεκοῦσα τοὺς ἔχεις
Ἐκ τῶν ἑαυτῆς φθείρεται κυημάτων.
Παλινδρομεῖ δὲ τῷ λογισμῷ, καὶ πάλιν
Λέγει πεπεῖσθαι ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις
Φωνῇ κεχρῆσθαι τῇ κατηγορουμένῃ
Ψόγου τε παντὸς, ἧ Γραφῆς ἐγκλημάτων.
Ὃ γοῦν λέγεις σὺ συνδεδόσθαι τοῖς πάλαι
Πιστοῖς θεόπταις, πῶς δοκεῖς ἀνατρέπειν;
Ἢ στέρξον, ὡς χρὴ, τοῖς καλῶς εἰρημένοις.
Ἴσως δὲ καὶ νῦν τῷ συνήθει σου δόλῳ
Ὡς πτὼξ ἀγεννὴς εἰς ὀπὰς παρατρέχων,
Τὴν Νεστορίου μὲν ζωγραφήσεις αἰτίαν,
Μὴ δεῖν μετ' αὐτὸν τήνδε τὴν φωνὴν λέγειν.
Ὡς δῆθεν ἡμᾶς τῶν ἐκείνου σκεμμάτων
Τὰς δυσσεβούσας ἐκφυγεῖν ὑποψίας.
Ἐγὼ δὲ τούτου τῶν βεβήλων δογμάτων
Μύστην ὁρῶ σε, κἂν δοκῇς λελῆθέναι.
Εἰ γάρ τις ἄμφω τὰς ὑποστάσεις λέγοι,
Ὡς σὺ σχεδιάζων γράφεις τὰ δόγματα,
Οὗτος προδήλως εἰς διαίρεσιν τρέχει,
Υἱοὺς δὲ πλάττει, καὶ παρεισάγει δύο.
Ἐρεῖς δὲ πάντως, ὡς συνάπτεις εὐθέως.

A Sed forte putres, quos evomuit, sermones
Secum ipse reputans, multum timebat
De iis, quæ male scripsit; non enim de iis loquor,
Per quæ sibi involutus periit,
Echidnes instar, quæ enixa viperas,
A suis propriis occiditur fetibus.
In mentem vero redit, atque iterum
Dicit sibi esse persuasum in scriptis approbatis
Vocem esse adhibitam reprobatam
Omni vituperatione et Scriptura ejectam.
Quod igitur dicis traditum esse antiquis
Dei contemplatoribus, cur videris refellere?
Quin potius, ut decet, bene effata amplecteris?
Et nunc fortasse tua consueta fallacia,
Ut vilis lepus ad latibula confugiens,
B A Nestorio petitam prætexes causam,
Non oportere post ipsum hanc vocem usurpare.
Nempe ut in illius commentationum
Impias fugiamus cadere suspiciones.
Verum ego illius scelestorum dogmatum
Esse te mystam video, etsi videaris delitescere.
Si enim quis ambas hypostases dicat
Ut tu oscitanter conscribis dogmata,
Ille aperte in divisionem procurrit,
Filiosque fingit, et inducit duos.
At dices profecto te statim copulare.

NOTÆ.

victum fateri; et quam non poterat argumentis, et testimoniis, dolo saltem, et fallaciis causam defendere. Qua in re bene senserit Severus, vide infra v. 465 et seqq.

192. Codex habet κατ' αὐτόν.

193. Infanda narrantur facinora a Severo patrata, quæ breviter exponentur in libellis Monachorum secundæ Syriæ Justiniano imp., et patriarchæ Mennæ oblatis. *Concil.* tom. II, pag. 1274 et 1283. Ad hæc, opinor, ejus impia facta alludens Pisida, ait quod ἑαυτῷ συγχυθεὶς καθῃρέθη.

195. Vide *Heracliad.* acroas. II, v. 196.

197. Ut Severi inconstantiam notet, qui sæpe argumentorum vi constrictus cedere cogebatur, et ad sanæ rationis tramitem videbatur redire, sed statim ex novis fallaciis nova sibi parabat effugia.

198. Illud semper in ore habuit Eutyches: Ἐγὼ παρὰ τῆς Γραφῆς οὐκ ἐδιδάχθην περὶ δύο φύσεων. « Ego a sanctis Scripturis non didici de duabus naturis. » *Concil.* tom. II, pag. 158. Cum autem a sancto Flaviano in synodo CPolitana urgeretur, ut aperte duas in Christo naturas profiteretur respondit: Πρὸ τούτου, οὐκ ἔλεγον· νῦν δὲ ἐπειδὴ τοῦτο διδάσκει ἡ ὁσιότης ὑμῶν λέγω, καὶ ἀκολουθῶ τοῖς Πατράσιν· οὔτε δὲ ἐν ταῖς Γραφαῖς εὗρον σαφῶς τοῦτο, οὔτε οἱ Πατέρες εἶπον πάντες· « Ante hoc non dicebam: nunc autem, quoniam hoc docet sanctitas tua, dico, et sequor Patres. Neque autem in Scripturis inveni manifeste hoc explanatum, neque omnes Patres dixerunt. » At ille ob hanc simulatam fidei professionem damnatus est. Severus autem fatebatur in aliquibus Patrum scriptis vocem « in duabus » inveniri, sed eam usurpare nemini licere, tanquam suspectam, ac reprobatam.

199. Φωῇ, subaudi ἐν δυσί, « in duabus, » vel τὰς δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένας ἐν Χριστῷ, « duas in Christo per hypostasim unitas naturas: » qua potissimum formula usi sunt Patres concilii Chalcedonensis contra Eutychem, Dioscorum, omnesque Monophysitas, quorum asseclæ proinde eidem concilio semper fuerunt infesti.

206. Cum orthodoxi evicissent contra Severum: in antiquorum Patrum scriptis duas in Christo naturas assertas esse, tum Severus respondebat: Πολλαὶ τῶν ἀδιαβλήτως λεγομένων λέξεων παλαιοῖς Πατράσι, μετὰ Νεστόριον οὐκ ἀσφαλεῖς ἐνομίσθησαν « Multæ loquendi formulæ veterum Patrum, olim absque ulla alius reprehensione usurpatæ, post Nestorium non censentur amplius tutæ, et securæ. Et mox: Ἐχρήσαντο γὰρ καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦτο τῷ λόγῳ συγχωρήσομεν· ἀλλὰ κατὰ τὸν χρόνον τοῦ μακαρίου τῆς Κυρίλλου, τῆς νόσου τῆς Νεστορίου καινοφωνίας τὰς Ἐκκλησίας ἐπινεμομένης, ἐπὶ πλέον ἡ λέξις ἀπεδοκιμάσθη, « Ea enim loquendi forma usi sunt nostro sensu, si faciamus usos esse. Cæterum tempore Cyrilli, cum Nestoriana pestis, et novitas Ecclesiam depasceretur, dictio illa, ut plurimum, rejecta est, et explosa. » Verba hæc sunt Severi apud Anastasium in Ὁδηγῷ, pag. 49, a quo validissime, et uberrime confutantur.

210. Objiciebant Monophysitæ, orthodoxos dicentes *duas*, non *unam* in Christo naturam, cum Nestorio consentire, qui Christum dividebat: quare si hanc suspicionem subire nollent, a formula in *duabus* eis abstinendum esse. At bene Pisida in Monophysitas retorquet argumentum, dicens, eos potius ad Nestorium accedere, qui mallent, ut supr. v. 146, duas hypostases quam duas naturas in Christo confiteri. Qui enim duas naturas hypostatice unitas dicit, næ ille unum dicit: at qui duas hypostases dicit, duas personas, et duos filios aperte profitetur. Cæterum, ut ait Anastasius hoc Monophysitarum sophisma confutans, pag. 64: « Sancta Ecclesia tam Nestorii divisionem reprobavit » ἓν πρόσωπον τὸν Χριστὸν « unam in Christo personam prædicans; quam Severi confusionem rejecit, docens, » δύο ἡνωμένα; καθ' ὑπόστασιν φύσεις, ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως; τὸν ἕνα, καὶ μόνον Χριστόν, « unum, et solum Christum esse duas in hypostasi inconfuse, et indivise unitas naturas. » Copiosius autem hanc Monophysitarum objectionem diluit idem Anastasius, pag. 80.

Digitized by Google

Et quonam modo copulas, et dividis tam cito?
Ita enim semper, velut in atomo laborans
Miscens, partiens, nunquam distabis ab errore
O sæpe mentem mutans, et inflectens,
Ut pædagogus impudicæ saltatricis,
Quæ laterum lascivis flexibus
Corpus intorquet ad varios modos organi,
Ut ipse nosti. Non est enim quisquam te potior.
Ad aliquid in hisce fido addendum magistro
Sed illa quidem membra tantum distorquens
Agitat corpus : tua vero cum dolo malo
Mentis versuties longe tristior.
Ut enim inquis, putas sane in divisione
Esse Christum, et dividis naturas
Futilibus argumentis; sed coaptas illico,
Atque evolas tam longe tui alis ingenii
Ut ipsam putes prævertere Dei substantiam.
At, ni fallor, nunquam cessabis loqui,
Nunc dividens, nunc vero volens constringere
Et modo simplicem, modo compositam dicens;
Et certe nunc unus exstitit, et nunc duo.
Atque ita valde planum, ut putas, sermonem facis,
Prout tibi videtur de Deo incarnato.
Prorsus stupeo, quinam tuis incompositis sermonibus
Semper collimes in Dei substantiam!
Sed ego factus audax, nec fortasse immerito,
Extemporaneam tibi quæstionem propono.
Quid tibi videtur statuere : Verbum,
Quod est in dextera nunc Patris, exstitisse
Hominem mente præditum, aut solum Verbum?
Aut etiam ex ambabus commistam naturam?
An rursus solvere, et constringere vis,

A Καὶ πῶς συνάπτεις, καὶ μερίζεις εὐθέως;
Ἀεὶ γὰρ οὕτως, ὡς ἐν ἀτόμῳ πολλάκις
Μιγνὺς, μερίζων, οὐκ ἀφέξῃ τῆς πλάνης·
Ὦ τοὺς λογισμοὺς ἀνταναλῶν πολλάκις,
Ὡς παιδαγωγὸς ἐμπαθοῦς ὀρχηστρίδος,
Ἢ τῇ δυσειδεῖ τῶν μελῶν περικλάσει,
Στρεβλοῖ τὸ σῶμα τῇ στροφῇ τῶν ὀργάνων,
Ὡς αὐτὸς ἔγνως· σοῦ γὰρ οὐκ ἔστι πλέον
Εἰς ταῦτα πιστῷ προσβαλεῖν διδασκάλῳ.
Ἀλλ' ἡ μὲν ἄχρι τῶν μελῶν στρεβλουμένη,
Κλονεῖ τὸ σῶμα· τῆς δὲ τῆς σῆς πανουργίας
Ἡ ψυχικὴ στρέβλωσις ἀθλιωτέρα.
Ὡς γὰρ λέγεις, νοεῖς μὲν ἐν διαιρέσει
Τὸν Χριστὸν εἶναι, καὶ μερίζεις τὰς φύσεις
Ἰσχνοῖς λογισμοῖς· πλὴν συνάπτεις εὐθέως.
B Πέτῃ δὲ πολλὰ τῇ πτερωτῇ σου φύσει,
Φθάσαι νομίζων τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν
Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὐδαμοῦ παύσῃ λέγων,
Νῦν μὲν διαιρῶν, νῦν δὲ καὶ σφίγγειν θέλων,
Καὶ νῦν μὲν ἁπλῆν, νῦν δὲ σύνθετον λέγων·
Καὶ νῦν μὲν εἷς πέφυκε, καὶ πάλιν δύο·
Καὶ πολλὰ πέζεις, ὡς νομίζεις, τὸν λόγον,
Ὡς ἂν δοκῇ σοι, τοῦ Θεοῦ σαρκουμένου.
Ὡς ἐκπέπληγμαι, πῶς ἀσυνθέτοις λόγοις
Καταστοχάζῃ τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας.
Ἐγὼ δὲ τολμῶν οὐκ ἀπεικότως τάχα
Αὐθήμερόν σοι τὴν ἐρώτησιν φέρω.
Τί γὰρ δοκεῖ σοι δογματίζειν τὸν Λόγον
Ἐν δεξιᾷ νῦν τοῦ Πατρὸς πεφυκότα
Ἄνθρωπον ἔννουν, ἢ μονούμενον Λόγον,
C Ἢ καὶ δι' ἀμφοῖν συμμεμιγμένην φύσιν,
Ἢ καὶ πάλιν λύειν τε, καὶ σφίγγειν θέλεις

NOTÆ.

218. Recte *atomi* similitudinem, et vocem usurpat Pisida, nam ἄτομος, « individuum, » idem ac hypostasis, quæ divisionem non admittit. Sanctus Joan. Damascenus, cap. 30, Patrum doctrinam explanans ait : « SS. Patres id quod commune est, ac de multis dicitur, id est specialissimam speciem, substantiam, et naturam, ac formam appellarunt... » τὸ δὲ μερικὸν, ἐκάλεσαν ἄτομον, καὶ πρόσωπον, καὶ ὑπόστασιν, « quod autem particulare est, individuum, et personam, et hypostasim nuncuparunt : » unde *De fid. orthod.* lib. III, cap. 2, ita statuit : Ταυτὸν οὖν ἐστιν εἰπεῖν φύσιν τοῦ Λόγου, καὶ τὴν ἐν ἀτόμῳ φύσιν· « Idem igitur est Verbi naturam dicere, atque naturam illam quæ est in individuo. »

224. Sermonem, opinor, convertit poeta ad eum, quem sub nomine Severi a principio exagitat, quasi dicat, tantam esse ejus ingenii subtilitatem, aut versutiem, ut etiam præceptoris Severi calliditatem videatur superare.

235. Vide infr. v. 290

238. *Πέζεις*, ita reddidi, quasi Pisida novum plane verbum πέζειν confinxerit a πεζός, *pedestris*. Sed cum nulla suppeditant, quod sciam, hujus vocis exempla, si quis autem mavult mendose scriptum in codice πέζειν pro παίζειν, *ludere*, per me licet, ut vertat, « atque, ut putas, jocularis tibi res est sermo de Deo incarnato; » quam interpretationem videtur confirmare Sophronius in sua Synodica in concilio VI recitata. Nam recte distinguens in Christo naturas, et operationes ait : Ἵνα μὴ καὶ εἰς οὐσίαν μίαν, καὶ φύσιν μίαν αὐτὰς συνελάσωμεν, τὴν Ἀκεφάλων παισὶ παίζομένην παισὶ, καὶ αὐτοῖς ἀναιδῶς προφερομένην αὐτοῖς ῥήμασι σύνθετον· « Ne in essentiam unam, et unam naturam eas cogamus, quæ ab Acephalorum pueris luditur, et ipsis verbis impudenter profertur composita. »

241. Aperte injuriam inferunt divinitati, qui de Verbi incarnatione inepte blaterant. Leontius *Contr. Nestor. et Eutychem*, pag. 544 : « Isti talia captiose loquuntur, non ut hominem perfectum ostendant, sed ut Dominum calumnientur, et eum a salute nostra alienent, quasi vel non assumpsisset a principio humanitatem nostram, vel non servasset inviolume, quod ex nobis habuit salutis totius naturæ pignus, quod excidere non poterat. »

247. Si Verbum in dextera Dei Patris sedens est nudum Verbum, non est ergo incarnatum : si autem commista natura, nec verus Deus est, nec verus homo : sed quid promiscuum, quod neutrum sit ex iis, quibus constat. Cæterum etiam Eutychi objectum antea fuerat, quod Severo, ut patet ex actione synodi CPolitanæ lecta Ephesi, et relecta Chalcedone, *Concil.* tom. II, pag. 206 : Ἐὰν ἐκ δύο φύσεων εἴπῃς πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν εἴπῃς ἀπολελυμένως, σύγχυσιν ὑποπτεύῃ λέγων, καὶ σύγκρασιν... ἐὰν δὲ εἴπῃς τοῦ Θεοῦ Λόγου μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, καὶ ἐνανθρωπήσασαν, τὰ αὐτὰ λέγεις ἡμῖν, καὶ τοῖς Πατράσι. « Si ex duabus naturis dicis ante unionem, post unionem autem unam dixeris absolute, confusionem putaberis indicere, et commistionem.... Si autem dixeris unam naturam Dei Verbi incarnatam, et inhumanatam, eadem dicis nobis, et Patribus. »

Digitized by Google

Κλείων, ἀνοίγων τὰς ὑπὲρ φύσιν θύρας;
Πλιγγιᾷν δέον σε· πῶς ἀναδρόμους
Πλιγγας ὥσπερ τῷ πεφυρμένῳ σάλῳ
Εἰς τὴν σεαυτοῦ συστροφὴν ἀναστρέφεις,
Καὶ καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ἀστρολογεῖν θέλεις
Στιγμάς τε μετρεῖν, καὶ ῥοπῶν ἀμετρίας;
Ἄκουε τοίνυν τῶν ἐμῶν ψελλισμάτων,
Ὡς ἂν μετρεῖν τὰ θεῖα δυσκόλως ἔχῃς·
Τί μὴ μεθ' ἡμῶν δογματίζεις ἐν δύω;
Ἐρεῖς δὲ πάντως τῆς ἑνώσεως χάριν·
Πρὸ τῆς ἑνώσεως γὰρ ἐν δύω λέγεις,
Οὔ φησιν, ἀλλ' ἕνωσιν ἐκ δύω μίαν.
Λέγων δὲ ταύτας τὰς φύσεις τὰς ἐκ δύω,
Ὑποστάσεις ψῆς ἀνταριθμήτας δύω.
Ἀλλ' εἰ μὲν εἶπῃς τοῦτο, καὶ δύω λέγεις
Υἱοὺς προδήλως, καὶ λογισμοῖς ἀσκόποις
Κεῖται καθ' ὑμᾶς ἡ Τριὰς εἰς τετράδα·
Καὶ σαυτὸν ἠγνόησας, ἐγκλίσεις μάτην
Κινῶν καθ' ἡμῶν, ἃς φρονῶν ἀνατρέπεις.
Εἰ δ' αὖ γε τοῦτο μηδαμῶς σοι λεκτέον.
Πῶς μοι συναινεῖν, καὶ κατηγορεῖν θέλεις,
Μετὰ τὴν ἕνωσιν εἰ δύω φύσεις λέγω,
Καὶ τὰς ὑποστάσεις με διττὰς εἰσάγειν;
Οὕτω κάπηλος αἰσχροκερδὴς εὑρέθης,

A Claudens, aperiens supernaturales portas?
Opus est te circumagi. Cur nam recurrentes
Vertices, tanquam in æstuante mari
In tui ipsius subversionem convertis?
Cur contra teipsum mavis astrologus videri
Et puncta metiri, momentaque immensa?
Ausculta igitur me balbutientem:
Si metiri divina tibi durum est,
Cur non nobiscum edoces in duabus?
Dicis vero semper unionis gratia.
Ante unionem enim in duabus dicis.
Minime, inquit, sed unionem ex duabus unam.
Tales vero dicens naturas, quæ sint ex duabus,
Hypostases, si bene numeras, dicis duas.
Atqui si hoc dixeris, etiam duos dicis
B Filios aperte, et ratione inconsulta
Posita per vos est Trias in quaternitate.
Ita teipsum fallis, inclinans temere
In nostram partem, a qua consulto refugis.
Quod si contra id a te nullibi dictum est,
Cur te mecum sentire, et simul exprobrare vis,
Si post unionem duas naturas dixero,
Etiam hypostases me duplices inducere?
Ita turpis lucri avidus caupo detectus es,

NOTÆ.

253. Tacite Severum circa divisionem, confusionemque naturarum in Christo delirantem comparat Archytæ, qui cum astronomicis observationibus esset insignis, et planetarum, siderumque motus, affectiones, situs, inclinationesque omnes plane nosset, naufragio tamen periit: unde eum festive irridebat Horatius, I, od. 28:

Nec quidquam tibi prodest
Aerias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum morituro.

Cui simile est illud Archelai in *Disput. contr. Manetem apud Zaccagnium in Collectaneis*: « Similis factus est astrologo, describenti quidem cœlestia, ignoranti vero quæ domi suæ geruntur. »

254. Astrologorum more, qui siderum aspectus, momenta, conjunctionesque indagant, Severus punctum temporis, uno indivisibilis, indissolubilisque duarum naturarum in Christo unitio facta est, videbatur nosse, nec tamen posse definire. Huc alludens Anastasius sæpe laudatus, pag. 86, ita Monophysitas irridet: « Vestrum erit præfinire, et designare nobis certum temporis terminum, quot nimirum annis naturæ in Christo manserint inconfusæ, et quot mensibus duas in illo naturas esse affirmare debeamus, et quot dies retineat in seipso duarum naturarum inconfusam proprietatem. »

259. Ante unionem dicere « unionem ex duabus unam » æque ridiculum, ac impium. Quæ enim erat unio, nondum unione facta? Ac si ante unionem erant duæ hypostases, ut placebat Severianis, ergo antequam unirentur, existebat caro, in quam descendit Verbum: atqui hoc ipsum docuit Nestorius: itaque Severus cum Nestorio consentit; quod ei sane objecit Anastasius, ut videre est, pag. 95, et sanctus Joan. Damascenus, pag. 402. Atque huc sane respiciebat Pisida, cum superius, v. 210, dicebat Severum esse mystam Nestorii. Hinc etiam sanctus Leo M. in celeberrima Epistola synodica ad Flavianum, *edit. fratrum Ballerin.* tom. I, pag. 854, mirabatur Eutychis professionem non fuisse acriter reprehensam, « cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. »

260. Primum quidem Eutyches etiam « ex duabus » dicere renuebat, μὴ γένοιτο εἰπεῖν ἐμὲ, ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστόν, « absit a me, dicere ex duabus naturis esse Christum. » *Concil.* tom. II, pag. 158. Sed cum ei non esset amplius integrum negare, id esse dictum a Patribus, quorum testimoniis premebatur, tum demum ait: Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ. « Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem vero unam naturam confiteor. » Ibid. pag. 166. A qua Eutychianæ fidei professione minimum discesserunt Severiani, ut patet ex Anastasio, pag. 84.

262. Ut enim, supr. v. 146 et seqq. Severiani cum « ex duabus » dicebant, hypostases non naturas innuebant, itemque hypostases intelligebant, etiamsi dicerent aliquando naturas, temere naturas cum hypostasibus confundentes.

265. Si duæ hypostases in Christo, ergo duæ personæ: si duæ personæ, ergo duo filii: si duo filii, ergo non Trinitas, sed quaternitas nobis adoranda est. Quod absit. Anastasius, Leontius, et Damascenus sæpe hoc utuntur argumento contra Severianos.

266. Corrector ἐγκλήσεις κινῶν « accusationes intentans » legendum proponit: quod non placet.

269. Idem pro θέλεις legi mallet λέγεις.

272. Aristoteles, *Rhet.* lib. III *in princ.* artificiose loquendi regulas tradens, artificium ipsum ita tegendum esse dicit, ut ii, qui loquuntur, videantur dicere non πεπλασμένως « ficte, » sed πεφυκότως « naturaliter. » Ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται· καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους. « Tanquam e re sibi insidiantem metuunt oratorem, qui audiunt, atque ita affecti adversus eum sunt, ut contra vina permista. » Ex Aristotele Plutarchus, *Sympos.* lib. IV, quæst. 1, iisdem fere verbis dixit: Φεύγουσι τὸν μεμιγμένον οἶνον οἱ πίνοντες· οἱ δὲ μιγνύοντες πειρῶνται λανθάνειν, ὡς

Digitized by Google

Silentio vel magis mystico venerari?
Qui enim ponderat naturas sermone,
Quomodo non investiget in sermonibus,
Rimeturque qua ratione, qualesve, et quantæ;
Et quomodo coaluerint, et rursus coalitæ
Divisæ maneant, et simul conjunctæ?
Æquum sane non erat hos inire sermones,
Ac ne ipsum quidem sermonis genus hoc ferebat.
Satius autem fuerat a tempestate Barbarorum,
Et ab armata telis procella
Expeditos quiescere simul cum prælliis,
Quæ fortissimus excidit Benefactor
Ope suæ spiritalis chirurgiæ
Morbo late per orbem serpente dispulso;
In quo tyrannorum feritas invaluit,
Et Barbarorum ignis impie accensus:
Donec ille compescuit ulcera vulnerum,
Occludens venas redundantes sanguine.
Cum vero vivens, et defunctus Chosroes
Belli tempestates nobis suscitasset,
Qua percitus furore in cædes ruens,
Qua Severi commentationum præsides,
Tanquam mystagogus erroris, ordinans:
Multa inter nos orta est tragœdia.

A Σιγῇ προσήκει μυστικωτέρᾳ σέβειν;
Τὸν γὰρ ταλαντεύοντα τὰς φύσεις λόγον
Πῶς οὐχ ἁπεικὸς ἐξιχνεύειν ἐν λόγοις,
Ζητεῖν τε πῶς, ποῖαί τε, καὶ πόσαι φύσεις,
Καὶ πῶς συνῆλθον, καὶ συνελθοῦσαι πάλιν
Διαιρεταὶ μένουσιν ἢ συνημμέναι;
Οὐκ ἦν μὲν εἰκὸς τοῦσδε μετὰ λόγους λέγειν,
Εἰ μηδ' ἂν αὐτὸς τῶν λόγων ἠνείχετο.
Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον τῆς ζάλης τῶν Βαρβάρων,
Καὶ τῆς ἐνόπλου τῶν βελῶν καταιγίδος
Ἀπαλλαγέντας ἠρεμεῖν σὺν ταῖς μάχαις,
Ἃς ὁ κράτιστος ἐκτεμὼν Εὐεργέτης
Ἐκ τῆς δι' αὐτοῦ ψυχικῆς χειρουργίας,
Τὴν κοσμικὴν σφύζουσαν ἐξῆρε νόσον,
Ἐν ᾗ τυράννων ὠμότης ἐπεκράτει,
B Καὶ Βαρβάρων πῦρ δυσσεβῶς ἀνημμένον·
Ἕως ἐπέσχε τὰς νομὰς τῶν τραυμάτων,
Ἀναστομώσας τὰς φλέβας τῶν αἱμάτων.
Ἐπεὶ δὲ καὶ ζῶν, καὶ θανὼν ὁ Χοσρόης
Χειμῶνας ἡμῖν ἐξανέστησε μάχης·
Ἧῃ μὲν πρὸς ὁρμὰς ἠρεθισμένος φόνων,
Ἧῃ δὲ προέδρους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,
Ὡς μυσταγωγὸς χειροτονήσας πλάνης
Πολλὴ καθ' ἡμῶν γίνεται τραγῳδία.

NOTÆ.

14. *Ὄργια* pro quibuscunque ethnicorum sacris posuit, ut omnia æque impia, stultaque fuisse demonstret. Vide *Heracliad.* I, 61.

16. Aperte, ut mihi videtur, ad disciplinam arcani alludit, qua a primis Ecclesiæ sæculis cautum fuit, ne de divinis mysteriis, ac præsertim de Trinitate, et incarnatione coram Judæis, infidelibus et catechumenis ageretur. Videsis, quæ disertissime opposuit Tentzelio Emmanuel a Schelstrate in libro *De discipl. arcani*, quæque nuper contra Binghamum uberius disseruit P. Hermannus Schollinerius, *Discipl. arcani suæ antiquit. restit.* Scio sane auctores convenire, non ultra VI sæculum hanc disciplinam arcani viguisse, sed præterquam quod temporum ratio non discrepat, animadvertendum plane est, Pisidam de Monophysitis loqui, qui inter Persas disseminati, de incarnatione novas semper ac futiles quæstiunculas movebant, non sine magno ethnicorum scandalo, et maximo Ecclesiæ detrimento. Quippe coram profanis de tantis mysteriis disputationes inire, vere erat mittere margaritas ante porcos. Οὐδὲ γάρ, ut ait sanctus Basilius, *De Spir. sancto ad Amphiloch.*, cap. 27, ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἐκφορούμενον· « Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares, ac vulgares aures effertur. » Cui sane malo imp. Marcianus jam multis annis ante providerat, qui suo edicto vetuit Constantinopolitanis, ne de iis, quæ in concilio Chalcedonensi fuerant definita, auderent loqui, ἐπειδήπερ οὐ μόνον κατὰ τῆς πίστεως τῆς εὖ διατεθείσης ἐναντίοι χωροῦσιν· ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησιν ἔκπυστα διὰ τῆς τοιᾶσδε φιλονεικίας τὰ σεπτὰ ποιοῦσιν μυστήρια· « Quia non solum contra fidem bene compositam veniunt: sed etiam ab Judæis et paganis audita, ex hujusce modi certamine, profanant veneranda mysteria. » *Collect. conc. Hard.* t. II, p. 660.

23. Vide infra, v. 500 et seqq.

24. Bellum Abaricum et Persicum intelligit, de quibus jam satis suo loco dictum est.

27. Confer *Heracliad.*, acroas. II, vers. 41 et seqq.

29. Ibid., v. 43.

30. Ibid., v. 70.

31. Ibid., acroas. I, 190, ita de Chosroa, qui cum esset ignis cultor, tamen τὸ πῦρ

Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

33. Ibid., acroas. II, 17.

C 34. Duo fuerunt Persarum reges, Chosroæ nomine clari, quorum primus Anuscervanus, alter Abruizus cognominatus est: uterque autem Romanis hostis infensissimus. Videsis Procopium, Agathiam et Theophanem. Verum hic de secundo tantum Chosroa Pisidam agere existimo, quem etiam mortuum Romanis essé nocumento tradit, quia, dum viveret, Monophysitis animum addiderat; unde factum est, ut eo etiam interfecto hæretici illi novas semper turbas contra orthodoxos cierent, quarum verus auctor erat Chosroes.

37. Nec Nestorianis, nec Eutychianis sincero animo favisse Chosroam observatum est in *Monito*, quamvis Pisida testis hic sit, Severianorum præsides, hoc est, episcopos Monophysitas auctoritate sua fovisse. At non eo plane consilio id fecisse putandum est, quod Eutychianam doctrinam magis probaret, quam Nestorianam, sed quod rem molestam Romanis se facturum putaret, si dolo malo D vigentes inter Christianos controversias aleret, et suo patrocinio sustentaret. Ac vere *προέδρους præsides*, Severi omnes veteres hæresiarchas fuisse recte dixeris; ille enim omnium errores in suam sententiam videtur transtulisse.

38. Chosroam catholicos episcopos ab Ecclesiis expulisse, et eorum loco alios Catholicis infensos, et Eutychiana labe infectos suffecisse testatur Pisida, qui ut tantum facinus elevet, ait ipsum Chosroam ordinasse episcopos Monophysitas, hoc est, auctoritate sua promovisse. Scite autem eum μυσταγωγὸν τῆς πλάνης, *erroris caput*, *ducem et magistrum* appellat, eo quia cujuscunque impietatis, tanquam idololatra esset architectus.

39. Tragœdia vere ex tot dissidiis orta est: undique enim cædes, et sanguinis effusio. Propterea recte sanctus Maximus contra hujus temporis hæreticos exclamabat, t. II, epist. 13, pag. 106: Παύσοιντο λοιπὸν οὐκ ἐν καιρῷ ταῦτα κινοῦντές τε καὶ

Digitized by Google

Εἴπερ δι' ἡμᾶς τοῦ Λόγου σαρκουμένου
Σπινθῆρας ἡμῖν δυσσεβεῖς ὑποφλέγει.
Ὅπως ἐφεῖται τοῖς ὁδηγοῖς τῆς πλάνης
Κενταυρόμορφον δογματίζειν εἰκόνα,
Ἣ μηδέν ἐστιν ἐντελὲς πρὸς τὰς φύσεις,
Ἐξ ὧν συνῆλθεν· ἐνδεεῖς γὰρ αἱ δύο.
Φύρσιν παθοῦσαι, καὶ τροπὴν τῇ συγχύσει.
Οὐκ ἦν γὰρ, οὐκ ἦν τῷ βεβήλῳ Χοσρόῃ
Κινεῖν καθ' ἡμῶν ὅπλα μέχρι σωμάτων·
Τρῶσαι δὲ μᾶλλον ἤθελε τὰς καρδίας.
Τὴν πίστιν ἡμῶν πυρπολῶν, ὡς τὰς πόλεις.
Ἐντεῦθεν οἶμαι τοῖς Σεβήρου συμπόνοις
Ἐφῆκε φύρσιν δογματίζειν ὁ δράκων
Ὡς ἂν δι' αὐτοῦ, καὶ καθ' ἡμῶν ἡ πλάνη
Δόξῃ χορεύειν, καὶ παρέξῃ τοῖς μάγοις
Λαβὰς γελώτων, καὶ συνάξεις παιγνίων.
Ἀλλ' ἠφάνισται ταῦτα σὺν τῷ Χοσρόῃ.
Πέρας λαβόντα συμφορᾶς γελωμένης.
Ὁ δεσπότης γὰρ ἐξ ἑνὸς βέλους φθάσας
Τὸν μὲν φονεύει τῷ θεοκρίτῳ ξίφει,
Τοῖς δὲ προπέμψας εὐσεβέστατον βέλος
Σὺν τῷ βαλεῖν ἔσφαξε τὴν ἀπιστίαν.
Ἦρκει μὲν οὖν ἐκεῖνο τὸ πρῶτον βέλος
Τὰς τῶν ἀπίστων ἢ μαλάξαι καρδίας,
Ἢ τὴν πολυτράχηλον ἐκτεμεῖν πλάνην·

A Siquidem de Verbo pro nobis incarnato
Scintillas nos inter impias subaccendit.
Ut datum sit magistris erroris
Centauriformem edocere imaginem,
Quæ non est quidquam perfectum in naturis,
Ex quibus coaluit; utræque enim indigæ,
Turbationem, et conversionem passæ ex mistione.
Non enim ea mens fuit exsecrando Chosroæ,
Ut moveret arma in nostra tantum corpora :
Sed potius vulnerare volebat corda,
Fidem nostram vastans incendiis, ut urbes.
Hic puto Severi fautoribus
Permisit docere perturbationem draco :
Ut ejus opera etiam inter nos error
Videretur exsultare, et præberet magis
B Ansas ridendi, et ludicra conventicula.
Sed hæc evanuere una simul cum Chosroa,
Et finem habuere misere ridiculum
Despota enim uno ictu præveniens
Hunc quidem occidit gladio ex Dei judicio,
In illos autem immisso summæ pietatis telo,
Ipso jactu mactavit infidelitatem.
Suffecisset igitur primum illud jaculum,
Aut ad emollienda infidelium pectora,
Aut ad multorum capitum exscindendum errorem.

NOTÆ

συνάγοντες· καιρὸς γὰρ ὁ παρὼν αἱμάτων διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀλλ' οὐ δογμάτων ἐστὶ, καὶ θρήνων ἰσχυρῶν εἰς Θεοῦ δυσώπησιν, ἀλλ' οὐ σοφιστικῶν ἀντιῤῥήσεων εἰς περισσοτέραν καθ' ἡμῶν ἀγανάκτησιν. « Desinant jam, cum minime tempus sit opportunum, ista movere et colligere. Cruentarum enim tempus cædium, ob nostra scelera, non dogmatum tempus istud est, validorumque planctuum, quibus ad misericordiam Deum inflectamus, non sophisticorum opposite militantium rationum, quibus ejus adversus nos majorem iram accendamus. »

41. Apertius declarat, Chosroam Severianis favisse, quem supposito Eutychianæ hæreseos igne suscitasse tradit, ut novæ quæstiones circa incarnationem Verbi contra catholicam doctrinam moverentur.

42. *Ὁδηγοὺς τῆς πλάνης, ad iter erroris duces*, vocat Severianos, contra quos Anastasius Sinaita suum librum, Ὁδηγός, *Dux viæ*, inscriptum, jam a centum annis vulgaverat, ne in retia et laqueos τῶν ὁδηγῶν τῆς πλάνης orthodoxi inciderent.

43. Sequentes iambi maximum continent momentum, quo Eutychetis doctrina de una ex duabus in Christo natura labefactatur. Si enim humana et divina natura inconfusæ non servantur, una fiet ex humanitate et divinitate mista natura, quæ neque tota sit divinitas, neque tota humanitas : itaque erit quædam ex duobus composita natura, et quid tertium, monstri simile; ut centaurus, qui neque totus est homo, neque totus est equus, vel ut mulus, qui neque totus est equus, neque totus asinus. Præterea si naturarum in Christo fit confusio, ita omnia, quæ ad easdem naturas pertinent, inter se permisceri necesse est, ut quid alterutrius sit proprium non jam amplius dignosci possit; unde nec divina ab humanis, nec a divinis humana distinguentur. Si enim duæ naturæ ita confundantur, ut una ex duabus fiat, opus est, ut detur alterius in alteram conversio et perturbatio : quo sane concesso, Christus jam non erit amplius perfectus Deus, et perfectus homo, perfectus in deitate et perfectus in humanitate, sed quid ex deitate et humanitate C mistim conflatum et confusum, cujus etiam proprietates erunt commistæ et confusæ. « Adulterinam igitur, » ait Leontius, *Dubitat. hypot.*, apud Canisium, t. I, p. 627, « et confusam unam naturam ex duabus naturis confingunt, qualis natura mulorum et aliorum hujusmodi excogitata est; et quale apud gentiles multiformium, et contrariorum animantium monstrum. » Vide Anastasium in Ὁδηγῷ, Leontium, et sanctum Joannem Damascenum *contra Jacobitas*.

47. Ita etiam Procopius censuit de Chosroa seniore, qui in Mesopotamiam quartum cum suo exercitu irruperat : Αὐτὴ δὲ ἡ ἐσβολὴ τῷ Χοσρόῃ τούτῳ οὐ πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα Ῥωμαίων πεποίηται· οὐ μὴν οὐδὲ ἐπ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα, ὅτι μὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅνπερ Χριστιανοὶ σέβονται μόνον. « Qua quidem irruptione non Justinianum imp., nec mortalium quemquam, sed Deum, quem unum Christiani colunt, oppugnare voluit. »

D 50. Vid. *Heracliad.*, acroas. I, 130.

55. Confirmari possit, quod dicebamus, supra, vers. 14, de disciplina arcani.

59. Confer *Heraclad.* I, v. 33 et seqq.

60. *Τοῖς*, id est magis, quibus ridendi occasionem præripuerit, Severianorum commentis confutatis. Neque enim dubito, poetam alludere ad congressum, quem habuit Heraclius, cum in Armenia versaretur, cum Paulo Severiano.

61. Hoc est Magorum, qui ex quæstionibus, quæ inter Romanos circa incarnationem agitabantur, Christianæ religioni illudendi occasionem captabant. Verum, ut videtur, tum Severianos cum Magos orationis telo perstrinxit, atque jugulavit.

62. Jaculum, quod in Paulum Severianum contorsit imperator. Hoc autem jaculum aut quoddam scriptum Heraclii nomine editum fuit, aut Acephalorum damnatio.

63. *Τῶν ἀπίστων*, hoc est *Magorum*.

Digitized by Google

Multæ enim sunt Acephalorum cervices,
Multas habentes ubique divisiones,
Quæ multoties pullulant, et exsectæ
Rursus protrudunt colla, sicuti serpentes.
At nobis adest Hercules beneficus
Cautere calido ardentis fidei
Hydras suffocans, tortuose se moventes angues.
Quoniam vero etiam hoc fausto pacis tempore
Illa operosa, sapiensque expeditio
Ad scripturas conversa est a Barbaris;
Ut qui quiescere suasisset Barbaros,
Quiescere cum ipsis suaderet hæreses;
Et religionis spiritu afflatus
In sentes insurrexit erroris;
Et acie mentis edolatis scripturis
Explanavit nobis a Deo scriptas tabulas,
(Quas ille in medio habebat sui pectoris,
Non iis, quæ addiscuntur litteris, scriptas,
Sed potius divino digito impressas),
Rivosque a Deo fluentium sermonum
In nos immisit, ut quidam Oceanus,
Qui replet omnia, et finem non habet:
Abs re prorsus non est navim eloquentiæ
Ex illius affluentia repletam
Contra falsarum opinionum fluctus impellere.
Forte in se contortos accipiens vortices
Mistus refluxus commentationum Severi
Aut serenitati appropinquabit dogmatum,
Aut improba saltatione debacchatus
Ad primam suam revertetur sententiam.
Quæ hæc est igitur, Severe, tanta confusio?
Illud enim in primis puto convenire magistro,
Ut discipulorum coerceat dissensionem.
Quid tu confundens mundum divisionibus,
Nullibi habere stabilem basim volens,
Sed velut instabilis unda diffluens

A Πολλοὶ γάρ εἰσι τῶν Ἀκεφάλων αὐχένες
Πολλὰς ἔχοντες πανταχοῦ διαιρέσεις·
Καὶ πολλάκις φύουσι, καὶ τετμημένοι
Τρέφουσιν αὖθις μετὰ τραχήλους ὡς ὄφεις·
Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν Ἡρακλῆς εὐεργέτης
Καυτῆρι θερμῷ πίστεως πυρουμένης,
Ὕδρας ἀναιρῶν, λοξοκινήτους ὄφεις.
Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν τοῦ γαληναίου τρόπου
Ἡ πρακτικὴ τε καὶ σοφὴ στρατηγία
Πρὸς τὰς γραφὰς μετῆλθεν ἐκ τῶν Βαρβάρων·
Ὅπως ὁ πείσας ἡρεμεῖν τοὺς βαρβάρους,
Πείσῃ σὺν αὐτοῖς ἡρεμεῖν τὰς αἱρέσεις·
Καὶ πνεύματος εὐσεβῶς δεδεγμένος
Πρὸς τὰς ἀκάνθας ἐξανέστη τῆς πλάνης,
Καὶ τῇ νοητῇ τῶν γραφῶν ἀντιξέσει
B Ἥπλωσεν ἡμῖν τὰς θεογράφους πλάκας,
Ἃς εἶχεν ἔνδον τῆς ἑαυτοῦ καρδίας,
Οὐκ ἐκ διδακτῶν συλλαβῶν γεγραμμένας,
Θείῳ δὲ μᾶλλον δακτύλῳ τυπουμένας·
Καὶ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν θεορρύτων λόγων
Ἐφῆκεν ἡμῖν, ὠκεανοῦ τινος δίκην,
Ὃς πάντα πληροῖ, καὶ τὸ λῆγον οὐκ ἔχει.
Ἀπεικὸς οὐδὲν τὰς λαλούσας δικάδας
Ἐκ τῶν ἐκείνου ῥημάτων πληρουμένας
Ταῖς ἀλλοδόξοις προσβαλεῖν τρικυμίαις·
Ἴσως λαβὼν πλέγγας ἀντισυστρόφους
Ὁ μιξανάῤῥους τῶν Σευήρου σκεμμάτων,
Ἢ τῇ γαλήνῃ προστεθῇ τῶν δογμάτων,
Ἢ τὴν κακὴν ὀρχησιν ἐξορχούμενος
C Πρὸς τὰς ἀπαρχῆς ἀντανέλθοι φροντίδας.
Τέως μὲν οὖν, Σευῆρε συμπεφυρμένε
(Πρώτῳ γάρ, οἶμαι, τῷ διδασκάλῳ πρέπει
Τὴν τῶν μαθητῶν ἐγκαλεῖν ἀταξίαν),
Ὁ συγχέων τὸν κόσμον ἐν διαιρέσει,
Ὁ μηδαμοῦ σχεῖν εὐσταθῆ βάσιν θέλων,
Ἀλλ' ὡς ὀλισθος κυματώδης ἐκρέων,

NOTÆ.

65. De variis Acephalorum sectis in Monito dictum est.

69. Ut sæpius, Heraclium cum Hercule comparat. Hæc omnia conferre juvabit cum vers. 349 et seqq., acroas. III, *De exvedit.*

72. Manifestum est hic agi de rebus cum Persis post pacem compositam actis. Nec plane dubitandum Heraclium, qui Severianorum subdolum ingenium, et Magorum malignitatem nosset, pro eo quo ferebatur pietatis studio, scriptionis quoddam specimen finito tandem bello edidisse, ad orthodoxam fidem de Verbo in duabus naturis incarnato confirmandam.

81. II Cor. III, 3: « Manifestati, quod epistola estis Christi, ... scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. »

83. Deuteron. X, 1.

90. Argutas quæstiones, et sophismata Severianorum Πλέγγας, *vortices*, recte vocat, quibus illi abrepti mergebantur: Ἀντισυστρόφους, *retortos*, ex ἀντί, et συστροφή, *contorsio*, *reversio*.

91. *Μιξανάῤῥους*, ex μίξις, *mistio*, ἀνά, et ῥοῦς, *fluxus*, hoc est *mistus refluxus*, vel semper fluitantium aquarum turbidus, et cœnosus vortex: qua voce exprimit Severianorum in novis tuendis opinionibus varietatem et inconstantiam. Ita plane Leontius in Prologo confutationis Nestorii, et Eutychis apud Canisium, t. I, p. 536: « Quorum versutiam cum impietate implicatam cum detegere et prodere vellemus, ad primos Patres ejus impietatis confutationem revocavimus, ... ut eorum fluxionem impiam interrumpere studeremus; hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur. »

93. Anastasius in Ὁδηγῷ apud Gretserum, D t. XIV, pag. 50, Severianorum hæresim orchestræ assimilat, cui ait decem fuisse capita, vel cornua; Severum autem Ἔξαρχον τῆς δεκακεράτου ταύτης ὀρχήστρης. « Exarchum orchestræ istius decem cornibus instructæ » semper appellat, quo nomine ejus inconstantiam et impudentiam designat.

94. Severiani et Acephali, qui omnes ab Eutyche manarunt, cum in varias ablissent sententias, sibi cum Eutyche non convenire dictitabant: sed cum revera quocunque sese verterent, in eo tamen semper essent, ut vel perturbationem, vel conversionem, vel mistionem in Christo viderentur admittere, idcirco parum, aut nihil ab Eutyche discedebant, cujus e doctrina de una in Christo natura omnes hi errores fluebant. Atque hæc est illa ἀπαρχῆς, *primordialis* sententia, ad quam Noster sit omnes Severianorum sectas esse reducendas: quod quidem sequentes versus declarant.

Digitized by Google

Ὁτε βρυώδεις συγγραφὰς ἀποπτύεις,
Τί μοι βεβήλους ἐγκαλεῖς διαιρέσεις
Τῶν Νεστορίου πανταχοῦ ληρημάτων
Προεγκαλούντων οὐ διαίρεσιν λέγειν,
Ἀλλ' ἐκ διαμέτρου δογματίζων συγχύσεις;
Ἢ πεῖσον αὐτόν, ἢ σὲ πεισάτω πάλιν,
Ἢ τῆς ἐπ' ἀμφοῖν ἐκτροπῆς δεδογμένης
Παλινδρομεῖτε πρὸς τὸν εὔθετον δρόμον·
Τεκμήριον γὰρ τῆς ὁδοῦ τῆς εὐθέτου
Τὸ τοὺς παρεκτρέχοντας ἐν παρεξόδοις
Ἕλκειν, μεθέλκειν ἀντιλήξους τοὺς μέσους.
Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων·
Εἰ γὰρ πρὸ τοῦ σὲ συνταράξαι τὰς φύσεις
Κύριλλον οὐ παρόντα τῷ θείῳ τόμῳ·
Εἰ γὰρ παρῆν, ὕποπτον ἦν τὸ, πρὸς χάριν
Ὕμνοις ἀνευφήμησαν οἱ θεηγόροι,
Ἐν οἷς τὸ πνεῦμα προσλαλεῖν ἐμαρτύρει·

A Quoties ineptas syngraphas exspuis,
Quid, inquam, mihi profanas objicis divisiones
Semper delirantis Nestorii,
Et contendentis se divisionem non dicere:
Cum tu ex opposito statuas confusiones?
Aut suade ipsum, aut ille contra te suadeat:
Aut certo inter utrumque sancito divortio
In rectum iter revertimini.
Illud enim est signum recti itineris,
Cum quis aberrantes per diverticula
Trahit, retrahitque ex contradictione in medium.
O semper Cyrillum in medium proferens,
Et in nullum ex illius placitis consentiens,
(Si enim antequam tu misceres naturas:)
Cyrillum non astantem cum sancto tomo:
B Si enim adesset, suspicio esset ne ad gratiam
Laudibus ipsum extulissent deiloqui,
In quibus Spiritus sanctus loqui testatus est.

NOTÆ.

101. Syngraphæ βρυώδεις, *muscosi*, id est futiles et inanes libelli, quibus suam sententiam tuebantur Severiani.

102. Cum Nestorius, ne duas videretur naturas confundere, duas in Christo hypostases admitteret, Christum ipsum in duos dividebat, κεχωρισμένως, *seorsim* enim aiebat exsistere in eo Verbum, et κεχωρισμένως hominem. cum autem Verbum, Dei Filium Deo Patri consubstantialem esse concederet, sed eum, qui ex Virgine natus esset, natura Dei Filium, et natura Deum esse negaret, aperte duos in Christo filios, unum natura, alterum gratia confitebatur, quamvis multum ingeniose, et acute C vir eloquens et doctus a divisione, quam inducebat, alienum se ostendere conabatur. Contra Eutyches, ne duas in Christo personas cum Nestorio putaretur dividere, unam ex duabus naturam asserebat, unumque et idem naturam, et hypostasim esse dicebat. Illud enim firmum, ratumque habeb t, ὡς οὐκέτι φύσις ἀνυπόστατος, *nullam esse naturam sine hypostasi*. Igitur Eutyches Nestorianismi reos faciebat orthodoxos, quod duas naturas admittentes Christum cum Nestorianis dividerent, Quod plane verum fuisset, si orthodoxi cum Nestorianis pro naturis hypostases accepissent, vel cum Eutychianis hypostasim cum natura confudissent.

109. Recte Nestorium et Eutychem hortatur, ut in rectum iter, quod est in medio positum, revertantur. Medium enim inter Nestorianam et Eutychianam sententiam stat catholicum dogma, quo non duæ hypostases, nec una ex duabus natura, sed duæ naturæ ὑποστατικῶς in Christo citra confusionem unitæ profitentur. Anastasius in Ὁδηγῷ, pag. 64, et sanctus Joan. Damascenus, *Contr. Jacob.*, p. 398, contra Sabellium in divinitate confusionem, et contra Arium in Trinitate divisionem immittentem, quæ sit regia via, per quam sancta Ecclesia ambulare nos edocuit, demonstrarunt. « Religionis orthodoxæ, ait sanctus Joan. Damascenus, et veritatis prænones, recte ambulaverunt per viam regiam, quæ media est . . . continentes se intra limites veritatis, ita ut ad neutram partem inclinando deflecterent. Itaque confessi sunt substantiam unam in Trinitate, et tres hypostases ... Rursum agnoverunt distinctionem illam in mysterio incarnationis, naturas duas et substantias duas, et hypostasim unam; naturamque, et substantiam eadem definitione complexi sunt, personam quoque, et hypostasim eodem modo definierunt, » etc.

111 Ἀντιλήξως. Ita in codice. Corrector maluisset legi ἀντιλήξους, ac proinde ου super ω inscripsit; quod non placet. Ego autem η in ε converterem, et legerem ἀντιλέξως.

112. Cyrillum, aliosque Patres sibi patrocinari aiebat Eutyches in synodo Constantinopolitana, in qua a S. Flaviano damnatus est. Hoc idem postea semper repetitum a Severianis, ut patet ex Collatione Severianorum, qua de re in Monito dictum est. Recte autem Noster obiter refutat Severum dicens: « Si Cyrillus vivebat, antequam tu naturas miscere, et conturbare institueres, quomodo tecum ille, aut tu cum illo potes consentire? » Sic enim intelligo versum 111, supplendo ἐθέλωσε, vel ἔγραψε, *vixit*, aut *scripsit*.

115. Quamvis plura sint Cyrilli scripta, quæ dogmatum veritatem, sanctitatemque circa incarnationem firmissime astruunt, cujusmodi sunt epistolæ ad Nestorium, ad Cœlestinum pontificem, et ad Theodosium, Pulcheriamque datæ, nullus tamen dubito, Pisidam per verba θείῳ τόμῳ, quo nomine libelli fidei professionem continentes vocabantur, celeberrimam Cyrilli ad Nestorium epistolam secundam præ cæteris ejusdem libris indicare: ea enim lecta fuit post Symbolum Nicænum in concilio Ephesino, et a Patribus multum laudata, iterumque postea in concilio Chalcedonensi approbata. Incipit Καταφλυαροῦσι.

116. Legendum opinor χάριν. Sensus autem, ni fallor, hic est: Cyrillum, eo quia adesse non potest, impudentissime tanquam patronum allegas: si autem adesset, tuque eumdem ipsum omnium orthoD doxorum Patrum laudibus efferri, tanquam tibi contrarium, audires, tunc plane tibi ea oriretur suspicio, has laudes Cyrillo πρὸς χάριν, *ad gratiam*, et specie tantum, non autem sincero corde fuisse datas.

117. Cum hæc omnia ad concilium Ephesinum spectent, intelligenda plane sunt de acclamationibus quæ post Nestorii damnationem a Patribus Cyrillo sunt datæ: ut in actione secunda, cum Petrus presbyter Alexandrinus Cœlestini papæ litteras legisset, πάντες οἱ εὐσεβέστατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· Αὕτη δικαία κρίσις ... εἷς Κελεστῖνος· εἷς Κύριλλος· μία πίστις τῆς συνόδου, μία πίστις τῆς οἰκουμένης. *Collect. Conc. Hard.*, t. I, p. 1471.

118. Patres ad concilium in Ephesina Ecclesia Deiparæ Mariæ celebrandum congregati, ut ibi præsidere Christum significarent, in medio throno, et in sede conspicua sacrosanctum Dei Evangelium collocari voluerunt. Testes sunt orthodoxorum lit-

Digitized by Google

Unus erat numerus una simul septem complectens
Ultra decem in eum concurrentes nonadas ;
Acies ad arma fidei simul unita.
Omnes enim isti Cyrilli dogmatum
Fidem comprobarunt perfectissime.
At qui Cyrillo astipulantes lacessit
Aperte prodit se petere illum conviciis.
Verbis igitur virum simulas te colere,
Reapse fugis, quamvis videaris concurrere.
Accusans autem, cui assentiris,
Palam odisti, quem simulate diligis.
Sed jam tempus est orationis cymbam
Tuorum natorum fluctibus committere :
Ex tua enim salsugine æstuantes iterum
Petram furentes impetunt Ecclesiæ ;
Sed concidunt subversi salo,
Iis, quas cient, disjecti tempestatibus,
Atque inde, opinor, ex abysso commentationum
Metiri sibi videntur divinam naturam,
Infirmis rationibus super eminentem substantiam,
In copulando, et dividendo instabiles.
Nihil enim ipsis ratum, firmumque est :
Et nos quidem recte sentientes accusant,
Quod si velimus illud in duabus asserere
Filios induceremus, ut aiunt duos.
Naturas enim habent, tanquam hypostases.
Proinde ut aiunt, in illa in duabus
Voce delibant hypostases,
In Christo timentes dicere duos.

Εἷς ἦν ἀριθμὸς ἑπτασυνθέτους ἔχων
Δεκαδρομούσας εἰς ἑαυτὸν ἐννάδας·
Στρατὸς πρὸς ὅπλα πίστεως συνηγμένοι.
Πάντες γὰρ οὗτοι τῶν ἐκείνου δογμάτων
Τὴν πίστιν ἠκρίβωσαν ἠκριβωμένως.
Ὁ τοὺς ἐκείνῳ συμφρονοῦντας ὑβρίσας,
Εὔδηλον αὐτὸν φαίνεται καθυβρίσας.
Λόγῳ μὲν οὖν τὸν ἄνδρα τεχνάζῃ σέβειν,
Ἔργῳ δὲ φεύγεις, κἂν δοκῇσει συντρέχῃς.
Κατηγορῶν δὲ τοῦ συνηγορουμένου
Μισεῖς προδήλως, ὃν φιλεῖς ὑποκρίσει.
Καιρὸς δὲ λοιπὸν τὰς λαλούσας ὀλκάδας
Τῇ τῶν τέκνων σου προσβαλεῖν τρικυμίᾳ.
Τῇ σῇ γὰρ ἅλμῃ κυματούμενοι πάλιν
Πρὸς τὴν πέτραν κρούουσι τὴν Ἐκκλησίαν·
Σάλῳ δὲ συμπίπτουσιν ἀντεστραμμένοι
Πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀντικλώμενοι ζάλην.
Ἐντεῦθεν, οἶμαι, τῷ βυθῷ τῶν σκεμμάτων
Γεωμετρεῖν δοκοῦσι τὴν θείαν φύσιν
Ἰσχνοῖς λογισμοῖς τὴν ὑπὲρ νοῦν οὐσίαν,
Ἐν τῷ συνάπτειν, καὶ διαιρεῖν ἀστάτως.
Οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἵσταται πεπηγμένον.
Καὶ δὴ κατηγοροῦσι τῶν ὀρθοφρόνων,
Ὡς εἰ θέλοιμεν δογματίζειν ἐν δύω,
Υἱοὺς παρεισάξοιμεν, ὡς φασὶ, δύο.
Τὰς γὰρ φύσεις ἔχουσιν, ὡς ὑποστάσεις.
Κἀντεῦθεν, ὡς λέγουσι, πρὸς τὴν ἐν δύσι
Φωνὴν, ἀποσπένδουσι τὰς ὑποστάσεις,
Εἰς Χριστὸν εἰπεῖν εὐλαβούμενοι δύο.

NOTÆ.

tercæ impetatoribus scriptæ, in quibus omnia rite acta esse in concilio profitentur, τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἐν μέσῳ κειμένου, καὶ δεικνύντος ἡμῖν παρόντα τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων Χριστόν· « Sancto Evangelio, quod Christum universorum Dominum nobis ostendebat, in medium proposito » Ibid., *Concil. Ephes.*, p. 1583. Sed, ut videtur, Pisida ad litteras Cœlestini papæ ad synodum scriptas hic intendit, quarum hoc est initium : « Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Verum est enim, quod legimus, quia nec potest Veritas mentiri, cujus in Evangelio ista sententia est : *Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi et ego sum in medio eorum.* » Ibid., p. 1467.

119. Ænigmati quid simile nobis proponit Pisida, dum Patrum numerum, qui concilio Ephesino interfuerunt, metri difficultate non absterritus definire contendit. Sed, ut videtur, XVII nonadas, hoc est, CLIII numero fuisse Patres Cyrillo unitos declarat. Verum alii ferunt eos fuisse CLVIII, alii CXCVIII, alii CC, alii tandem CXXX. Certe Cyrillus, qui eo in concilio Cœlestini nomine primas tenuit, in sua epistola ad clerum, populumque Alexandrinum, quos de Nestorii depositione certiores facit, sic ait : Ἦμεν δὲ οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι, ὡσεὶ διακόσιοι, ἤττους ἢ πλείους· « Episcopi autem, qui convenimus, ducenti circiter eramus, plus minus. » Oper. Cyrill., t. V, part. II, p. 79.

132. Novas turbas, tempore Pisidæ, in Ecclesia excitasse Monophysitas manifestum est. Eos autem ἅλμῃ, *salsugine*, hoc est amaris fluctibus Severi dicit esse agitatos ; eo quod omnes eorumdem errores ex uno impuro Eutychis, et Severi fonte, videlicet ex naturis in Christo confusis, emanarint.

137. Codex habet κρούσι contra metri mensuram.

137. Ibidem legitur δοκούσει contra prosodiæ rationem. Γεωμετρεῖν Severianos dicit, ut eorum stultitiam demonstret, qui a Scripturæ, et Patrum doctrina aversi, et in sophismatum, et futilium commentationum profunditate demersi, tantum sibi fiderent, auderentque, ut de divina natura justa philosophorum placita minutas rationes inire non dubitarent, perinde ac si de re sensibus, et humanæ contemplationi subjecta ageretur, de qua unicuique liceret pro libito suo disputare. Θεωρεῖν enim, ut est in Dialectica sancti Joan. Damasceni, cap. 65, λέγεται τὸ νοεῖν, τὸ ἀστρονομεῖν, τὸ γεωμετρεῖν, καὶ τὰ τοιαῦτα· « Contemplari dicitur, rem disquirere, astronomiæ, geometriæ, ac similibus operam dare. »

142. Eutyches et Severus *ex duabus* naturis ante unionem dicere Christum non recusabant, sed *in duabus* post unionem nolebant confiteri, quia cum naturas ab hypostasibus non distinguerent, jure timebant ne dicerentur duos Christos introducere : atque ut hanc a se justissimam accusationem amolirentur, id criminis in orthodoxos vertebant. Cæterum professionem fidei ab Eutyche editam habes in tom. II *Conc. Hard.*, pag. 166, paucis verbis expressam : Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν, μίαν φύσιν ὁμολογῶ.

146. Cum Severianis idem esset natura, ac hypostasis, quoties ab orthodoxis usurpari formulam *in duabus* audiebant, malebant hypostases, quam naturas intelligere. Verum non hæc erat propria Severianorum doctrina, qui post unionem formulam *in duabus* omnino rejiciebant.

147. Εἰρωνικῶς hæc esse dicta intelligo. Vah ! qui verentur, ne duo dicantur in Christo, iidem *duas* in Christo *hypostases* admittunt ! Anastasius in Ὁδη-

Digitized by Google

Μὴ, φησὶν, ὀφθῇ τῇ μεθέξει τῶν δύο
Τετραπρόσωπος ἡ Τριὰς νοουμένη.
Οὐκοῦν ἐπειδὴ τῶν τριῶν φύσις μία,
Πατρός τέ φημι, καὶ Λόγου, καὶ Πνεύματος,
Ὑπόστασιν λέγουσι τῶν τριῶν μίαν.
Ὡς εὖγέ σοι, κράτιστε, τῶν νοημάτων,
Ἃ σοι τὸ Πνεῦμα προσλαλοῦν ἀναβρύει.
Καὶ τοῦ γὰρ σόν· ἀλλ' ὅμως τοῦ πνεύματος
Τοῦ συμμάχου σοι πανταχοῦ δεδειγμένου,
Πρὶν μὲν πρὸς ὅπλα, νῦν δὲ καὶ πρὸς αἱρέσεις.
Πάλιν δὲ πρὸς σὲ τὸν Σευῆρον οἱ λόγοι,
Τὸν τὰς ἀκάνθας ἐμβαλόντα τοῖς λόγοις.
Μίαν γὰρ εἴπερ τῶν τριῶν φύσιν λέγεις.
Καὶ γὰρ πέφυκεν ἡ Τριὰς φύσις μία,
Πάντως ὑπαχθῇς, εἰ φύσεις τρεῖς εἰσάγεις·
Ὡς ἄν γε, καὶ τρεῖς τὰς ὑποστάσεις λέγῃς.
Ἢ συγκαταχθῇς, ὥστε καὶ μίαν λέγειν
Τὰς τῶν προσώπων τῶν τριῶν ὑποστάσεις·
Ἀλλ' οὐ δοκεῖ σοι τῷ βραβευτῇ τῆς μάχης,
Εἰπεῖν δὲ μᾶλλον τῷ φυτουργῷ τῆς μάχης,
Τὴν ταυτότητα σωμφυλάξαι τῇ φύσει

A Ne videatur, inquit, ex communione duorum
Quatuor personis constare mente concepta Trias.
Igitur cum trium natura sit una
Patris, inquam, et Verbi, et Spiritus;
Hypostasim, dicunt, trium unam.
Quam rectæ, imperator, sunt cogitationes tuæ,
Quas tibi Spiritus alloquens suggerit!
Ex illo enim tuus: ex illo quidem spiritu,
Qui tecum visus est semper militare,
Prius contra hostes, et nunc contra hæreses.
Sed rursus ad te, Severe, sermonem converto,
Ad te spinas serentem sermonibus.
Quamvis enim unam trium naturam dicas,
(Siquidem Trias est una natura,)
Semper causa cadis, si naturas tres inducas,
B Vel etiam si tres hypostases asseras.
Necnon subjugaris, quamvis unam dixeris
Esse trium personarum hypostases,
At tibi non videtur, o arbiter pugnæ,
Quem melius dicerem satorem pugnæ,
Identitatem servari per vocem naturæ

NOTÆ.

γῷ, pag. 80, ita Severianos irridet: Τὰς ὑποστάσεις προφανῶς κηρύττετε, τὰς δὲ φύσεις δι' ἡμᾶς ἀποκρύπτετε· τὴν ἀδιάβλητον φωνὴν ἀπωθεῖσθε, καὶ τὴν εὐδιάβλητον οἰκειοῦσθε· « Hypostases palam prædicatis, naturas vero propter nos occultis. Vocem, quæ omni reprehensione caret, abjicitis, et illam, quæ reprehensioni obnoxia est, acceptatis, » etc.

150. Recte concludebat Pisida: Si vobis naturæ perinde sunt, ac hypostases; trium una erit natura, itemque trium una hypostasis. Atque ita plane loquebantur Severiani, *unam esse trium hypostasim* affirmantes: quo quidem errore abducti in Sabellii impietatem ruebant, qui unam Patris, et Filii, et Spiritus sancti personam dicebat. Anastasius, loc. cit., pag. 67, Severianos multis opprimit argumentis, et ad absurda confitenda ita compellit: Εἰ εἰλικρινῶς καὶ ἀπροσπαθῶς ταυτὸν φάσκετε φύσιν, καὶ πρόσωπον, κατάθεσθε λέγειν ἓν πρόσωπον ἐπὶ μιᾶς οὐσίας τῆς θεότητος, καὶ τῆς μάχης παυσώμεθα· εἰ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν φύσεών εἰσι καὶ τὰ πρόσωπα, εἴπατε τρεῖς φύσεις ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς Τριάδος προσώπων· καὶ οὐκ ἔτι ὑμῖν διοχλήσομεν. « Si candide, et absque sinistro affectu asseveratis naturas, et personas idem esse, agedum unam personam in una divina natura profiteamini, et a pugna desistemus. Si secundum naturarum numerum multiplicantur personæ, dicite tres esse naturas in tribus Trinitatis personis, nec amplius vobis molesti erimus. »

153. Plaudit Heraclio, quod hoc argumento, ut videtur, usus fuerit in aliqua ecthesi contra Severianos edita.

155. *Σόν*, supple πνεῦμα.

160. Trium unam esse naturam cum Severo dicere impium omnino esset: ille enim non trium hypostaseon unam naturam, sed trium naturarum unam esse naturam evincebatur asserere, eo quod naturam, et hypostasim idem esse affirmaret; unde videbatur deitatem in tres deos partiri, et unam tamen ex tribus facere: qui fuit error Tritheitarum.

162. Supple θέλῃς.

163. Neque tres hypostases in trina deitate admittens Severus recte sentiebat, quia trium hypostaseon unam dicebat non naturam, sed hypostasim, ut supr. vers. 152, ex quo sequebatur trium personarum confusio, et relationis, quam habent inter se, subversio.

164. *Trium personarum hypostases unam* dicere nefas: nam sequitur tres personas unam esse personam.

166. *Βραβευτὴν τῆς μάχης* vocat hic Severum, C et mox φυτουργὸν, ut supr. v. 159, ἐμβαλόντα τὰς ἀκάνθας τοῖς λόγοις, alludens ad plurimum studium, quod vir subdolus in id contulit, ut Patrum scripta adulteraret, et novas dictiones excogitaret, receptis ab Ecclesia formulis nolens uti. Certe Anastasius passim in Ὁδηγῷ ejus criminis reum facit, ac p. 45 in depravandis Scripturis Alexandriæ occupatum repræsentat, et paulo post, pag. 47, ait eum ipsum confecisse librum, cui Φιλαλήθης titulum fecit, ad cujus normam Monophysitæ Scripturas, et Patrum sententias exigebant.

167. Subaudi ἴδει.

168. Vocem ταυτότητα alios Patrum a SS. Trinitatis mysterio exclusisse, alios autem adhibuisse observat doctissimus Petavius, *De Trinit.* IV, 6, 14. At certum est, ea voce recte *identitatem* substantiæ, et naturæ in tribus personis significari: sed quod ab hæreticis fuerit aliquando in malam partem detorta, suspicione non vacabat. Attamen non ea hic abuti Severum arbitror; cum non modo *identi-* D *tatem* admittat, sed contra objiciat orthodoxis, quod dicentes Christum esse *ex duabus*, et *in duabus* naturis, *identitatem, unitatem et singularitatem* naturæ, qua tres divinæ constant personæ, quodammodo infringant, aliam nempe naturam a divina diversam inducentes. Objectionem Severi, ni fallor, clarius exponit Anastasius, pag. 131: Ἐὰν εἴπωμεν δύο φύσεις ἐπ' αὐτοῦ, ἀνάγκη πᾶσα ἡμᾶς δύο λέγειν φύσεις ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· ὅσα γὰρ ἐὰν προστεθῇ τῷ ἑνὶ τῆς ἁγίας Τριάδος Χριστῷ, ταῦτα τῇ πάσῃ Τριάδι λογίζεται· « Si duas in Christo naturas confiteamur, necessarium omnino est, nos duas SS. Trinitatis naturas profiteri; nam quæ quis tribuit Christo, uni ex SS. Trinitate, hæc toti Trinitati ascribenda sunt. » Quam objectionem diluit idem Anastasius celebri axiomate sancti Gregorii Nazianzeni, epist. 1, *Ad Cledon.*: Ὅσα ἐπὶ τῆς Τριάδος ἐνικῶς λέγεται, ἐπὶ τῆς σαρκώσεως ἐναντίως ἔχει· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς Τριάδος ἄλλος καὶ ἄλλος· ἐπὶ δὲ

Digitized by Google

In trina, ut dicis, monarchia.
Sed, age, dic mihi, consarcinator sophismatum,
Cum nobis communis sit proposita Scriptura,
Omnesque in unam conveniant sententiam:
Quomodo detorques, ut libet, verba,
Deque placitis, deque tibi non placitis
Statuis definitiones, decernens ut vis?
Homo, neque furtim Scripturam abradas,
Neque item ex tuo superaddas Scripturæ.
Apage cum hoc tuo dono ex litteris
Supervacaneis: damnum mihi comparat.
Apage cum inverecunde syllaba subducta,
Quæ divinæ detrahit essentiæ.
Nihil enim monstrabis in Scripturis approbatis
Ex iis, quæ eructas, nugacibus deliriis,
Sed temere tu leges imponis libris,
Abradens, subtrahens, adjiciens, consarciens:
Atque scelestæ, et subdolæ confusioni
Manum libenter commodas, et scriptura falsa
Lites dolose nectis, non reveritus leges.
Necesse erat ut ad contentiones veniret
Ille idem, qui fuerat erroris sophista.

A Εἰς τριαδικὴν, ὡς λέγεις, μοναρχίαν.
Ἀλλ' εἰπέ μοι σύνδεσμε τῶν σοφισμάτων,
Κοινῆς παρ' ἡμῖν τῆς Γραφῆς προκειμένης,
Ὄντων τε κοινῶν τῶν νοημάτων ὅλων,
Πῶς ἐξαμέλγεις, ὡς θέλεις, τὰ ῥήματα,
Τῶν σοὶ δοκούντων, τῶν δὲ μὴ δεδογμένων
Τάττεις ὁρισμούς, δογματίζων, ὡς θέλεις.
Ἄνθρωπε, μήτε κλέπτε τὴν Γραφὴν ξένως,
Μηδ' αὖ χαρίζου τῇ Γραφῇ παρεγγράφων.
Φεῦ τῆς κακῆς σου δωρεᾶς τῶν γραμμάτων
Ἐν τῷ περιττῷ, προξενεῖ μοι ζημίαν.
Φεῦ τῆς ἀναιδοῦς συλλαβῆς συλουμένης,
Καὶ ζημιούσης τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν.
Οὐ γάρ τι δείξεις ταῖς Γραφαῖς ταῖς ἐγκρίτοις,
Ἐξ ὧν ἐρεύγῃ φληνάφων ληρημάτων·
B Ἀλλ' αὐτὸς εἰκῇ νομοθετεῖς τοῖς βιβλίοις
Ξέων, ὑφέλκων, ἀντιβάλλων, προσπλέκων,
Καὶ τῇ πονηρᾷ, καὶ πανούργῳ συγχύσει
Τὴν χεῖρα κιχρᾷς, καὶ γραφῇ πλαστογράφῳ
Δίκας ὑφαίνεις, μὴ δεδοικὼς τοὺς νόμους.
Ἔδει παρεῖναι τὴν ἐριστικὴν φύσιν,
Ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης.

NOTÆ.

τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλὰ ἄλλο καὶ ἄλλο· ἐπὶ δὲ τῆς Τριάδος, οὐκ ἄλλο καὶ ἄλλο· « Quæ in Trinitate dicuntur singulariter, in Christo contrario modo se habent. Nam in Trinitate est alius, et alius: in Christo vero non est alius, et alius, sed aliud, et aliud; in Trinitate autem non aliud, et aliud. » At Severus, qui cum Catholicis unam naturam, et tres hypostases in Trinitate, unamque hypostasim, et duas naturas in incarnatione dicere nolebat, sed cum profanis philosophis hypostasim, et naturam in unum confundebat, vocem *naturæ*, tanquam Trinitati injuriosam usurpare non religionis, sed malitiæ studio fugiebat.

169. *Τριαδικὴ μοναρχία, trina monarchia.* Novam hanc esse Severi locutionem non dubito, cujus apud Patres nullum, quod sciam, exstat argumentum; quamvis sæpe simplicem monarchiæ vocem illi usurpent, ut unum esse Deum contra ethnicos probent, quod præ cæteris ostendit sanctus Justinus martyr περὶ μοναρχίας. Verum trinam monarchiam æque ac *trinum Deum* dici posse puto. Ita sanctus Joan. Damascenus, *Contr. Jacob.*, pag. 587, μοναρχικὴν ὁμοούσιον, *unius imperii, et substantiæ* Trinitatem appellat.

171. *Κοινὴν Γραφὴν* intelligit non modo sacra Biblia, sed etiam conciliorum codices, in quibus formula fidei erat definita. Vide Anastasium pag. 43 et 55, qui Veteris Novique Testamenti auctoritate, et Patrum testimoniis probat naturam a persona distingui, et recte in Christo duas naturas affirmari. At Severus omnia sus deque vertebat, et pro libitu suo interpretabatur.

176 Quam fuerit Severus in depravandis Scripturis sollicitus ostendimus, supr. v. 166, ex Anastasio, qui sæpe illud exprobrat Severianis, quod ne a sacris quidem Bibliis manus abstinuissent. Πολλάκις (sacri scilicet Libri) ait cap. 12, pag. 96, ὑπὸ ἀνδρῶν κακοφρόνων προσθήκας καὶ ἀφαιρέσεις πάσχουσι, « sæpe ab improbis aut additione, aut subtractione corrumpuntur: » unde recte concludit: Εἰ οὖν αὐτῆς ἱερᾶς Γραφῆς οὐκ ἐφείσαντο οἱ κακόπιστοι, πόσῳ καὶ μᾶλλον τῶν διδασκαλικῶν λόγων; « Si igitur ne ipsis quidem sacris Litteris a fide orthodoxa alieni parcunt, quanto minus a doctorum scriptis manus abstinebunt? »

180. Fraudum Severianorum exempla in libris corrumpendis διὰ προσθήκης καὶ ἀφαιρέσεως exhibet idem Anastasius pag. 90. Celebris autem est impia additio facta Trisagio, dum CPoli Severus versaretur, a Petro Fullone, qui post verba « Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, » C illud de suo addebat, ὁ σταυρωθεὶς, καὶ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, « qui pro nobis crucifixus, et passus est. » De qua Trisagii interpolatione videsis eumdem Anastasium, pag. 98; sanctum Joan. Damascenum, lib. III *De orthod. fide*, cap. 10, pag. 218 et *Epist. de Trisag.* pag. 480; et Gretserum *Fullo redivi.* Oper. tom. XIII, pag. 376.

184. *Νομοθέται* a Patribus sæpe hæretici appellati, quia a recepta in Ecclesia doctrina recedentes novas in rebus fidei definitiones, interpretationesque statuebant: atque Anastasius quidem ea de causa Severum νομοθέτην non semel nominat.

188. Iis, qui tabulas falsas concinnarent, vel de relatis in tabulas publicas quidquam demerent, aut syngraphas ementitas obtruderent, lex manum, aut digitos præcidi jubebat. Contra Severum, et Severi discipulos celebris est Justiniani imp. sententia, qui in sua sacra Constitutione *Concil.* tom. II, pag. 1466, de malis ingentibus contra Ecclesiam a Severo commissis multum conquestus ait: Ὥστε καὶ ἀπαγορεύομεν τῶν αὐτοῦ τι κεκτῆσθαι βιβλίων . . . τὰ Σευήρου ῥηθέντα τε καὶ γραφέντα . . . πυρὶ φλεγέσθω παρὰ κεκτημένων . . . γραφέσθω παρὰ μηδενὸς . . . εἰδότος, ὡς ἀποκοπὴ χειρὸς ἔσται τοῖς τὰ ἐκείνου γράφουσιν ἡ ποινή· « Quare universis interdicimus aliquid de libris ipsius possidere. . . . Severi dicta, et scripta . . . . . igne comburantur a possidentibus . . . a nemine scribantur . . . sciendo, quia amputatio manus his, qui ea scripserint, pœna erit.

189. Ἐριστικὴν φύσιν pro τὰς ἔριδας contentiones, lites, sophisticas quæstiones, quas movebat Severus pernegans Patrum testimonia adversus se producta ab orthodoxis.

190. *Τὸν σοφιστὴν τῆς πλάνης*, Severum intellige, qui cum ab Orthodoxis ad incitas redactus suarum argumentationum, et sophismatum viribus minus fidendum esse sentirent, ὑπεστάλη jam videbatur victus dare manus; sed maluit fraudes machinari, et Patrum scripta adulterare, quam se

Digitized by Google

Κλείων, ἀνοίγων τὰς ὑπὲρ φύσιν θύρας;
Ἰλιγγιᾷν δέον σε· πῶς ἀναδρόμους
Ἴλιγγας ὥσπερ τῷ πεφυρμένῳ σάλῳ
Εἰς τὴν σεαυτοῦ συστροφὴν ἀναστρέφεις,
Καὶ καθ' ἑαυτοῦ μᾶλλον ἀστρολογεῖν θέλεις
Στιγμάς τε μετρεῖν, καὶ ῥοπῶν ἀμετρίας;
Ἄκουε τοίνυν τῶν ἐμῶν ψελλισμάτων,
Ὡς ἂν μετρεῖν τὰ θεῖα δυσκόλως; ἔχῃς·
Τί μὴ μεθ' ἡμῶν δογματίζεις ἐν δύω;
Ἐρεῖς δὲ πάντως τῆς ἑνώσεως χάριν·
Πρὸ τῆς ἑνώσεως γὰρ ἐν δύω λέγεις,
Οὔ φησιν, ἀλλ' ἕνωσιν ἐκ δύω μίαν.
Λέγων δὲ ταύτας τὰς φύσεις τὰς ἐκ δύω,
Ὑποστάσεις ψῆς ἀνταριθμήτας δύω.
Ἀλλ' εἰ μὲν εἶπῃς τοῦτο, καὶ δύω λέγεις
Υἱοὺς προδήλως, καὶ λογισμοῖς ἀσκόποις
Κεῖται καθ' ὑμᾶς ἡ Τριὰς εἰς τετράδα·
Καὶ σαυτὸν ἠγνόησας, ἐγκλίσεις μάτην
Κινῶν καθ' ἡμῶν, ἃς φρονῶν ἀνατρέπεις.
Εἰ δ' αὖ γε τοῦτο μηδαμῶς σοι λεκτέον.
Πῶς μοι συναινεῖν, καὶ κατηγορεῖν θέλεις,
Μετὰ τὴν ἕνωσιν εἰ δύω φύσεις λέγω,
Καὶ τὰς ὑποστάσεις με διττὰς εἰσάγειν;
Οὕτω κάπηλος αἰσχροκερδὴς εὑρέθης,

Claudens, aperiens supernaturales portas?
Opus est te circumagi. Cur nam recurrentes
Vertices, tanquam in æstuante mari
In tui ipsius subversionem convertis?
Cur contra teipsum mavis astrologus videri
Et puncta metiri, momentaque immensa?
Ausculta igitur me balbutientem:
Si metiri divina tibi durum est,
Cur non nobiscum edoces in duabus?
Dicis vero semper unionis gratia.
Ante unionem enim in duabus dicis.
Minime, inquit, sed unionem ex duabus unam.
Tales vero dicens naturas, quæ sint ex duabus,
Hypostases, si bene numeras, dicis duas.
Atqui si hoc dixeris, etiam duos dicis
Filios aperte, et ratione inconsulta
Posita per vos est Trias in quaternitate.
Ita teipsum fallis, inclinans temere
In nostram partem, a qua consulto refugis.
Quod si contra id a te nullibi dictum est,
Cur te mecum sentire, et simul exprobrare vis,
Si post unionem duas naturas dixero,
Etiam hypostases me duplices inducere?
Ita turpis lucri avidus caupo detectus es,

NOTÆ.

253. Tacite Severum circa divisionem, confusionemque naturarum in Christo delirantem comparat Archytæ, qui cum astronomicis observationibus esset insignis, et planetarum, siderumque motus, affectiones, situs, inclinationesque omnes plane nosset, naufragio tamen periit: unde eum festive irridebat Horatius, I, od. 28:

Nec quidquam tibi prodest
Aerias tentasse domos, animoque rotundum
Percurrisse polum morituro.

Cui simile est illud Archelai in *Disput. contr. Manetem apud Zaccagnium in Collectaneis*: « Similis factus est astrologo, describenti quidem cœlestia, ignoranti vero quæ domi suæ geruntur. »

254. Astrologorum more, qui siderum aspectus, momenta, conjunctionesque indagant, Severus punctum temporis, uno indivisibilis, indissolubilisque duarum naturarum in Christo unitio facta est, videbatur nosse, nec tamen posse definire. Huc alludens Anastasius sæpe laudatus, pag. 86, ita Monophysitas irridet: « Vestrum erit præfinire, et designare nobis certum temporis terminum, quot nimirum annis naturæ in Christo manserint inconfusæ, et quot mensibus duas in illo naturas esse affirmare debeamus, et quot dies retineat in seipso duarum naturarum inconfusam proprietatem. »

259. Ante unionem dicere « unionem ex duabus unam » æque ridiculum, ac impium. Quæ enim erat unio, nondum unione facta? Ac si ante unionem erant duæ hypostases, ut placebat Severianis, ergo antequam unirentur, exsistebat caro, in quam descendit Verbum: atqui hoc ipsum docuit Nestorius: itaque Severus cum Nestorio consentit; quod ei sane objecit Anastasius, ut videre est, pag. 95, et sanctus Joan. Damascenus, pag. 402. Atque huc sane respiciebat Pisida, cum superius, v. 210, dicebat Severum esse mystam Nestorii. Hinc etiam sanctus Leo M. in celeberrima Epistola synodica ad Flavianum, *edit. fratrum Ballerin.* tom. I, pag. 854, mirabatur Eutychis professionem non fuisse acriter reprehensam, « cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. »

260. Primum quidem Eutyches etiam « ex duabus » dicere renuebat, μὴ γένοιτο εἰπεῖν ἐμὲ, ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστόν, « absit a me, dicere ex duabus naturis esse Christum. » *Concil.* tom. II, pag. 158. Sed cum ei non esset amplius integrum negare, id esse dictum a Patribus, quorum testimoniis premebatur, tum demum ait: Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγεννῆσθαι τὸν Κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ. « Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem vero unam naturam confiteor. » Ibid. pag. 166. A qua Eutychianæ fidei professione minimum discesserunt Severiani, ut patet ex Anastasio, pag. 84.

262. Ut enim, supr. v. 146 et seqq. Severiani cum « ex duabus » dicebant, hypostases non naturas innuebant, itemque hypostases intelligebant, etiamsi decerent aliquando naturas, temere naturas cum hypostasibus confundentes.

265. Si duæ hypostases in Christo, ergo duæ personæ: si duæ personæ, ergo duo filii: si duo filii, ergo non Trinitas, sed quaternitas nobis adoranda est. Quod absit. Anastasius, Leontius, et Damascenus sæpe hoc utuntur argumento contra Severianos.

266. Corrector ἐγκλήσεις κινῶν « accusationes intentans » legendum proponit: quod non placet.

269. Idem pro θέλεις legi mallet λέγεις.

272. Aristoteles, *Rhet.* lib. III *in princ.* artificiose loquendi regulas tradens, artificium ipsum ita tegendum esse dicit, ut ii, qui loquuntur, videantur dicere non πεπλασμένως « ficte, » sed πεφυκότως « naturaliter. » Ὡς γὰρ πρὸς ἐπιβουλεύοντα διαβάλλονται· καθάπερ πρὸς τοὺς οἴνους τοὺς μεμιγμένους. « Tanquam e re sibi insidiantem metuunt oratorem, qui audiunt, atque ita affecti adversus eum sunt, ut contra vina permista. » Ex Aristotele Plutarchus, *Sympos.* lib. IV, quæst. 1, iisdem fere verbis dixit: Φεύγουσι τὸν μεμιγμένον οἶνον οἱ πίνοντες· οἱ δὲ μιγνύοντες πειρῶνται λανθάνειν, ὡς

Digitized by Google

Τὸν οἶνον εἰκῇ συνθολώσας εἰς ὕδωρ,
Καὶ συνταράσσων τὰς ἀσυγχύτους φύσεις.
Πλὴν οὐδὲν ἧττον, καὶ μίαν Θεοῦ Λόγου
Φύσιν προσειπών, ἀλλ' ὅμως σαρκουμένην,
Δύω προβάλλῃ, κἂν ὑφέλκῃς τὴν μίαν.
Ἄλλην δέ σοι ζήτησιν ἐκ τῶν σῶν λόγων
Κινῶ φυεῖσαν, καὶ διαρθροῦ τὴν λύσιν,
Ὡς ἰσχνολέσχης τῶν Γραφῶν ἐπιστάτης.
Ταύτην ἐκείνην, ἣν σεσαρκῶσθαι λέγεις·
Ἁπλῆν νομίζεις, ἢ διπλῆν λέγειν θέλεις;
Ἀλλ' εἰ μὲν ἁπλῆν, πῶς σεσαρκῶσθαι λέγεις;
Εἰ δ' αὖ γε διπλῆν, πῶς μίαν λέγειν θέλεις;
Μέσον γὰρ οὐδέν ἐστι τῶν εἰρημένων.
Οὐκοῦν σὺν ἡμῖν μὴ θέλων ἑκουσίως
Εἰπεῖν ἐναργῶς ἐκβιάζῃ τὰς δύω.
Ἴσως ἐρεῖς μοι, μὴ θέλειν διπλῆν λέγειν,
Εἰ καὶ λέλεκται τοῖς θεόπταις Πατράσι,
Τὴν σύνθετον δὲ μᾶλλον εἰσάγειν θέλεις.
Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἐν λαβυρίνθῳ στρέφῃ
Τῷ σῷ λογισμῷ, μὴ τυχὼν τῆς ἐξόδου·
Τῇ συνθέσει γὰρ εἰ μένουσιν αἱ φύσεις
Ἐν ταῖς ἑαυτῶν οὐσίαις σεσωσμέναι·
Καὶ κἂν ταραχθῇς, τὰς δύω πάντως λέγεις·
Ἢ συγχυθεῖσαι τοῦ μελικράτου δίκην,
Οὐδέτερόν εἰσι τῶν δύω πεφυρμένων.
Εἰ δ' αὖ γε προσθῇς, ὡς ἀσυγχύτως λέγεις,
Φραγμόν τε βάλλειν ἀξιοῖς τῇ συνθέσει,

A Qui vinum temere misceas cum aqua.
Et confundas inconfusas naturas.
Præterquam quod quamvis unam Dei Verbi
Naturam enunties, sed tamen incarnatam,
Duas proponis, quamvis unam subtrahas.
Alteram vero tibi quæstionem ex tuis sermonibus
Enatam moveo; tu vero enoda solutionem,
Uti subtilis, et argutus Scripturarum interpres.
Hanc ipsam, quam incarnatam esse dicis,
Simplicem existimas, aut duplicem vis dicere?
Si simplicem, quomodo incarnatam dicis?
Si vero duplicem, quomodo unam vis dicere?
Medium enim non est inter ea, quæ dicta sunt.
Igitur cum nolis nobiscum spontanee,
Dicere reapse vi cogeris duas.
B Forsan repones, te nolle duplicem dicere,
Quamvis dictum sit a divinis Patribus,
Sed potius compositam velle inducere.
Sed nihilominus in labyrintho versaris
Cum tuo consilio, neque exitum inveneris.
In compositione enim si manent naturæ
In suis propriis substantiis servatæ;
Utcunque eas confundas, duas semper dicis,
Vel etiam permistæ, instar aquæ mulsæ,
Neutrum sunt ex duabus commistis.
Si vero adjungas, quod inconfuse dicas,
Vallumque ponere compositioni intelligas:

NOTÆ.

ἐπιβουλεύοντες. « Mistum vinum potores vitant, et qui miscent, clam id faciunt, ut qui insidias struunt. » Itaque Pisida Severum Patrum scripta pervertentem recte cauponi vina permiscenti assimilat, illud Pauli, ut videtur opponens II Corinth. II, 17 : Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ λοιποὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. « Non enim sumus, sicut plurimi, adulterantes, cauponantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. »

275. Eutychiani auctoritate præsertim Cyrilli se tuebantur, cujus celebratissimum est illud dictum *Epist. ad Successum*, et sancti Athanasii testimonio, ut fertur, firmatum, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, « unam esse Dei Verbi naturam incarnatam : » quibus verbis sæpe validissime pugnatum est contra orthodoxos duarum in Christo naturarum assertores. At sanctum Cyrillum strenue defenderunt jam ab antiquis temporibus Anastasius, pag. 84 et 93; Leontius, pag. 60; et Damascenus, *Contra Jacob.* pag. 408, et *De natur. composita*, pag. 523.

277. Sanctus Cyrillus, Anastasio teste, pag. 94, dixit, μίαν Χριστοῦ φύσιν σεσαρκωμένην, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἓν πρόσωπον τῆς ἁγίας Τριάδος σεσαρκωμένον, « unam Christi naturam incarnatam, pro una persona sanctissima Trinitatis incarnata; » sed satis clare etiam eo modo, quo locutus est Cyrillus, duæ naturæ intelliguntur; qui enim dicit « unam Verbi naturam, » aperte indicat divinitatem; si autem « incarnatam » adjungit, humanitatem, quam Verbum assumpsit, declarat, ut idem sanctus Cyrillus, in epist. 2 *Ad Successum*, animadvertit.

295. Quamvis recte concludat Pisida eum, qui duarum confusionem dicit, duas revera dicere : attamen « unam Christi compositam naturam » cum Severianis asserere non licere plurimis argumentis C evincit sanctus Joan. Damascenus, in lib. *De composit. natura* : nam ex compositione confusionem illi inducere studebant, qua Christus nec perfectus Deus, nec perfectus homo esset. Sed Christus, ait ille, pag. 521 : Οὐ μία ἐστὶ σύνθετος φύσις, ἀλλὰ μία ὑπόστασις ἐν δυσὶ φύσεσι γνωριζομένη· καὶ δύο φύσεις ἐν μιᾷ συνθέτῳ ὑποστάσει. « Non est una composita natura, sed una in naturis duabus exsistens persona; duæ item naturæ in una composita persona. » Videsis eumdem Damascen. pag. 401, *Contra Jacob.*

296. Ἐπὶ πάσης ἑνώσεως, ἑνούμενα κἂν συγχέηται, κἂν συγκιρνᾶται, μένει τῆς οἰκείας μὴ ἐξιστάμενα φύσεως... τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὡς ἐν τῷ ἐξ ὄνου καὶ ὕδατος κράματι δύο φύσεις εἰσίν; Εἰ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει πῶς ὑμεῖς καὶ τὴν διαφορὰν εἰδότες, καὶ τὰς ἰδιότητας ὁμολογοῦντες τῶν φύσεων, μίαν ταύτην, καὶ οὐ δύο κηρύττετε; « In omni unione, quæ uniuntur, quamvis confundantur, D quamvis permisceantur, manent, ut a natura propria nihil desciscant... Equis enim ignorat, in vino et aqua unistis duas esse naturas? Quod si ita est, qua de causa vos qui discrimen sciatis, naturarumque proprietates confitemini, unam, et non duas naturas prædicatis? » Verba sunt Damasceni, *Contra Jacob.* pag. 406.

298. Sanctus Leo in laudata superius Epistola synodica, juxta quam professio fidei in concilio Chalcedonensi a Patribus edita est, ita definivit : « Catholica Ecclesia hac fide vivit ac proficit, ut in Christo Jesu nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas. » At qui « compositam » naturam dicit, vere divinitatem ab humanitate non distinguit, ergo confundit naturas. Si autem addit ἀσυγχύτως « inconfuse » esse compositam naturam, pugnantia inter se loqui deprehenditur. Vide infra, adnot. ad v. 431.

Digitized by Google

Καὶ τῇ θεωρίᾳ μὲν ἐννοεῖς δύω·
Τῇ δ' αὖ γε φωνῇ τὰς δύω λέγεις μίαν,
Καὶ τοῖς λόγοις σου τῷ λογισμῷ σου μάχῃ,
Σαυτὸν δὲ κλέπτεις, καὶ δοκεῖς λελῆθέναι.
Τί μὴ μεθ' ἡμῶν δογματίζεις τὰς δύω
Ἀσυγχύτως τε, καὶ καλῶς ἡνωμένας,
Ἡνωμένας δὲ, καὶ πάλιν σεσωσμένας;
Μένειν τε πάσης ἐκτομεὺς ὑποψίας;
Ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν στασιάζειν ἀσκόπως
Λόγοις ἀναιρῶν, ἃ φρονεῖς τῇ καρδίᾳ,
Λέγω δέ σοι πρόβλημα, καὶ πάλιν ξένον,
Ἐκ τῆς βασιλικῆς τοῦτο κλέψας οὐσίας·
Αὐτὰς ἐκείνας τὰς συνελθούσας φύσεις
Ἀσυγχύτους φῄς, ἢ νοεῖς ἐν συγχύσει·
Δοκεῖς δέ μοι νῦν ὡς ἐρεῖς ἀσυγχύτους.
Καὶ πῶς ἀσυγχύτους τε, καὶ μίαν λέγεις;
Ἡ σύγχυσις γὰρ ἐν δυοῖν, ἢ καὶ πλέον.
Εἰ δ' οὐ δύω φῄς, πῶς ἀσυγχύτους λέγεις·
Εἰ δ' αὖ γε τὴν σάρκωσιν εἰσάγεις πάλιν,
Εὐθὺς τὸ διττὸν αὖθις ἀντεπεισάγεις·
Κἀντεῦθεν ὥσπερ λοξοκίνητος δράκων
Ἐκτείνεται μὲν, καὶ πάλιν συστέλλεται.
Οὕτως ἀσύγχυτόν τε, καὶ μίαν λέγων
Ἀεὶ τὸ διττὸν συστρέφων ἀντιστρέφεις.
Οὐκ ἔστι τοῦτο τῶν ἐμῶν προβλημάτων,
Οὐ τῶν παρ' ἐχθροῖς συλλογιστικῶν λόγων,
Οὐ τῶν καθ' ἡμᾶς γνωστικῶν διδασκάλων·
Ἀλλ' ἔστιν ὄντως τοῦ θεορρήτου λόγου
Ἐκ τῶν δοκούντων προσκυνεῖν ὑβρισμένους.
Κἀκεῖθεν ὥσπερ ἐξ ἀπορροίας δρόσου,
Ἐν τῇ μεθέξει τοῦ λόγου παρεσχέθη
Τῷ σὺν Θεῷ κρατοῦντι τῆς οἰκουμένης·
Ὅπως ἐκεῖνος τοὺς κατηγόρους βλέπων
Συνηγορήσῃ τῷ κατηγορουμένῳ,
Καὶ τοὺς ἀγνοίᾳ δυσσεβοῦντας τῶν λόγων
Πειθοῖ μετάξας εὐσεβεῖν ἀναγκάσῃ.
Ὦ συγχύσεις δρῶν, καὶ διαιρέσεις πλέκων
Οὐ δογμάτων τοσοῦτον, ὡς τῶν σχισμάτων!
Φύρεις γὰρ εἰκῇ, καὶ διαιρεῖς ἀφρόνως
Ἡνωμένον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας,
Σχίζεις δὲ πάντας, τοὺς δὲ σοὺς καὶ μειζόνως.
Σκοπὸς γὰρ ἦν σοι μὴ τοσοῦτον συλλέγειν,
Ὅσον τὰ τέκνα συμβαλεῖν, καὶ σκορπίσαι.

A Tum quidem mente cogitas duas,
Voce vero duas dicis unam,
Et verbis tuis contra tuam mentem pugnas.
Tu tibi es fraudi, et tibi videris delitescere.
Cur non nobis cum edoces duas,
Et inconfuse, et bene unitas,
Unitas, inquam, et bene conservatas?
Atque ita omnem prorsus removes suspicionem?
Quid tecum ipse discrepas inconsulte
Verbis destruens quæ cogitas corde?
Ego vero tibi problema propono, ac plane novum,
Quod est a regio subductum penu.
Illas ipsas, quæ coaluerunt, naturas,
Aut inconfusas dicis, aut esse putas in confusione.
Et mihi videris nunc dicere inconfusas.
B Quomodo vero inconfusas simul, et unam dicis?
Confusio enim aut in duobus, aut in pluribus.
Ac si non dicis duas, quomodo inconfusas dicis?
Si vero rursus incarnationem inducis,
Statim duplex iterum reducis.
Hinc veluti tortuose se movens draco
Extenditur quidem, et rursus contrahitur;
Sic inconfusam, et unam cum dicis,
Semper ad duplex, quod avertis, reverteris.
Non hoc quoddam meum est problema,
Non adversariorum syllogistica quæstio,
Non quid traditum a nostris sapientibus magistris;
Sed est revera a Deo prolatum illic verbum,
Ubi colendos statuit patientes injuriam.
C Exinde veluti ex affluentia roris
In communione sermonis est illi oblatum,
Qui simul cum Deo imperat orbi terrarum.
Ut ille accusantes videns
Patrocinaretur accusatum,
Et ignorantia sermonum impie agentes
Persuasionis vi ad bene agendum compelleret.
O confusiones ciens, et divisiones conserens,
Nec tantum dogmatum, quantum schismatum!
Temere enim perturbas, et insipienter dividis
Unitum corpus Ecclesiæ.
Scindis autem omnes, sed tuos ipsos magis:
Tuum enim fuit consilium, non tantum colligere,
Quantum filios inter se committere, et disjungere.

NOTÆ.

305. In concilio Chalcedonensi, ex sententia et judicio sancti Leonis definitum fuit, δύο φύσεις εἶναι ἡνωμένας ἀτρέπτως, καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ, « duas esse naturas unitas in Christo, inconvertibiliter, et inseparabiliter, et inconfuse. » Act. 5, pag. 450.

307. Codex habet ὑποψίαν. Puto autem subintelligi θέλεις.

309. Aliis verbis idem dixerat, supr. v. 266.

311. Patet argumento, quod nuper proposuit Pisida, usum antea fuisse Heraclium imp. vel contra Paulum Monophysitam, vel in Ecthesi, quam contra Acephalos aut ediderat, aut edendam paraverat.

327. Legerem θεορρήτου.

328. Matth. v, 10: « Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. . . qui fecerit, et docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. » Huc, ni fallor, alludit Pisida, qui multum obscure in D laudes Heraclii delabitur. Sensus autem, ni fallor, hic est: Superioris argumenti, vel problematis ex voce ἀσυγχύτως « inconfuse » petiti verum auctorem possis dicere Jesum Christum suo in Evangelio docentem, ut eos, qui affecti sunt injuriis, favore, et affectu prosequamur. Porro hoc præcepto monitus Heraclius orthodoxorum, quibus injuriosi erant Acephali, patrocinium suscepit, statimque ei « menti occurrit » παρεσχέθη relatum argumentum, quo quidem ille, cum esset benevolentia in omnes pronus, non tantum orthodoxos defendere, quam Acephalos persuadere conatus est.

330. Videtur indicare ex improviso, ac fere divinitus Heraclio fuisse hoc argumentum inspiratum: quod forte contigit ἐν μεθέξει τοῦ λόγου « in disputatione, » quam habuit cum Paulo Monoculo.

340. Monophysitarum variæ sectæ, de quibus in Monito. Vide etiam, supr. v. 94.

Digitized by Google

O filii Patris, neque dico cætera.
Cum enim nequeant frenare linguam,
Et rationis cohibere effugia,
Rursus dicunt, Julium Romanum pontificem,
Cum ei Dionysius scripsisset Corinthius,
Contra nos protulisse scriptam sententiam,
Et damnasse dicentes in duabus.
Sed loquere, Roma, et cum Corintho conclama :
Quot annis ante Corinthium excedens e vivis
Romanus pontifex ad cœlestem urbem emigravit?
Ante enim quinquies viginti annos
Jam ille se extulerat supra humanas procellas,
Quam communicaret cum Corinthio throno.
O fraus iniqua! o scriptorum violentia!
O manus rectos non habentes digitos!
Opponunt scripturæ etiam sepulcra,
Sibi non constantes. Ut pictorum discipuli,
Adumbrantes viles et informes imagines,
Delineant, oblitterantque, prout error
Mentis stultitiam trahit.
Atque ita decipiunt simpliciores
Venatorum non apparentium emissarii.
Sic fidele dogma recte sentientium
Ad pariendum semper præparatum

Ὦ τέκνα Πατρὸς, καὶ τὸ λοιπὸν οὐ λέγω.
Οὐ γὰρ στέγοντες τὰς λάλους τηρεῖν θύρας,
Ἢ τοῦ λογισμοῦ συγκρατεῖν τὰς ἐξόδους,
Ἰούλιον λέγουσι τὸν Ῥώμης πάλιν
Διονυσίῳ γράφοντι τῷ Κορινθίῳ
Ψῆφῳ καθ' ἡμῶν δογματίζειν ἐγγράφῳ·
Κατηγορεῖν τε τῶν λεγόντων ἐν δύο.
Ἀλλ' εἰπὲ, Ῥώμη, καὶ Κορίνθῳ συμβόα,
Πόσοι; πρεσβὰς τῶν Κορινθίων χρόνοις,
Ῥώμης ὁ μύστης εἶχε τὴν ἄνω πόλιν;
Πεντὰς γὰρ αὐτὸν εἰκοσαδρόμου χρόνου
Μετῆρεν ἤδη τῶν ἐν ἀνθρώποις σάλων
Πρὸ τοῦ μετασχεῖν τὸν Κορίνθιον θρόνον.
Ὦ κλέμμα πικρὸν, ὦ βίας τῶν βιβλίων,
Ὦ χεῖρες ὀρθοὺς οὐκ ἔχουσαι δακτύλους.
Ὀδοστατοῦσι τῇ γραφῇ καὶ τοὺς τάφους,
Αὐτοὶ καθ' αὑτούς· ὡς μαθηταὶ ζωγράφων
Σκιαγραφοῦντες τὰς ἀτίμους εἰκόνας,
Γράφουσιν, ἢ μειοῦσιν, ὡς ἂν ἡ πλάνη
Τὸ τοῦ λογισμοῦ νηπιῶδες ἁρπάσῃ.
Οὕτως ὑφαρπάζουσι τοὺς ἁπλουστέρους
Οἱ τῶν κυνηγῶν τῶν ἀδήλων ἐργάται·
Οὕτω τὸ πιστὸν δόγμα τῶν ὀρθοφρόνων
Ἐγκυμονῆσαι πάντως ἠὐτρεπισμένον,

NOTÆ.

343. Acephalos sui temporis hæreticos per ἀποσιώπησιν monet, ut memores quo patre sint nati verecundentur. Illi enim Severi vestigiis insistentes, ejus exemplo apocryphis, vel adulteratis Patrum scriptis contra concilium Chalcedonense dimicabant, ut jam antea fecerant Severiani in collatione Constantinopoli habita coram Justiniano imp. anno 553.

346. Apollinaristarum, vel Eutychianorum fraude Julio pontifici fuisse affictam epistolam, qua se Eutyches c. Severiani tuebantur, jam a priscis temporibus cognoverunt, nobisque testatum reliquerunt veteres scriptores Gennadius, Facundus, Hypatius, Eulogius Alexandrinus, Leontius, aliique, de quibus videsis Petavium, tom. IV, et dissertationem Damascenicam secundam Michaelis Lequienii, et admonitionem Petri Coustantii in hanc epistolam Julio attributam, *Append. Epist. pontif*, pag. 58. Nec Julio tantum pontifici, sed etiam Felici, Athanasio, et Gregorio Thaumaturgo scripto, librosque supposuerunt hæretici, ut suum dogma astruerent : cujus rei solus Evagrius sit testis Hist. lib. III, c. 31 : Πολλοὺς Ἀπολιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν. « Multos Apollinaris libros Athanasio, Gregorio Thaumaturgo, et Julio inscriptionibus immutatis attribuerunt. »

347. De Dionysio, ad quem scripsisse finxerunt Apollinaristæ, multum dubitatum est, quis, et cujus sedis episcopus fuerit. Nam Joannes Antiochenus Patriarcha in sua Epistola synodica, quæ a Renaudotio, in *Hist. Patriarch. Alex.* p. 360, describitur, episcopum Cypri appellat, Ambrosiani autem codicis inscriptio Alexandriæ antistitem facit, et Leontius, *De sect.* act. 8, diserte Corinthium nominat. Cum autem Pisida etiam id affirmet, non videtur diutius ea in re contra duos veteres scriptores aperte eum Corinthium episcopum appellantes esse dimicandum.

349. Multa sunt, quæ Apollinarii redolent impietatem in epistola Julio supposita, quam celeberrimus vir Ludovicus Ant. Muratorius edidit ex Bibliotheca Ambrosiana in *Anecdotis Græcis*, p. 341. Ex ea Severiani hæc præsertim verba pro re sua afferebant : Ἀνάγκη γὰρ αὐτοὺς δύο λέγοντας φύσεις, τὴν μὲν μίαν προσκυνεῖν, τὴν δὲ ἑτέραν μὴ προσκυνεῖν. « Necesse est enim eos, qui duas dicunt naturas, unam adorare, et alteram non adorare. » Vide Coustantium, *loc. cit.* pag. 66, et Henschenium ad diem 12 Martii.

351. Quasi, opinor, diceret τὸν τῶν Κορινθίων μύστην, « Corinthiorum antistitem, » hoc est Dionysium.

353. Ut Noster annos supputat, Julius pontifex jam a centum annis in cœlum evolaverat, quando Dionysius Corinthiam Ecclesiam regebat. Cum igitur Julius obierit anno 352 restat, ut Dionysius circa annum 452 in Corinthiaco throno sederit. Verum si hæc supputandi ratio recta est, epistola ad eumdem Dionysium scripta, Apollinario neutiquam tribuenda est, qui circa annum 380 obiisse fertur, sed ejus discipulis melius ascribetur, qui in hoc scriptorum falsandorum genere fuerunt insignes, ac Leontio quidem teste lib. *Contra fraud. Apoll. post med.* certum id omnino est : « Apollinarii, inquit, discipuli antiquiores sunt omnibus iis, qui eis epistolis usi sunt. »

359. Severianorum malitiam, et levitatem rudium pictorum imperitiæ comparat, qui inceptum opus conantur iterum, iterumque abrumpere, atque delere. Explicationis gratia similia ex sancto Joanne Chrysostomo adducam *Catech. secunda*, tom. II, pag. 238 : Καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν ζωγράφων, οὕτω καὶ νῦν γινέσθω. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τὰς σανίδας προθέντες, καὶ λευκὰς περιάγοντες γραμμὰς, καὶ τὰς βασιλικὰς ὑπογράφοντες εἰκόνας, πρὶν ἢ τῶν χρωμάτων ἐπαγαγεῖν ἀλήθειαν, μετ' ἐξουσίας ἁπάσης τὰ μὲν ἐξαλείφουσι, τὰ δὲ ἀντιγράφουσι, καὶ διορθοῦντες τὰ ἡμαρτημένα, καὶ μετατιθέντες τὰ κακῶς ἔχοντα. « Sicut igitur accidit in pictoribus, sic nunc fiet. Etenim illi tabulas proponentes, et albas circumducentes lineas, et regias depingentes imagines; priusquam colorum veritatem superinducant, cum omni libertate hæc quidem delent, illa vero repingunt, et errata corrigentes, et male se habentia transponentes, » etc.

Digitized by Google

Κυοφορεῖ μὲν, ἀλλὰ τίγριδος δίκην
Ζητεῖ τὰ τέκνα, καὶ περισπᾶται πλέον·
Ἡ τῶν ἑαυτῆς ἁρπαγέντων συγγόνων
Τομῶς διώκει· καὶ λαβοῦσα τὸ βρέφος
Πάλιν διώξει συντονωτέρᾳ τρέχει,
Ἄλλον φθάσαι σπεύδουσα τῶν τεκναρπάγων
Καὶ συγκλονεῖ τὸ σῶμα τοῖς ἀναδρόμοις
Ἐκεῖθεν ἔνθεν, ὥστε σῶσαι πολλάκις
Τὰ τέκνα λῃσταῖς ἐμπεσόντα συντόμως.
Ἤδη δὲ λοιπὸν, καὶ τὸ τοῦ λόγου στόμα,
Πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν ἐξεφαύλισαν μάχην·
Τὴν Γρηγορίου γὰρ μυστικωτάτην φρένα
Πηγὴν Θεοῦ φράσαιμι, καὶ Θεοῦ πύλην,
Δι' ἧς τὸ πνεῦμα πᾶσαν ἄρδει καρδίαν
Κρουνοὺς ἀνοίγον εὐσεβῶν νοημάτων.
Καὶ τοῦτο δὴ πάσχουσιν, ὡς ὁδοστάται,
Ξιφηφοροῦντες πρὸς τομὰς τῶν βιβλίων.
Τῶν συλλαβῶν γὰρ τοὺς ἐνάρθρους αὐχένας
Τέμνουσι, καὶ τὰ κῶλα τῶν νοημάτων·
Ἀρχὰς δὲ συμπλέξαντες ἐκ τῶν ἐσχάτων
Τὰ τῶν μέσων κολλῶσι τοῖς ὀπισθίοις.
Ἐντεῦθεν αὐτοῖς, ὥσπερ ἄστατον ζάλην,
Τὰ τοῦ λογισμοῦ συνταράττουσι νέφη·
Καὶ πάντα συγχέουσιν οὐκ ἀπεικότως
Ὡς ἂν φανῶσι τοῦ φιλανθρώπου Λόγου,
Καὶ τοὺς λόγους φύροντες, ὡς τὴν οὐσίαν.
Τίς γὰρ τὸ λευκὸν ὄμμα τῆς Ἐκκλησίας
Τὸ Γρηγορίου τοῦτο δείκνυται στόμα,
Οὐκ οἶδε κεκραγός τε, καὶ πεπεισμένον,
Ἄφθαρτον εἶναι τὴν ἀνωτάτω φύσιν,
Ὡς μήτε φυρμὸν, μήτε σύγχυσιν πάθους
Εἰς τὴν ἄχραντον ἐμβατεύειν οὐσίαν;
Εἰ δ' αὖ ταράττῃ τοῦ σοφοῦ διδασκάλου
Θεοῦ λέγοντος αἷμα, καὶ Θεοῦ πάθος·

A Fert quidem uterum, sed, tigridis instar.
Natos inquirit, et distrahitur magis,
Quæ suos sibi abreptos natos
Acriter insequitur, et fetu recepto
Rursus concitatior ad prosequendum currit,
Alium prævertere festinans ex raptoribus,
Et fatigat corpus in concursando
Huc et illuc, ut servet sæpius
Natos, qui in latrones repente inciderunt.
Jam vero etiam illud os eloquentiæ
Prorsus nihili, contra nos pugnantes, æstimant.
Gregorii enim plane mysticam mentem,
Fontem ego Dei dixerim, et Dei portam,
Per quam Spiritus omne cor irrigat,
Rivos piarum cogitationum infundens.
B Sed illi id faciunt, quia grassatorum instar,
Stant esse armati ad mutilandos libros.
Nam syllabarum capita articulatim expressa,
Et membra sententiarum dividunt.
Initia vero connectentes cum finalibus,
Quæ sunt in medio agglutinant sequentibus.
Hinc fit, ut tanquam in æstuante tempestate,
Mentis conturbentur nebulis.
Idcirco autem susdeque vertunt omnia,
Ut videantur hominum miserantis Verbi
Ita sermones confundere ut substantiam.
Quis enim illum candidum ocellum Ecclesiæ,
Quis illud innuit os Gregorii,
Nec sentit clamasse penitus persuasum
Corruptioni non esse obnoxiam cœlestem naturam,
C Ut nec mistionem, nec passionis confusionem
In intemeratam invexerit substantiam?
Si autem hæres animo, tam sapiens magister
Dei quod dicat sanguinem, et Dei passionem,

NOTÆ.

367. Ecclesiæ affectum in filios hæreticorum fraudibus abductos, atque deceptos scite tigridis in catulos amori a venatoribus abreptos æquat. Confer Plin. lib. VIII, 25, ubi de tigridum venatione agit.

376. Gregorium Nyssæ episcopum sancti Basilii M. fratrem intelligit, de quo Photius *Cod.* VI : Τὴν μὲν φράσιν, εἴ τις ἄλλος ῥητόρων, λαμπρὸς, καὶ ἡδονῆς ὡσὶν ἀποστάζων, « stylus illis, si cui rhetorum illustris, et jucunditatem auribus instillans. » Hunc autem idcirco laudat poeta, quia ipsum etiam cum aliis Patribus suas in partes trahere voluit Severus, qui, ut ait Anastasius in Ὁδηγῷ, p. 51 : Οὐδενὸς ἐφείσατο τῶν διδασκάλων ἀντίδικος, « nulli doctorum adversarius pepercit. »

382. Anastasius *ibid.* de Severo, οὐ Γρηγορίου ἐτίμησεν, οὓς ᾐσχύνθησαν Ἕλληνες, « nullo in pretio habuit Gregorios, quos ipsi Græci suspexerunt. »

387. Idem pag. 90 narrans Alexandriæ fuisse quendam præfectum Augustalem, qui quatuordecim calligraphis curam dederat, ut Patrum libros, et maxime Cyrilli depravarent, varia falsationum exempla profert.

396. Sancti Gregorii Nysseni auctoritatem pro re sua sæpe allegabant Eutychiani, tum quia passim suis in scriptis divinæ et humanæ naturæ in Christo hypostaticam unitionem μίξιν « mistionem, » σύμμιξιν « commistionem, σύγκρασιν « temperationem » vocat : cum etiam quia humanam a divina ita esse assumptam naturam ait, ut hanc ab illa absorptam, atque exstinctam fuisse putes dicere. Sæpe enim ad explicandum humanæ naturæ cum divinitate consortium, hac utitur comparatione, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πελάγους γίνεται· εἰ γάρ τις σταγόνα ὄξους ἐπιβάλῃ θαλάττῃ, καὶ ἡ σταγὼν θάλασσα γίνεται, συμμεταποιηθεῖσα τῇ θαλασσίᾳ ποιότητι. « Quemadmodum in mari accidit, ut si quis aceti guttam in illud injiciat, gutta quidem illa mare fiat, in aquæ marinæ qualitatem transmutata. » *Antirrhet.* D cap. 42. Sed ab omnis erroris suspicione eum jamdiu liberavit Anastasius, pag. 107, qui pluribus evicit non ad naturarum confusionem, sed ad summam unionem declarandam pelagus, et aceti exemplum spectare. Quomodo enim dicemus sanctum Patrem naturarum in Christo confusionem voluisse inducere, qui contra Eunomium, lib. IV, ait : Ποία φύσις Χριστοῦ ἐπὶ τοῦ πάθους ῥαπίζεται, καὶ ποία ἐξ ἀϊδίου δοξάζεται; « Quænam Christi natura in passione colaphis cæditur, et quæ ab æterno glorificatur? » At si humana natura a divina fuisset penitus absorpta, ut Eutychianis placebat, necessario sequeretur, phantasticum fuisse Christi corpus, et divinitatem fuisse passam. Sed ne plura in re tam manifesta congeram, vide præter Petavium, *De incarn.* lib. I, Zacagnium, *Collect. monum. in præfat.* pag. 19, qui sanctum Gregorium, aliosque Patres ab hæreticorum calumniis defendit.

400. Videsis sancti Gregorii orat. 4 *Contra Eu-*

Digitized by Google

Perpende de supernis, dicta, et de inferis
Et intemeratam non pollues substantiam.
(Expers enim interitus statim dignoscitur)
Si te non piget scripta cum scriptis conferre.
Si autem etiam Cyrillus inducit passionem,
Noli mentem furari, ut latro subripiens
Cum assuetis illis, quod tibi placet, furtis.
Nam si te voles ad ea, quæ deorsum, deprimere,
Si paulum ad ea, quæ sursum sunt, erigere,
Mentem intelliges esse mystice dictam.
Vere enim aderat mystice etiam in passione :
Et flagellatur, et ingreditur sepulcrum,
Et omnia patitur ex parte nostræ substantiæ,
In sua ipsius non passus substantia.
At quomodo etiam hoc sciens prudensque præteris?
Ad Gregorii enim sermones rursus me confero :
Namque ille duas edecet naturas,
Ipsum dicens hominemque et Deum, Verbum,
Deum, ut expertem carne ; rursus hominem
Ut nostra carne et anima præditum :
Non mente separans, aut coaptans, ut tu dicis
(Hæc enim tuam redolent stultitiam),
Sed revera declarans, quomodo coaluerint duæ,
Absque eo quod in alterum sit conversum,
Et quomodo maneant inconfusæ, ex concursibus,

Σκόπει τὰ τῶν ἄνω τε καὶ κάτω λόγων,
Καὶ τὴν ἄχραντον μὴ θολώσῃς οὐσίαν.
Ἀνώλεθρος γὰρ εὐθέως εὑρίσκεται
Εἰ μηδὲν ὀκνεῖς προσβαλεῖν τοῖς βιβλίοις.
Εἰ δ' αὖ γε καὶ Κύριλλος εἰσάγει πάθος·
Μὴ κλέπτε τὸν νοῦν, οἷα λῃστὴς ἁρπάσας
Ἐκ τῶν συνήθων, ὡς δοκεῖ σοι, κλεμμάτων.
Εἰ γὰρ θελήσεις ἐντυχεῖν καὶ τοῖς κάτω,
Εἰ μικρὸν ἀρθῇς ἐμβαλεῖν καὶ τοῖς ἄνω
Τὸν νοῦν, σκοπήσεις μυστικῶς λελεγμένον·
Καὶ γὰρ παρῆν μὲν μυστικῶς καὶ τῷ πάθει.
Μαστίζεται δὲ, καὶ συνέρχεται τάφῳ,
Καὶ πάντα πάσχει τῇ καθ' ἡμᾶς οὐσίᾳ
Εἰς τὴν ἑαυτοῦ μὴ πεπονθὼς οὐσίαν.
Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο πῶς ἐκὼν παρατρέχεις ;
Τῶν Γρηγορίου γὰρ αὖθις ἅπτομαι λόγων.
Δύω γὰρ αὐτὸς δογματίζει τὰς φύσεις,
Τὸν αὐτὸν ἄνθρωπόν τε, καὶ Θεὸν Λόγον·
Θεὸν μὲν, ὡς ἄσαρκον· ἄνθρωπον πάλιν
Τὸν αὐτὸν, ὡς ἔνσαρκον ἐψυχωμένον
Οὐ νῷ μερίζων, ἢ συνάπτων, ὡς λέγεις·
Τούτων γὰρ ἡ σὴ συμμετέσχε νωθρότης·
Ἔργῳ δὲ δεικνὺς, ὡς συνῆλθον αἱ δύω,
Οὐ θατέρου τραπέντος εἰς τοὐναντίον·
Ἀλλ' ὡς ἔμειναν συνδρομαῖς ἀσυγχύτοις

NOTÆ.

nomium. Dei passio, et mors recte a Patribus dicta est ob ἀντίδοσιν, id est « communionem » idiomatum, qua fit, ut cum in Christo duæ sint naturæ, arctissima conjunctione inter se unitæ, quæ sunt unius propria in aliam transferantur, et invicem denominentur : quare cum una natura non agat seorsim ab altera, sed conjunctim, et tamen aliæ sint operationes divinæ, aliæ humanæ in Christo, quid alterutrius sit proprium discernendum est ; ne cum Severianis omnia permiscentes, divinitati injuriam et contumeliam faciamus.

404. Si enim alicubi offensionis causam minus cautis, aut malignis præbere potuit sanctus Gregorius, sexcentis tamen in locis duarum naturarum in Christo distinctionem asseruit ; ita ut Leontius Byzantinus, Euthymius Zigabenus, et VI synodi Patres ejusdem Nysseni testimoniis dogma de duabus naturis in Christo non confusis comprobarint.

405. Sanctus Cyrillus in *Apologetico* anathematismum, vel capitulum suum 12 defendens, in quo contra Nestorium credendum definiverat, τοῦ Θεοῦ Λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον, « Dei Verbum passum carne, et crucifixum carne, et mortem gustasse carne, » præclare suam mentem aperuerat, et omnem a se invidiam amoverat ; at Severiani, ut eum in suas partes traherent, illud semper oggerebant Catholicis, eum dixisse, « Verbum esse passum, » et ea quæ addiderat, « de passo in carne, » ut naturarum distinctionem declararet, sublesta fide reticebant.

406. Humanam mentem, quæ, ut ait sanctus Augustinus, rationalis est anima hominis, non divinitatem in Christo esse passam intellexerunt, qui Verbum passum esse dixerunt : cum enim Christus esset perfectus homo, utique mente præditus erat. « Quemadmodum enim, » aiebat sanctus Gregorius Nyssenus, *Antirrhet.* XI, adversus insanum Apollinarem, qui mentis loco divinitatem ponebat in Christo, « terreni hominis proprietates in his, qui ex illo progeniti sunt, conspiciuntur ; ita etiam juxta Apostoli dictum, qui per omnia, quæ ad nostram vitam pertinent, tentatus fuit, pro similitudine χωρὶς ἁμαρτίας, ὁ δὲ νοῦς ἁμαρτία οὐκ ἔστι, πρὸς πᾶσαν ἡμῶν οἰκείως ἔχειν τὴν φύσιν, « absque peccato (mens autem peccatum non est), necessarium omnino est, eum cum omnibus naturæ nostræ proprietatibus convenientiam, conjunctionemque servare. »

407. Severiani, de quorum fraudibus in mutilandis Patrum scriptis locuti sumus ad v. 180 et 587, mentem Christo denegantes cum Apollinaristis sentiebant, qui, teste Socrate, lib. II, cap. 46, « animam a Deo Verbo non assumptam » primum dixerunt, ac deinde sententia veluti immutata ψυχὴν μὲν ἀνειληφέναι, νοῦν δὲ οὐκ ἔχειν αὐτὴν, ἀλλὰ εἶναι τὸν Θεὸν Λόγον ἀντὶ τοῦ εἰς τὸν ἀναληφθέντα ἄνθρωπον, « Christum quidem animam assumpsisse, sed Deum Verbum esse pro mente in assumptam hominem. »

410. *Μυστικῶ*, id est λόγῳ, vel πατρί.

413. Plura ad rem sanctus Cyrillus *Apologet.* loc. cit., ex quibus pauca proferam opportune. Ἐπειδὴ ἐστιν ὁ αὐτὸς Θεός τε ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος, ἀπαθὴς μὲν τόγε ἦκον εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, παθητὸς δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τί τὸ ἄτοπον, εἰ τῷ παθεῖν πεφυκότι λέγεται παθεῖν, τῷ παθεῖν οὐκ εἰδότι μεμενηκὼς ἀπαθής ; « Quandoquidem idem est et homo simul, et Deus, impassibilis quidem, quantum est ad deitatis naturam, passibilis vero, humanitate : quid mali, vel novi est, si ea parte passus dicatur, quæ pati posset, cum ea, quæ pati non posset, impassibilis permansisset? »

417. Quam injuria, et quam vanis argumentis innixi sanctum Gregorium Nyssenum duplicem in Christo naturam non asseruisse dixerint Eutychiani, indicavimus, supr. v. 396.

425. Συνδρομὴν εἰς ἑνότητα, et εἰς ἕνωσιν, « concursum in unitatem, » et « in unionem » recte vocavit sanctus Cyrillus in *Dialogo de incarnat.* duarum naturarum in unam hypostasim conjunctionem.

Digitized by Google

Ἐξ ὧν συνῆλθον εἰς ἑαυτὰς αἱ φύσεις.
Εἰ δ' αὖ γέ σοι σταύρωσιν, ἢ πάθος λέγει,
Θεοῦ λέγει σάρκωσιν, οὐ τὴν οὐσίαν
Νεῶν παθητήν· οὐδὲ γὰρ σαρκὸς δίχα·
Ὡς σώματος γὰρ, καὶ πάθους ἐγεύσατο.
Πλὴν οὐ πέπονθεν, οὐδὲ πρὶν τῇ συνθέσει,
Οὐδ' αὖ γε τῇ νῦν ἀντιλήψει τοῦ πάθους·
Ἀλλ' ὡς ἄτρεπτος εὑρέθη σαρκούμενος,
Οὕτως ἄχραντος εὑρέθη σταυρούμενος.
Ὦ τῆς βυσύσης μέχρι παντὸς ἀσπίδος
Πρὸ τὰς ἐπῳδὰς τοῦ Θεοῦ τὰς ἐγγράφου; !
Πλὴν, ὡς ἔοικε, μᾶλλον ἐκ τοῦ σοῦ πάθους,
Παθητὸν εἶναι τὸν Θεόν μου σὺ λέγεις,
Καὶ συμμαχεῖς Ἕλλησι, καὶ λεληθότως
Πρὸς τοὺς ἀπαρχῆς ἐμπαθεῖς σου προστάτας,
Τὸ δυσσεβὲς σὺ δόγμα ῥιζῶσαι θέλεις.
Ἐνταῦθα καίπερ θερμὸν ὄντα τὸν λόγον,
Καὶ σκιρτιῶντα, καὶ δραμεῖν κεχηνότα
Εἵρξω κρατήσας τῶν ἐναρθρων ἁσμάτων.
Ἀλλ' ἔστι μύστης τῶν ἐμῶν διδαγμάτων,

A Quibus coaluerint inter se naturæ.
Et si tibi rursus crucifixionem, aut passionem dicit,
Dei dicit incarnationem, non essentiam
Intelligens patibilem (neque enim fuit sine carne) :
Ut enim corpus, ita etiam gustavit passionem.
Cæterum haud passus est, neque ante synthesim,
Nec item in ipsa passionis opitulatione.
At sicut non est conversus, quando est incarnatus,
Ita intactus est inventus, quando fuit crucifixus.
O aspis surda semper obturans aures
Ad incantamenta Dei in Scripturis relata!
Sed, ut patet, ex tua potius passione
Patibilem esse Deum meum tu dicis,
Et militas cum ethnicis, et clanculum
Cum tuis primis passioni deditis patronis
B Impium tuum dogma stabilire intelligis.
Hic vero quamvis ferveat sermo,
Exsultetque, et ad currendum inhiet,
Vi cohibebo articulata carmina.
Sed est meorum mysta præceptorum

NOTÆ.

430. Hebr. II, 9 : Βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ, καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον· ὅπως χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσεται θανάτου. « Videmus Jesum, propter passionem mortis, gloria, et honore coronatum ; ut gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem. »

431. Sanctus Joan. Damascenus in *Dialectica*, 64, scribit omnium consensu, naturarum in Christo copulationem nuncupari τὴν κατὰ σύνθεσιν ἕνωσιν, « unitionem, quæ fit per compositionem. » Ac plane v synodus œcumenica in canone, sive anathematismo 4, anathema dicit ei, qui οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἕνωτιν τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς σάρκα ἐμψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ κατὰ σύνθεσιν, ἤγουν καθ' ὑπόστασιν γεγενῆσθαι, « non confitetur unitionem Dei Verbi cum carne anima rationali et intellectuali prædita secundum compositionem, hoc est, secundum hypostasim factam esse. » Recte enim tam per συνδρομήν, « concursum, » quam per σύνθεσιν « compositionem » duarum naturarum inconfusa unitio declaratur. Sed de nominibus, quibus incarnationis mysterium, et naturarum copulatio a theologis Græcis et Latinis expressa fuit, præstat legere doctissimum Petavium, *De incarnat.* lib. II, 1, et lib. III, 2.

432. Ἀντίληψις, quæ vox occurrit in epist. I ad Corinth. XII, 28, explicatur « auxilium, opitulatio, defensio » Vere autem passio Christi potens fuit auxilium humano generi datum, per quod idem Christus mediatoris partes explevit, et salus mundo facta est. Vide Svicerum, in *Thes. eccles.*

436. Psal. LVII, 5 : Θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς, ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνῆς ἐπᾳδόντων. « Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, et obturantis aures suas ; quæ non exaudiet vocem incantantium. » Aspis est Severus, ἐπῳδαὶ « incantamenta » sunt divinæ Scripturæ oracula.

437. Anastasius, in Ὁδηγῷ, cap. 14, pag. 128, ita Pisidam illustrat : Ἀλλ' οἶμαι πάντας τοὺς παραιτουμένους, καὶ ἀπαρνουμένους τὴν φύσιν. καὶ τὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰς ταύτης ἰδιότητας ἀπ' αὐτοῦ Μάνεντος τοῦ μυσαροῦ μέχρι καὶ νῦν, μὴ ἄλλοθέν ποθεν ἀποστρέφεσθαι, καὶ ἀποφεύγειν αὐτοὺς ταῦτα, εἰ μὴ ἐκ τοῦ εἶναι αὐτοὺς ὅλους δι' ὅλου βεβορβορωμένους τῇ πυρώσει, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ ἡδυπαθείᾳ τῆς πορνείας... καὶ τοῦτου λοιπὸν οἰομένους ἀκάθαρτον εἶναι τὴν φύσιν τοῦ σώματος, καὶ ἀνάξιον ὅλως κἂν λόγῳ ψιλῷ ὁμολογεῖσθαι, ὅτι σῶμα τὸ καθ' ἡμᾶς ἐνέλαβεν ὁ Χριστὸς, ἢ ἀνθρωπίνην σάρκα... νομίζοντες οἱ κατάσπιλοι καὶ βορβορώδεις χοῖροι, ὅτιπερ κατὰ τὴν αὐτῶν τῆς σαρκὸς ἡδυπάθειαν, καὶ φιλήδονον ἀκαθαρσίαν, οὕτω πᾶσα σὰρξ, καὶ πᾶν ἀνθρώπου σῶμα ἐνεργεῖται, καὶ πολεμεῖται, καὶ μολύνεται· « Existimo omnes illos, qui naturam, et quæ corporis Christi sunt, et proprietates ejus inficiantur, et repudiant, a temporibus scelestissimi Manetis usque ad hanc ætatem, C non aliam ob causam, hæc omnia refugere, et aversari, nisi quia, quotquot illi sunt, fœdati, et inflammati sunt fornicationis ardore, impuritate, cupiditate, et illecebris voluptatis... et idcirco immundam esse putant corporis naturam, itemque indignum, ut vel ore tenus confiteamur, Christum corpus simile nostro assumpsisse, vel humanam carnem... metientes, opinor, impuri, et lutulenti porci ex suæ carnis spurcis et lascivis affectibus, omnem aliam carnem, et omne corpus, quasi eodem modo afficiatur, confligatur, contaminetur, » etc.

439. Tota gentilium theologia in stupris et adulteriis deorum recensendis occupatur, quorum etiam mortes commemorantur. Quibus de causis ethnicorum stultitiam, qui tales deos vitæ et morti obnoxios adorarent, passim irridebant SS. Patres, qui Apologias pro Christianis scripserunt. Vide sanctum Clementem Alexand., sanctum Cyrillum Hierosol., Eusebium Cæsar., Lactantium, aliosque.

D 440 Προστάται, Severi *præsides*, patroni, et primi magistri, ni fallor, fuerunt Manes, Arius, Eunomius, et Apollinaris, a quibus Theopaschitarum hæresis orta est, quæ postea diutissime perduravit. Ecquid enim non somniavit Manes, qui σκιᾷ, καὶ δοκήσει, καὶ οὐ φύσει, « specie duntaxat, et existimatione, non natura, » dixit esse Christi corpus, quod conspiciebatur? Ac de Ario et Eunomio ita Theodoretus, *Præfat.* in Ἄτρεπτον· τῇ θεότητι τοῦ Χριστοῦ τὸ πάθος προσάπτουσι, « deitati Christi passionem tribuunt. » De Apollinare autem sanctus Gregorius Nazianz. orat. 46, pag. 722, ita : Αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν, τὸν κριτὴν πάντων, τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, τὸν καθαιρέτην τοῦ θανάτου, θνητὸν εἶναι κατασκευάζει, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ θεότητι πάθος δέξασθαι. « Ipsum unigenitum Deum, omnium judicem, vitæ auctorem, mortis exstinctorem, mortalem esse docet, et propria sua divinitate esse passum. »

Digitized by Google

Ille qui punicea purpura est indutus,
Quique reddit candidam stolam cordis.
Qui fontes cædium perennium
Suæ manus propriis obstruxit digitis :
Mens illa pro pacis studio sollicita,
Quæ crudeles erudivit Barbaros :
Ille mundi moderator, interfector Chosroæ,
Nostrum propugnaculum, et arbiter Persidos,
Qui primum armis, et deinde verbis
Omnes delinivit mentium feras.
Ac te etiam puto, licet furentem, leniet ;
Ni forte dimovearis ab ea, quam temperavit, lyra.
Silentium enim habebit omnis audacior lingua
Ipso loquente, sicuti jam silentium habent
Omnia arma, postquam ille processit ad prælia.
Si autem adhuc perstas in alienis fabulis,
Te lapide percutiens intellectuali,
Cippum de te formabit ubique garrulum.
Atque utinam tibi contingat, ut in Occidentem
Effugias vulnus, et insecteris morbum,
Et nil abjicias ex hisce meis sectionibus.
Quamvis tu non bene teipsum refugias.
Ego vero dico Dei substantiam
Non esse conversam, cum Deus est crucifixus ;
Dividitur enim Trias unita,

A Ὁ τὴν ἁλουργὸν πορφύραν ἐνειμένος,
Ποιῶν δὲ λευκὴν τὴν στολὴν τῆς καρδίας ;
Ὁ τοὺς ἀγωγοὺς τῶν ἀειῤῥύτων φόνων
Ἐξ αὐτοχείρων ἀντιφράξας ὀκτύλων ·
Ὁ σύντομος νοῦς, ὁ πρὸς εἰρήνην τρέχων,
Καὶ τοὺς ἀπηνεῖς ἐκδιδάξας βαρβάρους ·
Ὁ κοσμορύστης, ὁ σφαγεὺς τοῦ Χοσρόου ·
Ὁ πύργος ἡμῶν, ὁ βραβεὺς τῆς Περσίδος,
Τὸ πρῶτον ὅπλοις, καὶ λόγοις τὸ δεύτερον
Ἅπαντα θέλγων τῶν φρενῶν τὰ θηρία ·
Οἶμαι δὲ καὶ σὲ, καίπερ ἠγριωμένον,
Εἰ μὴ στερηθῇς, ἥσπερ ἥρμοσε λύρας ·
Σιγὴν γὰρ ἕξει πᾶν θρασύγλωσσον στόμα
Αὐτοῦ λαλοῦντος, ὥσπερ οὖν σιγὴν ἔχει
Πᾶν ὅπλον, αὐτοῦ προδραμόντος εἰς μάχην,
B Εἰ δ' αὖ γε μύθοις ἀλλοδόχοις ἐμμένεις,
Ἐκ τῆς πέτρας βαλών σε τῆς νοουμένης
Στήλην σε πήξει πανταχοῦ λαλουμένην·
Πλὴν εἴθε σοι γένοιτο κἂν πρὸς ἑσπέραν
Φυγεῖν τὸ τραῦμα, καὶ διῶξαι τὴν νόσον,
Καὶ μήτι ῥίψαι τῶν ἐμῶν σπαραγμάτων ·
Εἰ καὶ σὺ σαυτὸν οὐ καλῶς ἀποστρέφεις.
Ἐγὼ δέ φημι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν
Μηδὲν τραπῆναι τοῦ Θεοῦ σταυρουμένου.
Μερίζεται γὰρ ἡ Τριὰς ἡνωμένη.

NOTÆ.

445. Vide supr. v. 60 et seqq.

448. Supr. vers 27, de *Deexped.* acroas. II, vers. 161.

450. Heraclius, ut alibi dictum est, pacem maluisset, quam bellum habere cum Persis; abhorrebat enim a sanguinis effusione : ea de causa πρέσβεις πρὸ; Χοσρόην, ut ait Theophanes pag. 251, ἀπέστειλεν παύσασθαι τοῦ ἐκχέειν ἀνηλεῶς τὰ αἵματα τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁρίσαι φόρους, καὶ λαμβάνειν πάκτα, « legatione ad Chosroam decreta, ut a fundendo crudeliter sanguine parceret, admonuit, tributa vero statueret, et pacis conditiones præscriberet. » At Chosroes spretis legatis Heraclium ad bellum ineundum concitavit, in quo Persarum vires et superbia fractæ sunt.

457. Allusio ad Orpheum, de quo Horatius, *Poet.* v. 391 :

Silvestres homines sacer, interpresque deorum
Cædibus, et victu fœdo deterruit Orpheus :
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidosque leones.

At lyra Heraclii plane fuit vel libellus, vel Ecthesis, vel aliquod decretum contra Acephalos.

460. Vide supr. v. 72 et seqq.

463. Severum eadem semper oggerentem, Batto, inepto poetæ, ni fallor, assimilat, qui suis in versibus eadem identidem iterare solebat : unde βαττολογέω, et βαττολογία. Ovidius veteres forsan mythologos secutus, *Metam.* II, 706, ex Batto poeta pastorem quemdam confinxit, quem ob loquacitatem a Mercurio in lapidem fuisse conversum narrat, « qui nunc quoque dicitur index. » Certe Pisida huc videtur respicere. Vide Suidam in v. Στήλη.

464. Alludit ad fugam Severi, quem propterea quod maximas turbas Antiochiæ excitasset, κελεύει Ἰουστῖνος, ut refert Evagrius, lib. IV, 4, ποινὰς εἰσπραχθῆναι, τῆς γλώσσης διατεμνομένης, « comprehendi jussit Justinus, et linguæ abscissione plecti. » Quare Severus, ut pœnæ se subriperet, *clam nocte*, si Liberatum diaconum audis, *Breviar.* c. 19, « descendit Seleuciam, et navem conscendens fugit Alexandriam, » quam Pisida innuit, dicens πρὸς ἑσπέραν,

C 465. Eutychianam hæresim impugnare διῶξαι τὴν νόσον visus est Severus, cum primum Alexandriæ versaretur : cum enim ibi nova quæstio orta esset, an Christi corpus peræque, ac nostrum, detrimentum pateretur, ita ut potu, cibo, et requie ad reficiendas vires opus haberet ; an vero specie tenus hujusmodi affectiones pateretur, recte Severus contra Julianum Halicarnasseum, qui cum eo Alexandriam confugerat, asseruit, Christi carnem fuisse corruptibilem. Novæ factionis fautores *Corrupticolæ*, et *Incorrupticolæ* hinc inde sunt nuncupati. Vide Leontium, *De sect.* act. 5 ; Timotheum presbyt. CPolitanum, *De recept. hæret.* pag. 410 ; Liberatum, cap. 19 ; et Nicephorum, *Hist.* lib. XVII, cap. 29.

466. Σπαράγματα dicens poeta, vel *laniatus*, quibus Severum proscindit, vel suas hinc inde discerptas, et in eumdem contortas argumentationes intelligit. Nos vertimus *sectiones*, ut Græcæ vocis vis et ambiguitas servaretur.

D 467. Etsi Severus hac in parte sanam doctrinam tueretur, non idcirco hoc fecit, ut Catholicis faveret, qui exinde duas in Christo naturas astruebant : sed contra, cum ei Julianus objiceret, ut refert Leontius, act. 5, si corpus Christi corruptibile dicatur, duas in Christo naturas reperiri fatendum esse, ille occurrebat affirmans, « posse se pariter et Christi corpus corruptibile dicere, et discrimen constituere, et nihilominus unam ei tribuere naturam : » quod quidem stulte et impie affirmabat ; si enim una est in Christo natura, eaque corruptibilis, divinitas ergo Christi est corruptibilis.

468. Ex Eutychianorum sententia, qui unam in Christo naturam statuebant, necessario sequebatur, vel divinam in humanam, vel hanc in illam fuisse conversam. Sed catholicum dogma duas naturas in suis proprietatibus distinctas profitens, omnem conversionem, vel convertibilitatem excludit.

470. In Trinitate enim distinguendas personas, nec tamen partiendam esse deitatem, firmissimum

Digitized by Google

Συνάπτεται δὲ τῇ διαιρέσει πλέον.
Εἰ γοῦν τι φαίης τῶν τριῶν πεπονθέναι,
Τὸ τῶν τριῶν φῶς δεικνύεις πεπονθέναι
Οὐ γὰρ διασπᾷν, οὐδὲ συμφύρειν θέμις·
Τὸν ἐξ ἀμίκτων οὐσιῶν, καὶ τὴν κτίσιν
Τὸ πρῶτον ἁρμόσαντα, καὶ τὴν ὑστέραν
Σάρκωσιν αὐτοῦ μὴ θολοῦντα συγχύσει.
Εἰ δ' αὖ τι συγχεῖς, ἢ μερίζεις ἀσκόπως,
Τῷ σῷ λογισμῷ πολλὰ τίκτεται πάθη,
Εἰ καὶ Θεὸς ζῶν οὐχ ἁλίσκεται πάθει,
Ἀλλ' ἔστι ταυτὸν Χριστὸς, ἄνθρωπος, Λόγος,
Ἄνθρωπος ὢν τέλειος, ἐντελὴς Θεὸς,
Ἄσαρκος ὤν, ἔνσαρκος ἐν χρόνῳ πάλιν,
Ὑπὲρ χρόνους ὤν, ἐκ Θεοῦ Θεὸς Λόγος,
Ἐκ Παρθένου σὰρξ σωματουμένη Λόγῳ,
Ἔμψυχος, ἔννους, μηδαμοῦ παθῶν χύσιν,
Οὐ φύρσιν, οὐ θόλωσιν, οὐ τροπῆς πάθος,
Ἀλλ' ἐξ ἀμίκτων μυστικῶς ἡνωμένος,
Ὡς οἶδεν αὐτὸς ὁ βραβεύσας τὰς δύο.
Ἁπλοῦς δ' ἀτρέπτῳ ἐντελὴς ἐν ταῖς δύο,
Θεὸς γὰρ ὢν ἔλλειψιν οὐδαμῶς ἔχει.
Οὐ γὰρ μεθῆκε τὴν ἐν ἀνθρώπῳ φύσιν,
Ὡς οὐ μεθῆκε τοῦ Πατρὸς τὴν οὐσίαν.
Ὡς ἂν διδαχθῇς εἰς ὑπόστασιν μίαν
Δύω θεωρεῖν τὰς ἀσυγχύτους φύσεις.
Ἐβουλόμην δὲ πᾶν τὸ τοῦ λόγου πλάτος

A Copulaturque magis in ipsa divisione.
Si quid igitur Trium dixeris esse passum,
Trium lucem ostenderis esse passam.
Non enim dividere, nec commiscere eum fas est,
Qui est ex immistis substantiis, quique creaturam
Formavit in principio, et subsecutam postea
Incarnationem suam non turbavit confusione.
Si quid autem rursus confundis, aut dividis oscitan-[ter,
Tua ex sententia multæ gignuntur passiones:
Quamvis Deus vivens non subjacet passioni,
Sed est idipsum Christus, homo, Verbum;
Homo cum sit perfectus, perfectus Deus,
Primum sine carne, post incarnatus in tempore.
Ante tempora exsistens, ex Deo Dei Verbum,
Caro ex Virgine corporata Verbo,
B Animatus, mente præditus, nullibi conversionem,
Mistionem, turbationem, conversionem patiens;
Sed ex immistis mystice unitus,
Prout novit qui dispensavit duas,
Simplex per utrasque, integer in duabus:
Deus enim cum sit, defectum nunquam habet;
Non enim dimisit quæ est hominis, naturam,
Sicut non dimisit Patris substantiam.
Ut jam sis edoctus in una hypostasi
Duas contemplari inconfusas naturas.
Volebam autem totam sermonis amplitudinem

NOTÆ.

est dogma Ecclesiæ. Vide Petavium, *De Trinit.* lib. VIII, cap. 6, et supr. v. 168. Iisdem fere verbis idem expressit sanctus Sophronius in sua Synodica in VI concilio relata: Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως ἡ παναγία Τριὰς, καὶ διηρεμένως πάλιν συνάπτεται· τοῖς γὰρ προσώποις τὴν διαίρεσιν ἔχουσα ἀδιαίρετος μένει καὶ ἄτμητος οὐσίᾳ καὶ φύσει ὡσαύτως δὲ καὶ θεότητι. « Dividitur itaque indivisa sancta Trinitas, et divise rursus conjungitur. In personis namque divisionem habens, indivisa permanet, et insecabilis per essentiam, et naturam, similiter et deitatem. »

472. Celebres sunt quæstiones ortæ in Oriente circa propositiones, quas contra Theodorum Mopsuestenum, et Nestorium statuit propugnandas sanctus Proclus patriarcha CPolitanus, « unum » dictus « De Trinitate esse incarnatum, et unum de Trinitate crucifixum esse carne; » quibus Petrus Gnaphæus, sive Fullo, Eutychianorum pessimus, tanquam hasta et clypeo munitus naturæ singularitatem, quam a sancto Proclo traditam esse dicebat, mordicus defendens impiam sacro hymno Trisagii fecit additionem, « qui passus es pro nobis. » Vide quos laudavimus auctores supr. v. 180, et clarissimum virum cardinalem Norisium *Dissert. histor. de uno ex Trinitate in carne passo.* At sanctus Proclus aperte docuerat Verbum hominem factum passionem *carne* subiisse, quibus verbis duas in Christo naturas evidenter affirmabat. Fullo ex adverso unam tantum naturam, eamque divinam cognoscens, eamdem quoque passam fuisse dicebat: quod ut testimonio sancti Procli evincerent Fullonis asseclæ, vocem *carne* omittebant, ac proinde deitatem, vel totius Trinitatem esse passam dicebant. Constat tamen ex historiæ ecclesiasticæ monumentis tandem ab Joanne II pontifice, et ab Justiniano imper. fuisse sancitum, ut cum Cyrillo, priscisque Patribus die, vereque diceretur, « Deum Verbum, unum de Trinitate, esse passum carne. » Igitur recte Pisida Severi fraudulentam locutionem explodit: qui enim dicit, *quid Trium*, vel *quid Trinitatis* esse passum, C deitatem primum impie dividit, ac postea divinam naturam, vel Trinitatem ipsam esse passam fatetur.

473. Codex habet δυκνύεις. Trinitatem cum SS. Patribus τὸ φῶς *lucem* appellat. Vide Sycerum in *Thes. eccles.*

475. Ἀμίκτας οὐσίας *immistas substantias*, id est divinitatem, et humanitatem in Christo disjungere, et confundere nefas: qui enim dividit, duas personas inducit cum Nestorio; qui autem confundit, ex duabus unam naturam cum Eutyche profitetur.

479. Qui unam tantum naturam admittit in Christo, eam omnino passam esse affirmat, Deumque passionibus subjicit. Vide supr. vers. 457 et seqq.

480. Catholici dogmatis de incarnatione recta expositio, quam cum omnium Patrum et conciliorum definitionibus adamussim convenire deprehendes. Sufficerit hanc fidei professionem cum celeberrima sancti Leonis ad Flavianum epistola conferre. D

491. « Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura: et sicut formam servi Dei forma non adimit, ita formam Dei servi forma non minuit. » Sanctus Leo, *loc. cit.*

496. Citantur hi duo versiculi a Suida in v. τελωνεῖον, facta tantum mutatione verbi τοῦ προσβαλεῖν in τὸ προβλεῖν. Vertuntur autem, ut mea quidem est sententia, parum recte. Pisida Severum Scripturas adulterantem cum publicanis comparat, qui in suo telonio sedentes, quamvis quantum accipere deberent esset constitutum, nihilominus ut rem suam facerent, sæpe in rationibus plus quam lege eis licitum esset, exigebant: unde tam acriter a SS. Patribus, ut fures, raptores, et ovium lupi exagitantur. Στενὸν τελώντιον *angustum* dicit *telonium*

Digitized by Google

In tuum angustum congerere telonium,
Et ostendere, quæ, quanta, et qualia
Sint contra te fidelium accusatorum argumenta,
Atque ipsis artis metrum accommodare.
Valet enim ita rerum sensum comprehendere
Ut nec furari, nec adulterare posses de more :
At non liceret iambis similiter
Concludere dogmaticas scripturas.
Puncta enim statim, et commata, ut tuus est mos,
Quæreres a nobis, quamvis stimulum in medio
Metrum nos cogeret injicere. [struis,
Nunc autem tibi recitabo, ni rursus aures ob-
De verbo ad verbum Scripturarum expositiones
Optionem tibi dans, ut quo videtur, seligas :
Nam nec ex duabus, nec per utrasque probas,
Quocunque etiam illa tu disponas ordine ;
Sed ut quis ichneumon in omnium libris,
Odorem, ut reris, invenis illius in duabus.
Sunt vero multæ, quamvis nolis agnoscere,
Quas ex cæca opinione torve tueris, Scripturæ.
Agedum igitur, si Cyrillum, ut dicis, colis,
Sentias cum ipso : cur ei adversaris,
Ipsumque in primis manifeste accusas?
Necessarium enim puto, ut sint firmissimæ
Voces illæ, quibus videris esse persuasus,
Utque primæ, et ultimæ scribantur :
Ita ut te constringant implicatum
In intellectualibus dogmatum retibus.
Vide, quam stolide te ipsum geras,
Ut ne tua quidem te juvent pharmaca.
Si enim meam conservavit naturam,

A Ἐν τῷ στενῷ σου προσβαλεῖν τελωνίῳ,
Δεῖξαί τε ποίους, καὶ πόσους, καὶ πηλίκους
Πιστοὺς ἐλέγχους, καὶ κατηγόρους ἔχεις.
Τούτοις τε μέτρον τεχνικὸν συναρμόσαι ·
Συνεκτικὸν γάρ ἐστι τῶν νοημάτων
Ὡς μήτε κλέψῃς, ἢ νοθεύσῃς ἐξ ἔθους.
Ἀλλ' οὐκ ἀνέξῃ τοῖς ἰάμβοις εἰκότως
Ἀντεμπλακῆναι τὴν γραφὴν τῶν δογμάτων ·
Στιγμὰς γὰρ εὐθὺς, καὶ ῥοπὰς, ὡς ἐξ ἔθους,
Ζητεῖς παρ' ἡμῶν, εἴ γε νυγμὴν ἐν μέσῳ
Τὸ μέτρον ἡμᾶς ἐμβαλεῖν ἀναγκάσει.
Ἐρῶ δέ σοι νῦν, εἴπερ οὐ βύεις πάλιν.
Τὰς αὐτολέκτους τῶν Γραφῶν προεκθέσεις
Τὴν ἐκλογὴν δρῶν πρὸς τό σοι δεδογμένον ·
Τὴν ἐκ δυοῖν γὰρ, ἢ δι' ἀμφοῖν οὐ θέλεις.
B Ὡς οἷα καὶ σοῦ ταῖσδε συντεταγμένου.
Ἀλλ' ὥσπερ ἰχνεύμων τις ἐν τοῖς βιβλίοις,
Ὅσφρησιν εὑρεῖν ἀξιοῖς τῆς ἐν δύω.
Εἰσὶ δὲ πολλαὶ, κἂν σὺ μὴ γνῶναι θέλῃς,
Τυφλῇ δοκήσει τὰς Γραφὰς παραβλέπων.
Τέως μὲν οὖν Κύριλλον, ὡς λέγεις, σέβων
Γνῶθι πρὸς αὐτόν · πῶς ἐναντίως ἔχεις.
Αὐτοῦ τε πρῶτον ἐμφανῶς κατηγορεῖς ;
Δέον γὰρ οἶμαι τὰς συνεκτικωτάτας
Φωνὰς ἐκείνας, αἷς δοκεῖς πεποιθέναι,
Καὶ πρωταγωγοὺς, καὶ τελευταίας γράφειν,
Ὡς ἂν σε σύνθλίβωσιν ἐμπεπλεγμένον
Ἐν τοῖς νοητοῖς δικτύοις τῶν δογμάτων.
Σκόπει σεαυτὸν πῶς ἀναισθήτως ἔχεις,
C Ὡς μήτε τοῖς σοῖς ὠφελεῖσθαι φαρμάκοις ·
Εἰ τὴν ἐμὴν γὰρ συντετήρηκε φύσιν

NOTÆ.

Severi, quia paucis tantummodo Patrum testimoniis, vel male interpretatis, vel mutilatis, vel corruptis innitebatur omnis ejus doctrinæ vis, et robur, cum ex adverso omnium Scripturarum, et Patrum auctoritate, et decretis catholicum dogma esset stabilitum. Ita ab Anastasio Sinaita, pag. 62, Severus dicitur στενωθεὶς καὶ ἀπορήσας (in angustias redactus, mentisque dubius. »

503. Ob metri difficultatem ait se abstinere a referendis Patrum testimoniis, quorum quidem sensum, non autem verba posset adamussim exprimere. Ea enim est metri necessitas, ut stare volentem sæpe ad currendum impellat.

507. Ἐκβαλεῖν legendum frustra suadet codicis emendator.

508. Suidas habet hunc senarium in v. βύουσι. Vide supr. v. 436. Fingit poeta se coram Severo recitare ad verbum Patrum testimonia.

509. Αὐτόλεκτος προέκθεσις, est alicujus rei per D eadem verba expositio. Invenias etiam Græcos dixisse αὐτόλεκτον λέξιν *ipsissima verba*.

512. Largitur Severo, quamvis non ligata, sed soluta numeris oratione scribenti, ut quocunque velit modo Patrum scripta invertat; semper enim duplicem in Christo naturam eos agnovisse patebit : ut supr. v. 288 et seqq. Ταῖς δὲ supplendum puto φωναῖς *vocibus*, vel φύσεσι *naturis*. Ita etiam in superiori versu ad τὴν subaudiendum φωνὴν, et in sequenti 514, ad τῆς φωνῆς.

513. De ichneumonis proprietatibus, et solertia diximus in Hexaemero. Recte Græci hoc animal crocodili hostem ἰχνευτὴν etiam appellarunt, quod vestro suo prælongo semper ἰχνεύει *quærit*, et *investigat*, ubi crocodilus ova deposuerit, ut ea conterat. Vide Plinium, VIII, 24 ; Ælianum, VIII, 25 ; et Salmasium, *in Solinum*, pag. 317. Severus, tanquam ichneumon in omnium Patrum scriptis sedule inquirebat vocem *in duabus*, ut eam inde abraderet, vel interpolaret.

515. Πολλαὶ, supple προεκθέσεις. Patrum expositiones, et testimonia de duabus in Christo naturis, a quibus αὐτολεξεὶ, *ad verbum*, referendis metri lege impeditus abstinet. Inveniuntur autem ad calcem epistolæ Leonis P. ad Leonem Augustum, in Leontio, *Contr. Nestor.* et *Eutych.* lib. I, pag. 547 ; in Anastasio, cap. 10, pag. 88 ; in Joan. Damasceno, *Contr. Jacob.*, pag. 420 ; et in Actis concil. Chalced. act. 1 ; sed alibi aliter citantur.

517. Vid. supr. v. 412.

519. Mallem κατηγορεῖς.

522. *Πρωταγωγὸς* ex πρῶτος *primus*, et ἀγωγὴς, *dux viæ*, quasi *primordialis*, vel *introductorius*.

526. *Φάρμακα* Severi sunt fraudes, et doli mali, quibus nitebatur in suam partem trahere Patrum sententias.

527. Non dubito hæc esse dicta ad defensionem sancti Cyrilli, quem Monophysitæ sibi favere semper obtendebant ob celebre dictum, « unam Dei Verbi naturam incarnatam. » Sed præterquam quod sexcentis in locis suam mentem aperuit Cyrillus, clarissimum ejus testimonium affertur in calce laudatæ epistolæ sancti Leonis, ad quod videtur respexisse Pisidam : Ἄνθρωπος ὠνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος· ὡς μετεσχηκὼς αἵματος καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. Ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μᾶλλ

Digitized by Google

Τὴν πατρικὴν μεθῆκεν, εἰ μίαν λέγεις·
Εἰ δ' οὐ μεθῆκε, μὴ νοθεύσῃς τὰς δύο·
Καὶ τὴν ἐμὴν γὰρ συντετήρηκε φύσιν.
Οὐκοῦν πρὸ τοῦ τις τῶν διδασκάλων φθάσας
Τύπτων ἐρωτήσει σε, παιδίου δίκην,
Ψήφιζε θᾶττον τὴν μίαν τε, καὶ μίαν
Εἰ γὰρ μίαν τε, καὶ μίαν, λέγεις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίνεται καὶ παιδίοις.
Ἄκουε Πρόκλου τοῦ σοφοῦ διδασκάλου,
Καὶ μὴ σάλῳ σύμπιπτε κυματουμένῳ.
Καὶ πῶς ἀκούσας τοῦ διδασκάλου, λέγεις
Τὸν Χριστὸν ἔλκειν εἰς ὑποστάσεις δύο;
Καὶ πῶς καθ' ἡμῶν δογματίζεις ἀσκόπως
Φύσεις λεγόντων εἰς ὑποστάσεις δύο;
Καιρὸς δὲ λοιπὸν τοὺς Ἰουστίνου λόγους
Πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν συγχροτεῖν ἀγωνίαν·
Φιλοσοφίας γὰρ οὗτος ἦν πρωτεργάτης,
Οὐ τῆς κάτω τοσοῦτον, ἀλλὰ τῆς ἄνω.
Ἐρωτιῶν δὲ τῷ θεοτρόπῳ πόθῳ

A Paternam igitur dimisit, si unam dicis
Si vero non dimisit, ne adulteres duas,
Nam etiam meam conservavit naturam.
Igitur antequam. . . magister aliquis occurrens,
Teque verberans interrogabit, instar pueri;
Numera cito unamque et unam : quid fit?
Si enim unamque et unam, dicis unam,
Risum excitabit dictum etiam pueris.
Audi Proclum sapientem magistrum,
Neque æstuanti mari te committas.
Et quomodo audiens magistrum, dicis
Christum venire in hypostases duas?
Et quomodo contra nos imprudenter edoces,
Qui dicimus naturas in hypostases duas?
Jam vero tempus est Justini sermones
B In certamen contra nos conflatum committere.
Philosophiæ enim erat ille in primis deditus,
Nec tantum huic terrenæ, quantum cœlesti.
Æstuans autem totus in Deum desiderio

NOTÆ.

Ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον. « Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ut nos, sanguini communicavit, et carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. »

531. *Πρὸ τοῦ*, vel deest, vel subintelligitur aliquid : qua de causa post *antequam* adjecimus puncta. Hunc autem putamus esse sensum : antequam ulterius progrediaris ἐν τῷ συνταράττειν τὰς φύσεις « in confundendis naturis. » Quem sensum eruimus ex versu superiore 174. Ita etiam suppleri posse lectionem existimamus :

Οὐκοῦν πρὸ τοῦ σε συνταράττειν τὰς φύσεις,
Τίς τῶν ἐν ἡμῖν τῶν διδασκάλων φθάσας.

Posset etiam quis subintelligere πρὸ τοῦ φυγεῖν, « antequam fugias, » scilicet in Occidentem, ut supra vers. 464.

533. Multum laudantur hi tres senarii a Nicephoro Callisto, *Hist. eccles.* XVIII, 48, qui tamen perperam ait, Pisidam eos contra Philoponum scripsisse. Ac primus quidem senarius ita apud Nicephorum male claudicat :

Ψηφίζεται θᾶττον τὴν μίαν τε καὶ μίαν.

Turpiter autem fœdati, et corrupti editorum incuria feguntur in Baronio, tom. IX, pag. 517. Plura diximus in Præf.

536. Sæpe sanctus Proclus archiep. CP. duas in Christo naturas disertis verbis testatus est; sed nullibi clarius, et invictius, quam in decantata contra Nestorium oratione, Εἰς τὴν Θεοτόκον Παρθένον Μαρίαν, « De Virgine Deipara Maria : » ibi enim pag. 61, apostoli Thomæ testimonio fretus duarum naturarum unionem demonstravit in Christo, οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ἰδὼν ὁ Θωμᾶς ἀνεκεκράγει λέγων· Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου. » « In quo naturarum conjunctionem videns, Thomas exclamavit : « Dominus meus, et Deus meus. » Auctoritate Procli usus est postea contra Nestorium Cyrillus, quem ideirco etiam laudat, ut probat Anastasius in Ὁδηγῷ, pag. 55. Jure autem, meritoque Proclum Pisida appellat magistrum, quia omnium primus ille Nestorio Christum dividenti se opposuit, et catholicam doctrinam de duabus naturis citra confusionem unitis asseruit. Ejusdem sancti Patris testimonium aliter citatur a Leonto, pag. 548, aliter ab Anastasio, pag. 89, apud quem ita legitur : Ἔστι γὰρ εἷς, καὶ μόνος μονογενὴς Υἱὸς, καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τὴν φύσιν αὐτοῦ εἰς δύο ὑποστάσεων τετμημένων, ἀλλὰ τοῦ ἀῤῥήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνώσαντος. « Est enim unus et unigenitus Filius, et Verbum Dei : naturis ejus non in duplicem hypostasim divisis, sed ineffabili ratione in unam hypostasim conjunctis. »

537. Æstuans mare erat Severianorum hæresis. Vide supr. v. 91 et 250.

539. Vide supr. v. 146 et 212. Emendator legendum proponit ἕλκειν, pro ἐλθεῖν. Utrumque recte.

541. Si Proclus aperte docet duas naturas, nosque cum illo idem affirmamus, quomodo statuis contra C nos, Christum venire non *in duas naturas*, sed *in duas hypostases?* Monophysitæ Cyrilli auctoritate semper se tuentes regerebant, eum non dixisse naturas, sed *hypostases mansisse inconfusas*. Quod quidem verum esse fatendum est : sed Cyrillus quidem, cum hypostases diceret, veterum Patrum auctoritatem secutus, intelligebat naturas : contra autem Monophysitæ *hypostases* pro *personis* eum usurpasse contendebant; quo nihil stultius : ita enim Cyrillum Nestorio, quocum acriter ille pugnavit, astipulantem faciebant Anastasius, cap. 9, 10 et 11, ab hac Severianorum calumnia sanctum Cyrillum vindicat, et pag. 96, synodum Chalcedonensem tandem laudat, quod ut omnem fraudis præcideret causam, δυναμένη εἰπεῖν ὑποστάσεις ἐν Χριστῷ Πατρικῶς, οὐδαμοῦ τῇ τοιαύτῃ λέξει ἐχρήσατο. « noluit duas in Christo hypostases dicere, cum id Patrum more faciendi facultas non deesset. »

544. *Πρωτεργάτης*, philosophiæ Christianæ antesignanus, ac *primus operarius*. Recte quidem : D mira enim fuit sancti viri constantia, animi fortitudo, et charitas in prædicanda veritate contra gentes, ut patet ex geminis Apologiis pro Christianis, et ex Dialogo cum Tryphone, in quo num. 120, sic ait : Καὶ ταῦτα εἶπον ὅτι οὐδὲν οὐδενὸς φρονιζόν, ἤ τοῦ τ' ἀληθὲς λέγειν, λέγοιμι, οὐδένα δυσωπήσεσθαι μέλλων, κἂν δέῃ παραυτίκα ὑφ' ὑμῶν μερισθῆναι. « Atque hæc quidem dixi, quia ita sum affectus animo, ut nihil prorsus diverim, in quo aliud curem, quam ut verum dicam, neminem reveriturus, etiamsi e vestigio discerpi a vobis oporteat. » Videsis ibid. num. 2, quomodo Justinus ex Platonico factus sit Christianus.

546. *Ἐρωτιῶν*, ni fallor, ab ἐρωτιάω, verbum a Pisida conflictum ex ἔρως, ut exprimeret ingens desiderium, quo Justinus ardebat, ut fidei Christianæ veritas ab ethnicis agnosceretur.

Digitized by Google

Carnem et sanguinem prorsus contempsit,
Et martyr fidelis factus est dogmatum.
O susdeque vertens et convolvens omnia!
O spiritus mortuus circumacti turbinis,
Qui pulverem dimisit, et versat tamen!
Sed sua tandem concidit depressus vertigine:
Cum a Deo coronatus martyr in te sit productus;
Claris vocibus audi dicentem duas naturas,
Nec perturbabis, quæ sunt bene unitæ.
Si autem perturbabis, in barathrum procurris.
Sinas autem, ut bene nunc concitata causa
Alter accedat ex veris martyribus
Ad inductionem causæ a Deo judicatæ.
Opus est enim, nos non esse verbis martyres,
Sed factis ostendere mystice nos esse productos:
Ut simus martyres non tantum lingua tenus,
Sed inter tormenta pie cruentati.
Æquum jam esset, ut depressus caput flecteres,
At tuus nervus non flectit cervicem.
Persuasum jam sit tibi non turbare naturas:
Simul utrumque enim nihil minus est quam duæ.
Tertius vero martyr inducatur ad causam.
Heu quæ necessitas! quomodo suffuratus naturas
Etiam argumenta latrocinii abradit?
Me pudet, tui patronos cum videam,
Quomodo non te suadeant in tam pudenda causa.
At si placet, etiam quarta tibi lex proponatur.

A Τοῦ σαρκικοῦ μὲν αἵματος κατεφρόνει·
Μάρτυς δὲ πιστὸς γίνεται τῶν δογμάτων.
Ὦ συνταράττων πάντα, καὶ περιστρέφων,
Ὦ πνεῦμα νεκρὸν λαίλαπος φορουμένης,
Ἣ τὴν κόνιν μὲν εἶασε, καὶ συστρέφει·
Ὅμως δὲ πίπτει συσταλεῖσα τῷ στρόφῳ,
Θεοστεφοῦς σοι μάρτυρος παρηγμένου
Τρανοῖς λόγοις ἄκουε τὰς δύω φύσεις,
Καὶ μὴ θολώσεις τὰς καλῶς ἡνωμένας·
Εἰ δ' αὖ θολώσεις, τῷ βαράθρῳ συντρέχεις.
Εἶας δὲ τῆς νῦν συγκροτουμένης δίκης
Ἄλλος παρέστω τῶν ἀληθῶν μαρτύρων
Πρὸς τὰς ἀγωγὰς τῆς Θεοκρίτου δίκης·
Δέον γὰρ ἡμᾶς οὐ λόγῳ τοὺς μάρτυρας,
Ἔργῳ δὲ δεῖξαι μυστικῶς παρηγμένους,
B Οὐ μαρτυροῦντας ἄχρι τῆς γλώσσης μόνον,
Ἀλλ' εἰς βασάνους εὐσεβεῖς ἡμαγμένους.
Ἔδει σε συσταλέντα συννεύειν κάτω,
Τὸ σὸν δὲ νεῦρον οὐ χαλᾷ τὸν αὐχένα.
Πείσθητι κἂν νῦν μὴ ταράττειν τὰς φύσεις·
Τὸ συναμφότερον γὰρ οὐδὲν ἧττον, ἢ δύω.
Τρίτος δὲ μάρτυς εἰσαγέσθω τῇ δίκῃ.
Φεῦ τῆς ἀνάγκης! πῶς ὁ κλέπτων τὰς φύσεις
Πρὸς τοὺς ἐλέγχους τῆς κλοπῆς ἀντιξέει;
Αἰσχύνομαί σου τοὺς συνηγόρους βλέπων,
Πῶς οὐκ ἔπειθον, τῆς ἀναισχύντου δίκης.
Πλὴν καὶ τέταρτος εἰσαγέσθω σοι νόμος.

NOTÆ.

548. Martyrium, quod avide exspectabat, sanctus C Justinus est consecutus anno 168, paulo post quam secundam Apologiam conscripserat.

549. Emendator legi mavult συνταράττων.

550. Severum πνεῦμα νεκρόν, *spiritum mortuum*, opinor, vocat, quia jamdiu obierat, cum hæc scriberet Pisida. Sed cum ejus errores inter Acephalos, et Monophysitas adhuc vigerent, dicit Severum quidem demisisse pulverem, id est, *obiisse*, sed ipsum pulverem, instar turbinis, adhuc versare, nec sinere ut quiescat, donec ipsa vis turbinis per se fracta subsidat.

553. Θεοστεφῆ, *a Deo coronatum* martyrem recte appellat sanctum Justinum, qui pro fidei defensione coram tyrannis, et inter tormenta occubuit, ut ab aliis sanctis viris distinguat, qui citra sanguinis effusionem Christum confessi sunt, et martyres tamen ab antiquis Ecclesiæ scriptoribus sunt appellati: sed illi primi vere, et proprie dicuntur martyres, ut ipse Pisida mox docet v. 557, qui eos vocat ἀληθεῖς D μάρτυρας, *veros martyres*. Vide Benedictum XIV, *De serv. Dei beatific.* lib. 1, cap. 2, et P. Ansaldum, *De martyribus sine sanguine*.

554. Quamvis divinitatem, et humanitatem Christi pluribus probet Justinus in *Dialogo cum Tryphone*, non dubito Pisidam hic respicere ad testimonia, quæ sub nomine Justini ex tertio libro de Trinitate contra Eutychianos afferuntur a Leontio, pag. 584, et a Damasceno, pag. 420, ex quo hæc pauca accipe: Ἐνδὺς δὲ τοῦτον κατ' ἄκραν ἕνωσιν, Υἱὸς Θεοῦ ἄμφω προῆλθεν τὰς φύσεις, « Hoc per summam unionem indutus, Dei Filius cum ambabus naturis exivit. » Vide ibid. notam P. Michaelis Lequienii.

558. Forsan sanctus Irenæus episc. Lugdunensis, et martyr, qui egregie de incarnatione disseruit. Ejus testimonium, ad quod Pisida videtur intendere, affertur a Leontio, *loc. cit.* et exstat etiam inter opera Irenæi edita a P. Massuetio, pag. 572, hoc modo: Τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα καθαρὸν ἦν καὶ ἁγνές· ἔσωθεν μὲν τῷ Λόγῳ κοσμούμενον, ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φορούμενον· ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ περιφανὲς τῶν φύσεων παραδειχθῇ. « Christi corpus purum erat, ac splendidum: intus quidem Verbo ornatum, foris autem spiritu communitum; ut ex ambobus naturarum splendor commonstraretur. »

560. Præclare sanctus Leo, serm. 85: « Ad erudiendum Dei populum nullorum utilior est forma, quam martyrum. Eloquentia sit facilis ad exorandum, sit ratio efficax ad suadendum; validiora tamen sunt exempla quam verba, et plus est opere docere, quam voce.

563. Emendator codicis legit ἐν βασάνοις εὐσεβῶς.

564. Codex habet εἶδει.

568. Forsan sanctus Athanasius, cujus testimonia de duabus naturis citantur a Leontio et Damasceno, quos vide. Siquidem contra Apollinarium, lib. 1, 17, ita ille: Ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα, τέλειος κατὰ πάντα, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. « Ut utraque unus sint, omnino perfectus, idem Deus, et homo. »

570. Alludit ad falsationes, quibus Patrum scripta Severus corruperat; cum enim videret diserte ab illis duas in Christo naturas astrui, eorum testimonia aut abradere, aut depravare cogebatur, ζεῦ τῆς ἀνάγκης.

572. Ἔπειθον. Supplendum opinor αἰσχύνεσθαί σε, quomodo non te suaserint, ut erubesceres in tam pudenda causa.

573. Duos, vel tres testes ex judiciorum consuetudine, et forma adduxisse quidem sufficiebat: cum autem multorum auctoritate polleret Pisida, quartum et quintum etiam testem exhibet: sed cur testem νόμον appellet, non satis intelligo. An ut ostendat non ex lege, neque ex consuetudine, sed in gratiam Severi plures quam duos, vel tres testes adduci?

Digitized by Google

Φιμοῦ τὸ λοιπόν, ὡς ὁ μάρτυς σοι λέγει
Τὸν Χριστὸν εἰς ἕλκειψιν ἀνθέλκων βίᾳ.
Ἔδει μὲν ἡμᾶς καὶ τριῶν, καὶ τεττάρων
Φωνὰς λαβόντας εὐσυνόπτων μαρτύρων
Νικητικὴν ψῆφον μὲν ἐνδίκως ἔχειν.
Ἐπεὶ δὲ λυττᾷς διψάδος κακῆς δίκην
Καὶ πέμπτος ἔλθῃ τῆς φορᾶς τῶν μαρτύρων.
Ἡμᾶς μὲν οὖν, Σεῦῆρε, συμπαθεῖν δέον,
Ἢπερ καθ' ἡμῶν ἀνθοπλίζειν τὴν δίκην.
Ἄλλος δὲ πάντως εἰ κατηγόρησέ σου,
Τούτους ἂν εἶπε προσβαλών σοι τοὺς λόγους.
Ἔδει τε πληγὰς αἱμοφύρτους λαμβάνειν,
Ἐφ' οἷς τοσούτων μαρτύρων ἡμαγμένων
Φωνὰς ἀκούεις, καὶ λαλεῖν οὐκ ἐντρέπῃ.
Ἔφραιμ, συνηγόρησον ἐνδέον τί μοι.
Τὸν νοῦν γὰρ ἰσχνὸν ἐξ ἀσιτίας ἔχεις,
Τῇ σῇ δὲ γλώττῃ τὴν διάγνωσιν φέρων
Ἐκ τῶν Σύρων πρόελθε, καὶ μάχου Σύροις.
Ὡς εὖγε ταύτης τῆς καλῆς συμφωνίας.
Τὸ πνεῦμα γὰρ πνεῖ, καὶ διδάσκει τῷ τάχει
Πόρρωθεν ἐγγὺς τοὺς μαθητάς, ὡς θέλει.
Τί σοι παραινεῖ, καὶ διδάσκει σωφρόνως
Ὁ μαργαρίτης τῶν ἐμῶν συνηγόρων;
Διπλῆν λέγει σοι, καὶ τελείαν τὴν φύσιν.
Ὡς μήτι δειχθῇ ζῶον ἐξηλλαγμένον,
Τῇ συγχύσει μὲν ἐν δυοῖν πεφυρμένον,
Ἔχον δὲ πλήρη, μηδὲ τὴν μίαν φύσιν.
Σύγγνωθί μοι λέγοντι τοῦσδε τοὺς λόγους

A Jam tandem obmutesce, ut martyr tibi dicit,
Christum in defectionem violenter ne trahas.
Nobis quidem opus erat et trium et quatuor
Voces collegisse disertorum martyrum,
Ut victrix pro nobis stet ex jure sententia.
Quoniam autem furis instar maligna viperæ
Etiam quintus veniat ad suffragium martyr.
Tuum jam quidem esset, Severe, nobiscum sentire,
Potius quam contra nos litem intendere.
Porro si te nunc alter accusaverit,
Hisce te utique impetet sermonibus.
Opus est te plagas cruentas accipere,
Cum tot martyrum cruentatorum
Voces auscultes, et garrire non erubescas.
Ephræm, ad patrocinandum veni opportune;
B Mentem enim habes attenuatam jejuniis.
Tua vero lingua elucidationem afferens
Prodeas e Syria, et cum Syris dimica.
O quam pulchra hæc est vocum concordia!
Spiritus enim spirat, et docet celerrime
Prope, et longe discipulos, prout vult.
Quid tibi suadet, ac prudenter edocet
Hæc margarita inter meos patronos?
Duplicem tibi dicit, et perfectam naturam:
Ut non apparuerit aliquod animal immutatum,
Quod per confusionem ex duabus sit mistum,
Habeat vero integram ne unam quidem naturam.
Des mihi veniam dicenti hujusmodi sermones,

NOTÆ.

Deut. xix, 15: « Non stabit testis unus contra aliquem . . . sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. »

574. Quis fuerit quartus, et quintus martyr ex nente Pisidæ, divinare vix possumus. Leontius quidem, a quo Georgius noster non dissentit, recitat testimonia sancti Justini, sancti Irenæi, sancti Athanasii, sancti Hippolyti, sancti Petri episc. Alex., et sancti Cyriaci episc. Paphi, qui omnes martyres fuerunt. Atque hæc forsan sunt testimonia, quæ Pisida tacitus innuit. Vide Leontium, pag. 550.

586. Severum vel deridet dicens, tanquam puerum verberibus esse excipiendum, ut supr. v. 532, vel tanquam hæreticum plagis damnat. Multæ enim ex imperatorum decretis inflictæ sunt hæreticis civiles pœnæ, inter quas flagellatio, et id genus aliæ. Vide Gothofredum lib. XVI, *Cod. Theodosian.*, tit. 5.

588. Sancti Ephræmi Nisibensis diaconi præclara gesta et divina sapientia plena ejusdem scripta laudarunt jamdiu plures sanctissimi viri: sed paucis abhinc annis opus penitus absolvit cl. Jos. Sim. Assemanius, qui nitidissimam omnium Ephræmi operum editionem procuravit Romæ anno 1732, cum ejusdem sancti viri Vitam ex scriptoribus Syris collectam jam antea edidisset in tom. *Biblioth. Orient.* pag. 36.

589. Nullum fuit pœnitentiæ genus, quo sanctus Ephræmus suum corpus non afflixerit. Inter cæteras autem tanti viri virtutes plane admirabiles sanctus Gregorius Nyssenus in ejus Encomio, tom. III pag. 599, enumerat νηστείαν καὶ ἀγρυπνίαν ἕτερον οὐκ ἐχούσας, χαμευνίαν καὶ σκληραγωγίαν ζυγὸν ὑπερβαινούσας, « jejunium, et vigilias non habentes modum, humicubationem, et vitæ austeritatem incredibilem. »

591. Ephræmum ad dimicandum cum Syris educit, non tantum ad Severum respiciens, qui Sozopoli in Pisidia natus est, quantum ad ejus asseclas qui totum pene Orientem Monophysitica labe infecerant.

592. Id est Patrum Græcorum cum Syris, et Latinis.

593. S. Joan. III, 8: Τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει.

596. Testimonium Ephræmi, quod indicat Pisida, legitur in tom. I Oper. Gr. Lat. pag. 265, in sermone, qui inscribitur, *Adversus hæreticos*, sed quem veteres scriptores sub titulo *Margaritæ pretiosæ*, vel *evangelicæ* citabant, quia ex margaritæ proprietatibus totum incarnationis mysterium ibi expenditur, atque explicatur. Atque inde apparet, cur maximum inter Syros doctorem *margaritam* appellat Pisida. Verba Ephræmi hæc sunt: Τῶν δύο φύσεων ὁ μαργαρίτης μετέχει ὁ πολύτιμος, ἵνα δείξῃ Χριστόν, ὅτι Λόγος Θεοῦ ὤν, ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος γεγένηται· οὐ μερικὴν ἔσχε τὴν φύσιν, ἐπεὶ ἂν οὐδ' ἕτερον ζῶον ἐτύγχανε· τελείαν ἔχει τὴν διπλῆν φύσιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰς δύο· οὔτε ἡ μία ἡ Θεὸς φύσις ὤφθη μόνη ἐπὶ τῆς γῆς· οὔτε ἡ ἑτέρα, ἡ ἄνθρωπος ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν μόνη· ἐκ τελείου τέλειος, καὶ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐκ Παρθένου Χριστός· « Duarum naturarum est particeps hic lapis pretiosus, ut ostendat Christum: quoniam cum Verbum Dei sit, ex Maria homo natus est. Non partialem habuit naturam, quoniam neque aliud animal erat: sed perfectam habet duplicem naturam, ne duas perdat. Neque enim una sola natura, Deus super terram visus est; neque altera sola, homo in cœlos ascendit: verum perfectus ex perfecto, homo ex homine, Deus ex Deo, ex Virgine Christus, » etc.

Digitized by Google

O tu qui nostra perscrutaris corda :
Tu enim ipse nosti, ut minus digne loqui
Severi dogmata me cogant.
Homo, sileto, usquedum te ipsum noveris,
Ac tum tandem Deum examina.
Non est semisectus, non commistus,
Sed ita ut ille magnum Ephræmum docuit,
Descendit sine carne, tanquam Dei Verbum,
Ascendit incarnatus, tanquam nostrum genus.
Sicuti non descendit semideus in terram,
Sic non est reversus dimidiatus in cœlum.
Et nunc mihi nubes præstantium defensorum
Ab intellectualibus accurrit fastigiis,
Et largos, quos secum gerunt, scriptorum nimbos
In mysteriorum principem adducunt causam.
En magnus a Christo ductus exercitus
Aromatizans vitalem suavitatem odoris.
Opus est te excipere, quos invehunt, sermones,
Nisi malis fraudem moliri, atque emere obsonia
Ex iis, qui fetidas habent sentinas.
Miraculum considera ; ut os tot linguis instructum
Christum deprædicet in duplici natura.
Deus enim cum sit perfectus, hominis naturam
Inconfusam quidem, necnon integram habet,
Plenas conservans utrasque naturas ;
Et quæ sunt unius facit communione alterius.

A Ὁ τὰς ἐν ἡμῖν ἐμβατεύων καρδίας·
Αὐτὸς γὰρ ἔγνως ὡς λαλεῖν ἀναξίως
Ἐκ τῶν Σευήρου δογμάτων βιάζομαι.
Ἄνθρωπε, σίγα, καὶ τέως σαυτὸν μάθε,
Οὕτω τε λοιπὸν τὸν Θεὸν ζυγοστάτει.
Οὐκ ἔστιν ἡμίτμητος, οὐ πεφυρμένος·
Ἀλλ' ὡς τὸν Ἐφραὶμ ἐκδιδάσκει τὸν μέγαν·
Κατῆλθεν ὢν ἄσαρκος, ὡς Θεοῦ Λόγος,
Ἀνῆλθεν ὢν ἔνσαρκος, ὡς ἡμῶν γένος.
Ὡς οὐ κατῆλθεν ἡμίθεος πρὸς τοὺς κάτω,
Οὐκ ἀντανῆλθεν ἡμίτομος πρὸς τοὺς ἄνω.
Νέφη δέ μοι νῦν γνωστικῶν συνηγόρων
Ἐκ τῶν νοητῶν συγκατέρχεται λόφων,
Καὶ τὰς παρ' αὐτοῖς τῶν γραφῶν ἐπομβρίας
Τῇ μυσταγωγῷ προσκομίζουσι δίκῃ.
B Ἰδοὺ τοσοῦτος Χριστοκίνητος στόλος
Ἀρωματίζων ψυχικὴν ἀνθοσμίαν·
Δέον λαβεῖν σε τοὺς ἀγωγίμους λόγους,
Εἰ μὴ κακουργεῖν, καὶ παροψωνεῖν θέλεις
Ἐκ τῶν χεόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας.
Σκόπει τὸ θαῦμα· πῶς πολύγλωσσον στόμα
Τὸν Χριστὸν εὐλόγησεν ἐν διπλῇ φύσει.
Θεὸς γὰρ ὢν τέλειος, ἀνθρώπου φύσιν
Ἀσυγχύτως μὲν, πλὴν ἀμειώτως ἔχει,
Πλήρεις φυλάττων ἑκατέρας τὰς φύσεις.
Καὶ θάτερον δρᾷ θατέρου κοινωνίας.

NOTÆ.

605. Apposite monet modum servandum esse in rebus divinis scrutandis, duce, et auctore sancto Ephræmo, qui sæpe in sermonibus *Adversus hæreticos*, tom. II, pag. 291, et *De fide*, pag. 537 ; et *Adversus scrutatores*, tom. III, pag. 418, divinam naturam curiosius rimari vetat.

607. Id est ὁ Χριστός.

608. Id est ὁ Θεός.

611. Assemanius nuper laudatus in Prolegomenis ad opera sancti Ephræmi, tom. II, pag. 33, animadvertit verba superius relata *De margarita* aliter certe fuisse quondam lecta ab Anastasio Sinaita, et a Leontio Byzantino : utrique sane iisdem codicibus videntur usi ; nam Anastasius, cap. 10, pag. 74, sic ait : Διττὴν ἔχει τὴν φύσιν, ἵνα μὴ τὰς δύο ἀπόλεσῃ· οὔτε γὰρ ἡμίθεος κατῆλθεν ἐπὶ γῆς, οὔτε ἡμιάνθρωπος ἀνῆλθεν ἐν οὐρανοῖς. Quæ verba totidem verbis expressit Leontius, ut apparet ex versione P. Francisci Turriani, pag. 554 : « Perfectam habet duplicem naturam, ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra, neque semihomo ascendit ad cœlos, » etc. Quivis autem facile sentiet, Pisidam cum Anastasio, et Leontio concordare, cum dicat Christum nec ἡμίθεον descendisse, neque ἡμίτομον ascendisse.

613. Alios Patres intelligit, cum Græcos, tum Latinos, qui duas in Christo naturas confessi sunt, nec eos tantum quorum testimonia laudantur ab Anastasio, Leontio, et Damasceno, sed eos etiam, qui sexcenti numero cum essent, concilio Chalcedonensi subscripserunt, in cujus actione 5 decretum fuit, ut definitioni fidei, secundum judicium sanctissimi Patris Leonis adderetur, δύο φύσεις εἶναι ἡνωμένας ἀτρέπτως, καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ, » duas esse naturas unitas in Christo inconvertibiliter, et inseparabiliter, et inconfuse. Γνωστικοὶ sunt, ut alibi observatum est, viri theologi, et ad mysteria Dei cognoscenda facultate præditi.

620. Citantur hi duo versiculi a Suida in v. παροψωνοῦσι, et in v. ἀντλία.

621. Codicis emendator ἐχόντων in χεόντων verti mallet. Sentinas recte vocat Pisida hæreticorum scripta falsationibus, et fraudibus plena.

622. Numerum, et varietatem linguarum in unam sententiam conspirantium, ut rem prorsus admirabilem, considerandam proponit : omnes enim Patres Græci, Latini, et Syri, quasi uno ore instructi duas in Christo naturas professi sunt, et proprietatum communionem, et differentiam citra confusionem agnoverunt. Unde merito poeta exclamabat supr. v. 592 : Ὡς εὖ γε ταύτης τῆς καλῆς συμφωνίας.

625. Naturarum distinctionem ex utriusque proprietatibus dignoscendam esse in Christo evidenter ostendit Pisida ; quod quidem omnes Patres, vel ipso Pisida luculentius præstiterunt. Unum sanctum Leonem laudabo, qui in memorata ad Flavianum epistola disertissime illa eadem explanat, quæ noster velociter percurrit. Itaque sic ait ille magnus Pontifex, cap. 3, pag. 813 : « Salva igitur proprietate utriusque naturæ, et substantiæ, et in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. In integra ergo veri hominis, perfectaque natura, verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. » Conferat Synodicam Sophronii in v concilio relectam, qui plura ad rem invenire desiderat. De idiomatum communione, qua quæ unius naturæ sunt propria, propter arctissimam unionem in alteram transfunduntur, vide Petavium, *De incarnat.* IV, 14 et 15.

627. Sanctus Leo, cap. 4, p. 818 : « Nullum est in hac unitate, ἑνώσει; mendacium, dum invicem sunt humilitas hominis, et altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est, Verbo scilicet operante, quod Verbi est, et carne exsequente, quod carnis est. »

Digitized by Google

Ὕπνοι μὲν, ὡς ἄνθρωπος, ὡς Θεὸς πάλιν
Φράττει θρασυνθὲν τοῦ θανάτου τὸ στόμα.
Ἀγωνιᾷ μὲν, ἀλλ' ἀνοίγει τοὺς τάφους.
Πεινᾷ μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐκτρέφει πάλιν
Ἄρτοις πενιχροῖς μυριάνθρωπον στόμα.
Τεθαμμένον μὲν δακρύει τὸν Λάζαρον,
Ζωοῖ δὲ τοῦτον τῶν μελῶν ὀδωδότων.
Λεπροὺς καθαίρει· καὶ θέλων ῥαπίζεται.
Νεκροὺς ἐγείρει· καὶ τάφῳ προσέρχεται.
Ἀνίσταται δὲ, καὶ τελείας τὰς φύσεις
Δείκνυσιν αὖθις· πῇ μὲν ἐξηγερμένος,
Θεοῦ γὰρ ἦν τὸ θαῦμα· πῇ δὲ τοὺς τύπους
Τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεικνύων ἠχουμένους,
Τρανοῖ προπαιδεύων σε τῇ προμηθείᾳ,
Ἄνθρωπος εἶναι, καὶ Θεὸς πεφυκέναι·
Μήπως σφαλῇς σὺ δυσσεβήμασι πλάνης,
Ἃ νῦν σεαυτὸν ἀγνοῶν ἀνεπλάσω.
Καὶ Κύριον, καὶ Θεὸν λέγων ἅμα,
Φύσεις ὁ Θωμᾶς δογματίζει τὰς δύο.
Σιγᾷς τὸ λοιπὸν, ἢ διχοστατεῖς πάλιν,
Ὡς πῶλος ἵππος ἐνδακὼν τὰς ἡνίας;
Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ τὸ πηγαῖον στόμα
Τὸ Γρηγορίου τοὺς λόγους ἀναβρύει,

A Dormit sane, ut homo; ut Deus iterum
Obstruit jam nimis audax factum os mortis.
Angitur quidem, sed aperit sepulcra.
Esurit plane ut homo, explet contra
Panibus pauperculis os hominum decem millium.
Mortuum sane deflet Lazarum;
Suscitat autem ipsum ex membris fetentibus.
Leprosos mundat, volensque cæditur.
Mortuos resuscitat, et sepulcro conditur.
Resurgit autem, et integras naturas
Rursus ostendit: nunc quidem resuscitatus,
Quod fuit Dei miraculum: nunc vero typos
Suæ carnis ostendens adhuc tinnientes;
Ut aperta, et provida te prædoceret ratione
Hominem se esse et Deum natura:
B Ne tu decipereris impietatibus erroris,
Quas nunc, teipsum ignorans, commentus es.
Et Dominum, et Deum vocans simul,
Naturas Thomas edocet duas.
Silesne jam tandem, aut dissides iterum,
Frena remordens, ut pullus equinus?
Sed hic tandem illud instar fontis perenne
Os Gregorii sermones largiter effundit,

NOTÆ.

630. *Ibid.* pag. 822. « Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, evidenter humanum est. Sed quinque panibus quinque millia hominum satiare . . . . sine ambiguitate divinum est. » Vide Anastasium cap. 13, pag. 109 et seqq.

632. *Πενιχροῦς*, *pauperes* panes, opinor, dicit, quod essent hordeacei. Μυριάνθρωπον στόμα « os decem millium hominum, » vel pro innumeris hominibus C posuit, vel quia vere decem millia hominum fuisse turbas a Christo quinque panibus saturatas Noster crediderit: cum enim habeat Græcus textus Matth. XIV, 21: Οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· « Manducantium autem fuit numerus, quasi quinque millia virorum, exceptis mulieribus et parvulis; » fuerunt nonnulli, qui mulieres, et parvulos virorum numerum exæquasse putarent: a qua forsan sententia minime fuit alienus Pisida.

633. Sanctus Leo, loc. cit. Non ejusdem naturæ est flere miserationis affectu amicum mortuum, et eumdem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ, ad vocis imperium excitare redivivum. Ὀδωδότων ab ὄζω. Pisida expressit illud Joannis, XI, 39: Ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστι, « Jam fetet, quatriduanus est enim. »

635. Sanctus Proclus in fine orationis *De Deipara*, pag. 66, humanitatis, et divinitatis proprietates D inter se conferens, atque distinguens duas in Christo naturas, ut Pisida, invictissime demonstrat. Pauca ad rem producam: Ὁ δοῦλος ἐῤῥάπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἔφριττεν· ἐπὶ σταυροῦ ὁ αὐτὸς ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης οὐκ ἐγεγύμνωτο· ἐν τάφῳ κατελείπετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέῤῥιν· ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευεν. . . . ὦ τοῦ μυστηρίου! βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. « Servus eum colaphis cædebat, et ipsa creatura exhorrescebat: in cruce ipse figebatur, et thronus gloriæ ab ipso non deserebatur: sepulcro jacebat occlusus, et cœlum ipse extendebat, ut pellem; inter mortuos reputabatur, et despoliabat infernum . . . . O mysterii magnitudinem! Miracula video, et divinitatem prædico; passiones cerno, et humanitatem non inficior. »

637. Sanctus Leo, loco superius citato, pag. 827: « Post resurrectionem Domini (quæ utique veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus, et mortuus), quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim, *Act.* I, 4, cum discipulis suis, et cohabitans, atque convescens, et pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens, ideo et clausis ad discipulos januis introibat . . . . et rursus idem vulnus lateris, fixuras clavorum, et omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens, *Luc.* XXIV, 39: « Videte manus meas, et pedes meos, quia ego sum. Palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere; » ut agnosceretur in eo proprietas divinæ, humanæque naturæ individua permanere, » etc.

639. Joan. XX, 25: « Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων . . . . οὐ πιστεύω. » « Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum . . . . non credam. »

642. Quæ plurimis verbis declarat Pisida, paucis exposuit sanctus Maximus, tom. II, epist. 39, p. D 264, dicens de Verbo, ἑκάτερόν τε ἐπαληθεύοντα, τὸ θεῖον ὁμοῦ καὶ ἀνθρώπινον πιστοῦσθαι θαύμασι θείοις, καὶ παθήμασι ἀνθρωπίνοις, « ita nimirum, ut cum vere utrumque (Deus simul, et homo) sit, alterum divinis miraculis astruat, alterum passionibus humanis. »

645. Luculentissimo sancti Thomæ apost. testimonio de duabus in Christo naturis omnes Patres usi sunt post Proclum, de quo vide supra, v. 536 et seqq.

646. Joan. XX, 28: Καὶ ἀπεκρίθη Θωμᾶς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου· « Et respondit Thomas, et dixit: Dominus meus, et Deus meus. »

650. Sanctus Gregorius Nyssenus Patrum agmen claudit. Quem enim Pisida supr. 378 et seqq. a Monophysitarum calumniis defenderat, hic tanquam causæ non modo patronum, sed judicem una cum ejus fratre sancto Basilio constituit.

Digitized by Google

Basilium secum trahens, qui basis est dogmatum.
Ambo enim cum sint exsecutores sententiæ,
Instigant nos ad causæ terminum.
Audi, o vesane, docentem magistrum,
Tuisque perversis fallaciis imponens finem
Sine nos vitam quietam ducere.
Nunc enim ambas naturas vetat
Unam vocari : nunc vero aperte inducit
Naturas utrasque, sed in uno simul duas.
Nunc vero iterum Deum servare dicit Verbum
Proprietatem naturarum inconfuse
Ex non immistis substantiis unitam.
Os illud igitur obstruas silentio,
Sepemque illi densissimam obducito :
Ne quod fulmen ex alto te præveniat,
Aut terra tibi dehiscens, remugiensque
In eam, quam habuit Abiron, calamitatem trahat.
Non enim tacere sustineant creaturæ,
Si, qui eas creavit, sit affectus injuriis.
Cæterum te nunc deprecor, ut caliginis
Effugiens tenebras, ad lucem accurras.
Nec longe ab ipsa diversaris, si velis :
Habes enim prope solem, Despotam,
Qui tuum cor ad lucem transferet,
Et tyrannum errorem in captivitatem adducet,
Pro vinculis in ipsum solutiones parans.
Jam vero nos tibi Scripturarum ectheses,
Non ad copiam conversi, sed quantum
Opus erat ad te suadendum, breviter conscripsimus.
Nam semen in terram bonam jactum etsi parvum

Βασίλειον ἔλκον τὴν βάσιν τῶν δογμάτων
Ἅμφω γὰρ ὄντες ἐκβιβασταὶ τῆς δίκης
Νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας.
Ἄκουσον, ἐμβρόντητε, τοῦ διδασκάλου,
Καὶ τῶν πονηρῶν σχημάτων πεπαυμένος
Ἔασον ἡμῶν ἤρεμῆσαι τὸν βίον·
Πῆ μὲν γὰρ ἄμφω τὰς φύσεις ἀποτρέπει,
Μίαν καλεῖσθαι· πῆ δὲ ῥητῶς εἰσάγει
Φύσεις ἑκατέρας, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τὰς δύο.
Πῆ δὲ αὖ γε σώζειν τὸν Θεόν φησι Λόγον,
Ἰδιότητα φύσεων ἀσυγχύτως
Ἐκ τῶν ἀμίκτων οὐσιῶν ἡνωμένην·
Ἔμφραττε τοίνυν τῇ σιωπῇ τὸ στόμα,
Καὶ φραγμὸν αὐτῷ δραστικώτατον βάλε·
Μή τις κεραυνὸς ἐξ ἀπόπτου σε φθάσῃ,
Ἡ γῆ δέ σοι χαίνουσα, καὶ μυκωμένη
Πρὸς τὴν Ἀβειρὼν συμφορὰν κατασπάσῃ.
Οὐ γὰρ σιωπᾷν καρτερεῖ τὰ κτίσματα
Τοῦ ταῦτα συμπήξαντος ἠτιμασμένου.
Ὅμως δὲ καὶ νῦν εὔχομαί σε τοῦ γνόφου
Φυγόντα τὴν ζόφωσιν εἰς τὸ φῶς τρέχειν,
Τούτου δὲ μακρὰν οὐ κατοικεῖς, εἰ θέλεις.
Ἔχεις γὰρ ἐγγὺς ἥλιον, τὸν Δεσπότην,
Ὃς σου μετάξει πρὸς τὸ φῶς τὴν καρδίαν,
Καὶ τὴν τύραννον αἰχμαλωτίσει πλάνην,
Δεσμοὺς κατ' αὐτῆς εὐτρεπίζων τὰς λύσεις.
Ἡμεῖς μὲν οὖν σοι τῶν Γραφῶν τὰς ἐκθέσεις
Οὐ πρὸς τὸ πλῆθος ἐκτραπέντες, ἀλλ' ὅσον
Ἔδει σε πεῖσαι, συντόμως ἐγράψαμεν.
Εἰς γὰρ καλὴν γῆν κἂν μικρὸς βληθῇ σπόρος,

NOTÆ.

651. *Βασίλειον βάσιν*, ut patet, ludit in voce Basilius : initium enim hujus nominis βάσιν sonat. Hinc sanctus Ephræmus in encomio magn. Basilii, t. II, pag. 289, ita sanctum virum laudat : Βασίλειος ἀληθῶς, ἡ βάσις τῶν ἀρετῶν, ἡ βίβλος τῶν ἐπαίνων, ὁ βίος τῶν θαυμάτων, ὁ βαδίζων ἐν σαρκὶ, καὶ βαίνων πνεύματι. « Basilius vere basis virtutum, liber laudum, vita miraculorum, qui procedit in carne, et progreditur in spiritu. »

652. *Ἐκβιβασταὶ*, *exsecutores* sententiæ sanctos fratres Gregorium, et Basilium vocat, quia utrique contra gentiles, et contra Arium, Eunomium, et Apollinarem detrahentes Christo, ejusque divinitatem abnegantes validissime pugnaverant, unaque cum illis hæreticis Monophysitas damnaverant, qui unam tantummodo naturam, eamque humanam in Christo cognoscentes videbantur divinam non admittere. Cæterum sancti Basilii testimonia referuntur a Leontio, pag. 551 ; a sancto Leone, pag. 1597 ; et a sancto Joanne Damasceno, *Contra Jacob.* pag. 421.

655. *Σχήματα*, vel τοῦ νοῦ, vel τῶν λέξεων, varii modi, quibus suam mentem, et Patrum verba Severus dolo malo detorquebat, ne veritatem fateri cogeretur. Vide supr. v. 220 et sqq.

657. Εἰ οὖν ἐν τοῖς ἐναντίοις ἰδιώμασιν ἡ θατέρου τούτων θεωρεῖται φύσις, τῆς σαρκὸς λέγω, καὶ τῆς θεότητος, πῶς μία αἱ δύο φύσεις εἰσί ; « Si ergo in contrariis proprietatibus, alterutrius horum natura cernitur, carnis nempe et deitatis, quomodo naturæ duæ una sunt ? Ita sanctus Gregorius in *Antirrhetico* cap. 40, p. 226, quem laudat sanctus Joan. Damascenus, pag. 424.

659. « Ut ex eo, quod duo circa unum dicuntur, circa utrumque intelligatur, quod congruit : circa divinum non pati, circa humanum pati œconomice. » Hunc locum ex sancti Gregorii orat. 4 *Contr. Eunomium* citat Leontius, pag. 551. Pisida dicens sanctum Gregorium *utrasque* et *duas* naturas astruisse, occurrit Monophysitarum criminationibus, qui vocem *utrumque* confusionem naturarum inducere affirmabant.

660. Τὰ μὲν ὁμοούσια ταυτότητα κέκτηται· τὰ δὲ ἑτεροούσια τὸ ἀνάπαλιν· κἂν γὰρ ἀῤῥήτῳ ἑνώσει τὰ ἀμφότερα ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, διὰ τὸ ἀσύγχυτον· ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, ἀλλ' ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν ἔχει τῆς υἱότητος τὸ πρόσωπον. « Quæ sunt ejusdem substantiæ, hoc habent, ut sint idem : contra autem, quæ diversæ. Etsi enim ambo unione ineffabili unum sint, non tamen natura, quia non confusæ. Christus itaque cum duæ naturæ sit, in quibus vere cognoscitur, et singularem filiationis personam habet. » Hæc citantur a Damasceno, p. 424, ex sancti Gregorii epistola *Ad Philippum monachum*.

665. Cum Core, Dathan, et Abiron una cum ducentis quinquaginta viris contra Moysem, et Aaron conspirassent, *dirupta est*, Num. XVI, 21, « terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum devoravit illos . . . . sed et ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros. » Pisida videtur cum iis consentire, qui ignem a Deo contra blasphemos, et rebelles immissum putarunt fuisse fulmen.

673. Sæpe Heraclium vel ob formæ speciem, vel ob animi pietatem, vel tandem ob oris eloquentiam solem appellat.

676. Scriptum indicat Heraclii, in quo Monophysitarum difficultates, ut videtur, solvebantur.

680. Marc. IV, 5 et seqq.

Digitized by Google

Ηὔξησεν εὐθὺς μυριόβλαστος στάχυς.
Εἰς δ' αὖ γε τὴν στείραν τε, καὶ πεφυρμένην,
Καὶ πλῆθος εἴπερ ἐντεθῇ, διεφθάρη.
Ἢ τοῖς νοητοῖς ὀρνέοις ἡρπαγμένον,
Ἢ ταῖς ἀκάνθαις τῶν παθῶν πεπηγμένον.
Εἰ δ' αὖ γε τοῖς σοῖς ἀντιπίπτων Πατράσιν,
Ἄλλας προβάλλειν ἀξιοῖς παρεμφάσεις,
Ὡς πατραλοίας τῶν Γραφῶν ἐξετράπης·
Ἡμεῖς γὰρ αὐτὰς εὐσεβεῖς γνωρίζομεν
Τῇ ταυτότητι τοῦ σκοποῦ τῶν δογμάτων.
Ἀλλ' ὦ διαυγὲς ὄμμα τῆς οἰκουμένης
Καὶ πύργε, καὶ στήριγμα, καὶ ψυχοτρόφε,
Τὸ συμπέρασμα τῶν ἐμοὶ λελεγμένων
Τοῖς σοῖς ὑποστήριζε τοῦ λόγου τόνοις.
Οὐ δογμάτων γὰρ ἔσχον ἐντριβεῖς λόγους·
Ἀεὶ δὲ ταῖς σαῖς ἐντρυφῶν στρατηγίαις,
Πτώσεις τυράννων, καὶ τροπὰς ἐναντίων,
Καὶ τοὺς πολυσχεδεῖς τε, καὶ πολυτρόπους
Τῶν σῶν ἀγώνων ἐσκιαγράφουν λόγους·
Καὶ γὰρ στρατηγῶν οὐ μεθῆκας τοὺς λόγους,
Καὶ ῥητορεύων οὐκ ἀπώσω τὸ ξίφος·
Ἀλλ' ὥσπερ ἦν λέγουσι τῶν ζώων φύσιν
Πρὸς γῆν τε, καὶ θάλασσαν εὐφόρως ἔχειν·
Οὕτως ὁ νοῦς σου τῇ καταλλήλῳ φύσει
Πρὸς πᾶσαν ὁρμὴν ἀμφιδέξιος μένει.
Καὶ μαρτυρεῖ μοι Περσικῶς ἡ Καμβόη
Σπινθῆρα τῆς σῆς προσλαβοῦσα λαμπάδος·
Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡλίου λαμπρὸν σέλας
Χειμῶνος ὁρμὴν δραστικὴν ὑποστρέφει,
Ὅσον σὺ ταύτης τὴν ὁμίχλην ἁρπάτας,
Καὶ τὸν πικρὸν χειμῶνα τῆς ἀγνωσίας,

A Erumpit statim cum multiplici germine spica :
Si vero contra in sterilem et immistam spinis,
Quamvis large fuerit immissum, perit,
Aut ab intellectualibus avibus direptum,
Aut a spinis passionum suffocatum ;
Aut si adhuc tuis obsistens Patribus
Alias obtrudere moliris fallacias,
Tanquam parricida a Scriptura aberrasti.
Nos enim illas vere pias esse novimus,
In quibus scopus dogmatum est ipsissimus.
At, o renidens ocelle terræ universæ,
Turrisque et fulcimentum, altorque animarum,
Rerum a me dictarum complexionem
Tui sermonis confirma auctoritate;
B Non enim habui familiares dogmaticos sermones.
Semper vero tuis delectatus expeditionibus
Casus tyrannorum, et clades hostium,
Et multum divisa, et varia
Tua studui certamina adumbrare sermonibus.
Nec enim inter bella valedixisti sermonibus,
Nec inter sermones abjecisti gladium.
Sed ut quorumdam aiunt animalium naturam
Ad terram et ad mare æque esse accommodatam,
Sic mens tua ob aptam rebus invicem naturam
Ad quemcunque conatum ambidexter manet.
Ac testis est mihi Persice vocata Camboe,
Tuæ scintillam, quæ suscepit lampadis.
Non enim adeo solis refulgentis jubar
Hiemis vim penetrabilem fugat ;
C Ut tu caligine istius discussa,
Et amara hieme ignorantiæ,

NOTÆ.

687. Codex habet παρομφάσεις. At Pisida, ni fallor, παρεμφάσεις dixit eodem sensu, quo supr. v. 655, πονηρὰ σχήματα, hoc est sermonis fallacias, et subdolas Scripturarum interpretationes. Nam ἔμφασις, vel παρέμφασις est apud rhetoras schema, vel figura, cum videlicet subest verbis tacita etiam quædam significatio, vel plusquam dixeris significatio, ut docet Quintilianus, *Inst. Orat.* 8, pag. 499. Itaque Noster Severum monet, ne frustra παρεμφάσεις Patribus obtrudat, quasi illi cum de incarnatione locuti sunt, sophistarum more figuras, et flosculos sententiarum sectari studuerint, et plusquam dixerunt, vel quod non dixerunt, intelligi voluerint : quod quidem Severo placebat.

689. Illas, scilicet *ectheses*.

694. Forsan ita locutus, eo quia sciret Heraclium scriptionem aliquam habuisse paratam contra Eutychianos.

699. Poemata, quæ præcedunt, intelligit.

700. Heraclium peræque fortem ac eloquentem ubique facit poeta, qualem esse oportere summum ducem noverat ex illo apud Homerum Phœnice, qui (verbis utar Ciceronis lib. III *De oratore*) « se a Peleo patre Achilli juveni comitem esse datum dicit ad bellum, ut illum efficeret oratorem verborum, auctoremque rerum : »

Τοὔνεκά μ' ἐκ προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα,
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.
(*Iliad.* IX, 443.)

706. *Καμβόη*, *Camboe*, a nullo rerum geographicarum scriptore memorata civitas. Hærebam, an Edessa Mesopotamiæ urbs multis nominibus celebris indicaretur, quæ cum Syriace *Arach*, *Edessa* et *Orrhoam*, Arabice vero *Ruha*, et *Orpha* vocaretur, ut Assemanius animadvertit, *Bibl. Orient.* tom. II, pag 471, Persica etiam lingua Camboe fuisset appellata. Atque ut hoc crederem, auctor mihi videbatur esse Theophanes, cui de more consentit Cedrenus in iis quæ de Edessena civitate scripta reliquit. Cum enim antea, pag. 263, dixisset Chosroam adegisse Christianos ad Nestorii superstitionem amplexandam, postea, pag. 273, de Heraclio Persarum domitore ita scribit : Καταλαβὼν δὲ τὴν Ἔδεσσαν ἀπέδωκεν τὴν Ἐκκλησίαν τοῖς ὀρθοδόξοις ὑπὸ Νεστοριανῶν κατεχομένην ἀπὸ Χοσρόου. « Edessa autem recepta ecclesiam sub Chosroæ temporibus a Nestorianis occupatam orthodoxis restituit. » Huc autem respexisse Pisidam omnino putabam, eo quia Theophanes, qui cæteroquin nullam ab Heraclio rem præclare gestam videtur omisisse, nihil aliud simile referat, ad quod, ea quæ Pisida innuit, commode pertrahantur. Quamvis enim Pisida ita loquitur, ut de urbe ad Christianam fidem ab Heraclio potius adducta, quam revocata agere quis credere possit ; cum dicat imperatoris ope φῶς θεωρεῖν ἐν ζόφῳ, « ad lucem in tenebris aspiciendam esse excitatam ; » nihilominus ea subdit, quæ Edessæ plane conveniunt, non a fide aversam, sed πίστεως ἐψυγμένην, « a fide frigefactam, » ipsam appellans. Verum an hæc sufficiant ad declarandum de Edessa hic agi, aliorum esto judicium ; mihi enim non licet id ex Pisida definire, qui Persico maluit, quam Græco nomine eam appellare.

Digitized by Google

Ei commonstrasti, ut lucem videret in tenebris.
Nunc quidem igitur scintillas vitales habet,
Calefacientes ipsam a fide frigefactam :
Tuo vero calore inflammata magis
Omnino desiderabit etiam rorem suscipere.
Ita Christus ubique una tecum currit,
Et ubicunque te ostendit triumphatorem.
Ego autem voluissem bene ornatas scribere,
Necnon plenas pietate ad ipsam tuas conciones :
Sed non licet scriptionem perpolire,
Ubicunque tuum tonabit os, fortissime,
Circum immittens rationum fulgura.
Nobis enim timendum ne, si vellemus scribere
Et multum a tuis abluderemus sermonibus,
Falsi videremur librorum scriptores.

Ἔδειξας αὐτῇ φῶς θεωρεῖν ἐν ζόφῳ.
Τέως μὲν οὖν σπινθῆρας ἐμψύχους ἔχει
Θάλποντας αὐτὴν πίστεως ἐψυγμένην·
Τῇ σῇ δὲ θέρμῃ ζωπυρουμένη πλέον
Πάντως ποθήσει προσλαβεῖν καὶ τὴν ὄρσον.
Οὕτως ὁ Χριστὸς πανταχοῦ σοι συντρέχει,
Καὶ πανταχοῦ σε δεικνύει νικηφόρον.
Ἐβουλόμην δὲ λεπτοσυνθέτους γράφειν,
Καὶ τοὺς πρὸς αὐτὴν εὐσεβεῖς σου συλλόγους·
Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συγγραφὴν ἐπιξέειν,
Ὅπου τὸ σὸν, κράτιστε, βροντήσει στόμα·
Τὰς τῶν λογισμῶν ἀστραπὰς ἐπεισάγον·
Δέος γὰρ ἡμῖν, μὴ δοκοῦντες συγγράφειν,
Καὶ πολλὰ τοῖς σοῖς ἠτονηκότες λόγοις,
Νόθοι φανῶμεν συγγραφεῖς τῶν βιβλίων.
ΤΕΛΟΣ.

NOTÆ.

712. Alocutionem ab Heraclio coram Camboæ civibus habitam, ut ad rectam fidem reverterentur, videtur indicare : quod clarius, et expressis verbis mox declarat, v. 725.

716. *Δρόσος* per allegoriam, ut mea est sententia, est Spiritus sancti gratia, qua Edessenos in recta fide ejurato Nestorianismo confirmari oportebat. Alludit autem, opinor, Pisida ad ritum, quo utebantur Græci orientales in iis recipiendis, qui ad orthodoxam fidem, quam abnegaverant, revertebantur. Necesse enim erat ut illi lavarentur et inungerentur. Exstat ea de re Canon Methodii patriarchæ CP. in Euchologio, qui ita se habet : Λουέσθω, καὶ χριέσθω μύρῳ ὁ ἐπιστρεφόμενος, καθάπερ οἱ βαπτιζόμενοι. « Lavetur, et ungatur sacro chrismatis unguento reconciliandus baptizatorum more. » Quem ritum pœnitentialem pluribus contra Arcadium defendit, et antiquum et laudabilem fuisse demonstrat Jacobus Goar in Euchologii notis, pag. 887, quem vide. Certe si Pisida per ὄρσον cæremonialem illam unctionem intellexit, per quam Edesseni a Nestorianismo resipiscentes Dei Spiritum in se revocare, et deperditum gratiæ effectum in animis suis revocare possent, jamdiu ante Methodium hujusmodi ritum invaluisse concedendum est.

726. *Νόθοι συγγραφεῖς*, scriptores nothias, et falsitatis crimine notandi : quod maximum est vitium.

MONITUM.

Encomium sancti Anastasii Persæ καταλογάδην *soluta oratione* scripsisse Pisidam jamdiu testatus erat Suidas : atque hoc ipsum esse, quod nunc ex bibliotheca Mediceo-Laurentiana proferimus in lucem, et scriptionis genus, et temporis notæ demonstrant. Nam stylus quidem, quantum quis potest cujuslibet auctoris scripta conferens dijudicare, mire conveniens est, et Pisidam omnino sapit. Eadem hic dicendi festivitas, atque eadem, fortasse nimio studio quæsita, verborum concinnitas, quæ in iambis elucet. Sed et sententiæ sententiis respondent : nam, ut erat Pisida Heraclii imp. maximus admirator, ubique ei semper in eo laudando exæstuat ; proinde ut hic in principio, ita etiam in Acroas. III, 415, *De expedit.*, et in *Abaricis* 495, et in *Heracliad.* Acr. I, 84, Mosen eum appellat, et mox θείαν καὶ τῆς οἰκουμένης ἱερὰν κορυφήν, divinum, ac terræ totius apicem nominat, plura circa eumdem imperatorem, ejusque, et Christiani nominis hostem Chosroam attingens, quæ consonant cum iis quæ in uno vel altero poemate sparsa leguntur. Verum quid hæc juvat admonere, cum statim, atque ipso initio dicendi se prodat auctor? Nam quis audiens hoc ipsum Encomium Heraclio jubente fuisse scriptum, eoque præsente recitatum, de alio malit quam de Pisida cogitare, cui solum videtur ea dignitas et gratia reservata? Sed et tempus mire congruit; nam post devictum cæsumque Chosroam, videlicet post elapsum annum 628, coram imperatore habita est hæc oratio, ut patet ex iis quæ ibi narrantur in fine. Tunc autem maxime florebat Pisida; qui ut reduci et victori gratularetur principi, *Heracliadem* statim edidit, ac mox, ut ejus in Deum pietatem exornaret, *Cosmopœiam*, et *Contra Severum* scripsit. Nec alter plane ejus temporis auctor nobis innotuit, quem hanc sancti Anastasii laudationem elucubrasse dicamus. Sed quæ sit hujus orationis auctoritas, nunc videamus. Ex ea mirifice confirmantur, et plane genuina declarantur Acta sancti Anastasii, quæ ad diem 22 Januarii in Bollando e Græco Latine expressa leguntur. Profecto, ut plurima argumenta, quibus Bollandus ipse id evincit, omittamus, tanta est inter Acta et Orationem

Digitized by Google

ipsam rerum similitudo et affinitas, ut vel utraque hæc scripta esse falsa, vel prorsus sincera fateri necesse sit. Nam quæ historico modo, et simpliciori stylo referuntur in Actis, eadem omnia non immutata, non aucta, non imminuta, non inversa, sed oratorio quodam stylo tantum exornata, et verbis elegantioribus expressa leguntur in Encomio. Concordant plenissime principium, et finis, et tota rerum a sancto martyre gestarum narratio; ut ex eodem fonte utraque manasse quilibet facile sentiat et fateatur. Itane, ut Encomii, sic etiam Actorum scriptorem velimus esse Pisidam? Minime vero: nam, ut nostra sententia est, Pisida ex Actis ipsis Constantinopolim statim missis ac pervulgatis suam laudationem contexuit; Acta autem non alius plane scripsit, quam idem ille monachus, qui usque ad consummationem martyrii Sancti sanctum Anastasium in Persidem comitatus est. Cujus rei testem do Pisidam ipsum ita dicentem: Τῆς οὖν τῶν ἀδελφῶν συνωρίδος, ὁ μὲν τῆς πρὸς τὴν μονὴν ἐπανόδου λαμβάνεται, ἕτερος δὲ συναναβαίνει τῷ μάρτυρι· τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος αὐτῷ προετέτακτο, πῇ μὲν τῇ συναφείᾳ κατευφραίνειν τὸν ἅγιον, πῇ δὲ τῇ χρείᾳ καθυπουργῆσαι τοῦ μάρτυρος· ἀληθέστερον δὲ λέγειν ἐστὶ καὶ σαφέστερον ἀνιστορῆσαι τὴν ἄθλησιν προσταττόμενος· ὅπως πῇ διαστάσει τῶν τόπων τοῦ πέρατος, μὴ κλαπῶσι τὴν εἴδησιν· « Tum vero alter ex duobus fratribus ad monasterium revertitur, alter vero cum martyre proficiscitur; ita enim abbas huic præceperat, tum ut sua præsentia consolaretur sanctum, cum ut in necessitatibus adjuvaret martyrem; vel quod verius, et melius dicam, ut ex mandato totum certamen describeret, ne locorum distantia tantarum rerum cognitio lateret. » Quæ quidem etiam in Actis apud Bollandum, cap. 5, parum diverse narrantur. Quod autem spectat ad alia sancti Anastasii Acta, quæ Simeonis Metaphrastæ nomine scripta circumferuntur, a Gentiano Herveto Latine reddita, et ab Aloysio Lippomano, Laurentio Surio, Baronio, aliisque pluribus vel edita, vel laudata, plane assentior Bollando qui ea ex superioribus efficta atque efformata recte omnino judicat. Nam res ipsæ plane occurrunt, quæ in Actis Bollandianis et in hoc Pisidæ Encomio laudantur, nisi quod sunt ad ingenium scribentis accommodatæ. Unum adhuc superest, quod moneamus. Acta Bollandiana duplici tractatu continentur, quorum alter agit *de vita*, alter *de reliquiarum translatione, et miraculis sancti Anastasii*: utriusque autem perhonorificam mentionem fecerunt 350 Patres in concilio Nicæno II, ad proscribendam Iconoclastarum hæresim anno Christi 787 congregati. At Pisida primum quidem tractatum præ oculis habuisse non est dubitandum, nam idem plane est, ut diximus, in utrisque scriptis principium et finis. Sed et legenti contra patet, secundum tractatum non vidisse Pisidam, dum hæc scriberet. Ergone secundi tractatus per nos corruit fides et auctoritas? Tantum profecto abest ut id affirmare velimus, ut ad hanc ipsam potius difficultatem diluendam id adnotaverimus. Nam nec videre, nec legere id potuit Pisida, quod nondum erat scriptum. Quippe ille monachus, quem Actorum diximus esse auctorem, post excidium Chosroæ cum victore exercitu Hierosolymam statim reversus est, ut hic narratur in fine, καὶ τούτοις διὰ τῆς Ἀρμενίων συναναέρχεται γῆς, καὶ πρὸς οἰκεῖον ἐπανάγεται μοναστήριον. Ibi autem primum tantum Actorum partem, sancti Anastasii certamen continentem, evulgavit, ad cujus fidem suam orationem composuit, ac recitavit Pisida circa annum Christi 634, cum jam e vivis decessisset Modestus Hierosolymorum patriarcha: decessisse enim eum, cum hæc habita est oratio, Pisida ipse demonstrat dicens: Φύλακι τὸ τηνικαῦτα ἀποστολικοῦ θρόνου, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτοὺς διευθύναντι τῆς ἱεραρχίας τοὺς οἴακας· « Qui tunc apostolici throni erat custos, et paulo post ipsa hierarchiæ rexit gubernacula; » si enim adhuc vixisset Modestus, non μετ' οὐ πολὺ δὲ διευθύναντι, sed νῦν δὲ διευθύνοντι, « nunc autem ipsa hierarchiæ regit gubernacula, » Pisida dixisset. At vero cum idem ille monachus in Persidem iterum profectus esset, ut sancti martyris corpus secum asportaret, quæ in eo itinere obtigere miracula scripto mandavit diligenter, atque ex iis secundum Actorum partem contexuit; quod aperte ipsa Acta testantur, quorum secunda pars ita exorditur: « Post athletica gloriosi martyris certamina, cum, qui ei adfuerat frater, ex Persarum provincia reversus in sanctam civitatem esset, ac deinde iterum in Persidem profectus, et sanctas illas ac venerabiles ejus reliquias ad suum monasterium deportaret, etc. » Sed utrum hanc secundam partem de translatione reliquiarum agentem viderit Pisida, necne, incertum est; ac si unquam vidit, postquam hoc Encomium recitatum fuit, id factum est. Quare falsus est Alex. Politus, in *Martyrologio Rom. illustr.* pag. 367, qui existimavit Pisidam hoc ipsum Encomium recitasse, cum sancti Anastasii corpus CPolim advectum est. Ait enim: « Cæterum quo tempore sancti martyris corpus Constantinopolim allatum est, ibique honorifice exceptum, ego existimo Georgium Pisidam, Magnæ Ecclesiæ diaconum, et chartophylacem, ut et ipse sancti Anastasii gloriæ serviret, laudationem ejus elucubrasse. » At si hæc ei fuit scribendi occasio, quomodo ea de re nihil attigit in Encomio? Itaque cum Pisida de reliquiarum translatione et miraculis sancti Anastasii nihil dixerit, nec plane quidquam potuerit dicere, quæ hac in re a Martyrologiis, et sanctorum biographis disputantur, integra relinquemus; neque enim aliquid certi habemus, quod ad dirimendas controversias commode proferre possimus.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ
ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ
ΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΠΕΡΣΙΔΙ.

EJUSDEM
VITA INSTITUTUM ET CERTAMEN
SANCTI ANASTASII
QUI IN PERSIDE MARTYRIUM PASSUS EST.

Lex quædam iis (1) qui pietatem colunt, cœlitus data est, ne ullo unquam tempore memoriæ facem exstingui patiantur, ut fortium athletarum scintillis draco quotidie comburatur, et eorum qui fuerunt, ii qui futuri sunt, fulgoribus illustrentur, alter ex altero prælucere addiscentes; ut cum sibi quisque prope irradiantem viderit splendorem honestatis, et melioris propinquitate veluti adactis stimulis senserit incitari, ad imitandum fiat alacrior: quippe vir recenti manuductus exemplo ad rem capessendam magis fervidus exsistit.

Proinde (2) Moses Ille noster, qui recentem Pharaonem in mare submersit, et manibus extensis in fugam vertit alienigenas (3), alter post legislatorem legislator, et Ecclesiarum magister, cum

A Νόμος τις δεδώρηται τοῖς εὐσεβοῦσιν οὐράνιος, ἄσβεστον αὐτοῖς διατηρεῖσθαι τὸ τῆς μνήμης ἐμπύρευμα, ἵνα τοῖς ἀθλητικοῖς σπινθῆρσιν ὁ δράκων ὁσημέραι καταφλέγοιτο, καὶ τῇ λαμπάδι φωταγωγοῖντο τῶν φθασάντων οἱ μέλλοντες, ἄλλος ἐξ ἄλλου πυρσεύειν μανθάνοντες, γειτνιῶσαν ἀεὶ ἕκαστος ἔχων τοῦ καλοῦ τὴν ἀνάλαμψιν, καὶ τοῦ κρείττονος ἐρεθιζόμενος τῇ ἐγγύτητι λιχνότερος γίνοιτο πρὸς τὴν μίμησιν· θερμότερος γὰρ εἰς ἐγχείρησιν ἀνὴρ νεαρῷ χειραγωγούμενος παραδείγματι.

Ὁ τοίνυν Μωσῆς ὁ ἡμέτερος ὁ θαλάσσῃ καλύψας Φαραὼ τὸν νεώτερον, καὶ τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν τοὺς ἀλλοφύλους τρεψάμενος, ὁ μετὰ τὸν νομοθέτην νομοθέτης, τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ διδάσκαλος, ἐπεὶ τον-

NOTÆ.

(1) Quam legem intelligat Pisida non video; nisi forte respexit ad antiquam, et a primis nostræ religionis incunabulis in Ecclesia receptam consuetudinem, qua factum est, ut tanta sollicitudine, cura, et studio describerentur, colligerenturque acta martyrum, ut Romæ septem notariis id muneris esset demandatum; de qua re videsis Ruinartium *Acta sincer. martyrum*, in præf., et Bollandum pariter, in præf., § 2. Hanc autem consuetudinem merito legem divinam appellare potuit Pisida, qui noverat non modo primorum pontificum auctoritate eam esse munitam, sed ipso sancto Spiritu afflante susceptam: nam eo movente ac dictante apostolorum Acta scripsit sanctus Lucas, a quo primum laudabile hoc institutum manasse recte quis dixerit. Proinde Noster hanc legem non traditam scripto, sed νοερῶς ἐγκεκολαμμένον τῇ ψυχῇ, *intellectualiter insculptam cordi* mox appellat. Sed et huc facit Matthæi, v, 16: « Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. »

(2) Moysi Heraclium sæpe comparat. At recens

B Pharao Pisidæ est Abarum dux Chaganus, prout in *Abaricis*, v. 495:

Ἔδει γὰρ οἶμαι τὸν Φαραὼ τὸν δεύτερον
Βλέπουσαν αὐτὴν, καὶ νέον σε Μωσέα,
Τὰς τῆς Ἐρυθρᾶς εἰκορίζειν ἐμφάσεις.

Alienigenæ autem, quos in fugam vertit, sunt Persæ, de quibus in acroas. III, 415. *De exped.*, agens sic pro Heraclio Deum deprecatur:

Καὶ δεῖξον αὐτὸν πᾶσι Μωσέα νέον,
Ἐν τῇ κατ' ἐχθρῶν εὐσεβεῖ παρατάξει
Τὸν σταυρὸν ἐκτείνοντα τῶν χειρῶν πλέον.

(3) Ὁ μετὰ τὸν νομοθ. Hæc verba recentiori atramento sunt superinducta in ms. Legislatorem plane vocat Heraclium, ut eum cum Mose comparandum omnino esse demonstret. Sed quas leges imp. Heraclius ediderit, ut ea etiam de causa novus Moses dici posset, mihi plane non constat. Ecclesiarum autem magistrum idcirco appellat, quod post devictos Persas Constantinopolim reversus ecclesiasticis controversiis componendis totus incubuit; quod in poem. *contra Severum* fusius explanatum est.

Digitized by Google

τονὶ τὸν ἄνωθεν νόμον νοερῶς ἐγκεκολαμμένον τῇ A ψυχῇ παρεδέξατο, τοῖς λόγοις ἐγκελεύεται κιβωτὸν ὥσπερ τινὰ τῷ μάρτυρι διαπήξασθαι, καὶ τὸ μάννα λαμπρῶς ἐναποθέσθαι τῶν πράξεων. Ἀλλὰ σὲ μέν, ὦ θεῖα καὶ τῆς οἰκουμένης ἱερὰ κορυφή, γινώσκω στόμα Θεοῦ ἐμαυτὸν δὲ Βεσελεὴλ οὐκ ἐπίσταμαι. Ἐπεὶ οὖν φόβῳ τὸ προσταχθὲν ἐκδεχόμεθα, γένοιτό μοι τὸ πρόσταγμα θείας ἐπιπνοίας μετάδοσις. Θεοῦ γὰρ τὰ σά· φόβος δὲ ἦν σοφίας ἀρχή.

hanc ipsam spiritualiter insculptam corde legem cœlestem excepisset, arcam veluti quamdam martyri ex sermonibus effingi, ejusque actorum manna in ea splendide recondi jussit. Sed te quidem, o divinum, et terræ totius sacrum caput, vere esse os Dei cognosco, me autem esse (4) Beseleel, nescio. At vero quoniam cum timore excepimus mandatum, utinam fiat mihi mandatum ipsum divinæ inspirationis communicatio. Ex Deo enim, quæ tua sunt. Timor autem est initium sapientiæ (5).

Δεῦτε τοίνυν, νέος Ἰσραὴλ, καὶ ὑμεῖς· ὁ μὲν τὴν ἀκοὴν δίκην βάσεως ἀργυρᾶς ὑποτιθέσθω τῷ λέγοντι· ὁ δὲ τὸν νοῦν ἀκλινῶς ἐπιστησάτω ταῖς βάσεσι χρυσῶν κιόνων λαμπρότερον· ἕτερος ὡς βυσσίνην αὐλαίαν ἐφαπλούτω· τὸ εὔπιστον καρποφορείτω τις B πρὸς ἱλαστηρίου διασκευὴν τὴν εὐμένειαν· ἄλλος οἷον ἀρώματα προσαγέτω τὴν εὐφημίαν τῷ μάρτυρι· πάντες δὲ πάντα· πᾶσι γὰρ πάντα κοινά τε, καὶ ἴδια τὰ τοῦ δικαίου χαρίσματα. Οἶδα τοίνυν ὡς πλουσίαν ὑμεῖς εἰσοίσετε τὴν ἐπίδοσιν· ἐγὼ δὲ ταῖς τοῦ μάρτυρος πράξεσιν οἷά πως δαψιλεστέρῳ περιτυχὼν θησαυρῷ, τοῦ εὑρήματος ἐμαυτὸν ἀποδέχομαι, οὐ μὴν ἐπιφορτίζεσθαι τὸ πᾶν δυνατὸς, ἢ ἀριθμεῖν τὰ ὁρώμενα, ἀλλ' εὐδαίμων ἂν κριθείην, εἰ καὶ μέρος ἐγκολπισάμενος ἀπαλλάξομαι. Ὅταν γὰρ ἀγωνιστῇ πράξεων εὐφημίας λόγος ἀνταγωνίζεται, καὶ συμμετρεῖσθαι φιλοτιμεῖται τῷ πράγματι, ἔοικε τοῖς ὁρμιᾷ φιλονεικοῦσιν ἀναμετρεῖν τὸ κυτὸν, καὶ πρὸς παρέκτασιν ἑτέραν ἐφ' ἑτέραν δυσμένουσιν· ὁμοίως γὰρ ὁ τε μείζων τῷ ἐλάττονι κάλος, ὅ τε μακρὸς τῷ C βραχεῖ λόγος ἐλέγχεται. Ποῖος γὰρ, ἢ τίνι μαρτύρων γένοιτο ἂν ἀξιόχρεως λόγος, ὧν κατὰ γεγραμμένον οὐδὲ ὁ κόσμος ἦν ἄξιος; ἐκνικῶσι γὰρ οὗτοι πάσης εὐγλωττίας καλλίφωνον σάλπιγγα τῷ σαρκωθέντι θείῳ Λόγῳ μεγαλοφώνως προσμαρτυρήσαντες, καὶ τοῖς οἰκείοις αἵμασιν, ὥσπερ βασιλικῇ βαφῇ, τὴν ὁμολογίαν χειρογραφήσαντες· ὧν εἷς καὶ ὁ ἡμέτερος κοσμικὸς ἀθλητὴς γέγονεν Ἀναστάσιος, οὗ τῷ βίῳ κάτοπτρον ὡς οἷόν τε τὸν λόγον χαλκεύσομεν, ἡγεμόνα τοῦ λόγου τὸν θεῖον προστησάμενοι λόγον· τοῦτο γὰρ ὑπὲρ ἅπαντα, καὶ πρόγε πάντων ἡμῖν τε αὐτοῖς, καὶ τῷ καλλινίκῳ μάρτυρι χαριούμεθα.

Adeste igitur, novus Israel, ac vestrum quidem alter (6) argenteæ basis instar supponat auditum dicenti, alter vero mentem aureis columnis longe splendidiorem adjungat immotam basibus; hic veluti byssinum expandat velum, hic ad propitiatorii apparatum fidem animumque docilem afferat, ille autem tanquam aromata laudes offerat martyri: omnes (7) autem omnia in unum congerite; omnibus enim omnia communia, et propria sunt justi charismata. At vero equidem novi unumquemque vestrum largum esse munus collaturos. Ego autem martyris gesta, quasi divitem quemdam nactus thesaurum, gaudens invento hoc ipsum in me recipiam, non quod plane totum pondus sustinere, aut omnia, quæ oculis objiciuntur, enumerare valeam; satis enim bene mihi cessisse judicabitur, et meo videar functus officio, si partem modo tantarum rerum mihi complecti contingat. Quando enim cum rebus ab agonista præclare gestis oratio laudantis contendit, et res ipsas conatur verbis commetiri, id plane fit, quod illis contingit, qui maris profunditatem student funiculo metiri, atque in eo iterum iterumque extendendo moleste perdurant: ut enim aliquando majorem profunditatem minor funis, ita etiam plura dici posse sermo brevis indicat. Ecquæ enim, et cui, nam martyrum sit unquam plene digna oratio, quibus, ut scriptum est (8), ne mundus quidem dignus fuit? Vincunt enim isti cujuscunque facundiæ suavem tubam, qui pro divino Verbo incarnato tam disertum testimonium dixerunt, et proprio sanguine tanquam regio colore, suam confessionem subscripserunt. Quorum unus etiam noster egregius athleta fuit Anastasius, cujus vitæ quoddam speculum, quantum in nobis erit, conabimur dicendo effingere, nostrorum verborum ducem statuentes Verbum divinum (9). Ita enim maxime, et præ cæteris omnibus tam nobis ipsis, quam egregio martyri rem gratam nos esse facturos confidimus.

Τοῦτον ἤγαγε τῆς Περσίδος τμῆμα τὴν ἐπωνυμίαν Persidis regio hunc virum produxit (10) Razech

NOTÆ.

(4) Allegorice hæc dicta sunt, quasi Heraclius Pisidam ad contexendum sancto Anastasio præconium hortatus Mosen ipsum retulerit, qui Beseleel architectum ad ædificandum Tabernaculum fœderis, Deo jubente, delegit: Exod. xxxi, 2: « Ecce vocavi ex nomine Beseleel architectum ad ædificandum quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et ære, » etc.

(5) Psal. cx, 10: Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου.

(6) Hæc ad prænotatam allegoriam de constructione Tabernaculi facile referri possunt.

(7) Πάντες δέ . . . Aliquid deesse videtur.

(8) Hebr. xi, 38.

(9) Consonat hoc exordium cum iis, quæ in veteribus Latinis Actis apud Bollandum sic leguntur: « Horum unum exstitit et noster coronator Anastasius, cujus vitam ab initio usque ad finem scribere jussus sum, ipsum præponens testem, quem ipse confessus est Deum, et Dominum Jesum Christum. »

(10) In Actis Bolland., et alibi *Razeth*, *Rasech*, *Razett*, et pro *Rasuni*, *Rasnuni*, et pro *Bau*. *Bai* et *Hau*.

Digitized by Google

appellata; sed patria ei fuit ejus regionis pagus, Rasum dictus : ipse autem Magundat vocabatur. Patrem habuit quemdam magum, cui nomen Bau. Is cum artem magicam profiteretur, infantem puerum magiæ lactavit mamma, ut cum impietatis esca esset innutritus, pietatem non addisceret; sed tanquam cæcus a nativitate solem ignoraret, et ut vespertilio in tenebris erroris versaretur. Novit enim infantium consuetudo id, quod pejus est, rebus melioribus anteferre. Itaque magicæ mammæ ei præbet succum, spiritali quadam cicuta bonum in eo appetitum exstinguens, mentemque sepelit in corpore frigore peccati condensatam. O patris sine charitate charitas, et inimica dilectio! Docet malignus scorpio filium, quomodo tortuose incedat, monetque, ne a paternis motibus quasi spurius deflectat. Ille enim ipsa mentis perversitate superbit, et gaudet, infirmitatem esse salutem existimans. Itaque sui morbi hæredem instituit filium, tutoribus antea ei datis dæmonibus. Nec enim me pudet triumphum ostentare martyris : *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit et gratia* (11). Quippe paternam non excepit contaminationem filius, sed impietatis hæreditate dimissa descivit a patre, tutoribusque in jus vocatis, non quod ab eis quæreret paterna, sed quod ea ipsa servassent expostulans, albo lapillo signavit sententiam contra id quod dæmones amant, qui sectantur obscura. Detegit igitur paternum dedecus filius, ac fit quidam pius parricida, qui sub impia potestate erat constitutus. O rosa e spinis germinans, et amaræ radicis fructus dulcissime! Magus pater, et martyr filius: delirat senectus, sapit juventus. Utrique enim suæ ætatis terminos excedunt, non congruenter res suis temporibus explentes.

Interea cum Chosroa, ille corruptionis agricola, et sator, bellico ferro teneram spicam apparasset, in arvo militari Magundat constituit. Ita in regia Persarum urbe radices tunc egit, ab area exercitus custoditus. Exscindebat enim, et igne vastabat etiam propriam terram barbarus, ut una simul finitimam incenderet, gaudebatque suum esse vicini conjunctum detrimento. Adeo enim erat crudivorus tyrannus, ut ne a suis quidem carnibus, polypodis instar, abstineret. Cum autem peccatorum nostrorum flamma materialem ignem subincendens urbibus admovisset, novus Nabuchodonosor (12) Jerusalem occupat, et novi Testamenti arcam asportat,

Ῥαζὴχ, καὶ πατρὶς αὐτῷ κώμη, Ῥασουνὶ τὴν ἐπίκλησιν· αὐτὸς δὲ Μαγουνδὰτ τῷ γνωρίσματι· τεκνοῦται δὲ μάγῳ τινὶ, καὶ τούτῳ Βαῦ ἡ τοῦ ὀνόματος πρόφασις. Τέχνη τῷ πατρὶ παίδευσις μαγική. Γαλουχεῖ τὸ βρέφος τῷ τῆς μαγείας μαζῷ, ἵνα τροφὴν ἔχων ἀσέβειαν μὴ διδαχθῇ τὴν εὐσέβειαν· ἀλλ' ὡς ἐκ γενετῆς τυφλὸν ἀγνοήσῃ τὸν ἥλιον, καὶ τῷ σκότῳ τῆς πλάνης ὡς νυκτερὶς ἐπιτρέποιτο. Οἶδεν γὰρ νηπιόδης συνήθεια καὶ τὸ χεῖρον ὁρᾷν τοῦ κρείττονος τιμιώτερον. Δίδωσι τοίνυν τῆς μαγικῆς αὐτῷ θηλῆς τὸν ὀπὸν, κωνείῳ τινὶ ψυχικῷ τὴν ἀγαθὸν ἀπονεκρούμενος ὄρεξιν, καὶ τὸν νοῦν ἐνθάπτει τῷ σώματι τῷ κρυμῷ τῆς ἁμαρτίας πηγνύμενον. Ὦ φιλοστοργίας ἀστόργου, καὶ ἐχθρᾶς ἀγαπήσεως. Ἐκπαιδεύει τῶν κακῶν ὁ σκορπίος στρεβλῶς βαδίζειν τὸν ἔκγονον, καὶ παραινεῖ μὴ νοθεύειν τὰ πατρῷα κτήματα. Σεμνύνεται γὰρ τῇ στρεβλώσει τῆς διανοίας, καὶ τέρπεται, ὑγίειαν κρίνων τὸ νόσημα. Κληρονόμον τοίνυν τοῦ πάθους τὸν παῖδα καθίστησιν, ἐπιτρόπους αὐτῷ προκαταστήσας τοὺς δαίμονας. Θριαμβεύειν γὰρ οὐκ αἰσχύνομαι τὰ τοῦ μάρτυρος· *Ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις.* Τὸ γὰρ πατρῷον ὁ παῖς οὐ παρεδέξατο μίασμα, ἀλλὰ τοῦ κλήρου τῆς δυσσεβείας ἀποστάσιον ἐποιήσατο, καὶ ταῖς ἐπιτρόποις δικάζεται, οὐ τὰ πατρῷα ζητῶν, ἀλλὰ συντηρήσει μεμφόμενος· καὶ τὴν λευκὴν ψῆφον ἐπάγεται, τὴν ζοφώδη γὰρ ἀγαπῶσιν οἱ δαίμονες. Ἀνακαλύπτει γοῦν τὴν πατρῴαν αἰσχημοσύνην ὁ παῖς, καὶ γίνεταί τις εὐσεβὴς πατραλοίας, ὁ δυσσεβὴς ὑπεξούσιος. Ὦ ῥόδον ἐξ ἀκάνθης φυόμενον, καὶ ῥίζης πικρᾶς γλυκύτατον στέλεχος. Μάγος πατὴρ καὶ μάρτυς ὁ παῖς, πολιὰ παράφρων, καὶ νεότης ἔμφρων εὑρίσκεται· καὶ τὴν τῆς ἡλικίας διάθεσιν καινοτομοῦσιν ἀμφότεροι, ἀντιμεθιστῶντες τοῖς χρόνοις τὰ πράγματα.

Ἐπεὶ γὰρ Χοσρόης, ὁ τῆς φθορᾶς γεωργὸς καὶ σπορεὺς πολεμικῷ σιδήρῳ νεαρὸν ἠὐτρέπισεν ἄστιχυν, ληΐῳ Μαγουνδὰτ στρατι[ωτι]κῷ συνετάττετο· καὶ τῷ βασιλεῖ τέως Περσῶν ἐνερίζοῦτο πολίσματι, τῇ ἄλωνι τῆς παρατάξεως φυλαττόμενος. Ἔτεμνε γὰρ, καὶ τὴν γῆν ἐπυρπόλει τὴν οἰκείαν ὁ βάρβαρος, ἵνα συγκαταφλέξῃ τὴν ὅμορον, καὶ ζημιούμενος ἥδετο συνδαπανώμενος τοῦ γείτονος. Οὕτω γὰρ ἦν ὠμοφάγος τύραννος, ὡς μηδὲ τῶν ἰδίων σαρκῶν, δίκην πολύποδος, παραφείδεσθαι. Ὅτε δὲ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἡ ψλὸξ τὸ ὑλικὸν πῦρ ὑπανῆψεν ταῖς πόλεσιν, αἱρεῖ τὴν Ἱερουσαλὴμ Ναβουχοδονόσωρ ὁ νεώτερος, καὶ τῆς Καινῆς Διαθήκης τὴν κιβωτὸν ἀπο-

NOTÆ.

(11) Rom. v, 20.

(12) Anno Heraclii 5, Christi 615, Hierosolymam a Persis captam, ipsumque Dominicum sepulcrum igne vastatum, et pretiosa crucis ligna in Persidem asportata fuisse, narrant Theophanes, et Chronicon Paschale. Tantæ calamitatis historiam videsis apud Baronium an. 614. At Chosroam, qui tam sacrilegum facinus perpetravit, recte Pisida novum Nabuchodonosorem appellat : ut enim est in libro IV Reg. xxv, 9, cum hic Hierosolymam occupasset, « succendit etiam domum Domini, et domum regis, et domos Jerusalem, omnemque domum combussit igne. » Chosroæ feritatem, urbes et omnia absumentem igne, probe insectatur Noster sic Heraclium alloquens in *Heracl.*, acroas. I, 188 :

Ποίαν παρῆλθες μὴ τεθλιμμένος τρίβον,
Τῆς γῆς ἁπάσης δυσσεβῶς πεφλεγμένης;
Τὸ πῦρ γὰρ εἰκῇ προσκυνῶν ὁ Χοσρόης
Οὐκ εἰς τὸ σώζειν εἶχεν, ἀλλ' εἰς τὸ φλέγειν.

Digitized by Google

φέρεται, τροφὴν τῷ πυρὶ προσενέγκας τὸ πόλισμα· τότε τὰ ζωοποιὰ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ καὶ τίμια ξύλα τὴν τοπικὴν ἐποιοῦντο πρὸς τῇ Περσίδι μετάβασιν. Ὦ παραδόξων θαυμάτων ὑπερβολαί! ὡς ὑποχείριος ὁ Χριστὸς τῷ ᾅδῃ προσέρχεται, καὶ σκυλεύει τὸν θάνατον· ὡς αἱχμάλωτος ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς Πέρσαις ἀπήγετο, καὶ τὴν Περσικὴν ἀνδραποδίζει θρησκείαν, τὸν ἔνσαρκον ᾅδην καταβαλὼν, τὸν ἀλάστορα τύραννον. Εἰκὼν γὰρ ἦν τὸ γινόμενον τῆς πρώτης τοῦ θανάτου πορθήσεως. Οὕτω τῆς πλάνης ὁ τοῦ Κυρίου σταυρὸς διαῤῥήξας τὸ τείχισμα, καὶ τὰς ἀξίας ἑαυτοῦ ζωγρήσας ψυχὰς, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐχαρίσατο τὴν ἀπόλαυσιν· ἐκλάμψας γὰρ ταῖς ἀκτῖσι τῆς θείας δυνάμεως, τῶν μὲν ἀπίστων τοὺς τῆς καρδίας ἔπληξεν ὀφθαλμούς· δίκην ἀστραπῆς, τῇ λαμπρότητι, τῶν δὲ πιστῶν ἐφώτισε τῆς διανοίας τὰ ὄμματα. Φήμη δὲ τὴν Περσίδα τις διατρέχουσα, παρεῖναι τὸν Θεὸν τῶν Χριστιανῶν, διεκήρυττεν· καὶ τοῦτο ἀγνοεῖν ἐξῆν οὐδενὶ, τὴν παράδοξον λεγόντων ἁπάντων, καὶ ἀκουόντων διήγησιν· φιλεῖ γὰρ τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μηδὲ τὰς μικρὰς ἀκοὰς ἀποκρύπτεσθαι. Ἐνηχήθη τοίνυν τὴν τοῦ παναγίου σταυροῦ καὶ Μαγουνδὰτ παρουσίαν· καὶ τὴν ἐξ αἱμάτων Ἐρυθρὰν τῶν δαιμόνων νηχόμενος θάλατταν, δίκην κτενὸς, ἐφαπλώσας τῆς διανοίας τὰς πτύχας, γλυκεῖαν σταγόνα, τὴν φήμην δεξάμενος, εἰς πολύτιμον κατὰ μικρὸν μετέβαλεν μάργαρον. Οὐ γὰρ παρῆλθεν τὴν ἀκοὴν ἀβασάνιστον· ἀλλὰ τῆς φήμης γευσάμενος ἐμφορεῖσθαι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς προσεγλίχετο. Ὦ ὄρεξις ἀγαθὴ, καὶ πλεονεξία· ὀφθαλμοὶ ψυχικῆς καθαιρόμενοι πηγῆς τὴν κατάνυξιν ἀνακρούουσι, καὶ γίνονται Σιλωὰμ τῷ λογισμῷ, τὴν νοσήματι πηρωθεῖσαν ὑγιοῦντες διάνοιαν. Τοῖς ναοῖς τοίνυν ὁ ἄνθρωπος ἐπιφοιτῶν τοῦ Θεοῦ, τοῖς τῶν μαρτύρων ἐνεγυμνάζετο διηγήμασιν, εὐδαιμονίζων τὰ πάθη, καὶ ζηλῶν τὴν ὁμοίωσιν· εἶτά τι περινοεῖ μεῖζόν τε καὶ θειότερον, τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις μετάβασιν, καὶ τὴν ἐκεῖ διὰ τοῦ παναγίου βαπτίσματος κάθαρσιν. Ὡς δὲ πρᾶξις ἡ ἔννοια γίνεται, καὶ βεβαιοῦται τῷ πέρατι, καὶ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐφίσταται· ξενοῦται παρ' ἀνδρὶ τὴν αὐτὴν ἐργασίαν ἀπάγοντι, τὴν τέχνην ὡς εἰπεῖν ἀδελφῷ καὶ χειραγωγῷ τῆς ἀμφοῖν οἰκειότητος· ἡ τῶν ξένων γὰρ ἄγνωσία φιλεῖ τῇ γνωρίμῳ τέχνῃ παρ' ἀλλοδαποῖς εἰσοικίζεσθαι, καὶ προλαμβάνει τὴν συνήθειαν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἡ ὁμοίωσις, ἄφνω προσοικειοῦσα τοὺς πόῤῥωθεν. Τούτῳ παραγυμνοῖ τὸν θεάρεστον ἔρωτα· προπηδᾷ γὰρ τῆς γλώττης ἀεὶ τὸ ποθούμενον, καὶ τυραννεῖ τὴν διάνοιαν, εἰ καὶ τύχοι μάλιστά πως ἐπαινετοῦ τινος ἀξιώματος. Ὁ δὲ τὴν ἔνθεον ἀποθυμάσας ἐκπύρωσιν Ἠλίᾳ, τῷ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως ἱερεῖ, καλλίστην ἀποφορὰν τὸν ἄνθρωπον ἤγαγεν· ὃς πατρικοῖς σπλάγχνοις, οἷα Θεοῦ δῶρον, ἀσμένως αὐτὸν προσδεξάμενος, Μοδέστῳ τῷ ὁσιω-

urbe relicta, ut esset ignis alimentum. Ac tum quidem crucis Christi vivifica et pretiosa ligna in Persidem transmigrarunt. O res ultra id quod credere quis possit vere admirabiles! ut morti obnoxius Christus adit infernum, et exspoliat mortem: ut captiva crux Domini a Persis abducitur, et Persicam ipsa trahit in captivitatem superstitionem, carne vestitum deturbans infernum, perditissimum tyrannum. Nempe quod nuper factum est, fuit primæ devastationis mortis imago. Sicut enim Christus olim devicerat mortem, ita Domini crux erroris effracto propugnaculo, animas se dignas vivas, et incolumes eduxit, et ad veræ lucis gaudium protraxit: divinæ enim virtutis immissis radiis, non credentibus quidem cordis oculos, fulguris instar, sua claritate percussit, credentibus autem mentis oculos illuminavit. Interea fama per totam Persidem divagata, adesse Deum Christianorum deprædicabat; idque nemini ignorare fas erat, cum de re tam admiranda omnes passim loquerentur, audirent omnes. Solent enim præclara facta ne parvarum quidem aurium effugere auditum. Pervenit igitur etiam ad Magundat rumor de sanctissimæ crucis præsentia: ille autem in rubro ex sanguine innatans dæmonum mari, expansis instar conchæ mentis valvis, dulcem guttam, famam recepit, eamque paulo post in pretiosam margaritam convertit. Non enim quod primum ei suboluerat, inexploratum reliquit: sed cum ex fama quid esset allatum degustasset, ligno vitæ expleri appetivit. O laudabilis appetitus, et aviditas bona! Oculi a spiritali fonte purgati veternum excutiunt, et fiunt rationi Siloe (13), mentem excæcatam morbo sanantes. Ad templa igitur Dei cum homo cœpisset frequenter convenire, in auscultandis inspiciendisque martyrum vitis multum immorabatur, eos ipsos, quod passi essent, beatos prædicans, seque illis similem facere studens. Proinde majus quiddam et divinius molitus animo, Hierosolymam se transferre, atque ibi per sanctum baptisma mundari deliberat. Quoniam vero quod mente concipitur, actu completur, et firmatur exitu, ipse se Hierosolymis sistit. Ibi apud ejusdem opificii virum (14), quem artis similitudine spectata fratrem diceres, excipitur hospitio: ars quippe fuit utrisque familiaritatis conjungendæ causa. Solent enim peregrini, non alias invicem noti, communis alicujus artis cognitione in terra extranea conciliari: nam ejusdem instituti affinitas ad consuetudinem contrahendam animos præparat, eos ipsos qui longe dissiti sunt, in unum conjungens. Huic ille viro suum in Deum amorem detegit; nam quod expetitur, ut plurimum lingua excidere, et mentem torquere solet, præsertim cum laudabilem quamdam dignitatem assequi quis desiderat. Hic

NOTÆ.

(13) Joan. IX, 7.

(14) Num pro ἀπάγοντι legendum ἀπεργάζοντι? Argentariam fuisse artem, qua se primum Hierapoli, ac deinde Hierosolymæ exercuit B. Anastasius, referunt Acta.

Digitized by Google

autem divinum in eo admiratus ardorem, coram Elia in æde sanctæ Resurrectionis presbytero (15) pulcherrimam oblationem hominem sistit; qui eum paternis visceribus, velut Dei donum, lætus excepit, et Modesto (16) sanctissimo viro, in ecclesiastica dignitate sacerdoti, obtulit (17), qui tunc quidem apostolici throni erat custos, paulo autem post hierarchiæ ipsius rector et gubernator fuit. Sed hunc antea ejusdem generis, et falsæ religionis viro conjunxerat, veluti quoddam par electum, divino baptismatis igne offerendum in holocaustum Christo, quasi alter Elias trina aqua dissectas hostias incendens (18). Exinde enim, qui duo videbantur in diversa membra distincti, ejusdem animi voluntate unum fiunt, utrique ad cœlestem vitam pari studio contendentes, utrique etiam martyrii coronam sibi imponentes opportune : quorum alter quidem fidei certamina viriliter (19) suscepit in cruce, ac suæ pietatis tropæum collocavit in cœlo (20); noster autem illustris athleta adversarium devicit in Perside. Verum enim vero ambos veneratur, et colit oratio; sed non duorum stadiorum (21) cursum inire contendit, sufficit enim illi si unum tantummodo stadium conficere audeat.

καὶ πάντα λοιπὸν τῆς ἀθέου μὴ στερείσθω θεότητος. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν θεοποιεῖσθαι τὸν ἥλιον τὸν κυκλικαῖς περιφοραῖς ὑποκείμενον, καὶ τῷ κώνῳ τῆς γῆς βιαζόμενον καὶ κρυπτόμενον; Οὐ γὰρ δήπου[σοῦ] καλοῦντος, ἐν νυκτὶ παραστήσεται· μένει γὰρ δεσμευόμενος, ἐν οἷς περιώρισται, τὸ αὐτεξούσιον αὐτῷ τοῦ Δημιουργοῦ μὴ πιστεύσαντος, ὅπως μὴ πλάνης τάχα περισσεία τοῖς ἀθεωτέροις, ἐγγένηται· οὐδὲ μὴν ἀντιλυπεῖν ἱκανὸς τὸν μὴ σέβοντα· ἀρκεῖ γὰρ πρὸς συμμαχίαν τῷ θέλοντι δένδρου πολλάκις εὐτελοῦς ἀποσκίασμα. Τὰ δὲ τῆς σελήνης ἐῶ λέγειν· ἥγε τὸ φῶς κλέπτουσα διελέγχεται, καὶ φύσις αὐτῇ τὸ κλέπτειν ἀεὶ καὶ ἐλέγχεσθαι. Πῶς δὲ τὸν ἵππον οὐκ ἐλεεῖν ἔστι θεούμενον, ὃς γε παρ' αὐτῶν προσκυνούμενος τύπτεται, καὶ τὴν τιμὴν οὐ νοῶν τῆς μάστιγος ἐπαισθάνεται; Γελῶ δὲ καὶ τὸ πῦρ προσκυνούμενον· ὃ γὰρ θεὸν ὀνομάζουσι, κατεθαλοῦσιν, ὅτε καὶ βούλονται, καὶ τοῦ παρ' αὐτοῖς τιμωμένου θεοῦ δεσπόται τῆς σωτηρίας εὑρίσκονται. Μὴ γένοιτό μοι τοῖς τοιούτοις ὑποκαμφθῆναι σεβάσμασι· δοῦλα γὰρ ταῦτα, καὶ δεσπότης ὁ ἄνθρωπος. Ὑμεῖς δὲ δουλείαν ἀντὶ δεσποτείας ἠλλάξασθε, ἀνθυποχωροῦντες ἀλλήλοις τῆς τάξεως, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἀληθινὸν ἀγνωσίᾳ τὴν σκοτώδη τῶν δαιμόνων πορείαν ὁδεύετε. Οὕτω τῇ πυρίνῃ γλώττῃ, καὶ αὐτοσχεδίῳ σοφίᾳ τῷ διώκτῃ μαχόμενος ἐλάλει, καθὰ τὸ Πνεῦμα ἐδίδου αὐτῷ ἀποφθέγγεσθαι. Πάλιν οὖν ἀπήγετο πρὸς τὸ φρούριον τῷ πλήθει τῶν στεφάνων σεμνότερος.

privaret. Magicam, inquit, stolam induc, et sacrifica nobiscum, ne te ut extraneum ab hac lucis jucunditate expellamus. Et quibusnam, ait beatus, libabo diis? Si enim sol, et luna, equus, et ignis dii sunt; cur montes etiam, et fontes non accenseantur illis; et cæteris aliis rebus omnibus impius divinitatis cultus denegabitur? Quomodo enim turpe non erit solem ut Deum colere, qui in orbem circumagi cogitur, et angulo terræ perstringitur, et conditur, nunquam enim te vocante apparebit in nocte. Nempe illic manet illigatus, ubi est definitum (61), cum sponte sua ferri non possit, et ei liberum arbitrium a summo artifice non sit datum; ne forsan impiis fieret causa major erroris. Sed nec eum, qui cultum ipsi exhibere detrectat, potis est ille afficere molestiis; sufficit enim volenti ad arboris, ut plurimum vilioris umbram se conferre, ut se defendat. Quod autem ad lunam spectat, prætereo dicere; illa enim lucem furari aperte deprehenditur, ejusque natura in eo videtur sita, ut semper furetur, et furti rea arguatur. Quomodo autem equum non miserear factum Deum (62), qui una simul colitur, et cæditur; exhibitum honorem non sentit, et flagellis dolet? Cum autem video ignem adorari (63), a risu temperari non possum: quem enim deum appellant, in cinerem sæpe redigunt et favillam, et de salute ejus, quem ut deum honorant, cum voluerint, domini fiunt. Absit, ut ad hujusmodi colenda numina me incurvem! serva hæc enim omnia, et homo dominus. Vos autem rerum male inverso ordine servitutem in dominium commutastis, et veritatis ignoratione in tenebrosam dæmonum viam ambulatis. Hæc ille quadam igneæ linguæ vi (64), et ex temporali quadam sapientia cum tyranno decertans dicebat, prout Spiritus dabat eloqui illi (65). Itaque iterum in castellum trahitur coronarum copia factus augustior.

Ἐπεὶ δὲ φήμη τις διαγγέλλουσα καὶ πρὸς τὴν μονὴν διεκήρυσσεν (ὃ δὴ γυμνάσιον αὐτῷ τῆς ἀρετῆς ἐγένετο) τὰς τοῦ Βαρβάρου προσβολὰς, καὶ τὴν ἀριστίαν τοῦ μάρτυρος, πάντες τῇ νίκῃ θεοπρεπῶς ἐπαιώνιζον. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ὁ πνευματικὸς γυμνασίαρχος, ὁ τῆς τοῦ δικαίου μονῆς προεστὼς, πέμψας ἀδελφῶν συνωρίδα τῷ μάρτυρι, ὥσπερ ἐν ἄθλοις παιδοτρίβης τοῦ σκάμματος διιστάμενος, τὰς λαβὰς καταλέγει τοῖς γράμμασιν, ἀνακινῶν τοῦ ἀθλητοῦ τὸ φιλότιμον.

Interea fama divagata usque ad monasterium, quod martyri fuerat virtutis gymnasium, Barbari sævitiem, et firmitatem (66) beati deprædicabat; omnesque fratres pro ejus victoria laudes Deo decenter canebant. Sed ille spiritualis gymnasiarcha (67), et monasterii, in quo justus olim degebat, præses, duobus fratribus ad martyrem missis, velut certaminis in stadio magister, quomodo ille hostem prehendere possit, designat litteris, et æmulationis studium in athleta succendit.

Ἀλλ' ἤδη πρὸς τὸ δεσμωτήριον ὁ λόγος ἀνιστορῆσαι θαυματουργίαν ἑλκόμενος, δεσμεύεται τὴν γλῶτταν τῷ θαύματι, καὶ δεσμωτήριον τῷ λόγῳ μᾶλλον, ἢ τῷ μάρτυρι γίνεται, τῇ ἐκπλήξει τῆς γλώττης ἀναστέλλον τὴν κίνησιν. Ἐπεὶ γὰρ πρὸς τὸ φρούριον ὁ γεννάδας ἐσφίγγετο, τὴν Δαβιδικὴν διενυκτέρευε λύραν κρουόμενος, καὶ τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς ψηλα-

Jam vero ad miraculum enarrandum beato in vinculis agente factum adducta est oratio, quo ei ob rei admirationem mihi linguam evincit: et sermoni potius quam martyri vinculum constringit stupor inhibens motum linguæ. Cum enim esset in carcere generosus vir arcte constrictus, totam noctem, Davidicam pulsans lyram, transegit, et ani-

NOTÆ.

(61) Confer *Hexaem.* v. 347 et seqq.

(62) *De Exped. acroas.* I, v. 23:

Παρ' οἷς θεός τις ἀφρόνως νομίζεται,
Ἔνοπλος ἵππος προσκυνούμενος μάτην.
Ὃς εἰς ἔλεγχον τοῦ πλάνου σεβάσματος
Νῦν προσκυνεῖται, καὶ πάλιν μαστίζεται.

(63) Ibid. v. 52:

Ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ, τὰς ἐναντίας φύσεις,
Θεοὺς παρεισάγουσιν ἀλληλοφθόρους.

Et vide *Heracliad.* acroas. II, in fine. Pro κατεθαλοῦσιν legas καταθαλ.

(64) Act. II, 3.

(65) *Ibid.* II, 4.

(66) Justinus abbas monasterii Anastasii, de quo supr. n. 22 et 23.

(67) In Græco melius ἀριστείαν

Digitized by Google

mæ nervos contrectans dulcem concentum edidit operibus. Cum autem catena, qua detinebatur, esset cuidam liberto communis, nihilominus ipse ad hymnos canendos assurgens non trahebat jacentem ; sed in ejus caput cervicem inclinans, et pedem pedi prope conjungens, sibi quidem stando, alteri vero cubandi parabat facultatem , ita ut neque qui stabat cubanti esset impedimento, nec qui cubabat stanti afferret molestiam. At vero jam propius ad miraculum accedens, quasi pedes ausus calcare fluctus maris, linguam demergi jam sentio, et manum mihi extendere sanctum martyrem oro, quæ in rei tam admirandæ pelago orationem deportet. Nox erat, et valde intempesta nox : sed ille nocturnum psalmorum cantum in animæ lampadem infundens ut oleum, vigil et insomnis in adventum Sponsi manebat (68). Orantem audivit quidam, forte in vinculis ibi detentus vir, Hebræus religione, qui martyris quotidianos ob deportationem lapidum sudores, et nocturnas in divinis laudibus vigilias secum reputans, fixis oculis ejus strenuitatem demirabatur. Quod enim admirationem movet, trahit, ut solet, captivos oculos admirantis. Itaque dum inexplebiliter hoc se reficit spectaculo, noctisque tenebras incusat, quod ei non daretur largius inspicere beatum, albis indutam multitudinem videt, in modum coronæ circumcingentem martyrem, ac tum oris pulchritudine, cum stolæ splendore fulgentem, et chorearum motu, et figura victoriam quamdam declarantem. Sed et turbam ipsam ubique sequebatur quædam lux, velut sol radiorum face coruscans : æquum enim erat, ut non sine luce apparerent, qui lucis erant ministri. Itaque ille mentis stupore perculsus angelorum suspicatur esse delectum. Sed rursus superhumeralibus eos indutos videns, mutato consilio ex habitus figura episcopos esse cogitat. Tum vero etiam illustrem Anastasium unum ex multitudine factum vidit, ejusdem stolæ similitudine mirifice nitentem. Huic autem quidam juvenis, qui tanta erat dignitate ac honore conspicuus, ut videretur quamproxime ad Deum accedere, prope astabat, aromata super carbones in odorem suavitatis comburens. Quæ hic igitur hominis sententia? Admiratione et timore una simul correptus hæret, cum autem prope jacentem Christianum quemdam haberet, Scythopoleos principem virum (69), eumque visionis participem facere vehementer desideraret (70), molitus est dormientem excitare, ut cum eo spectaculum dividens levaretur ipse aliquantisper stupore. Cum autem jacentis manum violenter compressisset, pari vi ab eo metus causa

A φῶν, εὐήχως ἐμελῴδει ταῖς πράξεσιν· ἀπελευθέρῳ δέ τινι κοινωνῶν τῆς ἐπεχούσης ἀλύσεως, πρὸς ὑμνῳδίαν ἱστάμενος οὐκ ἀνεῖλκε τὸν κείμενον· ἀλλὰ σὺν αὐχένα κάμπτων πρὸς τῇ κεφαλῇ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὸν πόδα τῷ ποδὶ τιθέμενος γείτονα, ἑαυτῷ μὲν τὴν στάσιν ἐφύλαττεν, ἐκείνῳ δὲ τὴν ἀνάκλισιν· ὡς μηδὲ τῇ ἀνακλίσει παρεμποδίζεσθαι τὸν ἱστάμενον, μηδὲ τῇ στάσει παραλυπεῖσθαι τὸν κείμενον. Ἀλλὰ γὰρ πλησιάσας τῷ θαύματι, ὡς δὴ πεζεύειν ἐπιχειρήσας τὴν θάλατταν, τῆς γλώττης βαπτιζομένης αἰσθάνομαι, καὶ χεῖρα τὸν μακάριον αἰτῶ προτεῖναί μοι μάρτυρα, διαβαστάζοντα τὸν λόγον ἐν τῷ πελάγει τοῦ θαύματος. Νὺξ ἦν, καὶ τῶν νυκτῶν ἀωρία. Ὁ δὲ τὴν πάννυχον ψαλμῳδίαν τῇ λαμπάδι τῆς ψυχῆς ἐπιχέων, ὡς ἔλαιον, ἀγρύπνως τοῦ Νυμφίου τὴν παρ-
B ουσίαν ἐφύλαττεν. Ἐνταῦθά τις ἐπηκροᾶτο, τὴν τύχην δέσμιος, τὴν θρησκείαν Ἑβραῖος, ὃς τοὺς διημερινοὺς ἐκ τῶν λίθων ἱδρῶτας, καὶ τὸ τῆς θεολογίας ἀκατεύναστον λογιζόμενος, ἀνιστόρει τοῦ μάρτυρος ἀσκαρδαμυκτὶ τὴν στερρότητα· τὸ θαυμαζόμενον γὰρ οἷδεν αἰχμαλώτους ἕλκειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ θαυμάζοντος. Ἀκορέστως οὖν ἐπεντρυφῶν τῷ θεάματι, καὶ τῷ σκότῳ μεμφόμενος, ὅτι μὴ βλέπειν δαψιλεστέρως ἔχῃ τὸν ἅγιον, ἑνορᾷ λευχειμονοῦσαν πληθὺν, δίκην στεφάνης, κυκλωσαμένην τὸν μάρτυρα, τῷ τε κάλλει τῆς θέας, καὶ τῷ λαμπρῷ τῆς στολῆς ἐξαστράπτουσαν, καὶ τῆς χορείας τῷ σχήματι τὴν νίκην μηνύουσαν. Συνεπεδήμει δὲ ταύτῃ καὶ φῶς, ὥσπερ ἥλιος τῇ δαδουχίᾳ τῶν ἀκτίνων πυρσεύοντος· ἔδει γὰρ τοὺς φωτὸς ὑπηρέτας σὺν φωτὶ παραγενέ-
C σθαι. Ὡς δὲ τὸν νοῦν τῇ ἐκπλήξει σφιγγόμενος, ἀγγέλων ὑπώπτευεν εἶναι κατάλογον. Θεασάμενος αὖθις περικειμένους ὠμοφόρια, μετετίθετο τὴν διάνοιαν, ἐπισκόπους νοῶν τῇ ἐξηγήσει τοῦ σχήματος. Εἶτα καὶ τὸν καλλίνικον Ἀναστάσιον ἑώρα τῆς πλῃθύος ἕνα γενόμενον, καὶ τῷ τῆς στολῆς ὁμοιοτρόπῳ λαμπρῶς καταυγάζοντα. Τούτῳ νεανίας ἐφίσταται τὸ ἀξίωμα μέγας, τὴν τιμὴν ὑψηλὸς, καὶ ὢν ἀγχίθεος, ἀνθραξιν ἐκκαίων πρὸς εὐωδίαν ἀρώματα. Τί οὖν ὁ ἄνθρωπος; Μεταίχμιος γίνεται φόβου καὶ θαύματος. Σύγκλινον τοίνυν ἔχων Χριστιανὸν Σκυθοπόλεως ἄρχοντα, τῆς ὀπτασίας αὐτῷ μεταδοῦναι γλιχόμενος, ἐπειρᾶτο διαναστῆσαι καθεύδοντα, ἵνα τὸ θέαμα μεριζόμενος ἐπελαφρύνοιτο τὴν ἔκπληξιν· ὡς δὲ τὴν
D χεῖρα πρὸς τὸν κείμενον ἐβιάζετο, τὸν φόβον ἀντιδιαζόμενον εὗρισκε, καὶ ψυχῇ συμβουλεύουσα, πειθομένην τὴν δεξιὰν οὐκ ἐδέχετο· καὶ πρὸς ἑαυτὸν ὁ ἄνθρωπος ἐστασίαζεν, μηδὲ τῷ σώματι συνηρεμοῦντος τοῦ νοῦ, μηδὲ τῷ νῷ συγκειμένου τοῦ σώματος. Τέλος ἀνάγκη τὴν ἀνάγκην νικῶν, ὅλον ἑαυτὸν τῷ κειμένῳ προσέρριψεν· ἐγεγόνει γάρ τις, ὡς εἰπεῖν,

NOTÆ.

(68) Matth. xxv, 4.

(69) Scythopolis Palæstinæ civitas, Galilææ contermina, a sacris scriptoribus *Bethsan* appellata, sexcentis stadiis distabat ab Hierosolymis. In Actis apud Bollandum Scythopolitanus, qui cum sancto Anastasio in eodem carcere detinebatur, judex, et præfectus dicitur; nos ἄρχοντα *principem virum* vertimus.

(70) In Græco mendose est γλιχόμενος pro γλιχόμενος, et mox συμβουλεύουσα pro συμβουλεύουσαν, et ἐστασίαζεν pro ἐστασίασαν.

Digitized by Google

συνασπισμὸς τῶν μελῶν πρὸς τὴν κίνησιν, μὴ τολ- A repelli sensit, nec suo desiderio respondentem,
μῶντος ἑνὸς προπηδῆσαι τοῦ σώματος. Εἶτα τοῦ consentientemque dexteram recepit. Quare magis
ὕπνου διὰ τῆς ἐμβολῆς δραπετεύσαντος, Ἀπόβλεψον, magisque ipse in contraria dividitur, non quiescente
ὦ οὗτος, ἐνταυθοῖ, τὸν Ἑβραῖον εἰπεῖν· καὶ ἦν οὐ- spiritu cum corpore, nec una simul cum corpore ja-
δὲν, ὃ μὴ τῆς συνήθους ὄψεως ὑπῆρχεν ἀντίτυπον· cente spiritu. Tandem vim vi superare contendens
τῷ τε Χριστιανῷ τὴν θεωρίαν ἱστόρησε, καὶ ὅπερ δι' totum seipsum in prope jacentem projecit. Facta enim
ὀφθαλμῶν ὁ νοῦς οὐκ ἐπύθετο, τοῖς ὠσὶν ἐτεθέατο· in eo erat, si fas est dicere, quædam membrorum, ut
ζημιοῦται γὰρ πλέον οὐδὲν, ἢ αἴσθησιν ἀντ' αἰσθή- fit in bello clypeorum densatio, non uno, vel altero
σεως ἀλλαξάμενος. Τοῦτο πολύτιμος τῷ μάρτυρι στέ- audente præ stupiditate exsilire e corpore. Itaque ex
φανος· τοῦτο τοῦ ἀθλητοῦ θριαμβεύει τὴν πρὸς οὐ- irruentis impetu somno excusso, tum Hebræus di-
ρανὸν ἀναγόρευσιν· καὶ τοιοῦτον τοῦ παραδόξου cere : Heus tu illuc attolle oculos. Sed jam nihil erat
ποιεῖται θεατὴν ὁ Θεὸς, οὐ τοῦ Χριστιανοῦ πλέον τι- amplius videndum, quam quod solitæ rerum imagines
μώμενος· ἀλλ' ὅπως μὴ τῇ σχέσει τῆς πίστεως κόμ- offerebant. Narrat igitur Christiano oblatum sibi spec-
πος ὑποπτευθῇ τὸ διήγημα, τῇ τοῦ ἐχθροῦ προσ- taculum, et quod mens non oculis audierat, nec auri-
μαρτυρίᾳ τὸ θαῦμα πιστούμενος· ἄξιον δὲ καὶ τῆς bus viderat exponit : quippe nil fit magis incertum,
αὐτῆς ἀπογεύσασθαι διηγήσεως· οὐ γὰρ ὅτι δαψιλὴς quam si sensum pro sensu commutaveris. Nunc vere
ἡ ἑστίασις, ἤδη μεταξὺ καλὸν ἀπαλλάττεσθαι, ὥσπερ B pretiosa corona datur martyri! nunc plane athleta in
αἰτιώμενος τοῦ ἑστιάτορος τὸ φιλότιμον. cœlo triumphans proclamatur! Sed hunc rei tam ad-
mirandæ spectatorem constituit Deus, non quod plus Hebræo, quam Christiano tribuat honoris, sed quod
ad suspicionem ornatæ nimis narrationis tollendam miraculi fidem velit inimici testimonio con-
firmatam, quin etiam eumdem facit dignum, ut rei ipsius narrationem postea degustet : nec enim
idcirco, quia lautum est convivium, æquum est, ut quis eo nondum expleto discedat, quasi nimiam in-
cuset convivantis largitatem.

Ὅτε τὸ γενναῖον τοῦ μάρτυρος τρισὶ πάλαις ὁ Jam vero cum generosam martyris constantiam
Μαρζαβανᾶς κατηρεύνησε, τῷ τυράννῳ τὸ εὔτονον Marzabanas tribus palæstris satis explorasset, athle-
τοῦ ἀθλητοῦ κατεμήνυσεν· ὡς δὲ τῆς γραφῆς ὀξέως tæ firmitatem tyranno significat. Statim autem ac
ἀντεδέξατο τὴν ἀπόφασιν, οἰκεῖον ὑποπεμψάμενος responsum suis litteris accepit, ad arcessendum
πρόσωπον ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου μετακαλεῖται τὸν sanctum e carcere quemdam e suis familiaribus mit-
ἅγιον. Εἶτά φησι· Κελεύει σε βασιλεὺς τὸν Χριστια- tit. Tum ait : Jubet te rex Christianismum uno
νισμὸν ἀπαγορεῦσαι, μόνῳ προσρήματι τῆς εὐπει- verbo renuntiare, pro quo uno verbo, si ei morem
θείας ἀντιχαριζόμενός σοι τὴν πρὸς τὸ μέλλον αὐτ- C gesseris, liberam tibi de futuro optionem benignus
εξούσιον ἄρεσιν· εἴτε τὴν μοναδικὴν ἐθέλεις μετα- indulget, sive monasticum velis institutum am-
χειρίζεσθαι δίαιταν, εἴτε σὺν ἡμῖν αὖθις ἱππότης plecti, sive nobiscum iterum factus eques militare.
στρατεύεσθαι. Ὦ ἀνάμεστον εὐηθείας τὸ σόφισμα! O plenum insipientia consilium! Nunc, ait, in fo-
Νῦν, φησὶ, δίδου τὸ πτῶμα τῷ σκάμματι, καὶ τὴν veam cade; ac deinde in tua erit libertate vel post
ἧττταν ἀναπαλαίειν ἐν σοί· ἢ προσμένειν τῷ πτώ- cladem luctam redintegrare, vel in verborum casu
ματι τῶν λέξεων. Εἴπερ ὀρθὸν τὸ ἐννόημα, δίδου πρὸ permanere. Si vis videri recte sapere, da optionem
τῆς πάλης, ἀντιστάτα, τὴν αἵρεσιν· οὐδεὶς γὰρ νί- ante luctam, o adversarie; nemo enim victoriam
κην προδίδωσιν, ἀμφίβολον ἔχουσαν τὴν ἀνάκλησιν. concedit, quandiu, utrum ea revocari possit, incer-
Ὁ δὲ πρὸς ἀντίῤῥησιν ἐπαγαγὼν εὐτόλμως· Μή μοι tum est. Hic autem confidenter respondit. Absit, ut
γένοιτο χωρισθῆναι τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγαπήσεως. ego unquam me separem a charitate Christi! Rur-
Ταῖς αὐταῖς αὖθις τὸν ἀντίπαλον ἀντιζώννυται λέ- sus iisdem implicat antagonistam verbis. Amet
ξεσι· φιλεῖ γὰρ ἀθλητὴς ἐφ' ὁποίας ἂν εὐημερήσοι enim athleta, qua ratione ei semel prospere suc-
λαβῆς, ταύτῃ προσχρῆσθαι καὶ δεύτερον, καὶ τὴν cessit, hostem prehendere, eadem secundo uti, et
νίκην μνηστεύεσθαι τῷ προτέρῳ παλαίσματι. Προσ- priori certamini desponsare victoriam. Igitur Mar-
πέμψας οὖν ἕτερον ὁ Μαρζαβανᾶς δωρεῶν πλῆθος D zabanas aliam donorum copiam scripto proponit,
τῷ μάρτυρι κατέγραφεν, ἀγκίστρῳ δῆθεν παραπη- hamo scilicet escam præfigens, et scrobi laqueum
γνύων τὸ δέλεαρ, ἢ βόθρῳ προπετάζων τὸ θήρατρον· supponens. Cum autem hoc etiam frustra a se ten-
ὡς δὲ καὶ τῆς πείρας ταύτης διώλισθεν, ἐφ' ἑτέραν tatum esse sensit Marzabanas, ad aliud se transfert
μέτεισιν ἔννοιαν, ἀνευρών, ὡς ἐδόκει, τι καὶ σοφώ- consilium, quid melius ac sapientius excogitasse
τερον τὸν θρίαμβον. Οἶδα, φοβῇ τῆς ἀρνήσεως, καὶ ratus, quo de beato securus triumphet. Novi te,
τὴν ὁμοδόξων αἰδὼ τῆς εὐπειθείας νοεῖς ἀντιπράκτορα. inquit, metus causa ab abnegando Christo abstineri,
Ἐπεὶ οὖν τοῦτο κελεύει σε βασιλεύς· δεῦρό σου et eorum reverentia, qui ejusdem tecum sunt sen-
τὸ στασιάζον ἡμεῖς διαλύσωμεν, καὶ τὸ μαχόμενον tentiæ, ab obedientia præstanda removeri. Quoniam
τῆς γνώμης ἑνώσωμεν· οὐδεὶς ἀκροατὴς ἔστω σου vero hoc tibi rex mandat, age jam nos ipsi ab
τῆς ἀρνήσεως, ἢ ἐγὼ καὶ δύω σελλάριοι, καὶ τὸ ἐν- omni dubietate te liberabimus, et mentis contrarios
τεῦθεν ἐλεύθερος βάδιζε. Τῆς ἐπιφανείας τῶν ῥη- sensus conciliabimus. Nemo tuæ abnegationis sit
μάτων ἡ εὔχροια φοβερὸν ἔχει κατὰ βάθους τὸ νό- auscultator et testis, præterquam quod ego, et duo

Digitized by Google

sellarii (71-72), ac tum deinceps esto liber. Vividus tam bene compositi sermonis externus color terribilem intus inclusam infirmitatem abscondit. Quoniam, ait, hoc tibi mandat rex mortalis, ut ab immortali deficias, coram tribus hominibus Trinitatis divinitatem abnega, et eris deinde dæmoniis subjectus : etenim pollicita ab judice libertas turpissimam inducebat servitutem. Sed quis sapiens ille et plane admirabilis vir? Absit, ut ego unquam quid simile tuis, vel aliorum auribus committam ! Non fugit martyr multitudinis theatrum, sed Christi auditum verecundatur. Novit (73) enim, vel ipsas cogitationes audire Deum, nedum quemlibet exilem vocis sonum, et nihil horum prorsus eum effugere, præter ea, quæ ipse ob hominum miserationem volens dimittit.

A σημα. Ἐπεὶ, φησὶ, κελεύει σε βασιλεὺς ὁ φθαρτὸς ἀπειπεῖν τὸν ἀθάνατον, ἐπὶ τριῶν ἀνθρώπων τῆς Τριάδος ἄρνησαι τὴν θεότητα, καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἔσο δαιμόνων ὑπήκοος· ἡ γὰρ ἐλευθερία τοῦ δικαστοῦ τὴν αἰσχίστην δουλείαν ἐπέφερεν. Τί οὖν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος, καὶ θαυμάσιος ἀνθρωπος; Μή μοι γένοιτο ταῖς σαῖς, ἢ ταῖς ἑτέρων ἀκοαῖς τοιοῦτο καταβαλέσθαι μηδέν. Οὐ φεύγει τῆς πληθύος τὸ θέατρον, ἀλλὰ Χριστοῦ τὴν ἀκοὴν ἐπαισχύνεται. Οἶδεν γὰρ, ὡς καὶ τῆς διανοίας ἀκροατὴς Θεὸς, μήτιγε δὴ τῆς ἀμυδρᾶς ἐκφωνήσεως, καὶ διαφεύγει τούτων οὐδὲν, πλὴν ὅσα διὰ φιλανθρωπίαν ἑκὼν ἀποπέμπεται.

Tum demum Marzabanas ita coram se arcessitum alloquitur beatum : Jubet te rex, dicto parere nolentem, ferro constrictum ad eum mitti. Ille vero : Dimitte me liberum, et solus abibo. Sponte occurrit certamini, suæ voluntatis arbitrio coronam exornans. Ut autem vidit, nec blandimentis sanctum deliniri, nec minis flecti signo notatum, ut mos est Persis (74), in publicum carcerem detrudi jubet,

B Τότε λοιπὸν ὁ Μαρζαβανᾶς αὐτοπρόσωπον τῷ μακαρίῳ ποιούμενος τὴν διάλεξιν· Κελεύει σε βασιλεὺς μὴ πειθόμενον παρ' αὐτὸν ἀναπέμπεσθαι σιδήρῳ σφιγγόμενον. Ὁ δὲ, Δίδου τὴν ἄδειαν, καὶ μόνος ἀπέρχομαι. Τῶν ἄθλων αὐθαιρέτως ὑφίσταται, τῷ ἑκουσίῳ καλλωπίζων τὸν στέφανον. Ὡς δὲ κολακείαις ἐτεθέατο μὴ χαυνούμενον, ἢ ἀπειλαῖς ὑποπίπτοντα, σφραγίσας, ὡς ἔθος Πέρσαις, τὸν ἅγιον πρὸς τὴν

NOTÆ

(71-72) Cum duo sellarii hic nominentur, patet, quod supra n. 50, dicebamus, Sellarii officium apud Persas non summam inter equites dignitatem, D sed turmæ ducem et præfectum significasse.

(73) In Græco mallem οἶδε.

(74) Signum sancto Anastasio impressum fuisse

Digitized by Google

δημώδη φρουρὰν προσέταττεν ἀποφέρεσθαι, πεμπταίαν ὁρίσας τὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τῇ πορείᾳ μετάβασιν, τρίτον αὐτὸν τῆς ὁμοτρόπου ποιησάμενος ἀναπέμψεως. Ὡς δὲ τῶν ὁρισθεισῶν ἐντὸς ἡμερῶν ἡ τοῦ τιμίου σταυροῦ τῆς ὑψώσεως πανήγυρις ἐπεδήμησεν, ὅ τε μακάριος, οἵ τε τῆς μονῆς σταλέντες παρ' αὐτὸν ἀδελφοί, καὶ οἱ τῆς ἀναπέμψεως αὐτῷ κοινωνήσαντες, καὶ τῆς πόλεως ἕτεροι τῇ ψαλμῳδίᾳ θεοπρεπῶς ἐπαννύχιζον· καὶ τὸ δεσμωτήριον ὑπῆρχεν ἰδεῖν εὐσεβείας, ὡς εἰπεῖν, ἐργαστήριον· συμμεταβάλλεται γὰρ καὶ ὁ τόπος πρὸς τὴν τῶν ἐνοικούντων διάθεσιν. Ἄρτι δὲ προαγούσης ἡμέρας, καὶ ἡλίου πρὸς τὸ ὑπέργειον ἀνατρέχοντος ἡμισφαίριον, ὁ τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος, σπουδαῖος ἀνὴρ, αἰτησάμενος τὸν Μαρζαβανᾶν, τῶν δεσμῶν ἀπολύεται τὸν μακάριον, οὐχ ὡς τῆς λοιπῆς ζημιώσων ἀθλήσεως, ἢ τῶν στεφάνων τῶν ἔπειτα στερησόμενον, ἀλλ' ὅπως τῆς ἑορτῆς φυλαχθῇ τὸ σεβάσμιον· ἤδη δὲ τῷ τεμένει τοῦ Θεοῦ προσερχομένῳ τῷ μάρτυρι πάντες προσέτρεχον, καὶ τύπους τῶν δεσμῶν κατησπάζοντο· ἐταινίουν τοῖς λόγοις τῶν χρυσῶν στεφάνων τιμιωτέρως τὸν ἀθλητὴν περιστέφοντες· λαμπρύνει γὰρ μᾶλλον χρυσὸς τὸν παρέχοντα, εὐφημία δὲ τὸν λαμβάνοντα· ἐνεχελεύετο δὲ πρὸς τὴν ἄθλησιν, καὶ τῷ γενναίῳ τοῦ μάρτυρος ἐμπιστεύοντες, καὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ τὴν εὐφημίαν κατέβαλ[λ]ον. Ὡς δὲ τῷ Θεῷ τὴν λατρείαν εὐσεβῶς ἀπεπλήρωσαν, ἅμα τοῖς δύο τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος σύσκηνον βίᾳ ποιεῖ τὸν ἅγιον· ὑπεφθόνει γάρ πως τῇ φρουρᾷ φερομένῃ τοιοῦτον οἰκήτορα. Πέρας οὖν δεξαμένης τῆς ἑστιάσεως, πρὸς τὸ δεσμωτήριον αὐτοὺς ἐπανήγαγεν, εὐδαιμονίζων ἑαυτῷ, καὶ τῷ Θεῷ χάριν εἰδὼς τῆς μικρᾶς ἐπιθυμίας τοῦ μάρτυρος.

re jam constituta, ut post quinque dies illinc proficisceretur, unaque simul cum aliis duobus ejusdem sententiæ viris ad regem mitteretur. Cum autem intra statutum dierum terminum festivitas Exaltationis (75) pretiosæ crucis celebranda occurreret, tum beatus, cum duo ex monasterio ad eum missi fratres, unaque simul ii, qui ei fuerant ad iter socii destinati, aliique etiam civitatis viri totam noctem in psalmis rite Deo canendis transegerunt. Arctum quidem carcerem pietatis officinam factum recte dixisses : nam et loca ipsa sæpe immutantur, et inhabitantium induunt naturam. Vix dum dies illuxerat, ac supra terræ hemisphærium sol ascenderat, cum sericæ vestis præfectus (76) vir probus, a vinculis beatum solvit (id enim a Marzabana impetrarat), non ut eum a perficiendo certamine dimoveret, et a cæteris promerendis coronis arcere vellet (77), sed ut una secum venerandam festivitatem peragaret. Itaque ad Dei templum accedente martyre, statim omnes ad eum accurrere, ejusque vinculorum vestigia deosculari, ipsumque redimire laudibus, auro pretiosioribus coronis athletam coronantes; quippe aurum magis dantem, laus vero excipientem magis exornat. Tum vero undique eum omnes ad certamen confirmabant, ac de martyris generositate nil dubitantes, etiam pro futura victoria laudes in eum congerebant. Cum autem in divino cultu admodum pie ac diu perstitissent, tunc sericæ vestis præfectus una simul cum duobus, adhibita fere vi, in suam domum adducit sanctum; invidebat enim quodammodo carceri, quod haberet hujusmodi habitatorem. Expleto autem epulo, rursus eos deducit in carcerem, seipsum beatum existimans, ac Deo gratias agens plurimas, quod hoc, quidquid esset sui desiderii, in martyrem ostendisset.

NOTÆ.

infamiæ notam non dubito, qualis servis fugitivis **in** fronte inuri solebat, unde *inscripti* et *litterati* **dicebantur** apud Romanos. Videsis Pignorium *de servis*, pag. 27. Quod autem ait Pisida, ὡς ἔθος **Πέρσαις**, *ut solent Persæ*, recte quidem dixisse ar**bitror**; nam antiquissimum hunc apud eos fuisse **morem** testis est Herodotus, qui lib. VII, tradit **Xerxem** præter alias serviles pœnas stigmata etiam **inussisse** Hellesponto. Sed et hoc ipsum fortassis **adnotavit** Pisida, ut Persarum feritatem ostenderet, **qui** barbaram illam consuetudinem adhuc retine**rent**, quam jamdiu Constantinus proscripserat, **quod** dedeceret faciem maculari, quæ ad similitu**dinem** pulchritudinis cœlestis esset figurata. Acta **Græca**, Bollando teste, pro σφραγίσας αὐτόν, quod **nerum** Hellenismum sapit, habent βουλλώσας **αὐτόν**, quod barbaram Græcitatem olet; unde **Latini** interpretes reddiderunt *bullatum eum jussit duci*.

Quo stigmate, seu mavis bulla signatus in fronte **fuerit** sanctus Anastasius, vetus ostendit capitis **ejus** imago, certe efficta ex prototypo adhuc re**cens** reciso, quam ære incisam, apponi curavi**nus**. Hujus imaginis meminit auctor coævus Mira**culorum** sancti Anastasii a Bollando ex Græco ms. **Latine** redditus; quæ cum ipso sancti Martyris capite **Romam** advecta novis miraculis inclaruit a septima **synodo** œcumenica Niceæ habita commendatis, et in ecclesia monasterii SS. Vincentii et Anastasii extra muros ad Aquas Salvias etiam nunc asservatur et colitur.

(75) Exaltationem sanctæ crucis, quam e Perside Hierosolymam reportavit Heraclius Chosroa devicto, nunc etiam recolimus die XIV Septembris. Sed et antea idem festum sub eodem titulo, ac die agebant Græci, qui crucem a Constantino Magno jamdiu inventam, et exaltatam celebrare consueverunt. « Putamus itaque (quæ verba sunt Baronii in Martyrologium) eamdem solemnitatem multo prius celebrari solitam, tanta deinde per Heraclium parta victoria, esse auctam, redditamque ex ejus memoria illustriorem. » Vide Suidam in v. Ἡράκλειος.

(76) Qui a Pisida τῆς σηρικῆς ἄρχων ἐσθῆτος dicitur, in Actis Latinis *reipublicæ dispositor*, in Græcis autem κομερκάριος, *comercarius*, vocatur, quam vocem ad *commerciarium* Bollandus deflexit, negotiatorem, vel institam quemdam per eam indicari existimans. Sed ea κομερκαρίου vox non a commercio, ni fallor, derivata, sed ex κόμης; *comes*, et ἔρκος, *vallum*, composita est, quasi diceres *comitem*, vel *præfectum valli*. Virum plane fuisse aliqua dignitate conspicuum declarat Pisida *sericæ vestis principem*,

(77) In Græco legerem στερησόμενος.

Digitized by Google

Jam vero cum abeundi tempus adesset, atque urbe excundum esse, ut præco ab Nemæa athletam evocans Olympia, clamaret, statim beatus e Stratonis civitate (78) digreditur, duos illos habens itineris socios (79), qui una simul mittebantur ad regem. Sed innumeri cives, Christiani et Persæ, una eademque voluntate prosecuti sunt martyrem, quod in sua virtute consisteret gaudentes, quod eo privarentur dolentes, quæ jam peracta erant collaudantes, ad ea quæ adhuc peragenda restabant incendentes : et quidam plane erat variarum vocum mistus clamor, in unam viri gloriam intendens. Tum vero alter ex duobus fratribus ad monasterium revertitur, alter autem cum martyre proficiscitur : ita enim huic abbas præceperat, tum ut sua præsentia sanctum exhilararet, cum ut in necessitatibus martyrem adjuvaret : vel quod verius ac melius dicam, ut ex mandato totum certamen describeret, ne ob locorum distantiam tantarum rerum eventus lateret. Interea circumvolitans fama ad visendum martyrem civitates evocabat. Dignus enim omnino erat suspici beatus, qui luminaris instar splendebat in nocte, et omnium oculos ad se trahebat intentos. Vere admirandus athleta, qui post victoriam ad certamen mittebatur. Itaque omnes ei undique plaudebant civitates, commune ornamentum fidei, habitaculum Dei, templum sanctum, et pietatis non imminutum thesaurum eum appellantes : unaque erat omnibus, tum privatis, tum summis viris cura, hospitio excipere martyrem, eo quod unusquisque a suorum peccatorum morbo levari speraret. Hac igitur splendida pompa deductus in itinere justus, quasi ad admirationem, non ad supplicium esset missus, in Persidem pervenit. Ibi statim eum excipit carcer, in loco cui nomen Bethsâloe (80), stadiis fere quadraginta procul a Discartha (81), ubi sanguinarius Chosroa regiam suam (82) construxerat. Tunc vere Paulum (83) imitatus est justus,

Ἐπεὶ δὲ τῆς προαγορεύσεως ὁ καιρὸς ἐβόα τῆς πόλεως ἀπανίστασθαι, ὥσπερ ἀθλητὴν ἐξ Ὀλυμπίας καλῶν ἐπὶ Νεμεαῖον, ἐξορμᾷ τῆς Στράτωνος, ἔχων συνέμπορον τὴν δυάδα τῆς κοινῆς ἀναπέμψεως. Προέπεμπεν τοίνυν αὐτὸν τὸ πλῆθος τῆς πόλεως, Χριστιανοί, καὶ Περσῶν οἱ ὁμόφρονες, τῇ στερρότητι χαίροντες, τῇ στερήσει δακρύοντες, ἐπαινοῦντες τὰ φθάσαντα, ἐγκελευόμενοι πρὸς τὰ μέλλοντα· καὶ συμμιγής τις ὑπῆρχε βοή, πρὸς ἓν βλέπουσα τοῦ ἀνδρὸς τὸ φιλότιμον. Τῆς οὖν τῶν ἀδελφῶν συνωρίδος, ὁ μὲν τῆς πρὸς τὴν μονὴν ἐπανόδου λαμβάνεται, ἕτερος δὲ συναναβαίνει τῷ μάρτυρι· τοῦτο γὰρ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος αὐτῷ προετέταχτο, πῇ μὲν τῇ συναφείᾳ κατευφραίνειν τὸν ἅγιον, πῇ δὲ τῇ χρείᾳ καθυπουργῆσαι τοῦ μάρτυρος· ἀληθέστερον δὲ λέγειν ἐστὶ καὶ σαφέστερον, ἀνιστορῆσαι τὴν ἄθλησιν προστατόμενος, ὅπως τῇ διαστάσει τῶν τόπων τοῦ πέρατος μὴ κλαπῶσι τὴν εἴδησιν. Φήμη δέ τις διατρέχουσα συνεκάλει τὰς πόλεις πρὸς τὴν θέαν τοῦ μάρτυρος· πᾶσι γὰρ ἀξιοθέατος ἦν ὁ μακάριος, ὥσπερ ἐν νυκτὶ διαλάμψας φωστὴρ, τοὺς ἁπάντων ὀφθαλμοὺς πρὸς ἑαυτὸν ἐφελκόμενος· θαυμαστὸς γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀθλητὴς, μετὰ νίκην πρὸς ἀγῶνα στελλόμενος. Κρότος οὖν ἁπάσης ἠγείρετο πόλεως, κοινὸν ἐγκαλλώπισμα τῆς πίστεως ὀνομάζοντες, καὶ ναὸν Θεοῦ, καὶ τέμενος ἅγιον, καὶ τῆς εὐσεβείας πλοῦτον ἀμείωτον. Ἔσπευδέ τε πᾶς καὶ ἰδιώτης, καὶ ἄρχων τῷ μάρτυρι γίνεσθαι καταγώγιον, ψυχοῦσθαι πιστεύων ἐκ τοῦ τῆς ἁμαρτίας νοσήματος· οὕτω τοίνυν λαμπρῶς διεξελθὼν τὴν πορείαν ὁ δίκαιος, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τὸ θαυμάζεσθαι μᾶλλον, ἢ τιμωρεῖσθαι στελλόμενος, τῆς Περσίδος ἐπέβαινε γῆς. Ἐνταῦθα τὸ δεσμωτήριον αὐτὸν χωρίον Βηθσαλωὲ παραδέχεται, σταδίοις ἀπῳκισμένον που τοῦ Δισχαρθᾶς τεσσαράκοντα, ὅπη τῷ μιαιφόνῳ Χοσρόῃ διῳκοδόμητο τὰ βασίλεια. Καὶ μιμεῖται κἀνταῦθα τὸν Παῦλον ὁ δίκαιος, ἐκ δεσμωτηρίου διὰ Χριστὸν πρὸς δεσμωτήριον μεθιστάμενος. Ὁ δὲ τῆς μονῆς ἀδελφὸς σκηνοῖ πρὸς Καρ-

NOTÆ.

principem, vel *præfectum* eum appellans, quibus verbis ejus munus et officium innui mihi certum est. Verum ille Christianus erat, et multa pietate insignis. Quinam igitur vir ob religionem certe invisus Chosroæ penes ipsum Chosroam esset in honore constitutus ? Sed plures tunc in Perside fuisse principes viros, qui Christianismum profiterentur, declarant, quæ leguntur *infra* n. 83.

(78) Vide supr. n. 43.

(79) In Actis Græcis additur, *aliqua ex causa calumniam passos.*

(80) Bethsaloe, vel, ut in Actis, Balsaloe, χωρίον, *oppidum*, in quo sanctus Anastasius carceri inclusus, variisque tormentis afflictus est, ad fluvium Tornam, ut ex probabili conjectura Theophanem secutus, vel interpretatus affirmat Bollandus, § III, situm erat. Pisida circa finem hujus Encomii testatur fuisse locum fluvio vicinum, γείτονι τοῦ Βηθσαλωὲ χωρίου ποταμῷ. Distabat autem a regia urbe Discartha, in qua suam sedem collocaverat Chosroa, ut habent Acta, ἓξ σημείων, *sex milliaribus*. Quod facit cum Pisida, qui dicit ipsum oppidum σταδίοις ἀπῳκισμένον που τοῦ Δισχαρθᾶς τεσσαράκοντα, *studiis fere quadraginta procul a Discartha fuisse ædificatum.*

(81) Discartha, regni Persici metropolis, quæ etiam Dystagerda, Dastagerda, Deseridan, Darstager, et Dastagerchosar, invenitur dicta, ad flumen Tigrim posita erat, et a Ctesiphonte distabat XXV milliaribus. Eam urbem, Parartasim appellatione minus barbara vocavit alibi Pisida, *Heracliad.* acroas II, 173 :

Ἥδη πρόσειμι τῇ Δαραρτάσει πόλει,

ejusque appellationis causam assignat, quod esset ab Artaxare, vel Artaxerxe, qui e servo rex factus est et regnum Persicum occupavit, exstructa. Ibid. v. 203 :

Ἐκεῖνος οὖν ἔκτιζε τήνδε τὴν πόλιν.
Εἰς πύργον ἄκρον, εἰς ἀπόρθητον τόπον,
Ὡς τεῖχος, ὡς ἔδειξε, τῆς ἁμαρτίας.

(82) De regio palatio, quod Chosroes habuit Discarthæ, et Heraclius imp. evertit, plura *in cit. Heracliade*, acroas. II, 220.

(83) II Cor. IX, 25.

Digitized by Google

τὰκ, παῖδα μὲν Ἰεσδὶν Πέρσην τὸ γένος, ἀξίωμα μέγιστον περικείμενον, Χριστιανὸν δὲ ὅμως.

A qui de carcere in carcerem propter Christum est translatus. Sed qui ei comes e monasterio frater venerat, apud Cartacum (84), filium Jesdin, Persam genere, et magnæ dignitatis virum, attamen Christianum divertit.

Ἐπεὶ δὲ παρεῤῥύη τις ἡμερῶν ἀριθμὸς, τὴν παρουσίαν τοῦ μάρτυρος Χοσρόης διδάσκεται. Ἐντεῦθεν ἑτέρων ἀγώνων ἀρχαὶ, καὶ νίκης ὑψηλότερα τρόπαια· ὁπόσον γὰρ ὁ διώκτης τοῦ διώκτου σφοδρότερος, τοσοῦτον οἱ στέφανοι τῶν στεφάνων λαμπρότεροι. Πέμψας οὖν ὁ τύραννος, ὃν ᾤετο πρὸς ἀσέβειαν ἐπιτήδειον, προσέταττεν ἀνακρῖναι τὸν ἅγιον, ἔγκλημα προβαλλόμενος αὐτῷ τὴν εὐσέβειαν· παραδυσσεβεῖ γὰρ ὁ μὴ δυσσεβῶν ἀσεβέστατος. Οὗτος τὸν ἐπὶ τῆς φρουρᾶς χιλίαρχον οἷα σύμμαχον προσλαβόμενος, τῷ δεσμωτηρίῳ παρίσταται, καὶ, Τί, φησὶν, ὦ οὗτος, βούλεταί σοι τῆς μεταθέσεως ἡ προαίρεσις; Ὁ δὲ τῆς γλώττης ἐξηγητὴν προστησάμενος (τὴν πάτριον γὰρ εὐθὺς ἀπεῖπε διάλεκτον, νοθεύειν μηδὲ τρόπῳ τῆς φωνῆς ἀνεχόμενος τὰ ἡμέτερα)· Ὅτι σωτηρία μὲν ἐμοὶ καὶ Θεὸς τὸ τιμώμενον, ὑμῖν δὲ πλάνη καὶ δαίμονες τὸ σεβάσμιον· καὶ τούτων ἀκριβὴς ἐγὼ δικαστὴς, ὡς ἀμφοτέρων ἔχων τὴν εἴδησιν. Τί οὖν, ὦ τάλαν; Ἑβραίων παῖδες οὐ τὸν Χριστὸν ἀνεσταύρωσαν; Καὶ πῶς τὴν ἀπάτην ἀντὶ τῆς ἀληθείας ἐπόθησας; Ἐπ' αὐτὸν ὁ μακάριος· Ἐκλελεῖς μὲν τὸ πάθος, ἀποκρύπτεις δὲ τὴν ἀνάστασιν. Χριστῷ τὸ πάθος ἑκούσιον· ἑνωθεῖσα γὰρ θεότης τῇ σαρκὶ, θανάτῳ καταλύει τὸν θάνατον, τῶν παρ' ὑμῖν τιμωμένων δαιμόνων τῆς δουλείας ἐλευθεροῦσα τὸν ἄνθρωπον. Αὕτη τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν διεμόρφωσε, καὶ διέπλασεν· ἀφέντες δὲ τὸν δημιουργὸν τῶν ἁπάντων Θεὸν, τοῖς κτίσμασιν ὑποτάττεσθε. Πάρες τουτουσὶ τοὺς τετυφωμένους λόγους, ὁ ἄρχων ἔφη τῷ μάρτυρι· πειθομένῳ γάρ σοι χαρίζεται βασιλεὺς ἀξιωμάτων λαμπρότητα, περιφάνειαν πλούτου, ἵππων εὐγένειαν, καὶ τὸ δὴ μέγιστον, εἶναι σὺν αὐτῷ, καὶ βασιλέως ἀκούεσθαι. Προαγωγικῶς ὁ ἀντιστάτης τῷ γεννάδᾳ προσφέρεται· τὴν πόρνην γὰρ θρησκείαν ψιμυθιώσας, τοῖς χρήμασι τοῦ κάλλους ἀνθέλκειν τῆς εὐσεβείας ἐπείγεται. Οὐ μὴν τοῦ ἀνδρὸς τὸν λογισμὸν διεσάλευσεν· τοῦ φυσικοῦ γὰρ τῆς ἀληθείας κάλλους ἐραστὴς ἦν γνησιώτατος. Τί οὖν φησι; Τὸν κτίσαντά με Θεὸν οὐκ ἀρνήσομαι· τὸν δὲ τοῦ βασιλέως πλοῦτον, αἰθάλην ἡγοῦμαι καὶ χοῦν. Τούτοις καταπαλαισθεὶς ὁ ἀντίπαλος τῷ τυράννῳ τὴν ἧτταν ἐμήνυσεν. Ὁ δὲ τοῖς λόγοις τὴν φλόγα τοῦ θυμοῦ, οἷον ἐλαίου προσαγωγῆς ἀναπτόμενος, τιμωρεῖσθαι τῷ ἄρχοντι προστάττει τὸν μάρτυρα. Ὁ δὲ τῷ τυράννου θυμῷ προσαγαγὼν καὶ τὸν ἴδιον ἐξελέσθαι τῆς φρουρᾶς παρεσκεύαζεν. Εἶτα γίγαντι δή τινα

Interea cum aliquot dierum numerus effluxisset, de adventu martyris conscius factus est Chosroa. Exinde nova certaminum initia, et sublimiora tropæa victoriæ : quo enim persecutore crudelior est persecutor, eo coronis coronæ splendidiores exsistunt. Igitur quem impietati promovendæ magis idoneum existimat tyrannus, eum ad beatum mittit, ut instituto examine pietatis reum agat sanctum; ab impietate enim deflectit, quicunque in ipsa impietate præclare impius non perstat. Is, in partem B egregii operis assumpto carceris tribuno (85), coram vincto se sistit, et heus tu, inquit, quid hæc sibi vult tua consilii mutatio? At ille interpretem linguæ statuens (nam patriam statim valere jusserat dialectum, adulterari nostra sono, et forma vocis non ferens) respondit : Quia salus mihi est et adoratio Deus, vobis autem error, et dæmonia religio : atque horum ego plane sum perfectus judex, qui utraque novi accurate. Quid ais, miser? Nunquid Hebræorum filii Christum non crucifixerunt? Quomodo nam pro veritate fraudem et dolos sequi maluisti? Ad eum beatus : De passione diserte narras, de resurrectione autem nil dicis. Christo fuit passio voluntaria, nam unita carni deitas mortem C morte dissolvit, a dæmonum, quos vos colitis, servitute hominem liberans. Hæc ipsa deitas cœlum, et terram formavit, et effinxit : vos autem, rerum omnium artificem Deum pro nihilo æstimantes, subditi facti estis creaturis. Mitte, inquit præfectus martyri, hos tumidos inflatosque sermones. Tibi enim obtemperanti rex præclaras dignitates, splendidas divitias, et generosos equos donabit, et quod maximum est, cum eo esse, et regem audire licebit. Multum insidiose generoso viro se offert adversarius. Meretricem enim superstitionem oblinens fuco (86), divitiarum splendore satagit a pietatis venustate virum avocare. Sed nec his artibus eum a sententia dimovit, utpote qui non fucatæ formæ, qua veritas nitet, erat amator ingenuus. Quid igitur D beatus? Deum, qui me creavit, non negabo : regis autem divitias cinerem et lutum esse duco. Hoc responso dejectus adversarius acceptam cladem tyranno renuntiat, qui flammam iræ, velut oleo indito (87), incendens dictis, torqueri martyrem mandat præfecto. Hic autem tyranni furori furorem addens suum, educi jubet beatum e custodia. Ac

NOTÆ.

(84) Cartacius, Jesdim filius, apud quem mansit monachus sancto Anastasio datus comes, et testis, in Actis ms. monasterii S. Maximini Treviris, quæ laudat Bollandus, dicitur *Dispensator primus in rebus publicis* : hic autem, ἀξίωμα μέγιστον περικείμενος, *in summa dignitate constitutus*, declaratur. Inde patet multos fuisse in Perside, etiam regnante Chosroa, principes viros, Christianæ religioni addictos, a quibus affligendis vel timore, vel reverentia impius rex detinebatur. Vide supr. n. 34.

(85) Idem n. 89. Τῶν δεσμοφυλάκων χιλίαρχος, *custodum carceris tribunus*, et caput vocatur. Erat autem, teste Pisida, Christianus.

(86) In Græco melius ψιμυθιώσα;

(87) Puto legendum προσαγωγῇ.

Digitized by Google

tum quidem composita quadam minarum in gigantem turre cœlestem virum dejicere certo sperabat. Ubi autem irritum esse conatum apparuit, et fatuus tumor firmitate martyris solutus evanuit, Persico more ligari, et largiter cædi fustibus beatum jubet præfectus, hæc subdens. Hæc tibi pro tua ad detrectandum pervicacia merces : hæc tibi dicto non parenti pro regiis honoribus rependuntur munera. Ita omnis erit tibi vita transigenda quotidie. Ille vero ad præfectum : Non mihi dulces (88) sunt regis divitiæ, nec amara est mihi tuarum minarum jactatio. Tunc vero præfectum instar feræ concitatum furere, et quid dignum sua rabie moliri. Solvi jubet beatum vinculis, et porrectum supinumque, facie in cœlum conversa, humi reclinari, tum lignum supra ejus tibias statui, et in extremitatibus utrinque insistere immanes viros, Otum, et Ephialtem (89) diceres, tanquam fullonia pila pedum ossa tundentes. Verum quæ, quantaque fuerit doloris acerbitas alter dixerit : mihi enim horret animus, et fugit in ipsum tam diri cruciatus cogitatum descendere. At generosus Christi imitator tantos inter dolores lætus agebat, et ligni tormento gaudebat; crucis enim Christi secum reputans lignum, et aversam Petri crucifixionem recolens mente, novo hoc suæ crucifixionis genere delectabatur. Itaque cum etiam tormentis inexpugnabilem esse vidit præfectus, iterum in custodiam eum transferri mandat, quandiu ipse de incepto alacriter agone referat tyranno. Interea cum is, qui carceris custodibus præerat tribunus (90), Christianus esset, frater e monasterio comes missus omni impedimento remoto sanctum adit, piisque sermonibus inflicta ab impiis doloribus vulnera fovet, et detegit, et tanquam generosum quendam pullum ad finem certaminis instigat freno. Verum plurimi etiam Persæ in Christum credentes (91), et ipsi Jesdim filii martyrem visunt, ejusque pedes, et vincula deosculantur, et fimbriam vestis manu tenentes a peccatorum fluxu liberari precantur. Quin et aliquam benedictionem (92) ad propriam tutelam ex ejus corpore asportare voluissent; sed eo firmiter renuente, ceram ejus catenis affundunt, et id quod desiderant, figura saltem expressum obtinent, apostolicum veluti semicinthium (93) ab ejus corpore sumentes.

A πύργον συντιθεὶς ἀπειλῶν, πορθεῖν ἤρετο τὸν οὐράνιον ἄνθρωπον. Ὡς δὲ μάταιον ἠλέγχετο τὸ ἐγχείρημα, καὶ κόμπος ἀνόνητος διαλυόμενος τῇ ἐνστάσει τοῦ μάρτυρος, αἰκίζεσθαι ῥοπάλοις προσέταττεν δαψιλῶς, ἐπιχωρίῳ σχήματι δεσμευόμενον, ὑπεπῶν· Οὗτός σοι τῆς καλῆς ἀπειθείας μισθός· ταῦτά σοι μὴ πεισθέντι ταῖς βασιλέως τιμαῖς ἀντεισφέρεται· αὕτη σοι τῆς ζωῆς διημέρευσις. Ὁ δὲ πρὸς ἄρχοντα· Οὐ γλυκὺς ὁ τοῦ βασιλέως σοι πλοῦτος, οὐδὲ ἐμοὶ πικρὸς ὁ τῶν ἀπειλῶν σου κόμπος. Τότε δὴ τὸν ἄρχοντα θηριωδῶς τραχυνόμενον ἀνευρεῖν τῆς ὀργῆς ἀξίαν ἐπίνοιαν· κελεῦσαι λυθῆναι μὲν τῆς δεσμεύσεως· ἐκταδὸν δὲ τῷ νώτῳ προσαπλωθέντα τῇ γῇ πρὸς οὐρανὸν ἀντιπρόσωπον ξύλον ἐπὶ ταῖς κνήμαις ἱδρύσασθαι, καὶ πρὸς τὴν ἑφ' ἑκάτερα ἄκραν ἄνδρας

B ἐπιβῆναι, τάχα τινὰ Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην, δίκην κναφικῶν ὀργάνων πιάζοντα τῶν ποδῶν τὴν ὀστέωσιν. Καὶ τίς ἂν ἐνταῦθα τῶν ἀλγηδόνων κατείποι τὸ μέγεθος· ἐμοὶ γὰρ νοῦς ὑποφρίττει, καὶ δείδει παρελθὼν τῆς βασάνου πρὸς ἔννοιαν. Ὁ δὲ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ ζηλωτὴς ταῖς ἀλγηδόσιν ἐτέρπετο, καὶ τῇ βασάνῳ τοῦ ξύλου προσέχαιρεν· τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ λογιζόμενος, καὶ τὴν ἀντίθετον τοῦ Πέτρου διανοούμενος σταύρωσιν, τῷ ξένῳ τρόπῳ τῆς οἰκείας ἐνετρύφα σταυρώσεως. Ὡς δὲ καὶ βασάνοις ἀνάλωτον ἐτεθέατο, κελεῦσαι πάλιν πρὸς τὴν φρουρὰν μεταστῆσασθαι, μέχρις ἂν τῷ τυράννῳ τοῦ ἀγῶνος δηλώσῃ τὴν ἔνστασιν. Ἐπεὶ δὲ Χριστιανὸς ὁ τῶν δεσμοφυλάκων ὑπῆρχε χιλίαρχος, ὁ τῆς μονῆς ἀδελφὸς ἀνεμπόδιστον ἔχων τὴν πρὸς τὸν ἄγιον εἴσοδον,

C καταντλῶν εὐσεβείας λόγοις τὰ τραύματα τῶν δυσσεβῶν ἀλγηδόνων ἀπέσμηχεν, καὶ οἷον εὐγενῆ τινα τῶλον χαλινῷ πρὸς τὸ τέλειον ἀνηγείρετο τῆς ἀθλήσεως. Ἦδη δὲ καὶ Περσῶν οἱ ὁμόφρονες, καὶ τοῦ Ἰεσδὶν οἱ παῖδες ἐπιφοιτῶντες τῷ μάρτυρι, τούς τε πόδας καὶ τὰ δεσμὰ κατησπάζοντο, καὶ τοῦ κρασπέδου τῆς ἐσθῆτος ἁπτόμενοι ᾔτουν αὐτοῖς παυθῆναι τὴν τῆς ἁμαρτίας αἱμόῤῥοιαν. Ἐδέοντο δὲ καί τι παρ' αὐτοῦ κομίζεσθαι φυλακτήριον· τοῦ δὲ τὸ φορτικὸν διαφεύγοντος, κηρὸν τοῖς δεσμοῖς ἐπιβάλλοντες, ἐκμαγείῳ τὸ σπουδαζόμενον ἤνυον, ἐκ τοῦ χρωτὸς, ὥσπερ ἀποστολικὸν λαμβάνοντες σιμικίνθιον.

NOTÆ.

(88) Quanquam in Græco sit σοὶ πλοῦτος, vertere placuit, quasi diceret μοί.

(89) Iphidemiam Aloei uxorem duos filios ex Neptuno peperisse procerissimos narrat Homerus *Odyss.* XI, 307 :

Ὦτόν τ' ἀντίθεον, τηλέκλειτόν τ' Ἐφιάλτην,
Οὓς δὴ μηκίστους θρέψε ζείδωρος ἄρουρα.
Ἐννέωροι γὰρ τοίγε καὶ ἐννεαπήχεες ἦσαν
Εὖρος, ἀτὰρ μῆκός γε γενέσθην ἐννεόργυιοι.
Otumque virilem, et inclytum Ephialtem,
Quos certe procerissimos enutrivit alma tellus :
Novennes enim cum essent, novem cubitorum erant
Latitudine, cæterum longitudo erat novem ulnarum.

(90) Chiliarchus, vel tribunus, quem Christianum dicit Pisida, a Chiliarcho, de quo supra n. 83, non plane diversus.

(91) Vide supr. n. 82.

(92) Φυλακτήριον, quod ex Anastasio asportare voluissent Christiani, recte explicat Pisida quid fuerit; ne quis voce *phylacterii*, quod amuletum significat, existimaret eum Græcorum, aliarumque gentium vanitatem tueri, qui περίαπτα, περιάμματα, ἐξαρτήματα, φυλακτήρια, uno verbo *amuleta*, cum quorumdam verborum susurro fronti, et collo appendere, et alligare consueverunt : quam consuetudinem omnes sancti Patres damnarunt. Videsis in illud *Matth.* XXIII, 5. *Dilatant phylacteria.* Itaque Pisidæ φυλακτήρια sunt λείψανα, *reliquiæ*. Nos *Actorum* interpretes secuti, *benedictionem* vertimus.

(93) Σιμικίνθιον, quod rectius σημικίνθιον, semicinctium, sudarium, strophiolum, quo sudor absterg-

Digitized by Google

Εἶτα παριππεύσαντος ἡμερῶν ἀριθμοῦ, πρὸς ἑτέραν ὁ διώκτης ἀναιδιζόμενος πάλην τῷ δεσμωτηρίῳ παρίσταται· τῆς ἥττης γὰρ ἡ συνήθεια τῆς ἀποτυχίας οὐκ αἰδουμένη τὴν ἔκβασιν, θρασύτερον ἐπιτρέχει τῷ σκάμματι· καί φησι πρὸς τὸν ἅγιον· Τοῖς βασιλέως, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ πείθῃ προστάγμασιν; Διασείσας δὲ τὴν κεφαλὴν ὁ μακάριος, καὶ τὸ ἀγεννὲς τοῦ ἀντιστάτου διαφαυλίζων τῷ σχήματι· περὶ τῶν αὐτῶν ἀνόητον ἔφη πολλάκις πυνθάνεσθαι. Ἠλίθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀνερωτᾷν τὸν νικήσαντα, ποίαν ἔχει πρὸς τὸν ἀγῶνα προαίρεσιν. Τότε τὴν βάρβαρον ἀνακινήσας ὀφρὺν, κελεύει τῷ προτέρῳ δεσμεύεσθαι σχήματι καὶ ῥοπάλοις, δίκην μετάλλου χρυσοῦ σφυρηλατεῖσθαι τὸν ἅγιον. Ὡς δὲ πρὸς εὐσέβειαν ἐώρα ταῖς πληγαῖς μηκυνόμενον (οὐ γὰρ μεταβάλλεται χρυσὸς ἐλαυνόμενος, ἀλλ' ἐκτείνεται), τοῦ σταδίου τὸ πέρας ὀδυνώμενος ἀπεχώρησεν. Ἤδη δὲ καὶ πρὸς παγκράτιον αὐθαδιζόμενος ἔρχεται, καὶ κολακικαῖς προσβολαῖς ἀπεπειρᾶτο τοῦ μάρτυρος, ἢ φοβεραῖς ἀπειλῶν ἀνατάσεσιν, αὖθις δεσμευομένῳ ῥοπάλοις ἀναιδῶς διεπύκτευεν. Εἶτα τῶν δεσμῶν ἀναλύσας τὸ κράτημα, τὴν χεῖρα κάλῳ διαλαβὼν, ταύτης ἀνήρτησε τὸν μακάριον, λίθον ἑτέρῳ τοῖν ποδοῖν ἐξαψάμενος, ὑπονοῶν τῷ βάρει καθέλκεσθαι τῆς πρὸς οὐρανὸν ἀναβάσεως. Ὁ δὲ πρὸς οὐρανὸν ἀποβλεπούσῃ τῇ δεξιᾷ προσανέχων τὸν νοῦν τῷ χαμαιῤῥέπει τοῦ ποδὸς οὐδαμῶς ἀπεστρέφετο. Ὡς δὲ τῆς ἡμέρας δύο παρανήλωτο μόρια, καὶ τοιούτῳ προσάγχων παλαίσματι προσαποτεῖναι τῷ σκάμματι τὸν ἀθλητὴν οὐ κατίσχυσεν, ἀπίει τῷ τυράννῳ τὴν τῆς νίκης δηλώσων ἀπόγνωσιν. Ἐνταῦθα τοῦ ἀγῶνος ἀλύων ὁ τύραννος, ἐκποδὼν ποιεῖσθαι τὸν δίκαιον ἐβουλεύσατο, ἀμνηστίαν ὡς ἐδόκει τῷ πράγματι σοφιζόμενος. Προσπέμψας οὖν αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα καὶ τῶν ἄλλων οἷς προσῆν τι καὶ φρυάγματος καὶ ὠμότητος, ἀνελεῖν προστάττει τὸν ἅγιον, παρακαταστήσας αὐτῷ καὶ τῆς αἰχμαλώτου τύχης τοὺς τῆς πίστεως κοινωνοὺς, καὶ κοινωνοὺς ἀναιρέσεως. Ἀφικόμενοι τοίνυν, οἷα θῆρες ὠμότατοι κατευωχεῖσθαι σαρκῶν ὀρεγόμενοι, γείτονι τοῦ Βηθσαλωὴ χωρίου ποταμῷ παρεστήσαντο τόν τε μακάριον, καὶ πληθὺν ἀνδρῶν τριάκοντα τῆς ἑκατοντάδος ἐνδέουσαν. Τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἡ

A Cum autem aliquot dies excurrissent, ad aliam persecutor luctam ineundam factus audax (94) carceri se sistit (solent enim, qui semel victi cesserunt, iterum ac audacius ad scamma redire, sinistro eventu non retardati), et ait sancto: Regisne an tuæ vis obedire voluntati? At beatus quatiens caput, et adversarii ignaviam contemnens, stultum est, inquit, iterum iterumque de eadem re interrogare. Ac profecto insanum est ab athleta victore petere, quam habeat de agone sententiam. Tunc præfectus barbarum movens supercilium eodem, quo prius, modo sanctum ligari, et ut solet malleo aurea virga, ita ejus corpus fustibus cædi jubet. Verum cum eum videret in pietatem magis protendi verberibus (nec enim aurum crebris ictibus agitatum immutatur, sed extenditur), demum a stadio tristis discessit. Sed et iterum ausus ad pancratium insolenter prodire, qua blandis pollicitationibus, qua diris comminationibus tentavit martyrem, et cum rursus illigari mandasset, fustibus et virgis inique cum eo decertavit. Postea solutis catenis, manum ei fune constringit, atque ex ea beatum suspendit, alteri pedum saxo alligato; eo quippe pondere ratus ab ascensu in cœlum deductum iri martyrem. Sed is in dexteram in cœlum conversam animum intendens a pede in terram protenso neutiquam distrahebatur. Cum autem duæ partes diei ita frustra absumptæ fuissent; nec enim hoc luctæ genere athletam constringens, ipsum potuit in fossam detrudere, abiit tyranno renuntiaturus, jam desperatam esse victoriam. Tyrannus autem, ut qui victus in agone cessisset, e vestigio justum educere statuit, rem sibi visus præclaram adinvenisse, qua suum dedecus traderet oblivioni. Itaque missis cum præfecto aliis (95), quibus multum inerat crudelitatis et superbiæ, viris, sanctum necari jubet, cui quos ei fecerat fides in captivitate socios, dedit tyrannus etiam in morte consortes. Illi autem statim profecti, tanquam feræ belluæ ad depascendas carnes ventris stimulo concitatæ, ad vicinum Bethsaloe fluvium (96) una simul beatum, ac centum triginta minus (97) virorum multitudinem sistunt,

B

C

NOTÆ.

gitur. Vox Latina, quæ cum aliis jam a tempore apostolorum in Græciam immigrarunt. Alludit Pisida ad illud, Act. XIX, 12, de virtutibus, et miraculis, quæ sanctus Paulus operatus est Ephesi. Ὥστε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια, ἢ σημικίνθια, καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν τὰς νόσους. « Ita ut etiam super languidos deferrentur e corpore ejus sudaria, vel semicinthia, et recedebant ab eis languores. » Unde sanctus Joan. Chrysostomus, *De sacerdotio*, lib. IV, cap. 6, sancti Pauli eminentem virtutem laudans dixit: Οἱ δὲ νῦν πάντες ὁμοῦ συνελθόντες μετὰ μυρίων εὐχῶν καὶ δακρύων οὐκ ἂν δυνηθεῖεν, ὅσα ἴσχυσε τὰ σημικίνθια Παύλου ποτέ. « Hodierni autem homines, omnes simul coacti, infinitis tum precibus, tum lacrymis, nunquam tantum possint, quantum olim Pauli semicinctia potuerunt. » Videsis clarissimi viri Joan. Lamii digressionem *De re pe-*

D *stiaria hominis Christiani* in libro vere singulari *De eruditione apostolorum*, part. I, pag. 156, quem nova dissertationum adnotationumque accessione hoc anno 1766 iterum protulit in lucem.

(94) Ἀναιδιζόμενος. Pro ἀναιδευόμενος, *impudenter*, *et arroganter* rem aliquam aggressus. Mox occurrit αὐθαδιζόμενος, quæ vox forsan hic etiam est reponenda pro ἀναιδιζόμενος.

(95) In Græco lego τοὺς ἄλλους.

(96) Vide supr. n. 78.

(97) Acta habent circa septuaginta fuisse Christianos, qui una simul cum sancto Anastasio martyrio coronati sunt. Pisida poetica quadam locutione, verumtamen claris verbis definit, « fuisse centum, minus triginta, » et infra apertius, ἑβδομήκοντα, *septuaginta*, ut est in Martyrologio Romano.

Digitized by Google

quos inter recensebantur illi duo, qui Cæsarea cum martyre in Persidem venerant. Ibi territamentis illecebras (98), minasque donorum pollicitationibus intermiscentes conantur sanctum ad defectionem deducere. Interea unum post alium educentes, et singulorum colla laqueo astringentes funem clavo affigebant, ac tunc suo ponderi totum corpus concedentes, præpedito spiritu suffocabant, et ad martyrem ducebant : Quousque tandem, homo, tibi erit mori dulce? Horum calamitatibus tibi tuas non defuturas erudire. Quis pro donis tormenta sponte suscipiat (99)? Quis malit improbis adjungi, quam cum rege vivere (100)? Quis pro pulcherrima vita turpissimam eligat mortem? Ne spernas, nos tibi esse consiliarios, quos generis necessitas facit, ut ob benevolentiam æqua tibi consulamus. Hæc, et alia plura hisce similia, quandiu septuaginta viri unus post alium tradebantur morti, eorumque supplicium concioni tempus præfiniebat, illi dicebant, quo res esset abitura timentes. Durum est enim quod cogimur exspectare; quod autem momentaneum est, cum locum timori non præstet, leve. Quid igitur ad hæc beatus Anastasius? Intuens in cœlum, oculis ipsis, et magis animo gratias egit Christo, quod optatum finem attingeret, ac deinde ad suos persecutores conversus dixit : Hæccine est illa vobis adeo terribilis mors? At mihi longe graviora speranti omnino vilescit. Innumeris ego rebar suppliciis a vobis concidi, et meorum membrorum numerum superatura esse tormenta. Nunc autem exiguæ mortis pretio magnis Christi militibus adnumneror. Tunc subjiciens : In manus tuas commendo spiritum meum (101), Christe Deus salutis meæ; laqueo constrictus (102) splendidam martyrio coronidem imposuit. Per hæc igitur, ac tanta fortiter expleta certamina coronis auro, gemmisque distinctis pretiosiorem (103) coronam ex paradisi floribus contextam egregius martyr suscipit, et æternorum bonorum gaudium, suæ fortitudinis præmium, obtinet.

A δυὰς ἡ συναναβᾶσα τῷ μάρτυρι κατελέγετο. Ἐνταῦθα κιρνῶντες κολακείᾳ μὲν φόβῳ, ἀπειλὰς δὲ δωρεῶν ὑποσχέσεσι, πρὸς ἀποστασίαν ἐνῆγον τὸν ἅγιον. Ἤδη δὲ καθ' ἕνα παράγοντες, καὶ βρόχῳ τὸν αὐχένα σφηκώσαντες, προσπατταλεύσαντες τὸ καλώδιον, καὶ τούτῳ μετέωρον τὸ σῶμα πᾶν ἐπιτρέποντες τῷ βάρει τῆς ὁλκῆς ἀποθλιμμένου τοῦ πνεύματος ἐναπέπνιγον, προσεπιλέγοντες τῷ μάρτυρι· Μέχρι τίνος, ὦ ἄνθρωπε, θανατοῦσαι; Ταῖς τούτων παιδαγωγήθητι συμφοραῖς τὰς αὐτοῦ καλῶς διατίθεσθαι. Τίς καλάσεις ἀντὶ δωρεῶν ἐκὼν ἀναδέχεσθαι; Τίς κακούργοις συνεῖναι[ἀντὶ] τῆς βασιλέως διαίτης ἀσπάζεται; Τίς ἀντὶ καλλίστης ζωῆς αἱρεῖται κάκιστον θάνατον, Δέχου συμβούλους ἡμᾶς ἀνάγκη γένους πρὸς εὔνοιαν συμβουλεύοντας. Ταῦτα κατέλεγον, καὶ τούτων πολυ- B πλασιονά τε καὶ πλείονα, καὶ ὅσον ὁ τῶν ἑβδομήκοντα καθ' ἕνα γινόμενος θάνατος ἐπεμέτρει τῇ δημηγορίᾳ καίρὸν, τῇ ἐλπίδι τοῦ μέλλοντος, ὡς ᾤοντο, δεδιττόμενοι · φοβερὸν γὰρ τὸ προσδοκώμενον, διαλαν θάνει δὲ τὸ αἰφνίδιον φόβου καιρὸν μὴ δεχόμενον. Τί οὖν ὁ μακάριος Ἀναστάσιος; Τῷ οὐρανῷ προσαναβλέπων τοῖς ὄμμασι, καὶ πλέον τῷ νῷ χάριν ὡμολόγει Χριστῷ τοῦ ποθουμένου πέρατος ἐφαπτόμενος, καὶ τοῖς διώκταις ἐφθέγγετο. Οὗτος ὁ φοβερὸς ὑμῶν θάνατος; οὗτος τῇ ἐλπίδι τῶν σφοδροτέρων ἐμοὶ παρανήλωται · ἀναριθμήτοις ἐγὼ διατετμῆσθαι τιμωρίαις ἐνόμιζον, καὶ νικᾷν ἀριθμῷ τῶν ἐμῶν μελῶν τὴν διαίρεσιν · νῦν δὲ μικρῷ θανάτῳ τοῖς μεγάλοις τοῦ Χριστοῦ στρατιώταις ἐναρίθμιος γίνομαι. Τούτοις C ὑπείπων, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου, Χριστὲ ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας μου, τοῦ μαρτυρίου τὴν κορωνίδα τῷ βρόχῳ λαμπρῶς περιγράφεται. Τοσούτοις ὁ καλλίνικος μάρτυς ἐναθλήσας παλαίσμασι, λιθοκολλήτου στεφάνου στερρότερον δέχεται στέφανον, τοῖς ἐκ τοῦ παραδείσου διάπλοκον ἄνθεσι, καὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν αἰωνίαν ἀπόλαυσιν, τῆς ἀριστείας ὀρεὰν ἀποφέρεται.

At vero quoniam argumenti suavitate abrepta oratio suum nequit explere dicendi desiderium, et martyrem, donec tollatur, ut Elisæus Eliam (104), sponte non dimittit, parum adhuc temporis rei enar-

Ἐπεὶ δὲ τῆς καλῆς ἀπληστίας ὁ λόγος ἐρᾷ, καὶ τῆς τοῦ μάρτυρος ἀναλήψεως, ὡς Ἐλισσαῖος ἐκὼν οὐκ ἀφίσταται, ἔτι μικρὸν ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ διηγήματι χαρισώμεθα. Ὅτε τὸ μακάριον τέλος ὁ τοῦ Χριστοῦ

NOTÆ.

(98) Lege κολακείαν.

(99) Puto melius vel ἀναδέχεται, vel ἀναδέχεσθαι θέλοι.

(100) Supple ἀντὶ τῆς βασ.

(101) Luc. XXIII, 46.

(102) Acta Græca diem, quo sanctus Anastasius martyrium consummavit, aperte designant : Κατὰ τὴν δευτέραν καὶ εἰκάδα τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς βασιλείας τοῦ Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ ἑκκαιδεκάτου Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. « Vicesima secunda mensis Januarii, anni decimi octavi imperii religiosissimi Heraclii, et decimi sexti ejus filii Constantini. » Omnes autem quotquot de sancto Anastasio Persa egerunt, tum veteres ac recentes scriptores, quorum sententias Alex. Politus expendit in *Martyrol. Rom. illustr.*, conveniunt sanctum Anastasium, cum jam D septuaginta Christiani strangulati fuissent, simili morte esse defunctum; quamvis alii aliter id factum esse tradant, quod mox, n. 105, observabimus. Ephemerides Græcæ recte uno versiculo diem, et genus mortis designant :

Εἰκάδι δευτερίῃ Ἀναστάσιος βρόχον ἔτλη.
Die XXII *Anastasius laqueum sustinuit.*

Quod etiam duobus senariis expressum invenitur :

Ἀναστάσιος ἐν τραχήλῳ τὸν βρόχον,
Ὡς λαμπρὸν ὅρμον, ὡραΐζεται φέρων.
Anastasius in collo laqueum,
Quasi splendidum monile, ferens coruscat.

(103) Cod. ms. pro στερρότερον habet in margine τιμιώτερον, quam lectionem in versione recepimus.

(104) IV Reg. cap. II, 10.

Digitized by Google

μαθητὴς ἀνεδέξατο, ξίφει τὴν σεβασμίαν κεφαλὴν τοῦ σώματος διεχώριζον, ὅπως τὴν σφραγῖδα τῷ τυράννῳ τὴν περιαυχένιον ὑποδέξωσιν. Ὁ τοίνυν τῶν δεσμοφυλάκων ταξίαρχος τῷ πλήθει τῶν σωμάτων μὴ παρακλαπῆναι τοῦ μάρτυρος βουλόμενος τὴν διάγνωσιν, σπουδὴν ἐποιεῖτο διειλεῖν τῆς ἀθροίσεως· οὐ μὴν οἱ δημόκοινοι συνεχώρησαν. Ἑβραῖοι τὴν θρησκείαν ὑπάρχοντες· εἰκότως γὰρ οἱ τὰς χεῖρας ἐπιβαλόντες Χριστῷ, καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν αὐτουργοῦσι τὸν θάνατον. Ὡς δὲ τοῦ μάρτυρος τὴν τελείωσιν οἱ τοῦ Ἰεσδὶν παῖδες ἐπύθοντο (καὶ γὰρ οἰκέται τῶν ἀνδρῶν συμπαρωμάρτουν αὐτῷ πρὸς τὴν ἄθλησιν), τὸ σῶμα ταῖς πληγαῖς βαρυνόμενον ὑπεριδόντες, τῶν δημοκοίνων χρήμασιν ἐξωνησάμενοι τὴν ὠμότητα, τοῦ μακαρίου τὸ σῶμα χωρὶς ἐναπέθεντο. Ἐπεὶ δὲ νὺξ παρῆν, καὶ καιρὸς θεοφιλοῦς ἐγχειρήσεως καὶ κλοπῆς εὐσεβοῦς περιστεῖλαι ταφῇ τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος, ὁ τῆς μονῆς ἀδελφὸς, τῶν Ἰεσδὶν οἰκετῶν, καὶ τῶν αὐτόθεν ὁμοτρόπους τὴν ἄσκησιν προσλαβόμενος, τῷ τόπῳ παρίσταται. Ἀλλὰ γὰρ ποία λογογραφικῆς ἰσχὺς ἐξαγγελτικῇ πλεονεξίᾳ πιστεύουσα τὸ θαῦμα πρεπόντως ἀνιστορήσοι τῆς ἄψεως; Κυνῶν πλῆθος περιστάντες τὸν ἅγιον, τὸ τῆς φύσεως ὠμοφάγον ἐκρίψαντες, οἷα δὴ θησαυρὸν Δεσπότου πολύτιμον ἀγρύπνως ἐφύλαττον. Εἶτα θρηνώδη πως ὑλακὴν ὠρυόμενοι, καὶ γοερῶς ἐπιλῶντες, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἀπήχησιν ἐπιτάφιον, ὥσπερ ἐπεταγῴδουν τῷ σώματι· καὶ καταιδοῦνται κύνες, ὃν οὐκ ἠδέσθησαν οἱ ὁμόφυλοι· καὶ γίνεταί πως ἐναλλὰξ, ἄνδρες μὲν κυ-

randæ indulgeamus. Vix dum (105) finem beatum Christi discipulus acceperat, cum venerandum caput ab ejus corpore abscissum est, ut signum cervice impressum (106) ostenderent tyranno. Tum vero custodum tribunus (107) nolens inter corporum multitudinem ita martyris confundi corpus, ut dignosci amplius non posset, a cadaverum cumulo illud secerni diligenter curabat (108). Sed non permiserunt lictores, qui erant Hebræi (109), quales decebat omnino esse; ut qui in Christum injecerant manus, etiam in Christi discipulos mortem molirentur. Ut autem Jesdin filii martyrii consummationem intellexerunt (nam eorum famuli comites in agone astiterant beato, ejus corpus onustum vulneribus suffulcientes), pecunia data lictorum feritatem emollire, ipsum martyris corpus redimere, ac seorsim collocare studuerunt. Cum autem nox advenisset, et rem Deo gratam jam capessendam, piumque furtum non differendum esse tempus moneret, ut corpus martyris opportune conderetur sepulcro; e monasterio frater, assumptis secum Jesdin famulis, necnon quibusdam illic degentibus (110) monachis, illuc progreditur. Verum quæ vis oratoris ipsa dicendi aviditate concitata, et incensa satis accurate valeat enarrare miraculum, quod statim objectum est oculis (111)? Canum multitudo circumaffusa, naturali feritate projecta, ut pretiosum domini thesaurum, sanctum vigiles custodiebant, et lugubri quodam latratu ululantes, et lamentabili quodam,

NOTÆ.

(105) Cum de genere martyrii sancti Anastasii scriptorum varietas fecerit ut oriretur dubitatio; alii enim suffocatum, alii vero decollatum obiisse tradunt; Alex. Politus conjecturam fecit in Martyrol. Rom. diversas sententias sic esse conciliandas. « Potuit fieri, quod et factum videtur, ut, dum beatus martyr, laqueo ad collum ejus strictius adducto, in eo jam erat ut suffocaretur, caput ei actutum præciderent. Idque mihi satis significasse videtur Menologium Græcum Sirleti. Hac ratione conciliari fortasse inter se possunt ea loca, quæ inter se contraria videntur de genere martyrii sancti Anastasii: quem quidem Anastasium alii laqueo, alii capitis præcisione, martyrium confecisse commemorant. » Verum Politi conjecturam, ut levem, rejiciendam suadet Pisida, qui quemadmodum res acta sit, adeo dilucide narrat, ut ea conciliatione neutiquam indigeat. Nuper noster Encomiastes dixit, τοῦ μαρτυρίου τὴν κορωνίδα τῷ βρόχῳ λαμπρῶς περιγράφεται, « martyrio splendidam coronidem laqueo constrictus imponit; » quibus verbis genus mortis declarat. Hic autem, qua de causa post mortem sancti martyri caput fuerit amputatum, explanat, ὅπως τὴν σφραγῖδα τῷ τυράννῳ τὴν περιαυχένιον ὑποδείξωσιν, « ut sigillum cervici impressum ostenderent tyranno. » Itaque genus martyrii, quod post multa tormenta sanctus Anastasius pertulit, definitum est. Laqueo constrictus obiit, deinde vero decollatus est, ut de ejus morte ex nota inusta capiti certior fieret tyrannus.

(106) De signo S. Anastasio impresso, supr. n. 74.

(107) Custodum carceris tribunus, qui in Actis dicitur Sellarius, pietatis causa (Christianus enim erat) sancti Anastasii corpus secerni volebat. Vide supr. n. 89.

(108) Mirabar Simeonem Metaphrastam, qui sancti Anastasii vitam ex Actis a Bollando vulgatis contexuit, contra eorumdem fidem dixisse, tum sanctum martyrem cum ejus septuaginta socios « in flumen esse demersos: » quod etiam legitur in Martyrologio Parisiensi. « in Perside sancti Anastasii monachi, qui... in flumen demersus martyrium consummavit post alios septuaginta. » Nihil porro tale nec ex actis ipsis, neque ex Pisida colligitur: quare quod de septuaginta martyribus in Martyrologio novo Romano primum adjectum est, « in fluenta demersos, » omnino delendum est, ut monet nuper laudatus Alex. Politus, pag. 366. Error, ut videtur, ex eo natus est, quod sciolus nescio quis, cum legisset martyres juxta flumen esse adductos, et postea suffocatos, « in fluenta » tandem « demersos » fuisse crediderit. Sed, o ridiculum caput! nec enim animadvertit, quod deinde factum esse tradunt Acta, et Pisida confirmat: etenim nedum martyrum corpora in decurrentem fluvium projecta fuerint, late per campum fusa, et congesta, ut dignosci non possent, per totam noctem jacuerunt.

(109) Judæi, ut videtur, carnificis officio fungebantur sub Chosroa. Narrat Theophanes, p. 252, eo anno, quo sancta civitas capta est a Persis, Judæorum manibus plurimos Christianos, et ut quidam asserunt, ad nonaginta millia fuisse trucidatos, πολλοὺς ἀπέκτειναν διὰ χειρὸς τῶν Ἰουδαίων, ὡς φασί τινες, μυριάδας ἐννέα.

(110) Legerem ὁμοτρόπων τὴν ἄσκησίν τινας προσλ.

(111) In ms. est τῆς ἄψεως, sed ὄψεως legendum non dubito.

Digitized by Google

et tristi sono funebrem, ut ita dicam, cantum emittentes, tragicum quiddam videbantur accinere corpori. Ita porro venerantur canes, quem ejusdem generis non reverentur viri, et quædam fit rerum ac naturarum immutatio; nam viri quidem canibus ferociores, et canes viris mitiores evadunt. Id cum suis oculis vidissent, et audissent auribus, quotquot ad sepeliendum martyrem venerant, statim ejus corpus linteis subtilibus involvunt, et in templo gloriosi athletæ Sergii rite deponunt, quod septem circiter stadiis distat ab oppido Bethsaloe (112): æquum enim erat omnino, ut martyr martyri adhærens sub eodem tecto quiesceret. Cum autem noctis caliginem sol expulisset, suisque radiis terram illustrasset, duo carceris custodes inter se colloqui cœperunt de corpore martyris disserentes. Vidi, inquit alter, ejus viri cadaver, quem nos plurima tormenta sustinuisse novimus, canum multitudine circumseptum undique, eosque ad inanime munimentum collocatos, ad corporis custodiam adeo immotos stare, ut nec longius unquam recederent, nec item propius ad frenandum cadaver accederent. Ac mihi quidem canum naturam consideranti mirabile videbatur, quonam freno illic detinerentur constricti. At longe mirabilius, alter ait, est id quod dicam, quale forsan nunquam alias auris audivit. Recedenti mihi primo mane a vigilia noctis stella humi inhærens visa est, quæ sui splendoris claritate visionem faciebat manifestam, et incensum desiderium ad rem melius dignoscendam magis magisque inflammabat. Itaque illuc velociter curro, manum in stellam, si forte contingeret, injicere studens: sed cum propius accessissem, nullum erat amplius stellæ vestigium; hunc autem mortuum, de quo tu etiam narrasti, jacentem invenio. Abiens igitur illinc hoc unum sum consecutus, ut tam stupendum spectaculum admirarer. Hæc illis enarrantibus quidam captivi, Christo fideles, et Persicam callentes linguam audierunt.

Jam vero cum meritam pro factis pœnam luisset tyrannus Chosroa, duo captivi Hierosolymam, ad eum locum, qui olim fuit martyri virtutis gymnasium, profecti, quæcunque audierant, illic degentibus enarrarunt, ejusque prædictiones memorabiles prodiderunt. Hæc enim beatus una simul cum illis duobus detentus in carcere prædixerat; quod proxima aurora suæ decertationi finem esset allatura (113); quod impio tyranno parata esset pœna; quod ipsi tandem in pristinam libertatem essent edituri: ac proinde eos rogavit, ut statim, ac Hierosolymam pervenissent, qui fuerit rerum exitus, ediderent. Sed et sæpe memorato e monasterio fratri domum reverti cogitanti prædixit, salvum et incolumem sine ullo periculo recessurum. Quod quidem paulo post factum est, cum tanquam ex hiberna nocte lucidum effulgens sidus illustris imp. Heraclius, noctem ipsam in barbarum, ut ita di-

A νῶν ἀγριώτεροι, καὶ κύνες, ἀνδρῶν ἡμερώτεροι. Τῶν οἱ πρὸς τὴν ταφὴν ἀφικόμενοι αὐτόπται γενόμενοι, καὶ αὐτήκοοι, χιτῶσι τὸ σῶμα λεπτοῖς ἐγκαλύψαντες, τῷ τεμένει τοῦ ἀθλοφόρου Σεργίου θεοπρεπῶς ἐναπέθεντο, σταδίοις ἑπτά που τῷ Βηθσαλωὲ διεστάμενον. Ἔπρεπε γὰρ, ὡς ἀληθῶς, συνοικεῖν τὸν μάρτυρα μάρτυρι. Ὡς δὲ τῆς νυκτὸς τὴν ἀχλὺν ἐκδιώξας ὁ ἥλιος, τὴν γῆν ταῖς ἀκτῖσι κατηύγασεν, διελάλουν τῶν δεσμοφυλάκων ἡ δυάς, ὑπόθεσιν ἔχοντες τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· ὁ μὲν οὖν, Τεθέαμαι τὸν νεκρὸν, ὃν γε πλείσταις βασάνοις ἐναθλῆσαι γινώσκομεν, πλήθει κυνῶν κυκλοτερῶς τειχιζόμενον, καὶ τάχα πως καὶ ἀψύχῳ τειχίσματι παρεῴκεισαν, πρὸς φυλακὴν ῥιζωθέντες τοῦ σώματος, μηδὲ προσωτέρω πως ἀποκλίνοντες, μηδὲ πλησιώτερον ἐπιτρέχοντες B τὸν νεκρὸν ἐνστομίσασθαι· καί μοι θαυμαστὸν κατεφαίνετο τὴν φύσιν τῶν κυνῶν ἐξετάζοντι, ποίῳ ποτὲ ἄρα χαλινῷ κατεσφίγγοντο. Ὁ δὲ, Παραδοξότερον ὦτ' ἂν ἀκούειν ἔτι, καὶ οἷον οὐ πρότερον. Τῆς νυκτερινῆς φυλακῆς ἀπαναχωροῦντί μοι τὸ περιόρθριον ἀστὴρ ἐπὶ γῆς κατεφαίνετο, καὶ τῷ λαμπρῷ τῆς ἐκλάμψεως ἐδηλοῦτο τὴν ὅρασιν, καὶ λιχνοτέραν ἐποίει πρὸς ἀκριβεστέραν εἴδεος δρεξιν· ἐβάδιζον οὖν ἐπίτροχα, καὶ τὴν χεῖρά που προσεπιβαλέσθαι τῷ ἀστέρι γλιχόμενος· ὡς δὲ πλησίον γίνομαι τοῦ μὲν ἀστέρος ἴχνος οὐδὲν κατελίπετο· τὸν δὲ νεκρὸν, ὃν δὴ καὶ αὐτὸς καθιστόρησας, εὑρίσκω προκείμενον. Ἀπιὼν τοίνυν ἕτερον εἶχον οὐδὲν, ὅτι μὴ θαυμάζειν τὸ θέαμα. Ταύτης αὐτῶν ἐπακροῶνται τῆς διαλέξεως τῶν δεσμίων τινὲς πιστοὶ τῷ Χριστῷ, τῆς Περσίδος C ἤδη συνιέντες φωνῆς.

Ὅτε τοίνυν τὴν ἀξίαν δίκην ὁ τύραννος Χοσρόης ἐξέτισε, συνωρὶς τῶν δεσμίων ἐν Ἱεροσολύμοις πρὸς τὸ τοῦ μάρτυρος τῆς ἀρετῆς ἀφικομένη γυμνάσιον, τοῖς ἐκεῖσε τὴν ἀκρόασιν διηγήσατο. Εἶτα καὶ τῶν τοῦ μακαρίου προῤῥήσεων ἀπομνημονεύματα μετεδίδοσαν. Ὡς αὐτοῖς προεῖπεν τὴν μέλλουσαν ἠὼ τὴν χορωνίδα τίκτειν τῆς οἰκείας ἀθλήσεως, καὶ τὴν ὀφειλομένην τῷ ἀλάστορι κόλασιν, καὶ τὴν αὐτῶν πρὸς D τὸ ἀρχαῖον ἐπάνοδον· καὶ ὡς αἰτήσαιτο τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτοῖς γινομένης ἀφίξεως τῶν πραγμάτων ἀνιστορῆσαι τὴν ἔκβασιν· τῷ δὲ τῆς μονῆς ἀδελφῷ βουλὴν ποιουμένῳ τῆς οἴκοι καθόδου τὴν ἀκίνδυνον ἀναχώρησιν. Οἷον ἐκ χειμερίας νυκτὸς ἀναλάμψας Ἡράκλειος ὁ καλλίνικος βασιλεὺς, αἰθρίαν τοῖς ἐκεῖσε Χριστιανοῖς ἐνεποίησεν, ἀντιμεταγαγὼν τὴ νύκτα πρὸς τὸ βάρβαρον, ὡς εἰπεῖν, ἡμικύκλιον. Τότε τὸ Ῥωμαϊκὸν κατασπασάμενος στράτευμα, τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀνερωτώμενος αἴτιον, τὴν τοῦ μάρτυρος

NOTÆ.

(112) Recte quod Pisida ait σταδίοις ἑπτά που τῷ Βηθσαλωὲ διεστάμενον, Acta reddunt, « uno circiter milliario distans. »

(113) Ex Actis Græcis hæc pauca verba profert Bollandus, § 2: Ἐγὼ μὲν αὔριον τελειοῦμαι· μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας ὑμεῖς μὲν ἀπολυθήσεσθε, ὁ δὲ ἄδικος καὶ πονηρὸς βασιλεὺς ἀναιρεθήσεται. Sancti Anastasii prædictionem exitus confirmavit.

Digitized by Google

κατέλεγεν ἄθλησιν, καὶ τούτοις διὰ τῆς Ἀρμενίων συνανέρχεται γῆς, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἐπανάγεται μοναστήριον, τῆς αὐτοπροσώπου τοῦ μάρτυρος ἀναλήψεως μισθὸν ἔχων τὴν Ἠλίου μηλωτήν, τὸ κολόβιον. Ἐνταῦθα τὴν πᾶσαν πραγματείαν διεξελθὼν τῆς ἀθλήσεως, παράδοξον κατέγραψε θαυματουργίαν τῷ πέρατι. Ἀνήρτις, ἔφη, ἔνθα τὸ τίμιον ἐναπεθέμην σῶμα τοῦ μάρτυρος, ἀκαθάρτῳ συνείχετο πνεύματι· καὶ κυνηδὸν ἀνυλακτεῖ φοβερόν τε καὶ φρικώδες, κορυβαντιῶν τε καὶ μανιωδῶς ἐξορχούμενος, κροτῶν τοῖν ποδοῖν, καὶ τὴν χαίτην ἅμα τῷ αὐχένι τῇδε κἀκεῖσε σοβῶν, πρὸς τὸν νῶτον διακάμψας τὸ χεῖρε, προσέπλεκεν· εἶτα τῇ παραφορᾷ πρὸς τὸ κάταντες ἐκλυόμενος συνεχὲς προσεκυλινδεῖτο τῇ γῇ, καὶ τὴν γλῶτταν τοῖς ὀδοῦσι διεμασᾶτο προήνπτουσαν, ἀφρὸν δυσώδη διαῤῥέων τοῦ στόματος. Τοῦτο λαβὼν ὁ τῆς ἐκεῖσε μονῆς προεστὼς τὸ κολόβιον· ἐπίστευε γὰρ ὥσπερ εὐωδίαν μεταλαβεῖν τὴν ἐσθῆτα τῆς τοῦ μάρτυρος χάριτος· τὸν ἄνθρωπον ἀμφιέννυσι· καὶ παραχρῆμα τὸ πάθος ἐκδύεται, καὶ τῆς συμφορᾶς ἐλεύθερος ἀνιστάμενος, καθαρᾷ τῇ γλώττῃ ἀνύμνει τὸν Χριστὸν καὶ τὸν μάρτυρα.

A cam, compulit hemisphærium. Tunc frater ille Romanum exercitum lætus excepit, consalutavitque, et quid ageret, optaretque interrogatus, quanta pro Christo esset passus martyr, enarravit. Postea vero una cum illis per Armeniæ regionem ad suum monasterium revertitur, de sublato coram se martyre testimonium, et mercedem, Eliæ pallium (114) quod dixeris, colobium ferens (115). Ibi cum totum decertationis ordinem et cursum, prout singula acta erant, exposuisset, postremo rem prorsus admirandam ita descripsit. Vir, ait, quidam illic erat, ubi pretiosum martyris corpus ego deposui, qui spiritu vexabatur immundo. Hic canis instar, sed triste quiddam, et horridum ululans, et velut insanus, ac furens saltans, pedibus terram pulsans, et comam una simul cum cervice huc illuc quassans, B manusque in tergum inflectens, accessit (116) : donec diu multumque jactatus, humi tandem præceps procubuit, ibi se continenter volutans, et linguam foris prominentem (117) dentibus mandens, spumamque ex ore fetidam effundens. Sed ejus monasterii abbas, hoc sumpto colobio (credebat enim non secus ac odorem, gratiam martyris concepisse vestem) hominem induit : ac confestim ille exsuitur morbo, et tristi calamitate liberatus exsurgit, et pura lingua Christum et martyrem decantat.

Τοῦτο δεῖγμα τῆς ἀεὶ βρυούσης τοῦ μάρτυρος χάριτος, ὥσπερ μία σταγὼν τὴν ὅλην τῆς πηγῆς πιστουμένη γλυκύτητα· τῶν μαρτύρων γὰρ ἀέναος ἡ χορηγία τῆς χάριτος, Χριστὸν ἔχουσα τῶν ἀγαθῶν τὴν πηγήν, τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν τῷ πιστεύοντι χαριζόμενον· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Hoc unum in martyre gratiæ perennis specimen, tanquam una gutta de totius fontis dulcedine fidem facit : quæ enim in martyribus jugis est gratiæ dispensatio, a bonorum fonte, aquam vivam credentibus largiente Christo, dimanat, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. C

NOTÆ.

(114) IV Reg. cap. II, 13.

(115) « Colobium » quod etiam « libitonarium » dictum fuit, erat interior tunica, qua utebantur monachi Ægypti, manicis decurtatis, quales inter sacras vestes esse videmus, quæ « dalmaticæ, » vel « tunicellæ » vocantur. Ea vox a Græco, ut videtur, derivata est; nam κολοβόν, « breve, mutilum, » ac « truncum » significat. Isidorus Etym. XIX, 22 : « Libitonarium est colobium sine manicis, quali monachi Ægypti utuntur. » Cassianus autem lib. I *Instit.* cap. 4, cur indumentum hujusmodi adhiberent, explanat : « Colobiis lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt, nudas de reliquo circumferunt manus, ut amputatos habere eos actus et opera mundi, suggerat abscissio manicarum. »

(116) In Græco melius προσπεπέλακεν.

(117) Ibid. lege προκύπτουσαν.

MONITUM.

Nec quid ex iis, quæ Pisida scripsit, lector desideret, omnia ejus Fragmenta, quotquot vel ex codicibus, vel ex libris prelo impressis excerpere licuit, qua potuimus diligentia huc congessimus. Quædam ex iis in codice Vaticano 1126 invenimus : alia ex codice Parisiensi 1630 et 2831 accepimus : cætera ex Suida, Theophane, et Cedreno collegimus. Atque id quidem operis antea susceperat Jacobus Lectius ; sed novem tantum fragmenta invenit ipse, quæ Pisidano Hexaemero subjiceret, ut videre est inter poetas Lyricos veteres Græcos, quos edidit pag. 273. Nos autem tanta hinc inde corrogavimus, ut ad nonaginta et amplius excreverint. Cum autem plura ex iis, quæ in Suida, et Theophane leguntur, inter libros Pisidæ hodie exstantes non inveniantur, manifestum omnino est ea fuisse descripta et recitata ab illis auctoribus ex libro, qui vel jam intercidit, vel inter bibliothecarum tenebras adhuc delitescit. Ac quod ad Suidam spectat, nonnulla quidem in eo sunt Fragmenta, quæ ad Pisidani Hexaemeri poema videntur pertinere : inde illud confirmatur, hoc ipsum opus esse mutilum, et ejusdem Suidæ fit probabilior sententia et auctoritas, qui in *voce* Γεώργιος testatur Pisidæ Cosmopœiam *duobus* fere millibus versuum quondam constitisse. In vulgato Suidæ textu legitur *tribus* millibus, sed restituendum esse *duobus* millibus jure mihi videor jam conjecisse in Præfatione ; et quidem totum opus pluribus licet consultis mss. codd., haud copiosius edere potui quam ex versibus 1910. Cæterum maximam Fragmentorum partem, quæ a Suida

Digitized by Google

laudantur, ex poemate, in quo de Chosroa, ejusque clade agebatur, esse petitam quivis facile intelliget, si ea legere non pigebit. Quare cum Pisida hoc ipsum argumentum in *Heracliade*, quam protulimus in lucem, pertractaverit, profecto dicendum est, vel eum aliud poemation *De rebus Persicis* scripsisse, ad quod senarii a Suida citati commode referantur, vel *Heracliadem* ipsam non duabus, ut nunc conspicitur, sed tribus vel pluribus Acroasibus fuisse quondam inclusam, quarum aliqua pars hactenus desideretur. Quam conjecturam Theophanes plane confirmat, qui cum suæ de rebus ab Heraclio gestis narrationi multos Pisidæ senarios, prout ei veniebant in mentem, vel historici stili concinnitati magis convenire videbantur, intexere non dubitaverit, præter eos, quos ad poemation *De exped.* pertinere manifestum est, alios etiam iambos passim interspersit, sub num. 177 et seqq. a nobis designatos, qui plane nullibi in Pisida reperiuntur, sed tamen nonnisi Pisidæ esse possunt: nam præterquam quod nulla plane est ratio, cur ei, cujus esse primi dignoscuntur, denegentur cæteri; satis id nobis etiam persuadet, qui ex illis Fragmentis elicitur sensus: omnia enim vel ad cædem Chosroæ, vel ad Heraclii victorias exprimendas intendunt, quæ quidem ea sunt, in quibus exornandis potissime versatus est Pisida. Nemo autem qui sapiat, hæc ipsa Fragmenta iamborum esse lacinias plane negabit: nam ne de iis loquar, quos in ipso Theophanis textu suo numero constare quivis facile intelligere potest, facile quidem esset alios, verbis paulisper tantum immutatis, ad genuinam lectionem restituere, quam, ut par est credere, in Pisidæ libello retinebant. Si enim ea verba, quæ sub num. 177, ita ex Theophane descripsimus:

Λάβωμεν πίστιν τῶν φόβων φορεύτριαν,

hoc pacto disponas,

Πίστιν λάβωμεν τῶν φόβων φορεύτριαν,

et quæ sub num. 182, ita leguntur:

Σβέσωμεν τὸ πῦρ, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέξῃ,

hoc modo reddas,

Τὸ πῦρ σβέσωμεν, πρὶν τὸ πᾶν καταφλέγῃ,

profecto habebis iambos metri legibus respondentes. Itaque cum multa sint in Suida et Theophane Pisidæ fragmenta ex uno eodemque, ut videtur, hausta libro, quæ tamen inter opera Pisidæ hodie non exstant, certum omnino est eum librum, vel Acroasim, quæ de relata ab Heraclio ultimum victoria contra Persas agebat, intercidisse.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΙΑΜΒΟΙ ΤΙΝΕΣ

ΠΑΝΤΑΧΟΘΕΝ ΣΥΝΕΙΛΕΓΜΕΝΟΙ

—

EJUSDEM

SENARIORUM FRAGMENTA

UNDEQUAQUE COLLECTA.

—

In sanctum Paulum.	A	*Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον.*
Plato silet, et loquitur Coriarius.		Πλάτων σιωπᾷ· καὶ λαλεῖ Σκυτεργάτης.
In podagram.		*Εἰς ποδάγραν.*
Podagra mater, quid me Cocyto fortius		Ποδάγρα μῆτερ, Κωκυτοῦ τί με πλέον
Exagitans crucias? Tuum laborem absolvet sepul- [crum.		Δονοῦσα τήκεις; μνῆμα σὸν λύσει πόνον.
Mihi quidem jam nulla species eo erit in loco.		Ἐμοὶ μὲν ἤδη κἄλλος οὐ λείψει τόπος,

NOTÆ.

Vers. 1. Repetitus legitur hic versiculus cum hoc titulo in cod. Vaticano 1126 ad calcem operum Pisidæ; quamvis ex poematio *de resurrectione* sit depromptus, ut videre est, ibid. v. 27. Placet hic ascribere Theodori Studitæ iambos *in Sutores* ex Sirmondo tom. V, pag. 758.

Πεδιλοποιῶν ὡς ἄριστος ἡ τέχνη.
Ἀποστόλου γὰρ ἐστι Παύλου, τοῦ πάνυ.
O quantus artis est honos sutoriæ?
Ars namque Pauli maximi est Apostoli.

2. Ex eodem cod. Vat. Pisida ut videtur multum laborabat podagra, quam idcirco, opinor, matrem suam appellat, quia tener adhuc eo dolore cruciabatur. Dialogus est, ut mihi videtur, inter Podagram matrem, et Georgium filium, qui ejus morbi malignitatem ac pertinaciam voluit exprimere: et est tritum illud Ovidii, *Pont.* I. 4

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Confer, si placet, Lucianum in *Tragopodagra*, ubi statim in principio Cocyti filia vocatur Podagra:

Ποδάγρα πολυστέναχτε, Κωκυτοῦ τέκνον.

4. Sensus mihi suadebat, ut pro τόπος legerem πόνος, vel τόνος, quasi Pisida diceret, « mihi jam nullam relinquet speciem dolor, » vel « doloris intensio; » sed nihil ausus sum immutare.

Digitized by Google

Ἄχρις δ' ἂν εἴῃς ἐν βίῳ, σύνειμ' σοι.
Εἰς τὸν ἅγιον Λάζαρον.
Ὁ τὴν φίλεχθρον συμβατεύσας τετράδα,
Τετραχθόνευτον ἐξανέστησεν νέκυν.
Εἰς ὄρνιν· πρὸς τὸν βασιλέα Ἡράκλειον
Αὐτὴ μὲν ὄρνις, ἡ πρὸ μικροῦ παμφάγος,
Εὑροῦσα σῖτον τῶν γερόντων εἰς κόρον,
Πρὸς ὕψος ἦρθη σαρκικῶν φυσημάτων.
Ἀλλ' εἰ κελεύει τὸ κράτος σου, Δέσποτα,
Σχισθῇ τὰ νῶτα, καὶ πῦρ ὠθῃ, καὶ μάθοι,
Πῶς σωφρονίζει τοὺς ἀτάκτους ἡ δίκη.
Εἰς τὸν πατριάρχην.
Ἔχων νοητὴν, καὶ θεόγραφον βίβλον
Ὁ πατριάρχης Σέργιος τὴν καρδίαν,
Τὴν τετράηχον τῶν ἀποστόλων λύραν
Εἰς ἓν συνῆψεν, ὡς ἑνὸς τοῦ πνεύματος.
Πρὸς πέπονα.
Πέπων πεπανθεὶς ἐξυδαροῖ γαστέρα.
Οἶνος δ' ἄκρατος ἐκπεποῖ τούτου κράτος.
Εἰς βασιλέα Ἡράκλειον.
Μελαμβαφὲς πέδιλον ἐνδύσας πόδα

A Usque dum vixeris, tecum mihi res erit.
In sanctum Lazarum.
Qui discordem contudit quaternitatem
Quatriduo humatum suscitavit mortuum.
In avim ad imp. Heraclium.
Hac quidem avis nuper omnium devoratrix,
Senum invento frumento usque ad satietatem,
Ad summum elata est carnalis arrogantiæ.
At si jubeat tua potentia, o Despota,
Scindentur terga, ignis amovebitur, et addiscet,
Quomodo castiget impios justitia.
Ad patriarcham.
Habens rationalem, et a Deo scriptum librum
Patriarcha Sergius, videlicet suum cor,
Quadruplicis sonus apostolicam lyram
B In unum temperavit, tanquam ex uno spiritu.
In peponem.
Pepo bene maturus diluit ventrem,
Vinum autem purum domat ejus audaciam.
In Heraclium imperatorem.
Nigrum calceum, quo indutus es pedem,

NOTÆ.

5. Ita Pisidæ percontanti respondet podagra.

6. Ex eodem cod. Vaticano. Monophysitæ, eorumque Symmistæ Acephali naturas ab hypostasibus nolentes distinguere, duos filios una cum Nestorio inducebant in Christo, et quaternitatem in Trinitate constituebant : qua de re plura dicta sunt a nobis in poematio *Contra Severum*. At Dominus noster Jesus Christus, unum se quidem hypostasi, et duplici esse natura tum maxime ostendit, quando C Lazarum excitavit a mortuis ; nam ut egregie, et ad rem ait sanctus Leo in epist. ad Flavianum; tom. I, pag. 821. « Non ejusdem naturæ est, flere miserationis affectu amicum mortuum, et eumdem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ ad vocis imperium excitare redivivum. Φίλεχθρον discordem » et inimicitiarum amantem recte vocat Noster « quaternitatem; » mirum enim quot eo ex errore ortæ sint inter Christianos dissensiones et discordiæ.

7. *Τετραχθόνευτον* ex τετραχθά, et χθών « quatriduo humatum » Lazarum dicit, quem in poem. « De Resurrectione, v. 36, » νεκρὸν τετραήμερον « mortuum quatriduanum » appellat.

8. Ex eodem cod. Vaticano. Quam avim intelligeret Pisida, diu multumque dubitavi, nec quid certi statuerem occurrebat. Nihilominus insigne aliquod militare hic indicari putabam. Quippe manifestum est allegorice sub avis nomine gentem rapacem et feram notari. Ac Persas quidem præter D Romanos aquila pro signo militari usos esse, testis est Alexander ab Alexandro *Genial. dierum*, lib. IV, cap. 2, dicens : « Persis quoque aurea aquila supra oblongam hastam patentibus alis militare signum fuit ; » quod Xenophontis testimonio fretum dixisse existimo; nam *Instit.* lib. VII, cap. 1, ita Græcus historicus ait de Cyro : Ἦν δ' αὐτῷ τὸ σημεῖον, αἰετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος· καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον βασιλεῖ διαμένει. « Erat autem ei signum, aquila aurea in hasta sublimi extensa : et hodie signum hoc a rege Persarum adhuc retinetur. » Itaque, ut conjicio, avis παμφάγος erat aquila, vel aquilam præferens Chosroes, qui anno Heraclii quinto et sexto Romanorum ditionem pene totam occupaverat : aquila enim non tam Persarum, quam regis erat proprium insigne, ut nuper laudatus Xenophon testatur in *Exped. Cyri*, lib. I, in fin. τὸ βατίλειον σημεῖον ἀετός τις ὁ χρυσοῦς ἐπὶ τῆς πέλτης, « insigne erat regium aquila aurea in pelta. » Num oppones aquilam non esse σιτοφάγον « frumentivoram, » præsertim cum Aristoteles, *Hist. anim.*, lib. VIII, cap. 2, dicat aquilarum omne genus ex iis avibus esse, quæ σῖτον, οὐδ' ἐάν τις ψωμίζῃ, δύνανται καταπιεῖν, « fruges, etiamsi os indideris, nequeunt devorare? » Esto : sed quis non sentit omnia hic ἀλληγορικῶς esse dicta? Igitur si ita hæc accipienda sunt, quasi Chosroæ feritas designetur, dicendum est Pisidam hosce senarios scripsisse circa annum 620, quando videlicet sensit Heraclium de bello Persis inferendo jam cogitare.

12. *Πῦρ ὠθῃ*, ita in codice, sed mallem πυρωθῇ : nam poeta allegoriam persequens per ea verba σχισθῇ τὰ νῶτα καὶ πυρωθῇ hoc videtur significare : « Hæc avis tam avida et ferox, si tu jubeas, imperator, perbelle tota depilabitur, et inassabitur.

14. Sergium patriarcham CP. præter epistolas ad Monothelismum pertinentes plura scripsisse nobis sæpe suadet Pisida, qui ejus οὐρανοδρόμους λόγους, « cœlestes sermones, » et sapientiam propemodum divinam commendat. Sed hic aperte quatuor Evangeliorum concordantiam cum confecisse declarat, neque enim aliud esse potuit ἡ τετράηχος τῶν Ἀποστόλων λύρα, « apostolorum quadruplex lyra, » quam uno spiritu temperatam esse demonstravit Sergius.

18. Ex eodem cod. Vaticano. Hujus distichi festivitas, si quam tamen inesse fatendum est, in Græcarum vocum πέπων, πεπανθεὶς, ἐκπεποῖ, similitudine tota consistit, quam in Latina versione servare nobis non licuit. De peponum qualitatibus videsis Dioscoridem, et Galenum. Plinius, lib. XX, 6, ita : « Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt alvum. »

20. Ex eodem cod. Vaticano. Celeberrimi sunt hi duo senarii, quos coram Heraclio contra Persas ituro Pisidam repente effudisse tradit Cedrenus, pag. 337, necnon etiam Georgius Hamartolus in Chronico inedito, ut parum sui memor videtur affirmasse Allatius, *Diatr. de Georgiis*, pag. 508. Nam fateor me nihil simile deprehendisse in codicibus Vaticanis, quos ille innuit, et e quibus suam paravit Hamartoli versionem. Sed de duobus hisce versiculis plura jam nos diximus in Prolegomenis,

Digitized by Google

Efficies rubrum Persicis ex cruoribus.

In sanctissimam Dominam Deiparam.

Mulier, mulierum es inclytum ornamentum,
Et communis totius generis salus.

In eamdem, in ulnis ferentem puerum, ipsumque demirantem.

Videns ineffabilem in carne naturam,
Deficis, o Domina, vel etiam picta.

In crucifixionem.

Miraculum, miraculum! putri ligni natura
Duritiem exscidit infidelitatis a cordibus.

In sanctum Thomam.

Moses formidat vel intueri ignem:
Thomas autem manibus flammam contrectat,
Et ex infideli fit perfectus fidelis.

In templum Blachernarum.

Si tremendum in terra Dei quæris thronum,

A Βάψαις ἐρυθρὸν Περσικῶν ἐξ αἱμάτων.

Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Δέσποιναν Θεοτόκον.

Γύναι, γυναιξὶ κόσμος εὐκλεὴς ἔφυς·
Κοινὴ δὲ παντὸς τοῦ γένους σωτηρία.

Εἰς αὐτὴν βαστάζουσαν καὶ τὸ βρέφος καὶ ἀτενίζουσαν εἰς αὐτό.

Ὁρῶσα τὴν ἄῤῥητον ἐν σαρκὶ φύσιν,
Ἀμηχανεῖς, δέσποινα, καὶ γεγραμμένη.

Εἰς τὴν σταύρωσιν.

Ὦ θαῦμα, θαῦμα! τῇ σαθρᾷ ξύλου φύσει
Τὸ στερρὸν ἐξέκοψε τῆς ἀπιστίας.

Εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν.

Μωσῆς φοβεῖται καὶ θεωρῆσαι τὸ πῦρ·
Θωμᾶς δὲ χερσὶ ψηλαφήσας τὴν φλόγα
Τὴν πίστιν ἠκρίβωσεν ἐξ ἀπιστίας.

B *Εἰς τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν.*

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ Θεοῦ ζητεῖς θρόνον,

NOTÆ.

pag. VI, qui alibi aliter leguntur, ut ex ipso Cedreno patet infra, v. 183. In Catalogis mss. Angliæ, et Hiberniæ, tom. I, pag. 270, citatur codex continens *Distichon in Heraclium imp.* Georgii Pisidæ, hoc est duos hosce senarios. In catalogo autem Bibliothecæ Mediceæ nuper edito, pag. 28, tom. I, ex codice x, plut. v, ab imperito et rudi Amanuensi hæc scripta leguntur: Στίχοι τοῦ Πισιδίου πρός τινα βασίλεον.

Μελενβαφὲς πέδιλον ἐλίξας πόδα
Βάψεις ἐρυθρὸν περδικῶν ἐξ αἱμάτων.

Mirum editores catalogi non sensisse legendum esse Περσικῶν.

22. Hoc epigramma cum tribus sequentibus ex codice 2831 Bibliothecæ regiæ Parisiensis transcriptum humanissime nobis communicavit cl. vir C Capperonerius ejusdem Bibliothecæ custos, a quo hanc gratiam mihi impetravit optimæ frugis, et summi ingenii adolescens Marchantius, quam mihi dederat, cum Romæ degeret, fidem sponte liberans.

24. Ex eodem cod. Parisiensi. Poeta beatissimam Virginem, prout in templo Blachernarum visebatur picta, eleganter describit. Vide infr. v. 33 et seqq. Forsan etiam hunc, et superiorem distichum Pisida ea mente confecit, ut alteruter tabulæ ipsi Deiparam referenti inscriberetur.

26. Ex eodem cod. Parisiensi, atque, ut videtur, contra Monophysitas. Nam qui in ligno pro nobis pependit, ut homo, Christus, et a mortuis resurrexit ut Deus, duarum in se naturarum conjunctionem citra confusionem tam aperte docuit, et ostendit ut vere ferreus et durus ille sit, qui obstipo capite id credere detrectet. Vide supr. 6.

28. Ex eodem cod. Parisiensi, atque item adversus Monophysitas, quos nullo validiore argumento ad duas in Christo naturas profitendas adducere quis possit, quam testimonio sancti Thomæ de fide resurrectionis Christi primum dubitantis, et postea clamantis, « Dominus meus, et Deus meus. » Vide *Contra Severum*, v. 645. Ac id quod Pisida innuit de Moyse habes in *Exod.* III, 6. Cum enim Dominus ei apparuis et in flamma ignis de medio rubi, quæ fuit Verbis incarnati significatio, ἀπέστρεψεν ὁ Μωϋσῆς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· εὐλαβεῖτο γὰρ καταβλέψαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, « abscondit Moyses faciem suam; non enim audebat aspicere contra Deum. »

29. *Joan.* XX, 27. Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος ἀλλὰ πιστός· « Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum et noli esse incredulus, sed fidelis. »

31. Duo quæ sequuntur epigrammata « in templum Blachernarum » scripsit, opinor, Pisida anno 626, videlicet postquam Abares ab urbe, quam invadere et evertere moliti sunt, coacti sunt recedere; atque ita scripsit, ut æri, vel marmori incisa supra templi valvas affigerentur. Utraque edidit primus Du-Cangius in notis ad Zonaram, tom. II, pag. 65, ex cod. bibliothecæ regiæ Parisiensis, qui nunc est 1650, ut patet ex Catalogo. Eadem post Du-Cangium recudit Bandurius in *Imp. Orient.* tom. I, pag 177, et Fabricius, in *Bibl. Græc.* lib. v, part. III, pag. 693. Ac Bandurius quidem pene ad verbum ea reddidit Latine, Fabricius autem iambicis versibus satis eleganter expressit. Nuper autem Jac. Philippus d' Orville in suis animadversionibus in Charitonem Aphrodisiensem, pag. 552, priores tantum quatuor Pisidæ iambos, itemque alios tres nescio ex quo fonte derivatos in lucem produxit, ut evinceret Charitonem ipsum vel imperite, vel inepte esse locutum in iis, quæ de Callirrhoe ita refert, lib. III, 8: Καλλιῤῥόη δὲ μόνη ἐθέλησε πρὸς τὴν Ἀφροδίτην λαλῆσαι· πρῶτον μὲν οὖν τὸν υἱὸν εἰς τὰς αὐτῆς ἀγκάλας ἐνέθηκε· καὶ ὤφθη θέαμα κάλλιστον, οἷον οὔτε ζωγράφος ἔγραψεν, οὔτε πλάστης ἔπλασεν, οὔτε ποιητὴς ἱστόρησε μέχρι νῦν· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐποίησεν Ἄρτεμιν, ἢ Ἀθηνᾶν, βρέφος ἐν ἀγκάλαις κομίζουσαν. « Callirrhoe vero sola Venerem alloqui volebat. Primum ergo suum filium deæ ulnis imponebat: spectaculum pulcherrimum, neque a pictore pictum unquam, neque a fabro fictum, neque a poeta descriptum antea, nullus enim horum artificum Dianam, aut D Minervam fecit, quæ ulnis infantem gestaret. » Quæ cum legeret cl. d' Orville: « Miror, » inquit, « Charitonem, quem credimus merito post Constantini tempora vixisse, « divam puerum ulnis tenentem, « sæculo suo venditasse ceu inventum adeo mirum, ut neque pictor, neque sculptor, neque poeta simile quid commentus fuerit. Talem vel picturam vel statuam memorant hi iambi in loco prope Constantinopolim. ἐν Βλαχέρναις ἰαμβοι·

Εἰ φρικτὸν ἐν γῇ τοῦ Θεοῦ ζητεῖς θρόνον,
Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς Παρθένου.
Αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα τὸν Θεὸν ἐν ἀγκάλαις
Φέρει τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.
Εἰς τὴν Θεοτόκον βαστάζουσαν τὸν Χριστόν.
Αὐτὴ τεκοῦσα Παρθένος πάλιν μένει,
Καὶ Μητροπάρθενος· ἔστι γὰρ τὸ παιδίον
Θεὸς, θελήσας προσλαβέσθαι σαρκίον

« Nescio an bene ita rescripserim pro μηθρησῆς. » Hæc d'Orville, quæ non satis accurate in Charito-

Digitized by Google

Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς Παρθένου.
Ἡ γὰρ φέρουσα τὸν Θεὸν ταῖς ἀγκάλαις
Φορεῖ τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τοῦ τόπου σέβας.
Ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τεταγμένοι
Τὰ σκῆπτρα πιστεύουσι τῆς νίκης ἔχειν.
Ἐνταῦθα πολλὰς κοσμικὰς περιστάσεις
Ὁ πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει.
Οἱ Βάρβαροι δὲ ὑπερβαλόντες τῇ πόλει,
Αὐτὴν στρατηγήσασαν ὡς εἶδον μόνον,
Ἔκαμψαν εὐθὺς τοὺς ἀκαμπεῖς αὐχένας.

Ἄλλως.

Ἔδει γενέσθαι δευτέραν Θεοῦ πύλην
Τῆς Παρθένου τὸν οἶκον, ὡς δὲ τὸν τόκον.
Κιβωτὸς ὤφθη τῆς πρὶν ἐνθεεστέρα,
Οὐ τὰς πλάκας φέρουσα τὰς θεογράφους,
Ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν Θεὸν δεδεγμένη.
Ἐνταῦθα κρουνοὶ σαρκικῶν καθαρσίων,

A Vide atque admirare templum Virginis.
Nam quæ gestavit Deum suis in ulnis,
Ipsum nunc gestat ad loci venerationem.
Hic qui ad terram regendam sunt constituti
Sceptra confidunt victricia se manu tenere.
Hic permultas mundi calamitates
Patriarcha vigilans avertit;
Barbari vero aggressi civitatem,
Ipsam, ut esse belli ducem viderunt solum,
Flexerunt illico indomitas cervices.

Aliter.

Opus erat, ut esset secunda Dei porta
Virginis domus, perinde ac filius.
Apparuit arca illa priore divinior,
Quæ non tabulas gessit a Deo scriptas,
B Sed intus ipsum Deum excepit.
Hic fontes ad carnis lustrandas sordes,

NOTÆ.

nem esse scripta mihi videntur. Primum enim Charito non de quacunque dea id asseruit, sed de Diana, et Minerva tantum. Secundo quamvis id de omnibus gentium deabus dixisse concedamus, quid contra eum valet argumentum a Deiparæ imagine petitum? Tertio demum valeat, si placet, a sacris ad profana illatio; nihilo tamen minus nimis audacter ex allatis versiculis concluditur per ea tempora, quibus scribebat Charito, minime verum id fuisse, quod scripsit. Nam si non multis annis post Constantinum is vixit, ut ego etiam juratus dixerim, Pisida autem, qui senariorum est auctor, sub Heraclio certe floruit, quomodo alterius contra alterum adducitur testimonium, cum C inter utrumque trecentorum annorum intersit differentia? Utrum autem tempore Constantini cœperint Christiani Mariam pingere cum puero Jesu in ulnis, non facile dictu puto; quanquam enim multæ cœmeteriales memorentur picturæ, in quibus eo modo Virgo mater depicta dicitur, ut notavit Du-Cangius *Dissert. de inf. ær. numism.* n. 50, attamen nihil inde certi statuere quis possit. Sed illud certum est hujusmodi usum penes Christianos ipsos plurimum invaluisse, et crebrius usurpari cœpisse cum damnatus est Nestorius, videlicet circa annum 440, ut contra ipsum hæresiarcham, qui duas in Christo personas pervicax astruebat, Mariam Virginem vere Θεοτόκον, non Χριστοτόκον appellandam esse ostenderent. Verum hæc omnia, ut videtur, sibi esse contraria non sensit d'Orville, quia priorum versiculorum esse auctorem Pisidam ignoravit. Melius Charitonem refellisset cl. d' Orville, si ei occurrisset quod ex antiquis monumentis in contrariam sententiam manifeste evincitur. D Nam Etrusci suam deam Nortiam puellum fasciis involutum sustinentem repræsentabant, ut videre est in Gorio, *Mus. Etr.*, tab. IV, et Prænestini Fortunæ signum cum Jove puero fecerunt, Cicerone auctore *De divinat.* lib. II, et infantem Plutum, divitiarum deum, aliquando dedere antiqui in manus Fortunæ, ut testatur Pausanias in *Bœoticis*, lib. IX, cap. 16, qui etiam adnotat Cephisodorum apud Athenienses Pacem fecisse, Plutum in sinu suo gerentem. Sed et Romæ in porticu, quem nuper ornari mandavit in suis ædibus eminentissimus cardinalis Lantes, visitur Veneris sedentis, et gremio puerum foventis statua, quam Venerem genitricem nuncupavit; cujusmodi simillima etiam asservatur in Museo Florentino, ut ex Gorio in *Statuis*. Sed quid de tertio senario, quem ab Amatuensi septenarium oscitanter factum esse non animadvertit idem d'Orville? Legendum enim omnino est: Ἡ γὰρ φέρουσα pro αὐτὴ γὰρ ἡ φέρουσα. Quod autem ad alios tres senarios spectat, cujus sint plane nescio, cum nihil de auctore prodat d' Orville: certe Pisidæ esse possunt. Sed lectionem, quam ipse proponit pro μηθροπόθῳ, μητροπάρθενος scribens, mihi satis probatam non esse fateor: unam enim tantum litteram, hoc est θ in τ immutasse mihi sufficiat, ita ut pro μηθροπόθῳ legam μητροπόθῳ, et omnia mihi erunt plana, atque ita vertam:

In Deiparam Christum in ulnis ferentem.
Hæc ipsa, quæ peperit, Virgo manet iterum,
Et matri in omnibus est similis. Est enim puer
Deus, qui voluit carnem humanam assumere.

Atque hi senarii satis perbelle potuerunt una cum aliis affigi Blachernarum templo, quo nullum ex iis, quæ Virgini Deiparæ dicata fuerunt, unquam exstitisse magnificentius et celebrius tradunt Græci. Videsis descriptionem in Nicephoro Callisto, lib. XV. cap. 25, et in *CPoli Christ.* lib. IV, p. 84.

35. Patet superiores iambos 24 et 25, in imaginem Blachernianam fuisse conscriptos.

38. Confer versum 137, *De bello Abarico.*

40. Vide *ibid.* v. 410, et quæ passim ad ejusdem poematii explanationem adnotavimus.

42. Du-Cangius, et Bandurius claudicantem hunc versum edidere hoc modo: Δεῖ γίνεσθαι δευτέραν [τοῦ] Θεοῦ πύλην. Nos Fabricii correctionem amplecti non dubitavimus.

45. In arca fœderis, quæ symbolum fuit incarnationis Christi, nihil fuisse præter duas lapideas tabulas colligitur ex Deut. X, 5; et III Reg. VIII, 9. Verum magnis non destituuntur auctoritatibus et testimoniis, qui præter tabulas, virgam etiam Aaronis, et urnam cum manna in ea fuisse contentas asseverarunt; in qua sententia fuit sanctus Augustinus in *Quæst. supr. Exod.* lib. II, pag. 455.

Georgius Nicomediæ metropolita in Narratione εἰς κατάθεσιν τῆς τιμίας ἐσθῆτος τῆς Θεομήτορος ἐν Βλαχέρναις, *De depositione vestis Deiparæ in Blachernis*, quæ exstat in Combefisio *Hist. Monoth.* pag. 737, quamdam veluti paraphrasim epigrammatum Pisidæ videtur instituisse. Juvabit pauca referre: Διὸ καὶ πάντες, ὡς εἰπεῖν, ἀρχιερεῖς τε καὶ βασιλεῖς, καὶ ὅσοι τούτων ὑπήκοοι τῶν γε ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι, καὶ ὅσοι τὸν ἰδιωτικὸν βίον μετίασιν, παντὸς μὲν κοινοῦ καὶ ἰδίου πράγματος φαιδροῦ, χαριστήρια, ἐν Βλαχέρναις τρέχοντες τῷ Θεῷ καὶ τῇ Θεοτόκῳ προστάγουσι· παντὸς δὲ λυπηροῦ, ἐν Βλαχέρναις θαρρύνοντες, τὸ βάρος ἀποῤῥιζόνται· σιγῶ τῶν ἐκ ποικίλων νόσων θεραπευομένων ἐκεῖ τὸν ἀριθμὸν ἀμέτρητον· ἵνα μὴ πάλιν σμικρύνω τὴν

Digitized by Google

Et redemptiones animarum a peccatis.
Quot enim sunt morborum assultus,
Tot ipsa effundit dona miraculorum.
Hic quos divicit Romanorum hostes
Occidit ipsos non hasta, sed aqua.
Ne se enim in fugam vertat, datum est ei soli,
Quæ Deum peperit, et deturbavit Barbaros.

A Καὶ ψυχικαὶ λυτρώσεις ἀγνοημάτων.
Ὅσαι γάρ εἰσι προσβολαὶ παθημάτων,
Βλύζει τοσαύτας δωρεὰς τῶν θαυμάτων.
Ἐνταῦθα νικήσασα τοὺς ἐναντίους,
Ἀνεῖλεν αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ.
Τροπῆς γὰρ ἀλλοίωσιν οὐκ ἔχει μόνη
Θεὸν τεκοῦσα, καὶ κλονοῦσα Βαρβάρους.

FRAGMENTA EX SUIDA.

Ad canales Tigridis se convertit.

Postquam vero nodis constrictus erat,
Vinxerunt ipsum firmiore vinculo.

Non erat tolerabile vicinis illud damnum.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

In voce Ἀγωγόν.

Πρὸς τοὺς ἀγωγοὺς ἐτράπη τοῦ Τίγριδος.

In v. Ἅμματα.

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν ἐντὸς ἦν τῶν ἁμμάτων
Δεσμοῦσιν αὐτὸν ἀσφαλεστέρᾳ δέσει.

In v. Ἀνεκτά.

B Οὐκ ἦν ἀνεκτὴ τοῖς παροίκοις ἡ βλάβη.

NOTÆ.

ἀπορία τοῦ λόγου τὰ μέγιστα. Ἔστι οὖν, συνελόντι φάναι, ὁ ἐν Βλαχέρναις θεῖος τῆς Θεοτόκου ναὸς πάσης ἐλπίδος ἡμῶν σωτηριώδους ἀπόθετον, ἐν ᾧ, καὶ ἐξ οὗ πᾶν ὁτιοῦν ἔστιν τε καὶ ἔσται ἀγαθὸν, εἰλήφαμεν, καὶ ληψόμεθα· « Idcirco etiam universi, ut sic dicam, præsules pariter, et imperatores, ac quotquot iis subditi, sive magistratus gerunt, ac sunt in dignitate constituti, sive privatam vitam agunt, ubi quid læti vel privatis, vel publicis accidit rebus, statim in Blachernas currentes, Deo, ac Deiparæ gratiarum munera offerunt; ac si quid contra triste sit, concepta in Blachernis fiducia, ejus a se onus abjiciunt. Taceo eorum immensam multitudinem, qui illic ex morbis variis curantur, ut ne iterum sermonis exilitate res maximas extenuem. Est itaque, ut paucis dicam, quod est in Blachernis divinum Deiparæ templum, totius nobis salutis reposita spes, in quo, ac ex quo accepimus, ac summus accepturi, si quid est boni et est futurum. » At qui fuerunt κρουνοὶ mirabiles illi fontes, quos Pisida commendat, non satis mihi videtur elucere. Nam de balneo quidem Blacherniano agunt omnes fere Byzantini scriptores, fontem autem prope Blachernas positum nemo, quod sciam, memorat. Quid quod alia fuit Cpoli ædes *Deiparæ ad fontem* titulo insignis, ac multis quidem miraculis clara, sed ab æde Blacherniana plane diversa, et longe admodum ad portam auream sita? Cujus ædis et fontis descriptionem piis narratiunculis ornatam nobis reliquit Nicephorus Callistus, lib. xv, cap. 25 et 26. Itaque facile inducar, ut credam, Pisidam balneum Blachernianum hic indigitare, quod, ut pag. 212 testatur Theophanes, Tiberius Thrax ἤρξατο κτίζειν, *cœpit ædificare*, et ut pag. 220 refert, Mauricius imp. absolvit, ἀνεπλήρωσεν τὸ ἐν αὐτῷ δημόσιον λουτρὸν, *publicum quod illic habebatur balneum absolvit*; ut autem narrat anonymus *De antiquit. CP.* lib. II, apud Banduriun, ab Heraclio cinctum fuit muro, γινομένων ἐνεῖκε θαυμάτων καὶ ὀπτασιῶν πολλῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου, *quod ibidem multa miracula ederentur, et sancta Deipara frequenter appareret*: quæ verba mirum est ob oculos habuisse Bandurium, et tamen non intellexisse, qua de causa anonymus, quem satis Commentariis illustrat, hoc balneum sacrum appellet; ait enim pag. 661: *Cur balneum hoc Blachernianum sacrum dicatur anonymo nostro, non constat ex scriptoribus, cum nemo ex eis tali illud titulo donet.* Nonne satis aperte causam assignavit anonymus, qui plurima miracula per eas aquas patrari diserte testatus est? En igitur alter I. cuples testis Pisida, qui non obscuris verbis declarat eam fuisse aquarum virtutem, ut omnes infirmi, quocunque laborarent morbo, ope Virginis Deiparæ, suis languoribus sanarentur. Cæterum idcirco Pisida Blachernianas balneas κρουνούς, *fontes*, vocavit, quia aquæ illæ, ut par est credere, e terra, vel e petra statim erumpentes μετὰ κρούσεως cum impetu et strepitu quodam subsiliebant, deinde vero in unum collectæ, et ad balnei formam collectæ eorum, qui biberent, vel lavarentur, corpora integræ valetudini restituebant. Ac Petrus quidem Gyllius, *Topogr. CP.* lib. IV, cap. 5, ait suo tempore prope ædem Blachernianam fontem adhuc scaturientem exstitisse, quem Græci Virgini Mariæ fuisse sacrum dicebant. Quare vel una eademque res fuit balneum, et fons ad Blachernas, vel C certe præter fontem, balneum etiam eo erat in loco morborum curatione insigne.

49. Ad animi et corporis æque sanandas infirmitates vim aquis illis attribuit: nam πάθημα quoscunque morbos, quibus sive animus, sive corpus afflligitur, designat.

51. Vide *De bello Abar.* v. 456.

54. Ibid. v. 9.

55. Ex libro hactenus ignoto. Suidas addit esse περὶ Χοσρόου λόγον. Pisidam *loqui de Chosroa*, hoc est de ejus fuga e Dastagerd Ctesiphontem versus, qua tamen in urbe, astrologis contradicentibus, ut ait Theophanes, pag. 269, consistere non confidit, ἀλλὰ περάσας τὴν ποντογέφυραν Τίγριδος ποταμοῦ εἰς τὴν πόλιν, τὴν λεγομένην Σελεύκειαν παρ' ἡμῖν, *sed trajecto Trigidis amnis ponte in urbem Seleuciam a nobis dictam* contendit. In codice 158 bibl. Coislinianæ, olim Seguerianæ, qui continet Lexicon Græcum, citatur hic senarius Pisidæ in voce D Ἀγωγὸς ita: καὶ Πισίδης πρὸς τοὺς ἀγωγοὺς ἐτράπη τοῦ Τίγριδος.

56. Ex libro nondum reperto: atque hic quoque Suidas monet agi de Chosroa. Itaque de ejus captivitate, et morte hæc intelligenda sunt. Theophanes, pag. 271, ita ad rem: Αὐτὸς δὲ φυγὴν δοκιμάσας, καὶ μὴ ἰσχύσας ἐκρατήθη· τοῦτον δὲ δεσμήσαντες σφοδρῶς σιδηροπέδαις καὶ ὀπισθάγκωνα, τοῖς τε ποσὶ καὶ τῷ τραχήλῳ βάρη σιδηρᾶ περιέθηκαν, καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ σκότους. « Chosroes fugere molitus, nec fugæ compos deprehenditur. Illum brachiis retroactis pedes, et collum gravibus catenis onustum, compedibusque toto corpore circumligatum, in tenebrarum ædem includunt.

58. Ex poematio *De bello Abar.* Vide *ibid.* v. 25. Suidas vocem ἀνεκτὰ sic explicat: ὑπομονῆς ἄξια *digna quæ tolerentur.*

Digitized by Google

In v. Ἀντλία.

Ἐκ τῶν ἐγόντων τὰς δυσώδεις ἀντλίας. — Et navibus, quæ fetidas habent sentinas.

In v. Ἀπορρῆξαι.

Οὓς εἰ σιωπήσαιμεν, οἱ λίθοι τάχα — Quos si tacuerimus, lapides forsan
Φωνὰς ἀπορρήξουσι τῶν πεπραγμένων. — Clamore suo id, quod gestum est, indicabunt.

In v. Ἀπόσπονδον.

Ταύτην ἀφέντες τὴν ἀπόσπονδον μέθην, — Hanc valere jubentes invisam ebrietatem,
Καὶ πᾶσαν ἰλὺν ἀλλοφύλων ἁσμάτων. — Et omnem fæcem peregrinarum cantionum.

In v. Ἀτρόμητος.

Φεύγων ἀτρόμως, καὶ τρέχων ὑποστρέφει. — Fugiens intrepide, currensque revertitur.

In v. Ἄχειρος.

Ἄπους, ἄχειρος οὐ βαρεῖ τὸν αὐχένα. — Pedibus, manibusque carens non gravat cervicem.
Ἠρῆρεις ἑκάστῳ τῶν μελῶν αἱ συνθέσεις. — Integræ sunt singulorum membrorum junctura.

In v. Βάκχος.

Πολλοὺς δὲ Βάκχους ἦν ὁρᾷν ἀκουσίως — Multos autem Bacchos videre erat invitos
Τὴν ἐσχάτην ὀρχησιν ἐξορχουμένους. — Extremam saltationem saltantes.

In v. Βύουσι.

